LVDOVICI BVCCAFERREI BONONIENSIS,

eòque philoſophiam olim pu-
blice profitentis:

LECTIONES IN ARISTOTELIS STAGIRITAE LIBROS, QVOS VOCANT PARVA NATVRALIA.

Nunc primum in lucem editæ.

SVPERADDITIS DVOBVS INDICIBVS
Tum rerum, tum Quæſtionum copioſiſſimis.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS
Apud Hieronymum Scotum.
M D LXX.

CLARISSIMO VIRO
LEONARDO CONTARENO
EQVITI

IACOBVS CLEOPASIVS APPVLVS. S.

LVDOVICVM Buccaferreum philosophum excellentissimum superioribus annis cum Bononiam studiorum causa profectus essem, libentissime audiui, cuius ingenio, acumine, copia, varietate atq; doctrina adeo sum delectatus, vt eius omnia dicta propè mihi ediscenda putarim, excipiebã igitur (cũ eum audirem) eius omnes interpretationes, easq; diligentissime conseruabam. Quo postea mortuo (cum primo quidem Patauium, postea vero Venetias concessissem) Ac cum persępe de illius viri pręstantia mecum cogitarem, neq; eo tam amplius frui possem, quin ad ea quæ eo interpretante ac docente collegeram, persępe confugerem, facere non poteram, licèt autem permulta apud me reperirentur, attamen quæ ad breues quosdam Aristotelis libellos pertinebant, quæ (vt erant breuiora) ita etiam reperiebantur perfectiora, mihi in primis admodum cordi erant; cum igitur illa persępe in manibus haberem, ac cum amicis quibusdam communicarem, rogarunt ijdem, vt hæc in lucem emitterem. Quorũ sane voluntati multis de causis mihi obtemperandum duxi. Primo namq; his quorum authoritas maxima apud me erat, mihi moremgerendum omnino existimabam, deinde & alijs quàmplurimis qui Buccaferreũ nunquam audiuissent, de eo autem egregiam opinionem (vt par est) conceptum haberent, id grauissimum futurum arbitrabar, credebam etiam id excellentissimi mei doctoris manibus (si quid tamen fœlices istæ animæ eorum quæ apud nos geruntur, curant) non ingratum futurum. Accedebat & vltimo loco, quòd hac ratione mihi dabatur occasio omnibus hominibus patefaciendi quantitate facerem, quamq, tibi animo deuinctus essem, statuebam etiã ita hæc foras dare, vt tibi dicarentur, tua essent, tuoq; nomine ornarentur. Quod cum ob raras ac pręclaras animi ac corporis tui dotes faciundum ducebam, tum ob eam qua me semper prosequutus es beneuolentiam. Requireret hic sane locus, vt quàmplurima de Cõtarena familia maxime illustri, & de patre, auo, ac tuis omnibus maioribus clarissimis viris, omniq; laude ornatissimis, ac de te denique ipso omnino dicerem. Possem namq; (vt quæ illorum sunt missa faciam) quæ tua fuit modestia, quæ probitas, quæ continentia, quæ liberalitas, qui in bonis literis ardor, quæ propensio, quæ tibi cum eruditis viris (cum Patauij admodum adolescẽs studiorum causa degeres) vbi primo te noui, consuetudo fuerit commemorare,

qua deinde omnium opinione ac spe in patriam sis reuersus ostendere, vbi statim eorum munerum earumq; dignitatum compos factus es quę amplissimæ sane essent, tu namq; in Senatum atq; adeo in eorum numerum, qui consulendi gratia serenissimo principi adsunt delectus, tu ad Cęsarem à tua Republica legatus missus, tu Bergomatem præfecturam paulo post sortitus, tu inde reuersus tuæ ciuitati iucundus atq; carus, tu igitur dignus quem homines ament, laudent, suscipiant, atq; venerentur. Qui quæ tua est humanitas, id quod ab homine tenui atq; pusillo datur munusculum, eo excipies (vt spero) animo, ea humanitate, vt tibi id gratum esse præteferas. Vale. Datum Paduæ. Calendis Nouembris. 1569.

RERVM, ET VERBORVM IN ARISTOTELIS LIBROS

Parua Naturalia nuncupatos:

ET LVDOVICI BVCCAFERREI IN EOSDEM

Commentarijs Memorabilium Primus Index.

D

E

F

G

H

N

O

P

Panthera

Saporum

Specula

Finis Prioris Indicis.

QVAESTIONVM,

SEV DVBIORVM

Index Alter.

An odo-

Indicis Posterioris Finis.

LVDOVICI BVCCAFERREI BONONIENSIS PHILOSOPHI CLARISSIMI,

Lectiones in Paruorum naturalium Aristotelis Libros.

Lectio Prima.

GRAVISSIMA Diui Mosis sententia est, Deum Optimũ Maximum hominem fecisse ad ipsius imaginẽ & similitudinem, quam tamen nullo pacto verè consequi potest; nisi summo studio, summaque doctrina rationem illi diuinitus tributam per multarum rerum cognitionem ita excolat, ita exornet, vt per illam quàm maxime Deo vniatur, ac vere illi similis reddatur, quandoquidem ipse omnia intelligit, atq; cognoscit, quâ hercle cognitionem consequi non potest nisi beneficio sensus: Quis enim est tam imperitus, qui id quod quærit inuenire se sciat nisi adiutorio sensus? Ita sensus rationi colligatur, vt sine sensu ratio intelligere nihil possit, & vt cæteros sensus omittam, oculum quis inficias ire potest, non ostendere multas rerum differentias? Ostendit enim cœli magnitudinem, ac eius motum, ex quo & mensium, omniumque temporũ combinationes oriuntur, stellasque ferè omnes per ipsum oculum ac earum lumen simulacra, & imagines, intuemur sensibus etiam famulantibus, bene beateque viuimus, cum enim rerum sensus sunt, etiã ratio circa eas bene dictat in nobis beatus viuendi modus causatur. Quid igitur est quod arceat vos ab hac lectione? cum fidum naturæ interpretem? Arist. de sensibus habeatis, à quibus maximã in addiscẽdo capimus vtilitatẽ? quinimmo omnis nostra cognitio ab ijs incipit, cũ nil sit in intellectu quin prius fuerit in sensu. rẽ igitur ipsam aggrediamur, sensusq; omnes primum ex Arist. sententia perscrutemur.

Pro faciliori intelligentia paruorum naturalium tria perscrutabimur, primo quæ sit intentio paruorum naturalium, secundo quem ordinem habeat iste liber in addiscendo, & quem ordinem habeat inter partes philosophiæ, tertio quæ sit intentio huius libri. De primo ex verbis Aristotelis iam patet propositum esse perscrutandum operationes communes & proprias animalium & hæc intentio est omnium librorum, qui à Latinis parua naturalia appellantur, proprias autem operationes appellamus, quę conueniunt solummodo animalibus, vt sensus & motus, communes vero quæ conueniunt etiam plantis, & istæ in anima sunt tres operationes, prima est ex parte animæ sensitiuæ, secunda ex parte motiuæ, tertia ex parte vegetatiuæ: communes vero ex parte vegetatiuæ, & ex parte sensitiuæ.

Intentio præsentis libri & omniũ paruorũ naturalium.

Cum verò duplex sit sensus, exterior scilicet, & inferior, exterior diuiditur in quinque sensus, de quibus in libro secundo de anima, sunt etiam interiores de quibus etiam in secundo de anima, & talis operatio, qua sensus est, propria est animæ, ex parte motiuæ est motus progressiuus, & hæc est propria etiam animalibus, & si Aristoteles plures enumerat sunt annexæ istis, sunt vero communes animalibus & plantis, & sunt quinque coniugationes vt vigilia & somnus, iuuentus & senectus, inspiratio & respiratio, vita & mors, quinta est sanitas & morbus, vigilia enim & somnus sunt communia omnibus animalibus, ita iuuentus & senectus, inspiratio vero & expiratio tantum modo conueniunt animalibus pulmonem habentibus, mors & vita, ita morbus & sanitas sunt communes omnibus animalibus & plantis, intentio ergo sua est inuestigare istas operationes nedum animalibus proprias, sed etiam communes, propriæ sunt duæ scilicet sensus & motus, cões sunt quinq; quemadmodũ supra satis explicauimus, & istę operationes sunt cões animæ & corpori, & cũ secundo de anima considerauerit eas ex parte animæ, hic vero considerat vt corpori cõicantur. In hoc ergo libro intendimus inuestigare operationes cões, & proprias animalibus, propriæ sunt duæ scilicet sensus & motus, communes sunt quinque quas supra enumerauimus, licet Ioannes Grat. declaret oppositum exponendo dictum Aristotelis in principio huius, procemium esse de animalibus, & vitam habentibus. Dico ꝙ Arist. se ipsum exponit, cũ dixit de eorum actionibus, & quæ cões & quæ propriæ vult inquirere, ex hoc patet vtilitas istorũ tractatuũ, quia isti libri sunt quasi cõplementum libri de hystoria animalium, quoniã hic reddit propter quid eorũ q̃ dixit in lib. de hystoria aĩalium, sunt ẽt cõplemẽtũ libri de aĩa, quia ibi agit de his operationibus, vt cõpetũt aĩę, hic vero agit de eisdẽ vt cõpetũt corpori.

Sed hic est locus dubitationis, qm̃ in secũdo de aĩa egit de sẽsibilibus, atq; instrumẽtis, ergo hic frustra: dico ꝙ diuersa rõne in libris de aĩa egit de sensibus, vt immutat instrumenta, & sic de sensibus in cõi tractat in libris de anima, & sic de instrumẽtis in cõi, hic vero de sensibus secundũ naturã eorũ, vt de colore scd̃m eius naturã tractat, ita de instrumẽtis tractat secundũ sui naturã, & quę sit eorum constitutio. Altius exordiẽdo venit secundũ; quẽ. s. ordinẽ obtineat hic liber in addiscẽdo. Dico altius exordiẽdo, ꝙ quinq;

De ordine partiũ totalium philosophię naturalis vide primo de anima.

sunt partes philosophię principales prima est de principijs cõibus, quæ in octo libris Phy. cõtinẽtur, scđa est de elemẽtis, & cum duplicia sint elementa, aliqua ęterna, & de his in duobus libris de cœlo & mũdo, aliqua corruptibilia, & de his in aliis duobus libris, & qm̃ illa generant, ideo in duobus libris egit de generatione & corruptione, tertia pars est de mixtis imperfectis, quæ fiunt in sublimi, de quibus Arist. in tribus libris Methaphy. tractauit, cui pars annectitur quæ de metallis tractat, qm̃ in fine triũ librorũ Meteorologicorũ tradidit seminaria mixtorum perfecte animatorum, desideratur vero pars, quæ de metallis tractat, Theophrastus & Albertus Alemanus perfectè hanc partem exponunt, & in quarto Meteororũ tractauit etiam de mixtis perfecte animatis, scilicet de plantibus & animalibus, sed tamen ratione vniuersali, quarta pars est de animalibus, quinta de plãtis, sed plantæ sunt natura priores animalibus, & secundum ordinem doctrinæ in addiscendo natura priora sunt prius addiscenda, peruertitur tamen aliquando ordo doctrinæ, quando illæ res, quæ sunt præter res sunt notiores, dicimus autem (quemadmodum dicit Alexander) quid sit vena, quid caro, dicimus ex transumptione sumpta ex animalibus, ideo prius de animalibus egit quàm de plantis, & hunc ordinem obseruauit Aristoteles in libro de hystoria animalium, quoniam prius tractauit de animalibus habentibus sanguinem, quàm de exanguibus, & prius de partibus hominum quàm de partibus brutorum, quoniam exanguia cognoscuntur ex habentibus sanguinem, & ita Aristoteles hic innuit hunc ordinem, quoniam dicit reliquum est ut de animalibus dicamus, dicit de vitam habentibus, quæ sunt plantæ, & ita in quarto Meteororũ prępõnit librum de animalibus libro de plantis, ex quo sequitur quòd verior est opinio (Simplicij in prohemio phy. cum dicebat librum de animalibus præcedere librum de plantis, quam opinio Auerrois in prohœmio Meteororum, quoniam plantæ sunt natura priores, quia hæc opinio relinquit Arist. quoniam semper Aristoteles proponit librum de animalibus libro de plantis ob doctrinæ facilitatem, & sic sunt quinque principales partes philosophię, prima quæ est de principijs, secunda de elementis, & generatione, tertia de mixtis imperfectis, & perfectis, quarta de animalibus, quinta de plãtis, quarta pars, quæ est de animalibus bipartitur, prima pars dicit quia secũda dicit propter quid, & quatuor partibus absoluitur, ita libri de hystoria animalium sunt quatuor. & dicunt quia, & illis libris sunt alij libri correspondentes dicẽtes propter quid, prius ergo diuidamus partem dicentem quia, in quatuor partes diuiditur, prima pars quærit de substantia animaliũ & de proprijs operationibus eorũ, quæ sunt duæ sensus. s. & motus, & hæc pars in quatuor primis libris comprehenditur, secunda agit de generatione animaliũ, quæ tribus libris cõprehẽditur, tertia de morte & vita, quę octauo libro cõtinetur, quarta agit de morbus, & hic in 9. lib. & recte Theod. abstulit 10. librũ, quia tractat de causis sterilitatis in mulieribus quoniã hæc pars excedit hystoriam, quoniã dicit propter quid, & primę parti, quæ est de substantia animalium correspondent tres libri, primus de partibus animalium, secũdus de incessu animaliũ, tertius liber de anima, & hunc ordinem ne videar somniare, adduco Aristotelem, quoniam Arist. in octauo de hystoria animalium dicit postquã diximus de generatione animalium, reliquum est de morte & vita & de motibus tradamus, patet ẽt ordo inter partes dicentes propter quid, quia Arist. in fine de incessu animalium dixit reliquum est de anima tractare, & sic patet ꝙ liber de partibus, & de incessu animalium præcedunt librum de anima, & si anima sit natura prior corpore, vt quælibet forma sua materia, prius ergo tractat de partibus corporis, quia ex illis facilius venimus in cognitionẽ essentiæ animæ, ideo Alexander in sua paraphrasi de anima dixit considerandi sunt primo apparatus corporis, ne nobis videatur ita mirũ animã exercere in corpore tam diuersas operationes, & in illa parte tractat de sensu & motu, quoniam sensus est intimior quàm motus, & primo de sensu exteriori, qm̃ animal dicitur animal magis sensu exteriori quam interiori, & huic parti de sensu correspondent tres libri in ordine Theoriæ. s. de sensu & sensibili, de memoria & reminiscentia, de somno & vigilia, & isti libri habent ordinem ad inuicem, quia primus est de sensu & sensili, quoniam de sensu exteriori tractat, ille vero liber de memoria & reminiscentia de passionibus sensuum exteriorum, sed cum cognitio sensuum exteriorum præcedat, liber de sensu & sensato præcedit, deinde liber de memoria & reminiscentia, tertio de somno & vigilia, & ratio est, quoniam illæ duæ operationes sunt redundantes in animam, v. g. ex vapore petente caput infrigidato fit somnus, vnde somnus non est nisi ligamentum sensuum, ideo tertio loco agit de somno & vigilia, parti vero quæ est de motu correspondet liber de communi motu animalium, qui addit rationẽ cur inter animalia, quædam sunt volatilia, quædam aquatilia, tertiæ parti correspondent quinque libri secundum quinque coniugationes, prima est longitudo & breuitas vitæ, secunda est iuuentus & senectus, tertia est inspiratio & respiratio, quarta mors & vita, quinta sanitas & morbus, longitudo & breuitas vitæ præcedit iuuentutem & senectutem (quẽadmodum dicit Aristoteles) deinde est inspiratio & expiratio, sed iuuentus & senectus præcedunt inspirationem & expirationem, quoniam ex iuuentute ducitur ad inspirationem, ex senectute autem ad respirationem, quoniam non possumus in'pirare ex senectute, & idcirco venit mors naturalis, quoniam non possumus inspirare, & talis inspiratio non est nisi ex siccitate membrorum in qua anima non potest substineri, liber vero de inspiratione præcedit librum de morte & vita, quia ex defectu respirationis causatur mors naturalis, vltimo loco de sanitate & morbo, sic quidem tertiæ parti correspondent illi quinque libri in ordine Theoriæ, qui ad inuicem ordinem habent in addiscendo.

Ordo partium naturalium.

Sed dices hic videtur multiplex dubitatio, quoniã Arist. post mortẽ & vitã ponit sanitatẽ & morbũ, & tamen

tamen morbus præcedit mortem secundum naturā, & Theophrast. seruauit ordinem in tractatu de plantis, quem Aristoteles de animalibus, quoniam primo de hystoria plantarum per modum hystoriæ agit, secundo de affectibus, quæ est sanitas & morbus, in tertia parte egit de generatione plantarum, in quarta parte de morte & vita, non egit vero de moribus, quoniam plantæ moribus carent, sunt vero aliqui libri in ordine theoriæ illis correspondentes, Theophrastus ergo fecit tractatum de sanitate & morbo bo præcedere tractatum de morte, & vita, non autem Aristoteles quæ ergo ratio istius diuersitatis?

Secunda est dubitatio cur Aristoteles non fecit libros in ordine theoriæ quartę partis quæ est de moribus correspondens, quemadmodum alijs partibus dicentibus quia fecit partes correspondentes in ordine theoriæ dicentes propter quid? Tertia dubitatio est, quia Aristoteles in fine libri de partibus animalium dixit, cum de partibus animalium dixerimus reliquum est de generatione animalium interponamus, quoniam ponimus libros de sensu & sensili, de memoria & reminiscentia, de incessu animalium, cur Aristoteles immediate post librum de partibus ponat librum de generatione animalium? Quarta dubitatio est, quē locum obtineat liber de lineis indiuisibilibus quem accipit Ioan. Grat. pro libro Aristot. & liber problematū, & liber de colore, & huiusmodi. Quinta dubitatio est cum isti libelli sint propter cognitionem animalium, cur de animalibus non inscribuntur? De primo peruertit Aristoteles ordinem doctrinæ, quoniam quinta coniugatio, quæ est de sanitate & morbo debet poni quarto loco, dico quòd hoc forte fecit Aristoteles quoniam sanitas nedum est à natura, sed etiam ab arte, sed mors & vita sunt à natura, ideo præponit librum de morte & vita libro de sanitate & morbo, licet sanitas & morbus sint natura priores vita atque morte. Sed dices cur Theophrastus non seruauit hunc ordinem? quoniam primo de sanitate & morbo in plantis egit, & tamen sanitas in plantis est à natura & ab arte deinde determinauit de morte & vita, dico quòniam Theophrasto placuit seruare hunc ordinem, quia est secundum naturam, Aristoteles vero voluit peruertere, quia sanitas & morbus nedum erant a natura, Sed etiam ab arte, & nescio melius dicere.

De secundo dico, quoniam Aristoteles hanc partem, quæ dicit Theoriam respectu partis dicentis quia, connectit in de partibus animalium, quoniam secunda de partibus animalium cap. quarto, dixit quòd variatio sanguinis facit variationem morum, quoniam sanguis est vltimum nutrimentum, ideo peruertit continuationem, ideo mores sequuntur temperamentum corporis, vnde Plato dixit homo sua sponte malus, vnde qui sunt vitiati corpore, non possunt esse boni, licet aliquando fiant boni disciplina & studio, sed raro, ideo Aristoteles in sexto Aethycorum cap. vltimo & Galenus dixerunt in nobis esse virtutem seminariam, & Galenus fecit librum, qui inscribitur temperamentum corporis sequuntur mores.

Lectio Secunda.

ERAT dubitatio facta in esterna lectione de ordine librorum Aristotelis, id est, quis nam esset ordo doctrinæ librorum Aristotelis erat dubitatio, quoniam Aristoteles in fine de partibus animalium dixit cū egimus de partibus animalium, reliquum est de generatione animalium, quomodo ergo tanto interuallo seiunximus librū de partibus animaliū à libris de generatione animalium. Dixi q locus erat corruptus, quoniam debet dicere cū de partibus animaliū egimus, reliquū est de incessu animaliū, & iste est ordo Aristotelis, & ideo, in fine de incessu animalium dixit, postquam egimus de partibus animalium, & de locis, quæ spectant ad incessum animalium, reliquum est de anima tractare, iste ergo liber de incessu animaliū continuatur cū libro de partibus animalium, seiungit ergo librum de partibus à libro de generatione animalium, & sic in fine de communi motu animalium, dixit de partibus singulorum animalium, & in fine de anima de sensu, qm̄ etiam de memoria, & somno, nec non de cōmuni motu animalium causas diximus, reliquum est de generatione pertractare, sic ergo longo interuallo seiunxit librum de partibus animalium à libro de generatione animalium, ideo ille locus de partibus animalium in codicibus etiam græcis corruptus est. Erat alia dubitatio quoniam tota hæc pars, quæ appellatur parua naturalia est post cognitionem animalium, quoniam dicunt propter quid ipsorum animalium, quia diuidimus tractatū de animalibus in partē dicentē quia, & propter quid, cur ergo isti libri nō inscribūtur de animalibus, cū spectēt ad cognitionē animaliū? Dico si inspicimus proximū finē inscribemus libros uel de memoria & reminiscētia, vel de sensu, si uero inspiciamus finē remotū, sic debent inscribi illi libri de animalibus, ex quo elicio q verū est, quod dicit Plinius in 7. lib. naturalis hystorię qui dixit q Arist. inscripsit 50. volumina de animalibus, aliqui credunt multos ipsius libros perijsse. Sed hoc nō est verū quoniā Plinius ēi multos libros appellauit nomine librorū de aīalibus, & oēs libri illi sunt 31. ideo Diog. in vita Arist. dixit q 16. libri de animalibus Arist. periere, quēadmodū liber de anothomia, & liber de causa anothomiæ, & de quęstionibus animæ, & vnus de causa quęstionū, habemus tn̄ libros de aīalibus potiores, & sic si 16. addas 31. faciūt 47. & sic Plinius recte dicit q libri Arist. de animalibus sunt forte 50. Ad vltimū dico q liber problematū, liber de lineis indiuisibilibus reducuntur ad libros in quibus pertractatur similis materia, qm̄ liber de lineis indiuisibilibus reducitur ad lib. phy. in quo declarat cōtinuū nō cōponi ex indiuisibilibus, & liber de colore reducitur ad hūc librū in quo de natura coloris tractatur, & liber problematū quia de diuersis materijs tractat, ideo nō habet proprium locum, sed vnaquęq; pars ad propriū locū in quo cōsimilis tractat̄ materia est reponēda. Subsequitur quid nā sit intētio huius pręsentis libri. Intentio huius libri.

Dico quēadmodū dixit Alex. primo ꝙ libri intentio ex titulo eius declarāt titulus aūt de sensu & sensibus est, per sensum intelligit instrumentā sensus, & nō virtutē sentiendi, & nomine sensus simpliciter intelligit sensus exteriores, cum vero vult dicere sensus interiores, dicit sensum communem, phantasiam vel memoriam, & sic ergo inscribitur de sensu, id est, de organo sensuum exteriorum deinde dixit de sensibus, & sensibilia secundo de anima sunt triplicia, aliqua propria, aliqua communia, aliqua per se, & Aristoteles agit de sensibus proprijs, sic ergo intentio Aristotelis in hoc libro est tractare de sensu, id est, de organo sensuum exteriorum, & de proprijs sensibus. Sed dices Aristoteles in secundo de anima tractauit de instrumentis sensium, & de proprijs sensibus, cur ergo de illis hic agit? dico diuersa ratione, quoniam in libris de anima agit de organo sensus vt refertur ad sensibile, & ita de sensibili vt refertur ad sensum, tractat enim de visu vt est potentia apprehendendi colorem, ita de colore vt est à visu apprehensibilis, & sic de illis egit in libris de anima, vt sunt relatiua, in hoc vero libro agit de organo sensuum secundum sui naturam, vt qualis sit eius constitutio, quod elementum prædominatur & similia, similiter de colore agit, nō vt sensibile, sed scd'm eius naturā, ideo argumentū nihil sū. Sed est dubitatio cur Aristoteles prius egit de instrumentis sensuum quàm de sensibus? cum in secūdo de anima oppositum fecerit prius enim de sensibus quàm de instrumentis, quoniam dicit instrumenta innotescunt ex operationibus operationes ex sensibus, ideo prius de ipsis sensibus egit deinde de instrumentis.

Dico quòd diuersimode Aristoteles agit hic & secundo de anima de sensu & sensibus, quoniam in secundo de anima agit de sensu vt refertur ad sensibile, ideo refertur ad operationem, quæ operatio à sensibili dependet, ideo prius de sensibili agit in secundo de anima quàm de sensu, hic vero prius agit de sensu quam de sensibili, quia agit de sensu secundum eius naturam, & sensus est intimior animali quàm sensibile, ideo hic prius agit de sensu quàm de sensibili. Sed est alia dubitatio cur Aristoteles nōn fecit tractatum proprium de organo virtutis vegetatiuæ, & de eius obiecto, quod est nutrimentum, quemadmodum facit de animalibus tractatum proprium de organo sensuum & eius proprio obiecto? dicitur, quoniam plantæ non habent ita organa distincta quemadmodum animalia, immo quælibet pars plantæ videtur organum virtutis vegetatiuæ, quoniam quælibet nutritur, ideo specialem tractatū non facit de organo virtutis vegetatiuæ, neque de eius obiecto, quod est nutrimentum, qnoniam quēadmodum dicit Ioannes Grat. secundo de anima de nutrimento non potest fieri specialis tractatus, quoniam nutrimentum potest multipliciter considerari, potest enim considerari vt nutrit, & sic est substantia, vt auget, & sic est quantum, potest considerari vt transmutatur, & sic vt contrarium, quia omnis transmutatio est à contrario, & sic omnibus istis modis consideratur nutrimentum ab Aristotele in primo de generatione & corruptione; alio modo consideratur alimentum vt concoquitur, et sic in quarto metheororum de eo fecit mentionem Aristoteles, potest etiam considerari vt omnibus partibus animalium distribuitur, et sic in secundo de generatione animalium, ideo Aristoteles non fecit specialem tractatum de organo virtutis vegetatiuæ et eius obiecto, neque Theophrastus. Aristoteles ergo hic vult ponere causas intentionis, quæ patet, ex titulo, et ponit intentionem omnium istorum librorum, quæ appellantur parua naturalia, et dixit se tractare de operationibus vel sint propriæ, vel communes, propriæ sunt duæ scilicet sensus, et motus, communea vero sunt triplices, vel communes omnibus animalibus ut somnus et vigilia, aliqua uero communes omnibus, sed tantum habentibus pulmonem, vt inspiratio et expiratio, aliquę sunt communes animalibus atque plantis ut mors et uita, sanitas et morbus, et huius reddit rationem particularem, et dicit quòd cum egerimus in libris de anima, ita quòd secundo Physicorum primo supponit quæ diximus de anima secundum eius essentiam, et quemadmodum inquit Alexander multiplex est suppositio, aliqua quæ est omnino præpositio demonstrabilis, aliqua quæ respectu huius scientię est indemonstrabilis, et sic respectu superioris scientiæ est demonstrabilis, & sic hic supponit ea, quæ dixit in libris de anima, deinde affert causam intentionis, & inquit cum illæ sint intentiones, de quibus tractaturi sumus, communes tum animæ, tum corpori, & sunt sensus & memoria &cęt. & de illis in libro de anima vt competunt animæ, ideo de illis operationibus quantum ad corpus spectant debemus tractare, et sic Aristoteles de illis operationibus hic tractat ut corpori competunt. Quo ad uerba attinet dixit primo. *Quoniam de anima secundum se.* Illud verbum secundum se dupliciter exprimitur, (ut dicit Alexander) uel de anima secundum se dictum est, id est, in vniuersali de anima in libris de anima tractatum est, uel de anima secundum se, id est, nihil ad corpus respiciendo, & est hæc verior expositio; quoniam hic de operationibus vt illæ ad corpus pertinent tractat, dixit secundo diximus de potentijs animæ, quæ potentiæ sunt partes, & sic Aristoteles potentias animæ vocauit partes, & hæc assumpsit ex Platone in quarto de rep. qui appellauit potentias animæ partes animæ deinde dixit consequentia, istud uerbum consequens, propriè est, quod ab Aristotele appellatur habitus, habitus autem illi dicuntur, in quorum modo non est aliquod interpositum, sed sunt contigua, hic ergo dicit consequens, quoniam immediate ad librum de anima consequitur, deinde dixit de animalibus & plantis agamus, id est, de operationibus animalium, & notandum quòd in græco tales operationes appellātur à græcis πρᾶξις impropriè, dixit ergo de operationibus, & ista operatio πρᾶξις appellatur operatio animæ rationalis, ideo dixit nomine πρᾶξις, Aristoteles intelligit

intelligit energiam lato vocabulo, & hic oritur queſtio an πρᾶξις ſit operatio communis intellectui & voluntati, vel propria intellectui; dialectica erit ars practica, quoniam regulat operationes noſtras, & dialectica eſt modus ſciendi, quoniam docet diuidere, diffinire, & demonſtrare, ſi vero eſt propria operatio voluntatis quemadmodum dicit Scotus in primo ſententiarum queſtione quarta, in qua querit an Theologia ſit ſcientia practica, & dialectica non poterit dici practica, ſed quid apud græcos ſignificat πρᾶξις quòd eſt operatio communis intellectui & voluntati, ideo dialectica eſt practica, quoniam dirigit opus intellectus, & ſic oportet ſtudere literis græcis, talis enim dubitatio in græcis non cadit, deinde dicit Ariſtoteles de operationibus communibus & proprijs intentio nunc eſt, & dixit, primo incipiendum eſt à primis operationibus, Alexander & D. Th. exponunt à primis incipiendum eſt, id eſt, à communibus quoniam communia ſunt priora, ſed mihi non placuit eorum expoſitio, quoniam dixit Ariſtoteles duæ ſunt operationes propriæ ſcilicet, & communes id eſt, dicit incipiendum eſt à primis id eſt, à prioribus, ipſi dicunt quòd debemus peruertere verba Ariſtotelis, quia debent dicere, aliquę operationes ſunt communes, aliquę propriæ, incipiendum eſt à primis, id eſt, à communibus, ſed ipſi errant primo ex verbis Ariſtotelis, quoniam uerba peruerrunt, quia diximus tractationes de animalibus eſſe bipartitas, quoniam aliqua dicit, quia, & iſta in quatuor partes diuiduntur, in prima de ſubſtantia animalium, ac de ſenſu, & de motu, quæ ſunt propriæ operationes animalium, in ſecunda parte de generatione animalium, in tertia de morte & vita, in quarta de moribus in ordine Theoriæ vnicuique correſpondentes, vnde parti quæ eſt de ſenſu correſpondet iſte liber de memoria & reminiſcētia, & de ſomno & vigilia, & iſtæ ſunt propriæ operationes animalibus, & præcedunt iſti libri libros tractantes de communibus operationibus, vt ſunt libri de longitudine & breuitate vitæ, de iuuentute & ſenectute, de morte & vita, de ſanitate & morbo, quoniam iſti libri connectuntur parti de animalibus dicenti quia, vt ergo in ordine cognitionis animalium dicentis quia cognitio de ſenſu præcedit cognitionem de morte & vita, ita in ordine theoriæ pars quæ de ſenſu tractat, quæ eſt propria operatio animalis debet præcedere libros tractantes de operationibus communibus, quæ tertiæ parti correſpondent, ergo debemus exponere, *à primis incipiendum*, id eſt, à proprijs operationibus, ſecundo quoniam Ariſtoteles hunc ordinem ſeruauit, quoniam prius de ſenſu tractat, quæ eſt operatio propria, quàm de operationibus communibus.

Tertiò quoniam Ariſtoteles in afferendo cauſam intentionis huius libri dixit, quia in libris de anima egimus de ſenſibus ſecundum quòd ad animam pertinent, cum ſint operationes communes animæ & corpori, in libro de anima tractauimus de illis vt ad animam ſpectant. Reliquum erat hic tractare de illis vt ad corpus ſpectant, & in enumerando dixit, *Senſus & memoria, ira, & deſiderium, & omnino appetitio, uoluptasq́; inſuper, & dolor,* quoniam iſtę operationes ſunt propriæ animalibus, deinde dixit cōes, ideo Ariſtoteles cū dixit, *à primis incipiendum,* id eſt, à proprijs operationibus, & ſic non debes peruertere verba Ariſtotelis. Neceſſe eſt eorū argumentū valere, quia à cōmunibus incipiendum eſt, quare dico quòd à communibus incipiendum eſt ſecundum ſe, & ſic trademus cognitionem operationum ſecundum ſe, ſic à communibus incipere debemus, ſed quare tractatur de illis operationibus ſecundum quòd ſpectant ad cognitionem animalium, quoniam proprię operationes vt ſenſus ſunt animali intimiores, & faciunt ad cognitionem animalium, ideo ab operatione propria incœpit Ariſt.

Lectio Tertia.

DICEBAT Ariſtoteles in præcedenti lectione quòd intentio huius in hoc libro erat declarare operationes proprias, & communes animalium, modus autem obſeruandi erat duobus obſeruatis. Primus erat quòd ſupponimus ea, quæ dicta ſunt in libris de anima ſine demonſtratione. Secundus erat quòd à primis incipiendum, Alexander & D. Th. exponebant à primis, id eſt, à communibus, ſed dixi ꝙ erat extorſio, quoniam dicit Ariſtoteles quòd opera propria & communia ſunt perſcrutanda à nobis, ideo præponit opera propria communibus, ideo dixit à primis id eſt, a proprijs. Secundo erat quòd idem ſeruauit in declaratione iſtarum operationum, quod ſeruauit in de hyſtoria animalium, quoniam iſti libri dicunt propter quid eorum, quæ ibi dixerit, ſed in de hyſtoria animalium prius egit de ſubſtantia animalium, & de ſenſu & motu, & hæc pars ſub quatuor primis libris comprehenditur, ſecunda pars erat de generatione animalium, tertia erat de morte & vita, quarta de moribus, eadem ordine correſpondent in ordine theoriæ dictis propter quid eorum, quæ ibi diximus, primæ parti, quæ erat de ſubſtantia animalium correſpondent tres libri ſcilicet de partibus & de inceſſu animaliū, & liber de anima, parti verò quæ eſt de ſenſu correſpōdent tres libri. ſ. de ſenſu & ſenſili, de memoria & reminiſcentia, & de ſomno & vigilia, quoniā memoria eſt ab anima, & redundat in corpus, & ſenſus non eſt à corpore et redundat in animam, ideo liber de ſomno & vigilia eſt poſt librum de memoria & reminiſcētia. Secundę parti, quę eſt de generatione animalium correſpondet liber de generatione animaliū. Tertiæ parti, quæ eſt de morte & vita correſpondent quinque libri ſecundum illas quinque cōiugationes, primus eſt de lōgitudine & breuitate vitæ, ſecundus de iuuentute et ſenectutæ, tertius de inſpiratione et reſpiratione, quartus de morte et vita. Quintus de ſanitate et morbo, cum ergo libri de ſenſu & ſenſ. de memoria & reminiſcētia correſpondeant primæ parti de hyſtoria animalium, & iſtę ſunt operationes proprię. Alij vero ſcilicet quatuor libri qui tractant dę operationibus

tionibus cõibus correspõdent tertiæ parti de hysto ria animalium, ergo operationes proprias debemus tractare, sic ergo à primis incipiendum.i. à proprijs operationibus,& non à communibus, quemadmodũ exponunt Alexãder & D.Th. & Albertus Alemanus, ita in progressu Aristoteles prius numerauit opera sensus, quæ sunt opera propria, quàm opera cõia, ita Aristoteles infra in numerando ista opera prius præponit operationes proprias, deinde communes, ideo a primis operationibus incipiendum, idest, à proprijs operationibus debemus exponere. Quod vero dicunt in ordine Theoriæ à communibus incipiendum, dico quòd simpliciter & secundum se à communibus operationibus est inchoandum, quoniam hic non tractamus de illis operationibus secundum se, sed vt sunt ad cognitionem animaliũ, & quoniam magis operationes propriæ animalium faciunt ad cognitionem vt sensus quàm communes, ideo à proprijs incipit Aristoteles scilicet à sensu, prosequitur Aristoteles. in text. dicens, *Videntur autem maxime*. Aristo. modo enumerat opera propria atque communia, dixit enim quòd opera manifestiora & clariora nobis sunt hæc, quoniam sunt alia opera, quæ non sunt ita manifesta, & numerat prius opera ꝓpria, dixit, *Sunt sensus, & memoria, & ira, etc.* vt cõprehẽdamus oĩa opera, operationes sunt triplicis gradus, aliquæ sunt ex parte sensus, aliquæ ex parte motus localis, aliquæ vero ex parte vegetatiuæ, ex parte sensus sunt duæ operationes. f. sensus & memoria, per sensum intellexit actum sentiendi, ita per memoriam intellexit actum memorandi, & per sensus cum simpliciter dicit, intelligit sensus exteriores, interiores vero nomine proprio nominat, ex parte motus localis sunt concupiscentia, ira, gaudium, & letitia & tristitia, & omnino appetitus & hic circunscribit effectum nomine causæ, quia appetitus est causa motus localis, vnde idem est appetitus & virtus motiua, dixit ergo operationes ex parte virtutis motiuę, per appetitum enim intelligit virtutem motiuam, vt sunt concupiscentia ira, gaudium & dolor. Notandum autem quòd duplex appetitus sensitiuus & intellectiuus, intellectiuus sequitur intellectum, sensitiuus sequitur sensum, appetitus sensus sunt duæ operationes, concupiscentia, & ira, concupiscentia est delectatio proprij sensibilis, & per se ipsum, ira non est delectatio proprij sensibilis non propter se ipsam, sed propter iniuriam illatam, vnde non irascimur nos quòd delectamur ira, sed vt vindicemus nos ab iniuria illata, deinde subdit Aristoteles & gaudium & letitiam, improprie Aristoteles appellat gaudium & letitiam, quoniam proprie sunt intellectus appetitus, sed sumit hic gaudium pro dolore, & sic dolor & tristitia conueniunt solummodo sensui tactus, quoniam aliis sensibus non inest dolor, nisi methaphora quadam, vt dicit Galenus de causis simptomatum, per appetitum autem intellexit actum appetendi, & appetitus non distinguitur à virtute motiua, & dixit omnia hæc ferè conueniunt omnibus animalibus, & rectè dixit, quia ira & memoria tantum animalibus perfectis insunt, non enim insunt imperfectis animalibus potentiæ præter communia opera ex parte vegetatiuæ, & dixi ista sunt triplicis gradus, aliqua sunt communia animalibus & plantis propriè, methaphora verò quadam plantis, & istæ sunt tres coniugationes, vt senectus & iuuentus, mors & vita, morbus & sanitas, aliqua sunt communia omnibus animalibus, vt somnus & vigilia, aliqua vero solis animalibus conueniunt, sed non omnibus, vt inspiratio & expiratio, quæ oibus animalibus habentibus pulmonem, & solis illis conueniunt. *Verum Physici de sanitate etc.* postquàm enumerauit opera tũ propria, tum communia tacuit hanc coniugationem, voluit tamen subintelligi, dixit pro concesso quòd ex istis quinque coniugationibus quatuor manifestè pertinent ad philosophum naturalem, est tamen dubitatio an quinta coniugatio, quæ est sanitas & morbus sit philosophi perscrutari, ostendit quòd hoc sit philosophi perscrutari, & ostendit dupliciter, quoniam corpus naturale est subiectum philosophiæ naturalis, ergo philosophus naturalis considerat omnia cõtenta sub corpore naturali, quia eiusdem scientiæ est considerare genus & eius species, cum ergo viuens sit species corporis naturalis, ergo naturalis philosophus considerat viuens, ergo & eius proprias operationes considerat, sed propriæ operationi iunctæ sunt sanitas & morbus, ergo est philosophi naturalis considerare sanitatem & morbum, & morbus & sanitas sunt propriæ operationes animalis, methaphora quadam sunt etiam passiones plãtarum. Secundo ostendit à signo, quoniam præcipue philosophi indagantes causas rerum scrutantur eandem, vt deueniant ad primas causas sanitatis, dicit, *excellentiores medici qui physicè magis artem prosequuntur etc.* i. medici periti, & nõ empirici, ab illis .n. scilicet primis causis sanitatis & ęgritudinis excellẽtes medici incipiũt artem tradere, vnde idẽ est terminus philosophiæ naturalis & medicæ artis, habent enim istæ artes eadem confinia, quoniam philosophus naturalis primas causas sanitatis & ægritudinis pro confinio considerat, ita medicus naturaliter excellẽs ab illis tãquàm à sui pricipio incipit, deinde illas dirigit & ordinat ad artẽ ipsã, scilicet ad opus. *Quòd autem omnia dicta communia sint animæ, & corpori &c.* Aristoteles vero postquàm enumerauit opera tam propria quàm communia, nunc vult ostẽdere quòd operationes communes communicantur corpori & animæ, quoniam in illis libris de anima egimus de illis secundum quòd pertinent ad animam. Reliquum ergo erat tractare vt illa conferunt ad corpus, & sic hic de illis operationibus agit, vt attinent ad corpus, vt enditque quõ omnia ista opera cõmunicãtur corpori & animæ, & arguit, omnis sensus. i. actus sentiendi communicatur corpori & animæ, sed omnia ista opera circunscribunt sensum, ergo omnia ista opera communicantur corpori & animæ, minor est manifesta tum ratione, tum sine ratione, quoniam inductione patet, quòd omnis sensus, id est actus sentiendi communicatur animę & corpori, quoniã visus vtitur oculo, qui est corpus, olfactus naribus, & sic de singulis, est manifesta ratione, quoniam quemadmodum sensus se habent

bent ad esse, ita se habent ad operari, sed sensus se habent ad esse cum corpore, quoniam est forma materialis, omnis autem forma materialis communicatur corpori, ergo operationes sensuum communicantur corpori & animæ, minor erat, ꝙ omnes istæ operationes circumcernūt sensum, declarat Aristoteles, quoniam inquit, istæ operationes vel fiunt cum sensu, vel fiunt per sensum, operationes ergo quæ cum sensu fiunt sunt vt actus sentiendi exteriores, concupiscentia, ira, dolor, tristitia, & similia, quę fiunt per sensum sunt operationes virtutis superioris. s. sensuū interiorum, vt memoria, phantasia, ista enim opera non fiunt nisi per sensum exteriorem, sic ergo omnes istæ operationes tam proprię quàm communes circumcernunt actum sentiendi, & dixit quòd istæ differentię sunt quadruplicis habitus, quoniam quędā sunt habitus vt sunt actus secūdi ipsorū sensuum, quædam sunt custodiæ sensus, vt memoria, quę custodit animal, quoniam reseruat in memoria, quę apprehensa sunt, quędam sunt corruptiones vt obliuio, & sic sequitur, quòd istę operationes communicantur animæ & corpori, ex quo sequitur, quòd sensus circumcernit organum corporale, & illæ operationes sensum circumcernunt, ideo intentio sua in hoc libro est determinare de organis sensuum.

Lectio Quarta.

SVNT dubitationes super verbis Aristotelis, quoniam dicebam in externa lectione, quòd intēdebat perscrutari opera cōia & propria in istis libris, & dixit quòd declaranda sunt ista opera ex parte corporis, quoniam ex parte animæ declarauit in libris de anima. Sed est dubitatio, quoniam hic nullam facit mentionem de operationibus propriis plantarum, veruntamen dixi, ꝙ intentio sua erat de propriis operationibus animalium & plantarum.

Secunda dubitatio est, quoniam dixit, quòd vbi definit philosophus ibi incipit medicus, & quòd idē est terminus philosophi naturalis, & medici, quoniā philosophus naturalis considerat proprias causas ægritudinis & sanitatis, medicus autem accipit eas à philosopho, sed hoc non videtur verum, quoniam philosophus naturalis definit in causas plantarum, quoniā illa quinta pars erat totius philosophiæ naturalis, & Theophrastus finit consideratione suam de plantis, non in causis sanitatis, sed in causis mortis & vitæ, quoniam diuisit tractatum de plantis in quatuor partes, in prima parte tractauit de substantia plantarum, in secunda de affectibus, quæ sunt sanitas & morbus, tertia de generatione plantarum, quarta de morte & vita. Etiam truncatè & succintè de his dixit Aristoteles, imò nullibi expresit primas causas sanitatis & morbi, si ergo finis philosophiæ naturalis est vt ad illas primas causas tendat, vbi Aristoteles de illis agit?

Tertia quoniam medicina considerat primas causas sanitatis & ægritudinis, non ergo philosophus, quoniam primo Posteriorum scientiæ sunt impermixtæ, & confirmatur, quia quæ sunt illæ primę causæ sanitatis, quoniam Aristoteles eas non explicauit, in triplici enim differentia est sanitas, aliqua, quæ in partibus similaribus consistit & est temperatura illarum, & est duplex, vel est sanitas perfecta, & hæc dicit Galenus in primo de tuenda sanitate consistit in ictu oculi, alia est perfecta sed secundum quid, & ista in re inuenitur. Alia est sanitas partium dissimilarium, & hęc quadruplex, vel in numero, vel in quātitate, vel in situ, vel in figura, alia est sanitas tā partibus similaribus, quàm dissimilaribus communis, & est solutio continui, quæ sunt ergo istę primę causæ sanitatis? Etiam quia dicit Alexander, quòd medicina subalternatur philosophię naturali, contra quē sunt conditiones subalternatæ, vna est quòd subiectum eius contineatur sub subiecto subalternātis. secunda quia assumat principia ab ea, sed sanū, quod est subiectum medicinæ, vt dicit Galenus in de constitutione artis med. non continetur sub corpore naturali, quod est subiectum philosophiæ naturalis. ergo medicina non est subalternata philosophię naturali.

Sed est alia dubitatio, quoniam dixit, quòd ira & concupiscentia sunt passiones sensuum exteriorum, & appetitus, sed diximus quòd concupiscentia inest omnibus animalibus tam perfectis quàm imperfectis, ira verò tantum animalibus perfectis conuenit, quia illa animalia sunt calidiora, ex quibus motus progressiuus sequitur, & sic tantum illis inest ira, & concupiscentia non inest omnibus animalibus, & tamē sunt oppositæ qualitatis, et si opposită, debent ergo esse eiusdem speciei, quibus ergo competit concupiscentia, eisdem & ira competere debet.

Vltimo dubitat, quoniam Aristoteles dixit quòd ira est passio sensus exterioris, ita concupiscentia, quoniam sensus exterior apprehendit solummodo in præsentia obiecti, sed ira est propter iniuriam illatam, ergo iam abest, ergo ira non est passio sensus exterioris.

De primo dico quòd nullus est sermo de propriis operationibus plantarū, ideo illud verbum de propriis nō refertur ad plantas sed ad animalia, sed cōia non solum referuntur ad plantas sed etiam ad aīalia.

De secunda dubitatione, quoniam finis philosophi naturalis nō est declaratio causarum primarum sanitatis & ægritudinis, sed est ad causas plantarū, & ad mortē & vitam earum, possumus dicere quòd si Aristoteles tradidisset causas plantarum eundem ordinem seruasset, quē in animalibus, quoniā prius de morte & vita plantarum tractaret quàm de sanitate & morbo, quoniam mors & vita sunt à natura tantum, sanitas & morbus sunt à natura & ab arte, & Theophrastus non voluit ordinem naturæ, ideo prius de causis sanitatis quàm de morte & vita, vel dicatis quòd cùm Aristoteles dixit finē philosophi naturalis esse considerare causas sanitatis & morbi locutum fuisse secundum aliorum opiniones, ideo dixit quidam philosophorum.

De secundo quoniam Aristoteles truncatè tradidisset cās sanitatis & morbi. Dico quòd forte aliqua causa pertentus non tradidit causas sanitatis, sunt quędam fragmenta in fine libri de morte & vita, quę cau-

causas sanitatis declarant. Ad tertium dicit. D. Th. quòd philosophus naturalis considerat primas causas sanitatis & ægritudinis in vniuersali, medicina vero eas cõsiderat in particulari, ideo diuersimode, sed hæc expositio patitur difficultatem, ꝙ easdẽ causas sanitatis considerat medicus & philosophus naturalis, quoniam talis causa est temperata complexio quemadmodum dicit Alexander, quam considerat medicus & philosophus naturalis, ideo expositio D. Th. non potest stare, ideo dico quòd easdẽ causas considerat medicus & philosophus naturalis, ergo scientiæ sunt permixtæ. Dico quòd non, quia alio modo illæ causæ considerantur à philosopho naturali, alio modo à medico, quoniã philosophus considerat sanitatem vt à natura introducitur, Medicus vero considerat sanitatem vt à natura introducitur; & eam ẽt immittit ars, ideo natura est quæ seruat, Medicus vero est q immittit operationes ipsius sanitatis. De vltimo dico quòd prima principia sanitatis sunt temperamenta, ex quibus resultant aliæ sanitates in aliis membris dissimilaribus, & quia tẽperaturæ illæ fiunt ex qualitatibus miscibilibus, ideo Aristoteles tractat de illis qualitatibus de elementis vt Auicenna prima primi. & Gale. in propriis libris.

Ad quartum dico quòd sanum est subiectum medicinæ, & non corpus arte sanabile, quoniam nunq̃ hoc dixit Galenus, sed sanum quoniam nedum significat qualitatem, sed circumcernit subiectum, & sic sub subiecto naturalis philosophiæ, quod est corpus naturale, quoniam sanum circumcernit corpus, quamuis primo significat qualitatem.

Ad aliud dico quòd ira & concupiscentia nõ sunt oppositæ qualitates, quoniam tantum animalibus perfectis conuenit, concupiscentia verò omnibus animalibus, & Aristoteles nõ dixit istas esse propriè oppositas. Ad vltimum dico quòd ira non est passio sensus exterioris, sed interioris, quia est propter iniuriam illatam, quæ iniuria afficit, ideo attribuit istas operationes appetitui, qui consequitur sensum interiorẽ, qui est cogitatiua, & concupiscentia fortè non est passio sensus exterioris, quoniam sunt collationes obiecti ad obiectum, sensus verò exterior minime facit collationem obiecti ad obiectum.

His expeditis postquam Aristoteles dixit has operationes esse communes corpori & animæ, & de illis vt ad corpus spectant vult tractare, ideo de organis sensuum tractat, incipit tamen à sensu, & inquit supponamus ea quæ diximus in libris de anima, quoniã diximus quid esset sensus, & quid sentire, & propter quam causam insint sensus animalibus. Declarauimus autem quid esset sensus, quoniam diximus quòd erat virtus receptiua sensibilium citra materiam, declarauimus autem quid esset actus sentiendi, quoniã dixit quòd erat passio illata à sensibus, talis autem passio appellatur actus sentiendi, declarauit etiam in secundo de anima cur animalibus insint sensus, & dedit duas causas ex parte finis, & est quòd sensus dati sunt animalibus propter eorum salutem, quoniam ex quo animalia sunt temperata offenduntur faciliter ab excellentibus qualitatibus contrariis, ideo vt possint eas fugere, non dedit sensum animalibus, quoniam mediante tactu percipit excellentes qualitates & fugit, alia causa est ex parte materiæ, quoniam animalia ex quo sunt perfectè temperata, ex eorum temperatura causatur sensus, quia autem plantarum temperatura non est ita perfecta, ideo nõ potest fieri sensus, quoniam dantur formæ secũdum merita materię, sicut inquit Plato. Supponit aliud scilicet quòd omnibus animalibus insit sensus, & declarat, quoniam animal dicitur animal per sensum, ex quo supponit tertio, quod non quiuis sensus inest omnibus animalibus, & loquitur semper de sensibus exterioribus, quoniam aliqui sensus. i. aliquorũ sensuum actus in nobis fiunt per aliquod medium extraneum, vt olfactus, auditus & visus fiunt mediante extraneo, sunt verò aliquorum sensuum tactus, qui fiũt mediante intraneo, vt tactus & gustus, de facto patet, quoniam animal dicitur animal tactu, qui est primus sensuum, gustus etiam est necessarius, quoniã ex quo semper resoluimur indigemus restauratione, vt autem restauremur indigemus virtute discernente nutrimentum à non nutrimento, non possumus autem discernere nisi mediante sapore, sapor autem est obiectum gustus, ideo gustus est necessarius animali, alij non tres sensus scilicet olfactus, auditus & visus non sunt necessarij, sed tantum ad bene esse, quoniam olfactu ex longo interuallo odoramus nutrimentum, deinde illud prosequimur, ita auditus est ad bene esse, quoniam audimus de nutrimento proficuo, deinde proficuum prosequimur, & ita auditus est datus animalibus ad bene esse, ideo tactus & gustus sunt necessarij animalibus, alij verò tres sensus sunt dati animalibus ad bene esse, & dicit Aristo. nedum hominibus sicut aliis animalibus dati sunt illi sensus ad bene esse, sed etiã propter scientiam & prudentiam, & maxime auditus & visus, & declarat hic Aristot. quòd visus & auditus faciunt ad scientiam & prudentiam, quòd quidem visus faciat scientiam declarat Aristot. quia motus corporis demõstrat interualla syderum, & alia multa, ex quibus in rerum scientiam ducimur, ita uidendo plura acta prudenter prudentes efficimur, ita auditus ex quo accipit, quę dicuntur à præceptore, & ex illis fit sciẽtia, ita efficimur prudentes audiendo prudẽter acta.

Lectio Quinta.

EXPONEBAMVS verba Aristotelis, ꝙ auditus, visus, & olfactus dati sunt animalibus propter vsum vitæ, quoniam mediantibus illis animalia prosequuntur proficua, & nociua fugiunt, visu enim longè videmus proficuum & nociuum, & dicit Aristot. adhuc visus & auditus dati sunt homini alia de causa quàm propter vsum vitæ, scilicet propter sciẽtiam & prudentiam, comparabat deinde Aristo. hos duos sensus ad inuicẽ, vter eorũ magis conferret ad scientiam & prudentiã, dixit Aristot. ꝙ visus magis per se confert scientiæ & prudentiæ, auditus verò magis per accidens, & declarabat Aristot. quoniam visus plurimas rerum differentias comprehendit, quo-

quoniam omnia corpora ſunt colorata, ideò eorum colore ea percipimus, ita viſu apprehendimus plura, quæ ſunt nobis proficua aut nociua, etiam viſus apprehendit ſenſibilia communia magis diſtinctè quàm auditus, & iſtorum cognitio facit ad ſciẽtiam & prudentiam, ergo viſus per ſe magis facit ad ſcientiam & prudentiam quàm auditus, probat quòd auditus magis conferat ſcientiæ & prudentiæ quàm viſus, quoniam cæcus ab ortu eſt prudentior quàm ſit ſurdus & mutus, ergo auditus magis per accidens facit ad ſcientiam & prudentiam, quomodo tenet hæc ratio? Dico per locum à contrario, quaſi dicat, ſurditas magis obeſt ſcientiæ & prudentiæ, ergo auditus magis facit ad prudentiam & ſcientiam quam viſus, & dixit ſurdus & mutus, ex quo omnis ſurdus eſt mutus, ex quo enim caret auditu non poteſt concipere locutionem, ex quo illam non poteſt proferre, & ſic erit mutus, ideo omnis ſurdus eſt mutus, quòd verò auditus per accidens ducat nos in ſcientiam & prudentiam declarat Ariſtoteles, quoniam auditus ducit in ſciẽtiam & diſciplinam mediante oratione vocali, oratio verò vocalis ducit nos vt ſignificat, ſed vt ſignificat non apprehenditur ab auditu, ſed vt ſonus apprehenditur, ideo auditus per accidens nos ducit in cognitionem ſcientiæ & diſciplinæ, quoniam per accidens apprehendit orationem, & ſignificat, quoniam per ſe apprehẽdit orationem, & ſonum, deinde facit epilogum Ariſtoteles, & inquit cum ſupra de cuiuſcunque ſenſus facultate à nobis diſputatum ſit, id eſt cum ſupra de vtilitate ſenſus declarauimus, quoniam ſenſus, tactus, & guſtus ſunt neceſſarij, reliqui verò propter vſum vitæ.

Super lectia ſunt multæ dubitationes, & à facilioribus incipiemus, Ariſtoteles dicit primò, quòd tactus & guſtus ſunt neceſſarij omnibus animalibus, quòd enim tactus ſit neceſſarius patet, quòd verò guſtus ſit neceſſarius declarat, quoniam animal continuè reſoluitur, & ex quo non ex omni corpore nutritur, ideo indiget ſenſu, quo mediante diſcernat nocumentum à proficuo nutrimento, non poſſumus autem hoc facere, niſi mediante ſapore, ſapor autem eſt obiectum guſtus, ideo animali neceſſarius eſt guſtus.

actum &
uſtum eſ
neceſſa-
um om-
bus ho-
inibus.

Sed hic oritur difficultas, quoniam Ariſtoteles primo & ſecũdo de anima dixit, quòd tactu animal erat animal, & hic ſenſus erat natura prior aliis ſenſibus, ergo ſine illis poterat eſſe, ergo poſſet eſſe ſine guſtu, ergo guſtus non eſt neceſſarius animali.

Secundo circa rationem Ariſtotelis, quoniam eadem ratio habet vim in plantis, quoniam plantæ cõtinuè diſſoluuntur ex calore naturali, indigent ergo nutrimento, & cum ex quolibet corpore non nutriãtur plantæ, indigent ergo ſenſu, quo diſcernant nutrimentum proficuum à nociuo, ſed quicunq; ſenſus fuerit iſte non poterit hoc efficere niſi mediante guſtu, ergo cum ſapor ſit obiectum proprium ipſius guſtus, ſequitur de neceſsitate ꝙ plantis etiam inerit guſtus, cuius oppoſitum dixit Ariſtoteles.

Tertio quoniam Ariſtot. in ſecundo de anima dixit quòd ſapor eſt conditio per accidens nutrimenti, quoniam qualitates per ſe ſunt conditiones alimenti, & ratio eſt, quia apud omnes eadem eſt materia generationis & nutritionis, ſed materia generationis eſt mixtũ, mixtũ aũt ex miſcibilibus conſtat, miſcibilia verò includũt qualitates primas & non ſaporem, niſi ꝑ accidẽs, iõ ſapor eſt cõditio accidentalis nutrimenti, melius ergo dixiſſet tactu diſcernimus nutrimentum à non nutrimento quàm ſapore, cùm ipſa ſit accidentalis conditio. In hac dubitatione duo ſunt modi dicendi, vnus eſt Themiſtij & Auerrois ibi in ſecundo de anima, dicunt enim quòd duplex eſt guſtus, vnus eſt perfectus, qui percipit ſaporem vt obiectum, & talis guſtus nõ ineſt omnibus animalibus, quoniam non ineſt oſtreæ & ſpongiæ, quia ſunt animalia imperfecta, alius eſt guſtus imperfectus, qui non percipit ſaporem, ſed percipit illas primas qualitates, vt nutritio eis cõuenit, & talis guſtus eſt quidã tactus, differt tamen penes hoc à tactu, quoniam tactus percipit illas qualitates abſolutè, guſtus vero imperfectus percipit vt alteri competit: Sed contra hanc opinionem inſurrexit Io. Gand. in ſuis quęſtionibus, quoniam inquit obiectum guſtus imperfecti ſunt qualitates primæ, obiectum verò guſtus perfecti eſt ſapor, ergo hic loquitur de guſtu perfecto.

Secundo, quoniam tertio de anima dixit quòd guſtus perfectus ineſt animalibus omnibus etiam imperfectis, ergo. Tertio quia ſic eſſent ſex ſenſus, quia hic Ariſtoteles ſeiungit guſtum imperfectum à tactu, ergo erit guſtus imperfectus & tactus, & ſunt duo, deinde ſunt alij quatuor. ſ. guſtus perfectus, olfactus, auditus & viſus, ideo ſic eſſent ſex ſenſus, verũtamen Ariſtoteles dixit ſolùm eſſe quinque ſenſus, ideo aliter Ioannes dicit, quòd ſcilicet Ariſtoteles loquitur de guſtu perfecto, qui percipit ſaporem, & talis non eſt neceſſarius omni animali ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid. ſ. vt diſcernat nutrimentum proficuum à nutrimento nociuo, & omnibus animalibus ineſt guſtus perfectus, hoc pacto, niſi talia animalia ſint præter naturam diſpoſita, quoniam tunc illis ineſt ſolùmmodo ſenſus tactus animalibus autem ſecundum naturam diſpoſitis ineſt guſtus.

Sed expoſitio Ioannis patitur difficultatem, quoniam guſtus perfectus, qui percipit ſaporem ſuperfluus eſt animalibus imperfectis, ſcilicet oſtreę & ſpõgiæ, natura autem non abundat in ſuperfluis, quia illa talia animalia imperfecta ex illis qualitatibus primis ſecernunt nutrimentum proficuum à nociuo, ſic plantæ virtute animæ vegetatiuæ ſecernunt nutrimentum ſuum bonum à malo, ergo ſuperfluus eſt guſtus talibus animalibus. Secundo ex quarto de hyſtoria animalium dicit, quòd in animalibus habentibus guſtum perfectum eſt os in palato & lingua, ſed ſpongiæ & oſtreæ carent ore, igitur non habent guſtum perfectum, ergo. Ideo dico cum Themiſtio, ꝙ Ariſtoteles loquitur hic de guſtu imperfecto, ad rationes Ioannis, quia dicit Ariſtoteles quòd talis guſtus percipit ſaporem, ſed ſapor eſt obiectum guſtus perfecti. Dico quòd Ariſtoteles abutitur nomine ſaporis, quia accipit ſaporem pro temperamento illarum quatuor qualitatum, quoniam quemadmodũ abute-

abutebatur nomine gustus, its abutitur nomine saporis. Ad secundum dico quòd illa animalia, quibus inest gustus perfectus non sunt omnino animalia imperfecta, ut sunt spongiæ & ostreæ, ijs enim minimè inest gustus perfectus. Ad tertium dico quòd si loquimur de generibus sensuũ, sic tãtũ sunt quinq; genera sensuum secundum se, si verò diuidamus tactũ per additamentũ accidentale, quoniam eius duplex est differentia, vel secundum quod percipit qualitatẽ absolutè, & sic dicitur tactus, vel vt nutrimento conueniunt, & sic dicitur gustus, & erunt sex differentiæ sensuum, sed cum Aristoteles dixit quinq; esse sensus loquitur de sensibus absolute secundum se, & propter hoc dico ad rationes principales: & primo, Ad primam rationẽ cum dicimus tactus est primus omniũ sensuum, & potest ab aliis separari. Dico quòd potest separari à gustu perfecto, non autem ab imperfecto, quoniam tactus & gustus imperfectus percipiũt quidem ambo qualitates, sed diuersimode, qm̃ tactus absolute illas pcipit, gustus verò imperfectus, p accidẽs illas pcipit, vt accidunt alteri, ideo dr̃ tactus.

Ad secundum dico quòd non est eadem ratio, quia temperaturæ plantarum repugnant sensus, non autẽ temperaturæ animalis, imò temperaturæ animalis cõueniunt, sicut dicit Aristoteles, ideo propter hoc plãtæ non indigent sensu, quamuis animal indigeat, sed proprium nutrimentũ accipit vi virtutis vegetatiuę.

Ad tertium dico quòd et si sapor accidentalis sit conditio nutrimenti, non tamen sequitur argumentũ quòd mediante sapore non potest animal secernere proficuum, & proprium nutrimentum à nociuo, quoniam quamuis sit accidentalis nutrimento sapor, mediante tamen eo potest animal eligere proprium nutrimentum.

Lectio Sexta.

EST secunda difficultas super secunda suppositione Aristot. quoniam dicebat quòd sensus tres, qui sunt per intermedium aerem nõ insunt omnibus animalibus, sed solũ perfectis, animalia autẽ perfecta sunt illa, quæ habent motum progressiuum. Est ergo dubitatio an omnibus animalibus perfectis insint illi tres sensus, quoniã talpa & echinus marinus sunt animalia perfecta, quoniam habẽt motũ progressiuum, & talpa caret visu, similiter echino deficit auditus, nõ ergo videtur verum, quòd omnibus animalibus perfectis insint illi tres sensus, etiam aliquibus animalibus imperfectis quæ nõ sunt sanguine prædita, insunt illi sensus, sicut est videre in apibus & muscis, quæ ex quo carent sanguine sunt animalia imperfecta, & tamen illis insunt illi sensus, quid ergo dicendum?

An omnib⁹ animalibus perfectis insint olfactus, auditus, & visus?

Dico quòd animal perfectum potest dupliciter intelligi, vno modo quòd habeat motũ progressiuum, & hoc modo non omni animali perfecto insunt illi tres sensus vt concludit argumentum, si verò intelligatur animal perfectum quod habeat tres conditiones quemadmodum in quarto de hystoria animaliũ, cap. quarto, prima scilicet quòd habeat motum progressiuum, secunda quòd sit præditum sanguine, tertia quòd ex semine generetur. i. quòd generet sibi simile. Dico quòd tali animali insunt illi tres sensus, nisi sit impedita eius generatio, quoniã ibi dicit Aristoteles quòd talpa à generatione impeditur ꝙ ipsa nõ possit habere visum, difficultas igitur est quid intelligat Aristoteles per animal perfectum? sed miror quòd Aristoteles dicat de talpa quòd habeat visum, nisi impediatur à generatione, quoniam causæ naturales raro impediuntur, quomodo igitur tota species animalis istius, scilicet talpę impeditur quòd tota species priuatur visu, etiam si impeditur à generatione præter intentum, ergo natura non facit visum in talpa, ergo casualis est talis generatio, sed quomodo stat quòd sit casualis, & in tota specie reperiatur eodem modo. Ideo forte aliter dicit Galenus in lib. de sanitate, & xiiij. de vsu partium, qui dicit hoc contingere non quia impeditur generatio, sed ob imbecillitatem virtutis generatiuæ talpæ, ideo non potest emittere oculos ad extra, sed intra facit oculos.

Sed expositio patitur difficultatem, quoniam natura non dimittit necessaria, si sic, quomodo ergo naturæ dedit imbecillem virtutem talpæ, si ipsi conueniebat visus? natura enim in necessariis non deficit, ideo nec opinio Aristotelis, nec Galeni placet, quid ergo dicendum? Dicstis quòd hic causa ponitur ab Aristotele, vt probabilis, quia natura fecit talpam non simpliciter cœcam, sed secundum quid tantum, ideo facit oculos ad intra cutem, quoniam talpę debebant in terra manere, ideo ne offenderentur oculi, natura oculos ad extra non transmisit, habet tamen illos sub cute, quemadmodũ dicit philosophus, ideo dicatis per consequens, quòd non solis animalibus perfectis insunt illi tres sensus, quia etiam aliquibus animalibus imperfectis insunt, vt sunt apes, & muscæ, quæ carent sanguine. Sed dubitatio est an omnibus animalibus perfectis insint illi tres sensus? & non quærit an solis perfectis conueniant, quoniam sciebat etiam imperfectis conuenire illos tres sensus.

Est tertia dubitatio, quoniam Aristoteles dixit nobis, quòd visus est perfectior & certior, & magis facit ad scientiam, & prudentiam quàm auditus, & primo declarat quòd visus est perfectior & certior auditu, quoniam visus percipit æterna & corruptibilia, scilicet ex colore, auditus tantum corruptibilia, quia sonus, qui est obiectum auditus conuenit tantum corruptibilibus, ergo visus est perfectior auditu.

An visus sit perfectior auditu.

Etiam ex obiecto, visus est perfectior auditu, est etiam certior auditu visus, quia visus apprehendit quinq; sensibilia communia, auditus verò non.

Tertio visus etiam per se magis facit ad scientiam & prudentiam quàm auditus, quoniam visus plures rerum differentias ostendit, quoniam declarat colorem, qui est cõmunis æternis & corruptibilibus, motum & figuram corporum cœlestium ostendit, auditus verò tantum differentias soni demonstrat, ergo visus magis facit ad scientiam quàm auditus.

Sed hæc omnia dicta habent faculatatem, quoniam auditus est perfectior visu, primo ex obiecto, quoniã obie-

obiectum auditus, quod est sonus est perfectior obiecto visus, quod est color, quoniam sonus est qualitas simplicior colore, quia semper simpliciora sunt perfectiora. Etiam ex organo, quoniam organum auditus in superiori parte locatur quàm visus, & magis discluditur organū auditus quàm organum visus, ergo auditus est perfectior, quòd autem organum auditus sit in superiori parte patet, quia in animalibus imperfectis auditus est in superiori parte, quamuis in homine aliter se habeat, quòd autem organum auditus sit magis disclusum quàm organum visus patet, quoniam maius est interstitium inter vnam aurem & aliam, quàm inter vnum oculum & alterum, quòd verò organum disclusum sit perfectius patet discurrendo, quoniam tactus, qui est cæteris imperfectior non habent organum disclusum, gustus verò habet organum magis disclusum, quoniā lingua habet duas partes, vt dicit Aristot. ideo imperfectior, deinde olfactus, qui est illis perfectior, ideo habet organum magis disclusum, cū ergo organum auditus sit magis disclusum quàm organum visus, erit igitur perfectius, probat etiam Aristoteles ex modo sentiendi.

Probat etiam ex modo sentiendi, quoniam visio colorum pluribus eget quàm auditio sonorum, quoniam ad hoc vt fiat visio indigemus lumine intermedio disponente aerem, auditio autem fit absque medio disponente aerem, ergo auditus est perfectior visione, argumentum enim valet ex Aristotele secundo Ethicorum, vbi probat quòd felicitas speculatiua sit perfectior actiua, quoniam inquit paucioribus indiget speculatiua quàm actiua, cum ergo auditio paucioribus egeat quàm visio, ergo erit perfectior, quòd verò auditus sit certior patet ex Socrate, qui cū conspexisset adolescentulum ad se diluculo venictem, vt te videam aliquid eloquere inquit, sic ergo Socrates sensit aurium auditum esse certiorē oculorum, quoniam oculis non nisi formam corporis intuemur, ex oratione autem mētis habitum deprehendimus, ideo dicit plurium est auditus testis quàm oculorū visus.

Quòd verò auditus magis conferat ad scientiam & prudentiam quàm visus probat, quoniam plus addiscimus audiendo quàm videndo, ergo auditus magis facit ad sciētiam quàm visus. Etiam ratio Aristotelis non est alicuius valoris, quoniam dicit quòd visus est perfectior, quia plures rerū differentias demonstrat nobis, sed hoc nihil est, quoniam tactus plures rerum differentias demonstrat quàm auditus & visus, ergo tactus esset illis perfectior. Etiam quia secundo de anima Aristoteles dicit, quòd qui sunt tactu molles sunt apti ad addiscendum, qui verò non sunt tactu molles non sunt apti ad addiscendum, tactus ergo magis facit ad prudentiam & sapientiam quàm visus & auditus.

Quid dicemus? est pullex ad elephantem, rectè.n. loquitur Aristoteles, quoniam visus est perfectior auditu & certior, & magis facit ad scientiam & prudentiam quàm auditus, & Aristoteles demōstrauit propositum suum rationibus fortissimis, soluamus igitur omnia argumenta, quia intellecta veritate faciliter omnia dubia soluuntur. Quid igitur, quādo dicunt sonus est perfectior colore, quia sonus est qualitas simplex, & prior, color verò est qualitas secunda. Dico esto quòd sonus sit perfectior colore, tamen lumen est perfectius sono, & lumen est principale obiectum ipsius visus, ideo argumētum nullum.

Ad secundum dico quòd organum visus est perfectius organo auditus, quoniam maiores sunt nerui, qui tendunt ad oculos quàm ad cæteros sensus, ideo magis perforati sunt illi nerui, quoniam maior copia spirituum fluit ad oculos quàm ad cæteros sensus.

Cum dicis ponitur in loco altiori auditus quàm visus, dico quòd non est ita in homine, etiam hoc non argumentat simpliciter organum auditus esse perfectius in aliis animalibus. Et cum dicimus organum auditus est magis disclusum quàm organū visus, concedo, ergo auditus est perfectior nego argumentum, quod dicimus ita apparet in aliis sensibus. Dico est accidentalis conditio, sed conditio per se sumit conditiones ex obiecto, & obiectum visus est perfectius obiecto auditus, ideo visus simpliciter est perfectior auditu. Ad aliud cū dicimus pluribus eget visio colorum quàm auditio soni. Dico hoc est falsum, cum dicis in visione requiritur lumen, dico quòd etiam in auditu requiritur dispositio aeris. s. tremitus aeris, quoniam ad hoc vt fiat sonus requiritur tremitus aeris, etiam licet visio colorum pluribus egeat quàm auditio sonorum, non tamen visio respectu luminis pluribus eget, quoniam visus videt lumen absq; medio aliquo disponente, idō visus est perfectior auditu.

Ad secundum cū dicimus certior est auditus quàm visus, dico quòd hoc falsum est, cum dicis de Socrate, dico quòd illud est per accidens, quoniam notiones rerum sensibilium innotescunt nobis magis ex auditu, quàm ex visu, visus tantum simpliciter est certior auditu, ideo Socr. dixit puero, vt aliquid eloqueretur, qm̄ ex locutione nobis innotescunt notiones rerum.

Quod verò dicis plura addiscimus audiēdo quàm videndo, nemini hoc est dubium, vnde si Aristoteles hoc dicit, à Platone audiēdo didicit. Dico quòd et si plura discamus audiendo quàm videndo, tamen auditus non est perfectior visu, quoniam Aristoteles dixit quòd visus per se magis facit ad scientiam & prudentiam quàm auditus, quoniam auditus magis per accidens confert ad scientiam, vnde licet plura discamus audiendo, f. ex doctore, dico tamē quòd hoc est per accidens, Aristoteles autem dicit quòd visus magis per se confert quàm auditus, auditus autem magis confert per accidens, vt concludit argumentum.

Quod addis tactus plures rerum differentias demonstrat quam visus. Dico quòd hoc falsum est, quia tactus percipit illas qualitates, quæ sunt eiusdem generis, visus vero percipit colorem & lumen, quæ non sunt eiusdem generis proximi, sed remoti, ideo visus plura apprehēdit quàm tactus, quoniam tactus percipit illas qualitates vt sunt eiusdē generis proximi, visus verò lumen & colorem apprehendit, vt sunt eiusdem generis remoti. Ad vltimum, quia qui sunt boni tactus faciliter addiscunt. Dico quòd argumentum concludit quòd sensus valde per accidens faciat ad scientiam, quoniam organum tactus est ca-

ro,

ro, & qui est bonæ complexionis faciliter addiscit, ideo tactus per accidens facit ad scientiam, & argumentat supra complexione totius. Est alia dubitatio, quoniam auditus est per se orationis vocalis, sed oratio vocalis per se significat, quoniam oratio vt oratio est vox significatiua, sed oratio vt significat ducit nos in cognitionem rei, ergo auditus per se facit ad scientiam & prudentiam, quoniam per se auditus est orationis vocalis, quæ per se facit ad scientiã.

Dico ꝙ deciperis, quia auditus non percipit orationem vocalem, vt oratio, sed illam percipit vt sonus est, ideo auditus ducit nos in scientiam, quia auditus non ducit nos in scientiam nisi vt apprehendit orationem, vt significat, & sic per accidens apprehenditur oratio vocalis, ideo per accidens facit ad scientiam auditus, vt apprehendit illam orationem vocalem, quę per se significat. Sed dices, quomodo oratio vocalis, quæ significat ad placitum ducit nos in scientiam? quia oratio vocalis & scripta sunt ad placitum, vnde visus aliquando per accidens est sensus disciplinæ, quemadmodũ cum à visu apprehendimus scriptas orationes, quoniam illæ sunt ad placitum significantes, quomodo ergo oratio vocalis, quæ est ad placitum ducit nos in notitiam sensibilium? cum rei sciẽtia fiat per imagines rerum, quomodo oratio, cum significet ad placitum, producit rerũ imagines? dico quòd oratio illa vocalis per accidens ducit nos in notitiam rerũ, quoniam habentibus nobis aliquod idioma, vtputa latinum, scimus etiam res per talẽ vocem significãtes, cum dicit oratio imprimitur, etiam res significat talem uocem, exemplum cum dixero hanc orationem vocalem homo, intelligentibus nobis quid significat homo, quoniam hoc didicimus à parentibus, statim imago rei, quę est homo, imprimitur, & sic ex tali oratione ducimur in cognitionem hominis, quemadmodũ de cane, qui sit assuetus verberibus cum comedat carnem, si apponatur frustrum carnis non comedit, quia statim repræsentatur ei simulacrum verberum, quod fortius imprimit, ita oratio vocalis quoniam repræsentat imagines rerũ, quæ per talem vocem significantur, ideo nos ducit per accidens ad scientiam. Sed dices cur scripturę & voces ducunt nos per accidens in notitiam rei, quomodo ergo auditus magis per accidens facit ad cognitionem scientiæ quàm visus? Dico quòd est per accidens. s. ex gestu loquentis, qui fortius imprimit orationem vocalẽ, ideo per accidens oratio vocalis magis nos ducit in scientiam quàm oratio scripta.

Lectio Septima.

VERI diximus quòd visus per se magis confert ad scientiam & prudentiam, quàm auditus, auditus verò magis confert ad scientiam & prudentiam per accidens, ideo simpliciter dicebamus quòd visus erat perfectior auditu, quia visus per se facit ad scientiam respectu rationis scriptæ. Est alia dubitatio, quoniam dicit quòd cœcus à natiuitate est prudentior surdo & muto, cur non dixit est prudentior surdo, cũ omnis surdus sit mutus, ideo est dubitatio an omnis surdus sit mutus à natiuitate, & rõ dubitationis est, quoniam aliud est instrumentum auditus, & aliud est instrumentum locutionis, quoniam illæ sunt virtutes distinctæ, poterit ergo lędi vna virtus non læsa qua loquimur, nec instrumẽto, poterit ergo esse aliquis surdus & non mutus, quia habent instrumenta diuersa. An omnis surdus sit mutus.

Dico quòd re vera omnis surdus est mutus, & affert rationẽ Alexander in j. proble. probl. 133. est tamen satis truncata ratio, dicit enim Alexander, quoniam non potuit audire, ideo non potest verba proferre, ideo omnis surdus est mutus, aliam rationem reddit Aristoteles quarto de hystoria animalium cap. ix. vbi dicit quòd omnis surdus est mutus, quoniam mutus potest edere sonum & vocem, non autem locutionẽ, quia locutio est dearticulatio vocis, & ista dearticulatio vocis fit ꝑ literas & syllabas, ista autem dearticulatio vocis non põt fieri nisi per doctrinam, doctrina autem in nobis audiendo causatur, ideo omnis surdus est mutus quoniam mutus non potest vti locutione, quoniam locutio fit per disciplinã, disciplina autẽ fit auditu, ideo & cętera animalia quę habent locutionem sicut pica, per doctrinam illã addiscunt, licet illa locutio sit impropria, quia locutio propriè tantum cõuenit homini, quid ad argumẽtũ?

Dico quòd illæ sunt duæ virtutes distinctæ, & habent duo instrumenta distincta, & vnum illorum instrumentorum potest lędi non læso altero, non tamẽ sequitur, quòd aliquis surdus non sit mutus, quia erit mutus, quoniam non poterit vti locutione, quia ipsa nõ põt fieri nisi mediãte doctrina, quę ꝑ auditum fit.

Contra istum modũ insurrexerunt isti, & iste Zimara, & voluit ostendere quòd non potest fieri nocumentum vtputa auditui, quin inferant nocumentum ipsi linguæ, primo ex Aristotele xiij. proble. j. quoniam quærens causam cur ita faciliter ląeditur auditus, dicit, ratio est, quoniam faciliter lęditur vox. i. locutio, & ab eodem principio proueniunt locutio, & auditus, ratio est, quia alia non videtur ratio, ideo non potest inferri nocumentum vni virtuti, quin inferatur alteri, quomodo faciliter locutio lędatur, qm̃ difficillimè perfici potest, inditium huius est, quia postquam irati sumus obmutescimus, deinde balbutimus, cum ergo locutio faciliter lęditur, ita etiam auditus, cum idem sit principium loquendi atque audiendi. Etiam in secundo problemate eiusdem sectionis, quærit cur surdus loquitur in naribus, dicitꝙ comprimitur os, fit autem compresio oris, quoniã lingua lęditur, quæ est instrumentum vocis, & ratio huius non potest esse alia, nisi quia cum infertur nocumentum vni virtuti, infertur etiam alteri virtuti, clarius idem dicit Aristoteles in tertio proble. 14. vbi idem problema quærit cur surditas faciat locutionem per nares, dicit quoniam surditas est vitium pulmonis, ex pulmone verò editur locutio, ideo non potest inferri nocumentum virtuti auditus, quãdo etiam inferatur virtuti loquendi, & non potest esse alia ratio, nisi quia ambæ ab eodem principio fiant, etiam ex Auicenna prima primi, vbi dicit, quòd nerui quintæ coniu-

coniugationis tendunt ad organa auditus, & cõmiscentur cum neruis sextæ cõiugationis, qui sunt nerui recurrentes, & tales nerui faciunt ad uocem, & ad locutionem, & cũmiscentur per panniculos, ita etiam dicit Gale. ꝙ illi nerui cõmiscentur, necessariũ ergo est. ꝙ si inferatur nocumentum instrumento auditus, ꝙ etiam inferatur instrumento locutionis. Etiam si nõ esset ꝙ cum inferatur nocumẽtum auditui, inferatur etiam linguæ, quæ est instrumentum locutionis, sed ipsa etiã ablata, cur ipsa lingua exprimit ea quæ fiunt ab aliis sensibus. s. à manu, à visu? non videtur aliqua ratio, ideo dicunt quãdo infertur nocumentum auditui, quòd etiam infertur locutioni.

Sed hæc expositio est falsa; primo, quoniam muti inuẽti sunt à natura & ab arte, deinde ex aliquo impetu dissoluti sunt à vinculis linguæ, & tunc vsi sunt locutione, vt inquit Valerius Maximus de multis iuuenibus, non potest autem edi locutio nisi per doctrinam, quæ doctrina est per auditum, ideo cum ipsi erant muti audiebant, ergo non omnes muti sunt surdi, & sic per consequens nõ esse necessarium quod si ꝙ inferatur nocumẽtum vni virtuti, ꝙ etiam illud nocumentum inferatur alteri.

Secundo, qm̃ ex ægritudine aliqua non poterit esse mutus, quin sit surdus, & econtra, qm̃ nocumentum, quod vni infertur, alteri infertur, ideo qui est surdus, necesse est ꝙ sit etiam mutus, & econtra, oppositum aũt dixit Aristo. j. proble. prob. 33. quia inquit quòd ex ægritudine aliqui surdescunt, & tñ non sunt muti, & econtra, qm̃ nocumentũ, quod infertur instrumento vnius virtutis, vt auditus, non infertur instrumẽto alterius virtutis, vt locutionis. Etiam ex Auicenna iiij. tertij cano. cap. iij. qui dicit ꝙ cã surditatis est duplex, vna est mala cõplexio cerebri, & sic ex illa mala complexione cerebri lędũtur nerui deseruientes auditui, & nerui deseruientes locutioni, & sic oĩs surdus est mutus, est alia cã. s. solutio continui, cũ nerui auditus franguntur, vnde lędit auditus, & non locutio, qm̃ non lęduntur nerui locutionis, sed tantum nerui auditus, loquitur. n. Auic. non de surdo à natura, sed de surdo ex aliqua ægritudine, ideo dico, ꝙ omnis surdus à natiuitate est mutus, non tñ econtra. s. omnis mutus est surdus, nec oĩs surdus ab ægritudine est mutus, iõ dico ad argumenta eius, & primo ad primum, qm̃ dicit Aristo. faciliter lęditur auditus, q̃a faciliter lęditur vox, & rõ nõ pôt esse, nisi qm̃ pẽdẽt ab eodẽ pricipio. Dico ꝙ non pendent ab eodem principio proximo, sed remoto, idem. n. est principiũ remotũ, vtputa mala cõplexio cerebri, & sic cum infertur nocumentum vni, infertur & alteri, principiũ tñ proximũ est diuersum, & sunt illi nerui, qm̃ auditus principium proximũ sunt nerui qńtę cõiugationis, nerui vero locutionis sunt nerui sextæ coniugationis, iõ pôt lędi ꝓximũ principiũ auditus, & nõ proximum principium locutionis, sed dicit ꝙ omnis surdus sit mutus, patet, quoniam mutus non potest vti locutione, quoniam locutio fit per doctrinam, quæ doctrina fit per auditum, non autem, quia nocumentum communicetur ambabus virtutibus.

Ad secundum dico, quòd surdi loquuntur per nares, quoniam compresso ore loquuntur, loquũtur aũt compresso ore, quia non vtuntur lingua, non vtuntur autẽ lingua, quia impedita est, sicut dicit ipse, sed non vtitur lingua, quia non utitur locutione, non autem vtitur locutione, quia caret auditu, auditus verò fit ad locutionem, ideo surdi qm̃ nõ utuntur locutione, nõ utũtur lingua, ideo ille spiritus q deseruiebat linguæ per expulsionẽ locutionis ꝑ nares expirat, ideo surdi per nares loquuntur, sic dico quòd cũ Arist. dicit quòd surditas est compresśio pulmonis, & ex pulmone locutio causatur, ideo instrumẽtum idem. Dico quòd hoc est per accidens, quia ex quo surdus nõ pôt uti locutione, ideo aer, qui deberet deseruire locutioni totus inspiratur, & sic pulmo fit obesus, & ideo non potest edere uocem, & sic ipsa lęditur, sic ergo hoc per accidens est.

Ad tertium dico, quòd et si illi nerui sint commixti, non tamen sunt ita commixti, qòd nerui auditus non possint lędi, & non lędantur alij nerui locutionis. Hæc responsio falsa est iudicio meo, qm̃ arguitur sic, si surdus potest exprimere, est per uocẽ, ergo & per locutionem, probatur, quoniam locutio est uocis per linguam ex Aristotele. iiij. de hystoria animaliũ. cap. ix. vbi tradit de modo locutionis, si sic, qd ergo delirat iste vir? Ad ultimũ dico ꝙ surdus uoce & sono pôt exprimere gestu id qđ accepit ab aliis sensibus, non potest autem exprimere locutione, q a est surdus, & sic Aristoteles dixit, quòd omnis surdus est mutus, quia mutus est qui non potest uti locutione, ergo. Prosequitur Aristoteles in textu, quia postquàm dixit quòd de operationibus communibus & propriis animalibus egit, ut ad animam spectant in libris de anima, hic uerò egit de his ut ad corpus pertinent, & quoniam illæ non possunt fieri sine instrumentis, ideo prius de instrumẽtis sensuum egit, & prius egit de instrumentis sensuum quàm de sensibilibus, qm̃ instrumenta sunt magis necessaria aiali quàm sensibilia ideo de instrumẽtis prius egit, & qm̃ quinque erant sensus, ideo quinque debent esse instrumenta, ideo fuit difficultas, cum quinque sint sensus instrumenta, & quatuor elementa, quomodo omnibus sensibus possunt asśignari instrumenta, quoniam uisui asśignatur ignis, aer auditui, gustui aqua, tactui terra. Erat antem dubitatio de olfactus instrumento, quia dicebatur quòd instrumenrum olfactus erat corpus medium inter aerem & aquam, ideo dicit, licet aliis sensibus posset dubitatio contingere de eorum instrumentis, in oculo autem eius instrumentum est ignis, & antiqui adducunt experientiam ad hoc probandum, quoniam oculo compresso in nocte si commouetur apparet fulgor, qui est de natura ignis, sed Aristoteles eis obiicit. Dico quòd sensus sentiens non latet se sentire, & sic uisus dum uidet, non latet se uidere, quoniam uisio est propria operatio, circa autem propriam operationem non decipitur, sed uisus dum nocte comprimitur emittit fulgorem, & illum percipit, ergo se ipsum percipit, quia talis fulgor est de eius natura, sed nihil percipit se ipsum, sicut tactus non percipit qualitates in manu existentes. Secundo quoniã erit dubitatio

Cur cōpſſo & cōmoto oculo apparet talis fulgor.

tio an oculus cum quieſcit nō percipit illum fulgorē, ſed tantū cum mouetur & cōprimitur. Inquit Ariſt. referendū eſt hoc problema in aliā cām, ex hoc diſſoluitur alia dubitatio. ſ. cur oculo celerius agitato apparet talis fulgor, nō aūt quieſcēte. Dicit Ariſt. corpora ita polita & leuigata habēt lucem, & nō emittūt lumen, quo habent lumen, & nō emittunt lumē? Dico quēadmodū dicit Alexan. ꝙ non emittunt lumen intenſum, quod poſsit illuminare medium per participationem coloris, & hæc ratio eſt, cur compreſsis oculis poſſumus videre fulgorē, quia pupilla, quæ eſt foramen vncæ tunicæ, ex qua emittitur humor albugineus per corneam tunicam, ideo quoniam talis pupilla eſt leuigata & polita habet remiſſum lumen, ex quo percipitur fulgor ille compreſsis oculis, & ēt in tenebris, ſi vero inſpiciat in luce oculo aperto, nō videt fulgorem illum, quoniam lumen eſt remiſſum, ita ꝙ non poteſt eſſe ſufficiens pro viſione, & hoc patet cur oculo commoto apparet talis fulgor, non autem oculo quieſcente, quia cū oculus quieſcit apparet tātū vnus, cū verò celeriter mouetur, apparēt duo, quia fulgor ille cātus à motu apprehendit, & oculus videt tūc fulgorē, ſic ergo ex celeritate motus ꝑcipit ſe ipſū, qm̄ ille oculus apparet duo, dū vero quieſcit, nō apparēt duo, ſed tātū vnus, ideo oculus quieſcēs illū fulgorē & ſe ipſum non percipit, cur aūt celeriter mouetur oculus? dicit vt ſpiritus cito refrangatur, & vna res tunc habet rōnem duarum, ſicut dicimus ꝙ imago in ſpeculo eſt res viſa, & imago rei viſę. ita ꝑꝑ refractionē ſpirituum, quæ ex illa celeritate fit, oculus eſt videns, et res viſa, erunt dubitationes.

Lectio Octaua.

EXAMINABAT Philoſophus eam quęſtionē quę videtur Empedoclis & Platonis in Thymeo, ꝙ inſtr̄m viſus erat de natura ignis, & mouebatur eo problemate, cur oculus celerius agitatus ī tenebris videt fulgorē, vel palpebris in die ſuperinductis, nulla alia videtur cā, niſi quia iuſtrumentū eſt de natura ignis, philoſophus excludit hanc opinionem, retulit hoc problema in aliam cauſam, qm̄ mirū videbatur ꝙ viſus ſe ipſum percipiat, quia ſenſus refertur ad alıud .ſ. ad ſenſibile, vt dixit in ij. de anima. Etiam cur oculus donec quieſcit, non videt fulgorē cū ibi ſit fulgor ex eorum ſententia, cum virtus ſit de natura ignis.

Ideo Ariſt referebat problema in aliam partem, & dicit ꝙ cū oīa corpora leuigata habeant ſplendorem, & propriam lucē, vt capita multorum piſcium. ita in oculo, cū ſit pupilla, quę eſt pars leuigata habet ſplēdorē, ideo videtur ille ſplendor in nocte, & nō in die, quoniam illud lumē offuſcatur in die à maiori lumine, ideo nō pōt videre illū ſplendorē, in nocte verò videt, qm̄ eius lumē non offuſcatur, et dicit ꝙ ēt requiritur ꝙ oculus moueatur, & nedum moueatur, ſed celeriter moueat vñ apparēt duo, iō videt illū fulgorē, & dicit ꝙ neceſſe eſt, ꝙ celeriter moueatur, vt vna res appareant duæ & cauſa eſt (& hic addit illa verba obſcura) *ſeu in quodam procurſu*. i. ex celeri illo motu refrangitur ſpiritus ſicut in ſpeculo, qm̄ imago in ſpeculo habet rōnem obiecti vt ſpeciei obiecti, vt producit ab obiecto habet rōnē ſpeciei obiecti, vt uerò uidetur ab oculo nr̄o habet rōnē obiecti, ita cōtingit in celeri motu oculi, ſed eſt dubitatio, & primo Alexandri, quo oculus ſubeat vicē duorū, eius. ſ. qđ uidetur, et eius qđ uidet, dicit Alexan. ꝙ hæc eſt cauſa, qm̄ cū oculus agitatur, recedit à ſitu naturali, & ex hoc quòd recedit a ſitu naturali, habet rōnē obiecti, & viſi, cū non tendit ad ſuū locū naturalē habet rōnē uidentis, ideo idē eſt videns & uiſus reſpectu tñ diuerſorū, ſed Alexan. obiicit huic rñſioni, & inquit, quòd ſi ita ſit, ſequitur ꝙ oculus habebit' propriū fulgorē ex ſententia Ariſtotelis, & ſic ſequitur ꝙ quilibet hō inſpiciens pupillam oculi uidebit illū fulgorem, qui tñ nō apparet, quoniam oculi hominis nō uident in nocte, ſicut oculi multorum aīalium. Secundo qa cum exit à ſitu naturali habet rōnē uiſi, cum uerò eſt in ſitu naturali habet rationem videntis, ſed cum exit à ſitu naturali, non eſt in ſitu naturali, & cū eſt in ſitu naturali nō eſt extra ſitum naturalem, ſed non habet fulgorem, niſi cum ſit extra ſitum naturalē, at oculus nō uidet, niſi cum ſit in ſitu naturali, ergo nō uidet fulgorē dum eſt fulgor, quoniā fulgor eſt cum exit à ſitu naturali, igit̄ uidebit ea, quæ nō ſunt; oppoſitum tñ dicit Ariſt. ſenſus exteriores nō uidēt obiecta, niſi in ꝑſentia, & non in abſentia, Alexan. ſatisfacit his duabus dubitationibus, & primo ad primum dicit Alexād. ꝙ ſecus eſt de oculis hoīum, & aliorum animalium, qui lucēt, ſicut ſunt leonū, fulgēt in nocte, quia pupilla oculi hoīs habet exterius mēbranā, quę prohibet fulgorē pupillæ hominis, oculi uerò aliorū aīaliū nō habent illā mēbranā exterius, quę prohibeat fulgorē, iō oculi aliorū aīalium ſicut leonū, & leporū in nocte uident. De ſecundo dicit Alexāder euadendo, & fuit ratio Alberti Alem. D. Th. & Ioānis Gand. dicit ergo Alex. quod cū dicis oculus habet rōnē uidētis dū eſt in ſitu naturali, uerū eſt, habet rōnē uiſi dum recedit à ſitu naturali, uerū eſt, ergo inſpicit fulgorē dum non eſt (dicit Alexan.) deciperis, ſi totus oculus exiret à ſitu naturali, et ſi ſcđm ſui totū reuerteret in ſuū ſitū naturalē, argumētū cōcluderet, ſed cū pupilla habeat partes, iō cū una pars recedit à naturali ſtatu, alia reuertit̄ in naturalē ſtatū, iō una pars habet rōnē uiſi, alia habet rōnē uidētis, & D. Th. ſecutus hāc opinionē dixit, ꝙ ex quo oculus eſt humidę ſubſtātię ex illa celeri agitatione una pars ſubleuatur, & alia cōprimit. & ſic una pas habet rōnem uidentis, ut pars ſubleuata, alia uerò habet rationē uiſi, ut pars depreſſa, ſic uerò non eſt idem ſimpliciter id, qđ uiſum eſt & uidens.

Cōtra Al xandru

Sed quod dicit Alexander uanum eſt, & primo in prima reſponſione, quoniam in animalibus perfectis eadem eſt conſtitutio, quomodo ergo ſomniatus eſt Alexander, quòd oculi hominum habent exterius membranam, & non oculi aliorum animalium, cum eadem ſit conſtitutio, tum ad membranas tum ad humorem, quoniam omnes oculi habent corneam tunicam, ergo tunica eſt exterior, oritur enim ex foramine uncæ tunicæ, & humor albugineus ad corneam tunicam tranſmittitur pro eius nutritione.

De secundo nec etiam est uera responsio secunda, quoniam oculus est corpus continuum, quomodo ergo una pars potest exire à situ naturali, & alia reuerti in situm naturalem, fieret solutio continui, necesse ergo est cum oculus sit continuus quòd exeat totus à naturali statu, uel totus reuertatur ad statum naturalem, secundo si lente agitatur oculus, ita una pars recedit à situ, alia reuertitur in situm, sicut si celeriter agitetur, ita igitur & si lente agitetur uidebit se ipsum, & fulgorem, sicut si uelociter agitetur, quod tamen non uidetur. Tertio nec uerum est, quòd oculus ut habeat rationem uidentis sit in situ naturali, qm̄ in strabone oculus nō est ī situ naturali, nihilominus ille rectè inspicit, ut & dicit ipse Alexād.

Secundo obiicio Aristoteli, quoniam dicit quòd pupilla est leuigata, ideo noctu uidetur, quoniā omnia corpora leuia uidentur in nocte, primo est falsum, quoniam leuitas est superficies, superficies est sensibile commune, sensibile autem commune non potest apprehendi nisi mediante sensibili proprio, quomodo ergo corpora leuia uidentur, dices quòd corpora leuia non uidentur & sunt superficies sicut, nec habent lumen, sed oppositum dixit Aristoteles in secundo de anima, quia inquit, intus extraneus probibet extraneum, ideo cum oculus debeat percipere colorem, & lumen debet esse denudatum colore, & lumine, ita auditus si debet percipere sonum, debet sono carere, sic ergo omnis sensus denudatur à proprio obiecto, vel si illud habet, non potest, sicut tactus habet qualitates illas, nec illis æquari, quomodo ergo pupilla oculi habet lumen? cum lumen & color sint obiectum uisus. Secundo, quoniam si corpora leuigata celeriter agitentur, non possunt uideri, sicut de quercu putrefacta, si celeriter agitetur, nō potest uideri, si tamen quiescit, uidetur, pupilla potest uideri si celeriter moueatur, & non si quiescat, cū oppositum tamen debeat contingere, vt in aliis corporibus leuigatis apparet.

Tertio, quoniam dicit, quòd ista visio assimilatur visioni reflexæ, quomodo ergo assimilatur, quia palpebræ non possunt habere rationem speculi, quia ex sui constitutione non possunt reflectere spiritus, nec potest esse aliqua pars oculi, quoniam quæ nam esset illa pars oculi, non uidetur posse assignari aliqua, quomodo ergo ex illa vehementi velocitate potest fieri à visione talis reflexio ut in speculo?

Quarto, quoniam Aristoteles uidetur supponere, quòd omne quod fulget, sit igneum, & e contra, hoc autem est falsum, quoniam capita multorum piscium fulgent, & tamen non sunt ignea, vt atramentum sepiæ, & quercus putrida fulgent, & tamen non sunt ignea, ideo causa Aristotelis non est uera, sufficiebat enim Aristoteli hic ostendere causam istius problematis, scilicet cur oculus commotus in tenebris videat fulgorem, non esse illam, quam dicebat aliqui, scilicet quare oculus sit de natura ignis, sed esse aliam ideo hanc attulit. Ideo dico, quòd causa est, quæ assignatur ab Auicenna in tertio suæ suff. scilicet ꝙ oculus dum celeriter agitetur, apparet fulgor, quia spiritus animalis, qui est de natura aeris, qui igni assimilatur, dum commouetur, inflammat talem spiritum animalem, & sic apparet talis fulgor in oculo, & est verus fulgor, & apparet, quòd sit celer motio, quoniam si tarde mouetur, non ignirent tales spiritus, ideo non apparet talis fulgor, ideo Aristoteles dicit quòd celer confricatio duorum corporum facit ignitionem sicut dicit Aristoteles in libro Meteororum, quia ignitur sagitta ex vehementi cōfricatione, & cōsimilem causam assignauit Alexander in primo proble. probl. 56. & 67. vbi quærit quam ob causam, qui in facie percutiuntur vident ignem, & nos dicimus videre stellas in meridie cum in facie percutimur, dicit Alexander, quoniam spiritus visorius pertotum inflammatur, ideo talis apparet fulgor, & hæc iudicio meo est verior causa, Aristoteles uerò aliam causam assignauit hic, quoniam sufficiebat ostendere contra antiquos, quòd oculus non erat de natura ignis. *Quoniam si ignis esset*; ostensa ueriori, ac probabiliori causa problematis assignati cur oculus cōmotus fulget. Digreditur Aristo. quoniam Empedocles & Plato dixerunt in Thymeo instrumentum uisus esse de natura ignis, dixerunt etiam Empedocl. & Plato (& bene debetis notare) ꝙ emissio luminis usq; ad obiecta causat uisionem, quoniam sicut egreditur lumē ex lanterna in nocte cum deambulamus, & causat lumen in aere, ita lux ignis per poros membranarum emittitur, quibus circumtectus est oculus, ne offendatur à uentis ex rebus extrinsecis usq; ad rem uisam, & sic causat uisionē, si dicas Platoni, cur in tenebris non videmus, & nobis noctu cernere contenditur, cū etiam in oculo fiat emissio luminis ab oculo sicut in die, cur ergo ille aer non illuminatur in nocte? quare non uidetur maior ratio? Respondet Plato negando illationem, quia secus est de visione in tenebris, & secus est in die, dicit ergo quòd interdiu fit visio colorum, ex hoc quòd lumen egreditur ab interiori oculi parte ad certum spatium ipsius aeris, huic occurrens lumen solis cognatum illi & similius et cōmiscetur, ex illo secundo lumine totus aer intermistus illuminatur, in nocte uerò si exeat lumē ab oculo, non fit uisio, quoniam tale lumen non illuminat aerem, quoniam extinguitur lumen exiens ab oculo à tenebris, ideo non possunt uideri colores in nocte in ipso aere, sicut in die.

Sed huic obiectioni obiicit Arist. et primo, quoniam qualis est ista distinctio? quia omnis extinctio est à contrario, quemadmodū calidum & siccum extinguitur à frigido & humido, sed lumen non est calidum & siccum, quia est qualitas simplex, ideo non potest exstingui à tenebris, quia nec tenebræ sunt frigidæ & humidæ, quia multa loca habent tenebras, & sunt calida. Secundum argumentum, quia multa animalia quæ degunt in aquis sicut pisces nō possent videre colores ad extra, quoniam eorū lumen exiens ab oculo corrumperent ab ipsa aqua, & sic visio in his fieri non poterit, quod falsum est. Tertiū argm̄ quia corpora niuosa. i. oppleta multa niue, quæ est frigida & humida non possent eam penetrare, quia corrumpuntur à frigiditate & humiditate glaciei, videmus autem quòd lumen talia corpora penetrat.

Quartum argumentum addit Alexander, & dicit, quòd rectius deberet dicere Plato, quòd lumen exiẽs interdiu occultetur quàm in nocte, quoniam interdiu occultetur quàm in nocte, quoniam interdiu lumen exiens ab oculo, cùm sit parum dispergitur à lumine solis, ideo alia corpora tersa & polita quæ noctu videntur interdiu videri non possunt, quoniam eorum lumen cum paucum sit, dispergitur à lumine maiori, scilicet solis, & ita in meridie stellæ nõ videntur, quia eorum lumen à lumine solis dispergitur noctu autem lumen exiens ab oculo nõ videtur à quo dispergitur.

Et dicit Aristoteles quòd Empedocles aliquando consentit Platoni, aliquando dissentit, hic verò assentit Platoni de visione, quoniã inquit ipsa fit ex egressu luminis, & citat carmina Empedoclis, quoniam Empedocles philosophiam naturalem descripsit carminibus, aliquando dissentit à Platone, quoniam aliquando dicit, quòd non fit ex egressu luminis, sed ex defluxibus rerum, & Plato exponit verba Empedoclis in Thymeo, quoniam inquit per res defluxas Empedocles intelligit colores, qui sunt passiones corporum, ideo ex illis defluxibus ad rem visam causatur visio, & sic Empedocles aliquando assentit Platoni, & interdum ab eo dissentit, appellat antiquum lumẽ, id est naturale lumen insitum. *Democritus quidem*, reiecta opinione Platonis in Thymeo, ponit opinionem Democriti, quam ipse insequitur, quia inquit instrumento visus dominatur aqua, & inquit visio fit ex receptione imaginum à rebus sensibilibus, & reddit rationem, quoniam inquit cum pupilla oculi sit corpus leuigatum & politum recipit imagines rerum sensibilium, sicut alia corpora polita & tersa recipiũt rerum sensibilium imagines, & speculum recipit imaginem rei sensibilis.

Sed huic opinioni obiicit Aristoteles quatuor, primo quoniam Democritus sibi contradicit, quoniam dicit quòd aqua per se est instrumentum visus, deinde dicit quòd visus recipit imagines, vt tersus & politus, licet ergo quòd oculus sit de aquæ natura, non tamẽ quia aqua oculus recipit imaginem, sed qua tersus & politus, instrumentum ergo visus non est aqua vt aqua, sed est aqua qua corpus tersum & politum.

Secundo obiicit Aristoteles (& hic verba sunt difficilia) quoniam dicebat Democritus quòd causa visionis est imago rei visibilis, dicit Aristoteles quòd imago rei visibilis non est visio, nec in ipsa visione imago rei visibilis consistit, sed consistit in potentia visiua, cuius potentiæ imago est affectus sicut visio est in potentia visiua, ita imago rei visibilis consistit in potentia visiua. Dicit Aristoteles refractio, & accipit hic refractionem pro reflexione, quoniam quod Latini dicunt reflexum, Græci dicunt refractum, & quod Latini dicunt refractum, Græci dicunt perfractionem, differt enim refractio à reflexione, quoniã refractio est cum lumen per aerem crassum ad subtilem vadit, tunc dicit quòd lumen refrangitur, reflexio non est cum lumen reflectitur ab aliquo corpore, sicut in speculo imago reflectitur, & non refrangitur, dicit Aristoteles, hæc passio est refractio, Alexander dicit, quòd Aristoteles dicit refractum per emphasim, emphasis verò non est nisi imago rei visibilis dum videtur, inquit ergo Alexander, quòd refractio est passio emphasis, id est imago rei visibilis dum videtur, & passio potentia visiua, sed cur ista passio dicitur refractio, dico quòd dicitur refractio, quoniam imago rei visibilis non potest videri nisi reflectatur in corpore terso & polito, vt est oculus, quasi dicat, quòd imago rei visibilis non est visio, nec visio consistit in imaginatione, sed visio est passio potentiæ visiuæ, cuius potentiæ visiuæ imago est affectus eius.

Tertio obiicit ei, quoniam dicit, ignorat Democritus huiusmodi imagines, & quomodo fiunt, quoniam tales imagines nedum fiunt in oculis nostris, sed etiam in aliis corporibus tersis & politis, debebat ergo declarare quid sint istæ imagines, & à qua causa fiunt.

Quarto, quoniam Democritus debet declarare, cur alia corpora tersa non videns sicut oculus, cum illa corpora ita recipiunt imagines rerum visibiliũm, sicut oculus, cum ergo visio non sit nisi imago rei visibilis cum ergo alia corpora tersa & polita recipiũt imaginem rei visibilis, cur ergo nõ vident vt oculus? sed dices cur Aristoteles reprobat opinionem Democriti, cum sit eius opinio, quia in de anima dicit, quòd visio erat receptio imaginis rei visibilis, secundo Aristoteles non solum hoc problema, cur cum alia corpora tersa & polita recipiant imagines rerum visibilium, non vident, cum visio non sit nisi illa receptio imaginis rei sensibilis.

Est alia dubitatio nunquid per imaginem in speculo videamus imaginem, an per illam videamus obiectum, quoniam imago est ratio videndi non visa, ex alia parte, sensu patet, quòd videmus imaginem in speculo, quid ergo dicendum? Dico sicut Alexander, quòd differt Aristoteles à Democrito, quoniam Aristoteles ponit quòd imago rei visibilis sit ratio videndi, non visa, vnde videmus colorem in pariete, & nõ videbimus imaginem coloris, Democritus verò dicebat, quòd receptio imaginis nedum erat ratio videndi, sed etiam erat ipsa res visa, quia reflectitur talis imago, & videtur vt videtur imago in speculo, ideo Arist reprehendit in hoc Democritum.

Ad secundum dico quòd et si illa corpora recipiãt imagines rerum visibilium, quoniam autem carent sensu, ideo non possunt videre, cur autem careant sensu, dico sicut dicit Aristoteles, quia carent illa naturali temperie, quæ est in sensu, qui habet debitã temperiem, ideo oculus videt, & cætera corpora non.

De tertio aliqui dicunt, quòd imago in speculo nõ videtur. Sed diceris sensus ostendit quòd imago videatur, quid igitur dicendum? Dico quòd ipsa imago videtur primo, deinde per ipsam uidetur obiectum imaginis, sed dices cur prius talis imago non terminabat oculum, cum non sit in speculo, cum verò est in speculo terminat. Dico quoniam prius talis imago erat simplex, in speculo verò duplicatur, & sic duplicata potest terminare visum, cũ prius ex quo erat simplex nequaquam posset terminare.

Lectio

Lectio X.

REPREHENDEBAT Aristo. Democritum, quòd receptio imaginis rei visibilis nõ esset visio, dixi, ꝙ illa videtur opinio Arist. cur ergo reprehendit illum? dixi quòd opinio Arist. est, ꝙ sit ratio vidẽdi rem, nõ visio, opinio autẽ vult, ꝙ receptio imaginis rei visibilis videatur, Arist. autẽ vult ꝙ non videatur imago rei visibilis, sit tamen ratio videndi, est ergo differẽtia inter Arist. & Democr. Contra Democritum videtur sic dubitandũ: nunquid imago rei visibilis sit visio an non? multi Latini tenẽt quòd distinguatur species visibilis à visione, alij tenent ꝙ non distinguatur species visibilis à visione, mihi magis semper placuit hęc. s. d. multoties imprimuntur in visu species visibilis, & non videntur, & aliquando videtur amicus, & tamen non est visio.

Secundo, quia sit absente obiecto visibili põt fieri visio, quod est falsum, tum tertio memoria seruat simulacra omnium, sed nõ tot sunt simulacra, quot cognitiones. Dicatis quòd multoties imprimuntur species, & non videntur, & hoc est propter impedimentum, quia sunt plura sensibilia, quæ fortius mouent oculum, ita ꝙ absente sensibili potest esse visio. Dico ꝙ non est verum, quoniam visio pendet in esse, & in conseruari ab obiecto. De memoria dicemus, quia multi dicunt ꝙ memoria non est virtus comprehensiua, hoc dicemus in libro de memoria.

Postquam Arist. dixerat ex Democrito ꝙ primum instrumentum visus est aqua, quia reiecit hunc, vult declarare, quid veri dixerit dicens, si intelligamus ꝙ aqua in eo quòd aqua sit instrumentum visus, sic malè loquitur, si verò per accidẽs, bene dicit ĩ eo quòd corpus. Dicit ergo ꝙ si intelligatur per se aqua male loquitur, si per accidens. i. qua est perspicuum corpus, sic recte loquitur, dixi, quòd nedũ aqua sed etiã aqua est corpus perspicuum, cur ergo non ita respondet, quia & si sit perspicuum, quia tamen cedit & non seruat imagines sensibilium, ideo dicimus quòd est aqua non aer, & ex alia ratione Alexandri, quoniam in secundo de anima declaratum est, quòd quilibet proprius sensus debet esse denudatus à sensibilibus cuiuslibet, ergo sensus instrumentum debet esse denudatum, & tactus debet remoueri à calore, quia ergo aqua est medium inter perspicua, ideo conuenienter potest poni aqua primum instrumentum visus, & ideo merito ponitur aqua, non autem aer, & hoc confirmat Aristoteles à signo, primo ex operibus. i. ex effectibus, quoniam videmus, quòd effosis oculis multũ humoris exit, similiter si lędatur oculus.

Secundum signum est, quia in infantibus hoc humidum valde impedit ob copiam humoris, quia à calore inualescente iam paulatim absumitur illa humiditas superflua. Tertio quia in animalibus sanguine pleuis natura sppo suit circa pupillam quãdã partem crassam, albam, & pinguem, vt suo calore prohibeat congelationem, in animalibus verò sanguine carentibus illa pars non est ita alba, quia eorum oculi sunt duriores, hoc idem dicit in tertia sect. probl. 23. cur oculus cum sit inualidus non rigeat ab exteriori frigore? & reddit hanc rationem, ita confirmat Aristoteles, quòd sit aqua à prædominio, & non aqua simplex. *Irrationabile autem est.* Reuertitur Aristoteles ad opinionem Platonis, & Mathematicorũ, qui dicebant primum instrumentum visus esse ignẽ, & dicebant quòd fit egressu alicuius ab oculo: Mathematici exitu radij visualis pyramidalis, cuius vertex est in oculo, basis in re visa, Plato autem dicit exitu luminis, quod cum ad certam partem aeris peruenit ad solem vnitur, & sic illuminatur medium, quo illuminato aer sic illuminatus defert simulacra à coloribus ad primũ instrumentum visus, verba autem sunt obscura, *sicut quidam dicunt*. Omissa Mathematicorum opinione reprehendit Platonem, dicens quòd melius dixisset, si dixisset externo lumine solis circumfuso interiori parti oculi, deinde vnitur lumini oculi, & ex hoc fit visio, modo non dicit quisnam rectius, Alexander dicit ex duplici causa, primo non esset necessarius exitus luminis ab oculo, secundo & fortius ex alia ratione, quia si dixit, quòd exit lumen internum oculi, & commiscetur lumini solis, accipiamus hoc spatium, cùm ibi non luceat sol, non potest illuminari, quoniam dixit Plato quòd oculus noster in nocte non lucet, quomodò ergo lumen exiens non extinguitur à tenebris, hoc argumentum est contra Platonem, si hæc sit opinio Platonis, aliter inquit, esto quòd ita sentiat Plato, quòd hoc pacto fiat visio, adhuc est futilis, primo qualis est hæc copulatio duorum luminum, declaratum est in secũdo de generatione quòd mixtio est corporum, secundo quoniam nec potest lumen internum misceri lumini solis, quoniam lumen internum obtegitur membrana dura, quæ obtegit oculum.

Sed dicetis, & fuit argumentum Alexandri, quòd hoc argumentum est tenue, quia dicam, est impropriè copulatio, dicit Alexander, hoc non potest dici, quoniam quæ miscentur confunduntur, horum autem duorum vnũ potest separari ex ablatione vnius, hoc non est verum, quid dicit D. Tho. duo lumina in aere faciunt vnum lumen; dicit Alexander, non possumus dicere quod misceantur.

Secundo quia vbi diuersi homines intueantur obiectum in aere, aut ergo hæc lumina confunduntur, aut remanent separata, si remanent separata, ergo & illa duo, si congregantur, vna ergo erit visio omnium hominum eiusdem rei, sed argumentũ Alexandri non valet, quia dico ꝙ coextenduntur in eodem subiecto simul, & ablato vno remanet alterum, Quod addit si lumina plurium aut vniuntur, aut nõ, si non horum, nec eorum, si non, ergo erit lumen vnum, ergo visio omnium hominum est vna & eadem, non sequitur argumentum, lego illa verba, *Quod igitur sine lumine*, ponit Aristoteles opinionem propriam, & repetit, quæ secundo de anima dixit, dictum est quòd color non potest videri sine lumine, lumen autem est actus corporis perspicui, visio ergo colorum eget corpore perspicuo interiecto, dico quòd corpus perspicuum

recipit simulacra colorum, & defert ad oculum & fit visio, pari ratione dicendum est, quòd primum instrumentum non suscipit simulacra colorum, nisi illuminetur, quia quemadmodum simulacra non possunt recipi in aere nisi illuminato, ita de oculo, & hoc quia debemus imaginari eò ꝙ uis uidendi sit in profundo oculi, ideo necesse est, quòd pars anterior oculi usque ad centrum illuminetur, quod ultra illuminatur, ergo perspicuum est, & hoc perspicuum aut ignis, & hoc non, quoniam iam diximus, non aer, & hanc reprobauimus, remanet quòd sit perspicua ratione aquæ, ita instrumentum est à prędominio aquæ, confirmat testimonio sumpto ab his, qui vulnerantur in bello in temporibus, quia videtur ipsis quòd lucerna extinguatur, causa est quoniam nerui visorij diffunduntur in capillares ramos, & faciunt retiforme, quod à Græcis dicitur Amphiteoides, & sic deferunt spiritus animales, qui ergo vulnerantur in bello circa tempora isti nerui decidunt, ideo videtur repẽte extingui lucerna, quia extinguntur illi spiritus animales, qui deferuntur ad centrum oculi, signum ergo est, quòd oportet oculum illuminari. *Sed siue lumen siue aer.* Alexander exponit, id est aliud corpus, si enim vis videndi esset in extrema parte oculi, sufficeret ꝙ lux circũfusa esset illuminata, sed oportet & profundũ oculi illuminari.

Lectio XI.

SVPER esterna lectione sunt dubitationes, primo dicebat quòd corpus perspicuum, aut aer, aut aqua, non aer, ergo aqua, est dubitatio nullus sensus particularis reseruat imagines sensibiliũ, quid ergo dicendum, quòd aqua ex quo constantior & seruat simulacra sensibilium, ponatur instrumẽtum visus? secundo quoniam dixit non videmus sine lumine, & aer non potest percipere imagines, sed fatetur Galenus se in nocte cum esset in cubili vidisse colores & sic accidit. Secundo dicebat perspicuum interceptum inter colorem & oculum non recipit simulacra colorum nisi prius illuminẽt, ita nec pupilla est receptiua absq; lumine, quia nũquã forma perfectior disponitur ad formam imperfectiorem, quomodo ergo imagines colorum non sunt præstantiores lumine? patet hoc, quoniam mensurantur perfectiones imaginum ex sensibilium perfectionibus, cui dubium? lux est nobilior coloribus, lux habet esse naturale, lumen supernaturale, est tamen primum & secundum, quia primum habet secundum, secundũ tertium, non tamen est processus in infinitum, quomodo lux est perfectior lumine.

Secundo quia dicitur, quòd quemadmodum aer nõ potest recipere imagines sine lumine, ita nec pars anterior oculi, sequitur ergo quòd primum obiectum visus non est color, hoc autem contradicit Aristoteli, quia color non potest apprehendi nisi prius apprehendatur lumen, sensibilia communia non possunt apprehendi sine sensibilibus propriis, magnitudo non potest apprehendi sine colore, cum ergo color sit primum obiectum visus, omne ergo comprehensum sub colore potest apprehendi ab eo, quomodo ergo requiritur lumen, quoniam color non potest primo apprehendi ab ipso ex Aristotele hic, quia prius apprehenditur lumen.

Tertia dubitatio quia dixit, quòd tantum hæc pars anterior oculi illuminatur testimonio sumpto à vulneratis in temporibus, quoniam nerui visorij non transeunt per tempora, sed per os frontis, quomodo ergo amittunt visum?

Dico de primo dupliciter, quòd hic est sensus, aqua quia crassior melius seruat imagines, id est magis imprimuntur, vel dicamus quòd sensus particulares exiguo tempore seruant imagines sensibilium, exemplum si accipiatur baculus, cuius extremitas sit ignita, & ducatur circumcirca, apparet circulus, quia illa lux imprimitur, impressa fit repræsentatio circuli cuiusdam ignei, ita de casu . . . aquæ, quemadmodum dixit Auicenna, quòd secunda forma perfectior nunquam disponitur pro forma imperfectiori. Dico non disponit per se, sed accidentaliter, quia accidit lumini quòd sit dispositio ad recipiendas imagines colorum.

Quòd dicis secundo, quomodo Aristoteles ponit colorem esse obiectum visus, quoniam color proprie dictus nõ præsupponit aliud obiectum, cum percipit lumen percipit lucẽ. Dicatis quòd re uera sunt obiectum primum, quomodo ergo præsupponunt? per accidens præsupponunt apprehensionem luminis, impeditur autem per accidens, quia ibi est visio lucis, & ideo ibi non potest esse imago coloris, & sic per accidens impeditur visio coloris ab hac apprehensione colorum. Tertio dicis, nerui visorij trãseunt per os frontis, quomodo ergo scinduntur ex percussione facta in temporibus, dico quòd vehemens illa percussio communicatur illis.

Vult modo Aristoteles declarare instrumẽta aliorum sensuum, dicit ergo Aristoteles, si liceat cuius sensui particulari assignare aliquod elementum, dicamus aquam esse visus, aerem auditus, terram tactus, & gustus ignem, probatur de auditu & olfactu quòd attribuatur his aer, quoniam vnusquisque sensus antequàm apprehendat proprium sensibile est potentia illud, cum actu apprehendit, est actu, ergo licet auditus antequàm apprehendat sonum est potentia illud, cum ergo apprehendit actu, est actu sonus, sed sonus actu est aer, sequitur ergo quòd proprium instrumentum est aer, de olfactu, quia antequàm apprehendat est potentia illud, cum apprehẽdit est illud actu, & odor est cum fumida exhalatione, quæ est ignis, ex quo sequitur primo quòd omne quod est alterum contrarium potentia, est alterum actu, vt ignis, qui est potentia frigidus, est actu calidus, quod verum est de cõtrariis immediatis, sequitur ergo si olfactus actu est calidus actu, olfactus potentia est potentia frigidus, sequitur ergo quòd rectè posuit instrumentum olfactus prope cerebrum, organum ergo olfactus est frigidum & humidum, rectè ergo est prope cerebrum, scd'o sequitur

quòd

quòd pari ratione, inſtrumentum viſus recte loeatur prope cerebrum, quia babet ortum à cerebro, iam dixi quòd eſt eiuſdem naturæ cum cerebro, cerebrum autem eſt frigidum & humidũ, ergo aqueũ. Tertio ſequitnr quòd inſtrumentum tactus eſt terra, patet, quoniã cuilibet ſenſui debet aſsignari aliquod elementum, ergo & guſtui, valet argumentum quoniam guſtus eſt quidam tactus. Quarto ſequitur ꝙ quemadmodum inſtrumentũ olfactus & viſus collocantur prope cerebrũ, ſicut de olſactu diximus, quia eſt potentia odor, ſimiliter & de viſu, ita debemus dicere, quòd guſtus & tactus inſtruníeutum eſt prope cor, hac ratione, quia tactus & guſtus cum percipiãt qualitates terreſtres, quæ ſunt frigidæ, eſt potentia frigidum, ergo aptius à natura debet conſeruari prope cor, quia ſunt, actu ealida, ſequitur ergo quia ſunt actu calida aptius conſeruantur prope cor, calor cordis contemperat frigiditatem cerebri, nec eſt verum vt dicit Galenus, imponit Ariſt. quòd cerebrum canſat frigiditatem in corde, ideo dixit Galenus, rectius dixiſſet Ariſt. ſi dixiſſet quòd calcanei infrigidant cor, quia per hanc partem tranſmĩttitur maior frigiditas cordi, ſed ſenſus eſt, qnòd ſpiritus vitales caput aſcendendo ibi fiant animales, & ſic fiant perfecti. *Quod enim actu odoratur*. i. odoratio eſt tale potentia, quale eſt odor actu, actu tale eſt inſtrumeutũ potentia, quia omne, quod ab aliquo patitur, eſt tale potentia, quale illud à quo patitur.

Lectio XII.

An viſio fiat extra mittendo an intus ſuſcipiendo.

SVPER cap. præcedenti ſunt dubitationes, prima eſt nunquid viſio fiat exitu alicuius ab oculo? ex vna parte videtur quòd ſic, quia Ariſt. tertio Meteororum cap. de iride huic opinioni conſentir, in problematibus ẽt huic adheret. Secundo ratione, quia viſus eſt virtus actiua, non in ſe ipſum, ne idem ſit in actu & in potẽtia, agit ergo rõne qua alterũ, erit ergo aliquid qđ ſit virtus actiua, patet, quia eſt. Ariſt. dicit in tertio de anima intellectus agens eſt præſtantior intellectu potentia, quia agens vegetatiua eſt præſtantior intellectiua. Tum quia nulla uirtus paſsiua ſatigatur in opere recipiendo viſum, ſatigatur ergo actio, quòd ſatigatur patet, in oppoſitum eſt Ariſt. tertio de anima, viſio eſt uirtus paſsiua, omnis paſsio eſt in patiente, ergo uiſus eſt in uidente, ſecundo ex Alexandro ſi eſt exiens, aut illud eſt corporeum aut incorporeum, non hoc, quia nihil incorporeum poteſt per ſe moueri, illud ergo erit corporẽum, nullum ſeparatum à materia poteſt moueri, ſi ſic, tunc arguitur flãte vento non poteſt videri, non ergo fit exitu alicuius ab oculo, viſio ergo nullius exitu fit, in hac quęſtione eſt duplex modus dicendi, unus Platonis, & eſt quòd viſio fiat exitu alicuius rei, & buius ſunt tres modi exponendi Platonem, Marſilius ficinus in Thy. Platonis, & hunc ſequitnr Leonicus, dicit quòd ex mente Platonis, viſio fit exitn ſpiritus purioris à pupilla directi verſus eam partem, quæ occurrens lumini ſolis in occurſu rei eſt cauſa viſionis, quomodo. in occurſu rei eſt cauſa viſionis? ſpiritus enim eſt vapor genitus ex puriori parte ſanguinis in corde, & tunc eſt vitalis, & cum aſcendit ad cerebrum fit ſpiritus animalis, hæc eſt opinio Marſilij ficini vt dixi, quomodo autem eſt cauſa viſionis? dicam, quia diffunditur ſuper rem viſam, & hæc diffuſio appellatur uibratio ſpiritus à Platone, quomodo hæc eſt cauſa viſionis? aliqui dicunt, quia ſpiritus afficitur ſimulacro rei uiſæ, & ſic reflectitur, & deſert ſimulacrũ ad oculum, Alij dicunt, quòd hic ſpiritus excitat ſimulacrum rei uiſæ naturaliter inſitum in oculo, imeginantur .n. ſicut animæ rationali inſitæ ſunt oẽs formæ, ita & uiſui, ut neruus cum eſt percuſſus in aliqua re excitat aliam partem rei extremam, ac proximam.

Huic expoſitioni ſunt innumeræ obiectiones, primo eſt ratio Ioannis Gram. in ſecundo de anima, ſi ita eſſet ſequeretur quòd aliquis motus inferior eſſet ſuperiori uelocior, quod ſequatur patet, quia in inſtãti tẽporis oculi mouentur ab ortu in occaſum, quod ſtella non poteſt ſacere. Secundo ex Alex. quia ſic uiſus dum uideret conuerteretur in ſpiritus, abſumeretur ergo. Secundo ſequitur quòd occluſis palpebris poſſet aliquid uideri q̃a hic ſpiritus ſui tenuitate poſſet per meatus inſenſibiles tranſire, & ſic uidere. Tertio plura corpora ſimul loco eſſent, & hoe patet, quia fit uiſio eiuſdem rei ab omnibus hominibus. Confirmatur, quia non poſſet obiectum e regione oppoſitum videre alterum, quoniam aut ſpiritus unius cedit aut non, ſi non, non poteſt uidere, ſi cedit, erũt duo corpora in eodem loco. Quarto inquit non poſſumus videre, quæ longe abſunt, & prope ſunt, ergo non poteſt idem ſpiritus in eodem tempore pertingere ad loca diſtantia & proxima.

Quinto aut erit leue, & ſic petet ſuperiora, ſi uero graue non poſſemus intueri ſuperiora. Sexto, quia piſces ſtantes in aqua, non poſſent uidere quæ ſunt ſupra aquam. i. quæ in aere ſunt. Septimo ꝙ iſti ſpiritus nõ ſint corporei, quia omne corpus exiẽs à corpore ſemper tendit in anguſtum, ſpiritus ergo hic dilataretur, quod eſt impoſsibile. Secunda expoſitio eſt Galeni ſeptimo de placitis Hypp. & Platonis, & dicit quòd fit ſpiritus animalis erumpens à cerebro per neruos uiſorios ad interiorem ſuperficiẽ oculi, & communicat aeri exteriori uirtutem uidendi, & ſic fit uiſio, quid autem? nonne dicimus ꝙ ſpiritus animales continue deferunt nirtutem ſentiendi ipſi corpori, & inquit Galenus dicimus quòd neruus eſt primum inſtrumentũ tangendi, nonne caro ſentit? ſentit, ſed uirtute ſibi data à neruis, quoniam apud ipſum tactus ineſt ſoli neruo, quomndo cõmunicatnr? quia deſertur ſpiritus animalis, & communicatur carnl, ita aer ambiens partem oculi propter ſuam propinquitatem recipit illam uirtutem uidendi, quemadmodum ſpiritus animalis deſert neruo, & communicat carni, & de hoc quòd ita ſit patet. Primo, quoniam multi experiuntur, quòd mnltotiẽs in nocte apertis oculis uident res, quæ ſunt in cubili, & boc copia ſpiritus animalis, ideo in maiori copia tranſmittitur ab oculo, & ſic uidemus quia aer exterior

rior eſt illuminatus. Secundo inquit, quomodo ſi non cõmunicatur aeri uis uidendi poteſt uideri ingens moles cum imaginibus, & poſsit per anguſtum foramen pupillæ penetrare ad humorem glacialem? ſi dicamus quòd viſio ſit in aere exteriori, iam patet dubitatio, quia illa viſio eſt in aere exteriori, & huic politiſsime inhęret. Sed contra ergo arguo primo quia perperam exponit Platonem, quia alicuius rei fit viſio, hic autem nihil exit ab oculo, & ſecundum Galenum eſt intra oculum, ſi dicas exit virtus viſiua, quæ communicatur aeri eum ambienti, ſed & hoc minus defendi poteſt, quoniã nulla operatio vitalis poteſt conuenire rei inanimatæ, omnis actio animæ eſt uitalis, quomodo ergo aeri poteſt communicari virtus uidendi? quoniam eſt corpus inanimatum, videtur reſpondere Galenus, quòd per accidens res inanimata poteſt uniri operationi uitali, per ſe autem nõ, quemadmodum de tactu, caro enim percipit uirtutẽ tangendi à nerno ex uirtute tranſmiſſa, ſed hoc etiã minime poteſt defendi. Primo quia omnis operatio uitalis eſt ab anima, ubi ergo eſt operatio uitalis, ibi eſt uita, ſi uiſio ergo eſt in aere, ergo ibi eſt aĩa. Secundo quia potentiæ animæ non fluunt à corpore, vt à cerebro, ſecundum autem Ariſtotelem cerebrum nihil ſentit, niſi ut excitamẽtum, ſed hæ operationes effluunt ab anima. Tertio non euadit argumentum Galenus, qui mouetur eo argumento quomodo poterit uidere magnitudinem moutis, dicat nobis, non ne quilibet homo penetrat memoria ingentes montes, & quomodo hoc niſi fit in memoria, & penetrauit per foramina pupillæ anguſtæ, potuit ergo penetrare ſolem. Eſt tertia expoſitio Ariſtotelis hic, ad quid eſt hæc mens Platonis, quòd exit lumen ad certam partem aeris, occurrens lumini ſolis illuſtratur aer, & hoc pacto fit uiſio, aer ſic illuſtratus deferr ſimulacra colorum, & quæ natura eſt iſta? hic poſſumus uidere, quia eſt de natura ignis, quapropter dicit Ariſt. ignem igne diſcernimus, alio pacto ex ſpiritu viſorio, quia illi ſpiritus ſunt de natura lucis, dico ergo, ꝙ copia ſpiritus hoc pacto illuminatur aer exterior, dicebat Galenus nerui viſorij ſunt maiores neruis aliorum ſenſuum, & ſunt alij. Nos hoc pacto intelligimus opinionem Platonis, cui obſtant tria argumenta, quoniam lumen exterius ſolis ſali, eſt pro viſione colorum, non ergo eget lumine oculi. Secundo qualis eſſet illa copulatio, quia copulatio eſt corporum. Tum tertio & fortius inquit Alexander quia dixit, quòd prius erumpit ad certam partem oculi, & in hac parte ſunt tenebræ, ergo extingũtur à tenebris, ita ergo ſi prius diffinitur in iſta parte erant tenebrę, extinguitur ergo lumen, non ergo poteſt coniungi lumini ſolis. Sed hæ rationes parum cogunt, de prima ſufficit illuminatio ſolis, dico iuuat illud lumẽ, & ſi illud ſufficiat, quis dicet qualis eſſet illa copulatio? dico eſt impropriè, vt in lacte, copulatur albedo & dulcedo. De eo quod dicit Alexãder. ſi ita dicat Plato difficile eſt ſoluere, quoniam potentius eſt lumen ſolis, illuminabit ergo aerẽ proximum pupillæ, ſi ita dicat Plato, difficile eſt ſoluere, ſi ſentiat quòd infundatur vtrunque lumen & oculi & ſolis, & ſit lumen oculi qualis lumẽ ſolis quas demonſtrationes poſſumus afferre contra, niſi dicamus quòd omnis ſenſus debet denudari à rebus ſenſilibus vt à lumine, ego dicerem quòd fuit denudatus quantum potuit.

Lectio XIII.

EXPOSVI vobis mentem Platonis, quomodo uiſio fieret exitu alicuius, & cuius nam ſpiritus, quia ſpiritus animalis, & dicebat Galenus ſpiritus erumpentes à cerebro per neruos viſorios, ita quòd ex oculo & ſpiritu fit viſio, dixi quòd hæc ſunt falſa, aer diſpoſitus defert ſimulacrum colorum in viſu, dixi quantum cogerent argumenta Ariſtotelis, remanſit argumentum Alexandri, quomodo lumen non extinguatur lumine ſolis? dico, ſi ita ſentiat Plato, argumẽtum eſt difficilis ſolutionis, ſi tamen dicat, quòd lumen diffunditur vſque ad ſuperficiem oculi & vnitur lumini ſolis, & hoc pacto fit uiſio, recte dicit, ſic argumenta non cogunt. Secunda eſt opinio Ariſtotelis, quod uiſio fiat ſine exitu alicuius ab oculo, quoniam omnis ſenſus eſt virtus paſſiua, & paſsio eſt in patiente, ergo: ſed hæc eſt difficultas inquit Alexander, primo, eadem ratione, qua eſt argumentatus in Platonem, ſi non exitu alicuius ab oculo, ergo à re viſa, aut ergo erit incorporeum, & hoc non, nec poteſt eſſe corpus, quia auferretur uiſio ab oculo flante uento, quoniam ſi plura apprehenduntur, plura ergo veniunt ab eodem corpore ad eundem oculum, eſt ergo penetratio corporum. Secunda dubitatio, quomodo uiſus ex quo uidet rem diſtantẽ ex aere intermedio, quid emanat ab oculo interiecto inter viſum atque colorem? Tertia dubitatio eſt, quomodo poterit uiſus apprehendere vaſtam molem, quoniam debet penetrare per anguſtum foramen pupillæ, hæ ſunt dubitationes Alexandri quas citauit Ioannes Gram. in ſecundo de anima in cap. de uiſu. Dico de primo, cũ dicis, fiet ergo exitu alicuius rei à re uiſa, quia aut eſt corpus, aut nõ, neutrum horũ eſt, ergo, dico non fit exitu alicuius, ſed fit ex productione ſimulacri viſibilis ad oculũ, ſed hoc ſimulacrũ eſt quid ſpirituale, ita ceſſant argumenta Alexandri contra Ariſt. Quod addit in ſecundo, quia ſi viſio fit exitu ſpiritus ab oculo, quomodo percipit oculus aerem intermedium? Dicatis, dupliciter percipitur tum lumen eius & hoc per accidens, quoniam eſt actus eius accidentalis. Secundo apprehenditur ſpecies coloris, quo pacto? quia imago rei viſibilis repreſentat etiã ſpiritum & rem viſam, & hoc conuenit ei ex ſui natura, quòd ita ſit patet, cur eſt quòd res, quæ ſunt diſtantiores à ſpeculo videntur intimiores ſpeculo, quæ vero ſunt propinquiores magis in ſuperficie videntur, quoniam imago rei viſibilis repreſentat rem uiſam, & ſpatium rei viſę, vnde hoc eſt? ex natura ſui, & hoc dupliciter tum lumine ipſo, tum ſpecie coloris, quod addis tertio, quomodo ingens magnitudo poterit penetrare per anguſtum foramen. Ad hoc dico quia

eo quia omnis res videtur sub pyramide radiosa, cuius basis est res visa, vertex uero est in oculo, ideo nulla res potest uideri sub angulo recto, aut obtuso, & hoc propter angustum foramen pupillæ, ideo dico quòd vertes illius est in oculo, ideo sub angulo illo comprehenduntur omnes res visæ, si essent aliusmodi, quomodo comprehenderentur? non possent videri, ideo si aliquid esset valde propinquum non posset videri totum, dico ergo quòd hoc pacto res subintrant humorem glacialem, ideo representantur omnes per modum rei visæ. Ex his argumẽtatur primo, quia tertio Meteororũ vbi loquitur de coloribus iridis, & in problematibus assentit huic opinioni, & ita Arist. consentit, vbi illa opinio non variat veritatem, nam de coloribus iridis ita consentit Platoni quo ad res quę ibi dispntantur, vt appareat veritas, eodẽ modo in problematibus, quod dicebas visus est nobilior potentia vegetariua, quia vegetatiua est actiua, ergo & visio est actiua, & ita Arist. in tertio de anima, dico cum dicis visus est virtus actiua nego, quod dicis est perfectior vegetatiua concedo, est actiua, nego, vegetatiua agens est præstantior patiẽte, dico quòd hoc verum est, si sunt eiusdem ordinis, id est si sint agens & patiens respectu eiusdẽ effectus anima rationalis est potentior alijs actibus, vt ad notiones rerum sensibilium concurrunt simulacra rerũ in phantasia, alia est anima rationalis, nunquid phantasma sit nobilior respectu animæ rationalis, Dico quòd illa propositio est vera, si sit agens principale, ita intellectus agens est præstantior, etiam illud non est verum, quia ignis agit in hominẽ, ergo nobilior, negatur, dicendo autem quòd est principale & præstantius in eo quòd agens, simpliciter autem homo est præstantior, ideo non sequitur argumentum Aristotelis. Addebas virtus visiua defatigatur in videndo, quomodo ergo est virtus actiua? dico & si sit virtus actiua non potest tamen videre nisi fiat delatio spirituum animalium ad oculum, ideo dico defatigatur, quoniã est virtus passiua, quia agit spiritu animali in sui visione, & ne ea sequatur, defatigatur. Secunda dubitatio est, quia dicit virtus videndi est in extima parte oculi, & videtur quòd sic, quia omnis virtus est in instrumento, quo vtitur, sed totus oculus est instrumentum virtutis uisiuæ, oppositum dixit Arist. quia dixit, si sic satis esset illuminatio aeris externi, sed requiritur & illuminatio anterioris partis oculi, dico vt Galenus in primo de sanitate tuenda, instrumenta cuiuslibet operationis animæ est ea pars, quæ potest edere operationes perfectas quoddam est instrumentum totale, quoddam partiale, & si de totali, dico quòd est totus oculus, sed loquitur Aristot. de instrumento partiali, quod est primarium, quoniam tertio de partibus animalium perfecta parte etherogenea incipiunt homogenea, hoc idem dicit Galenus, sed illud est intra oculum, omnes Latini sicut Drusianus secũdo artis med. & alij secuti Auicennam diserunt quòd instrumentum est contactio neruorum opticorum, nerui visorij se cõtagunt, alij volunt, quòd se incrucient, Galenus in decimo de vsu partium uoluit quòd non, melius dixit Vessalius, dixit enim melius dixisset quòd nec se incrucient, nec se cõtangant, sed in medio fiũt unus, dixit ergo Auicenna quòd uisio fit in ista unione, quæ fuit facta ne una res uisa appareant duo, & dat exemplum ut in lusco, cuius una pupilla est altior, alia est demissior, una res apparet geminata, & hoc dixit Arist. in problematibus, si enim fieret in oculo una res apparerent duæ. Sed hæc opinio non potest defendi, primo quia neque primum instrumentum oculi esset diaphanum & aqueum, neruus ille non est diaphanus, etiam quomodo est aqua, quia est frigida & humida. Secundo cuiusuis sensus instrumentũ est duplicatum, ut uno ablato remaneat aliud, modo ille contactus est unus, quomodo ergo organum uidendi est geminatum? Tum de eorum ratione, quoniam auditus iudicat unum sonum duos, nisi unirentur in neruis auditorijs, cum dicunt quòd uidemus in lusco, quoniam non uniuntur simulacra, una res apparent duæ, Arist. trigesimatertia part. problemate secundo, & Galeno in decimo de usu partium declarant, quia necesse est quòd una eleuetur, altera deprimatur, quia nititur sub altiori pyramide, altera uero sub depressiori, quod igitur est primarium instrumẽtum uisus? Dico est humor glacialis ut Arist. dicit & Galen. 1. & 2. art. med. hoc idem dicit, hoc est primum instrumentum cuius signum est, quoniã primo ad humorem glacialem perueniunt nerui uisorij, & ibi disseminantur in tenuissimos ramos, & ibi fit uisio, secundum signum est, quoniam secundũ quantitatem huius humoris est foramen uueæ tunicæ, primum ergo instrumentum necesse est quòd sit humor glacialis, perforata enim est pupilla ne impediret uisionem, sed mirum est, quod dicit Arist. quòd necesse est ex quo estima pars oculi non est instrumentum, necesse est quòd tota illuminetur, cum simulacra colorum non possint deferri ad humorem glacialem, nisi totus illuminetur, similiter debet illuminari uia, quæ defert ad sensum communem debet illuminari ad hoc quòd deferat, dicatis quòd non est par ratio, nec illa uia debet illuminari, modo quare illuminatur pars anterior oculi, quia defertur ad oculum, ideo debent dispergi per totum oculum, modo non ita deferuntur simulacra ad sensum communẽ, sed deferuntur per spiritus animales, non quòd in toto hoc spatio multiplicetur hoc simulacrum.

Nerui optici an se incruciẽt.

Primariũ instrumẽtum visus est humor glacialis.

Lectio XIIII.

DISSOLVEBAMVS secundã dubitationem, quomodo esset verum dictum Arist. quòd uis uidendi sit in cẽtro oculi, dixi cum sit perfectum instrumentum uidendi, uisio fit in omni parte, nec ita loquitur Aristoteles si consideremus primarium instrumẽtum, in quo fit uisio, est in centro, Arist. secundo de part. animalium cap. 4. omnis perfectio sensus perficitur homogenea etherogeneo administrante, & fuit Galeni in quarto de usu partium cap. 8. Quid autem sit uisio secundum Latinos iam dixi, est enim contactus

.. tis neruorum, sed uisio fit ultra oculos, reieci hæc opinionem, quidquid dicat D. Th. Auicenna, Albertus, & Drusianus, ideo remansit quòd virtus videndi sit in profundo oculi in humore christallino, scd'm ergo Galen. t. & 2. methodi med. & 8. de vsu partiũ ample prosequitur perfectionem oculi, etiam in talpa non differũt, nisi quoniam in talpa sunt sub cute, quod accidit ex imbecillitate seminis vt dicitur in libro de semine, in alijs vero animalibus oculi sunt supra cutem, dixi tamen ꝙ natura obtexit cute, ne terra offenderet, habet tamen poros per quos potest videre. Quod autem hoc verum sit, duo signa affert Ioannes Gram. primo quia pertingunt duo nerui, & terminantur in capillares ramos, & sic deferunt virtutem uidendi à cerebro, secundo quia ad quantitatem huius humoris perforata est tunica vuea, ne sui colore impediret visionem colorum, tãtum ergo est foramen pupillæ, quantum est humor glacialis. Tertio addit hoc signum decimo de vsu partiũ, quia inquit, suffusiones. i. catharactæ ortum habent inter corneam tunicam, & humorem glacialem, si lux uidendi esset in anteriori parte, etiam non impediretur, ergo necesse est quòd uisio fiat in humore glaciali, loquebatur ergo Arist. conformiter cum Galeno, est etiam in omni parte tanquam in instrumento perfecto, ideo. Est tertia dubitatio nunquid hoc instrumentum sit aqua à prædominio, quòd non sit aqua sola patet, quia omne animatum est mixtũ, nullum simplex potest esse animatum, vt plantæ sunt terræ à prædominio, obiicitur quòd non, ex Aristotele trigesimatertia part. probl. vlti. Quòd visus sit sicut ignis, secundo quia primum instrumentum est corpus diaphanum, & qua diaphanum est receptiuum colorum, magis diaphanum est aer quàm aqua, ergo aqua est primarium instrumentũ. Tertio visus percipit perspicuitatem aquæ, caret ergo ea, quoniam intus existens prohibet extraneum, ita ergo si perspicit perspicuitatem aquæ, denudatur ergo ab ea, quia omne recipiens debet denudari à recepto. Ex alia parte Arist. secundo de generatione animalium, & primo cap. 1. de generatione animalium, & in multis locis, & probauit, primo ex dissectione, secundo in infantibus pupilla est manifestè humida ex maiori copia humoris redundantis, qui consumitur in adolescentia, tũ quia in animalibus præditis sanguine natura posuit partem albam & pinguem, ne à frigore acris rigeret, ille ergo humor est congelatus. Quod dicimus primo 3 3. part. problemate vltimo quemadmodum aer auditui, sic ignis oculis. Dico loquitur secundum Platonem, cuius verba exponit Galenus decimo de vsu partium, quoniam oculus eget maiori copia spiritus animalis, & sunt de natura ignis, ideo ascribit ignem visui ratione instrumenti, ideo dixit Galenus solum ex imbecillitate istius sensus arguit constitutionem ipsius oculi, ille magis valet robore cui maior copia spirituũ datur a cerebro, nunquid negaret Arist.? nõ negaret, reprehendit Platonẽ, dixi, rationes eius parum cogunt. De secundo, quia primum instrumentum visus est corpus perspicuum, cũ ergo aer sit magis perspicuus quàm aqua, dico deficit aer, quia non est ita constans vt aqua & corrumpitur, ideo dixi supra quomodo dicebat Alexander & Arist. quoniam aqua magis seruat simulacra, illa dubitatio non est in Aristotele, quoniã trãslatio antiqua dicit, *seruabilius*, quia melius conseruatur in aliquo loco, ipse dixit, quòd conseruat melius simulacra sensibilium, sed fecit eum errare expositio Alexandri. De tertio argumento laborauit Ioannes Gand. quia illa est dignitas Auerrois, dico perspicit perspicuitatẽ aquæ diuersam in gradu, dicimus ignis percipit calorem, ideo ne habeat percipit intensionẽ, sed nihil est, quod dicit Ioannes, quoniã dixit Auerroes omne recipiens debet esse denudatum à recepto secũdum speciem, vt exposuit secundo de anima 130. contra Auempacem qualiscunque fuerit receptio, sed recipit ipsa virtualiter vt tactus habeat calorem, percipit tamen calorem, dicimus enim quòd ille calor non est ratio recipiendi alterum, quomodo ergo dicit aqua qua perspicuum est instrumentum, si ego hoc primarium instrumẽtum percipit qua perspicuum, quomodo ergo carebit perspicuitate aquæ quatenus calor est quædam complexio temperata, sic apprehendit calidum & frigidum, vos melius considerabitis. Est alia & quarta dubitatio de instrumẽto auditus, an sit aer, quoniam Galenus 8. & 9. de vsu partium sunt nerui ueluti intra cerebrum, sed sunt paulo duriores, ne lædantur extrinsecis incurrentibus, ex alia parte habetur tertio de anima quòd sit aer. Ideo est quinta dubitatio nunquid olfactus organũ attribuatur igni, est dubitatio, quia Aristoteles sibi contradicit in secundo de anima in cummento 130. inquit in organicis sensuum duo elementa dominantur, in visu aqua, in auditu aer, in olfactu utrunque, postea dixit ignis aut nullius est, aut omnibus, quia omnia calore operantur. Tum secundo quia hic dixit materia instrumenti olfactus erat à cerebro, cerebrum est aquæ à prædominio, non ergo erit ignis. Tertio quia ratio sua patitur calumnias, dixit vnusquisque sensus unde quam sentiat est potentia suum sensibile, cum actu est actu illud, quoniã vnũquodq; est tale, quale est proprium sensibile agens, si ignis patitur ab aqua, est potentia frigidus, sed sensorium olfactus est ab odore, odor est cum igne, est ergo potentia ignis, primo dicit omne quod patitur ab aliquo est tale quale suum agens hæc propositio est falsa nisi de materiali actione, quoniam uisus patitur ab albedine non tamen est albus. Secunda est falsa, instrumentum olfactus patitur ab odore, & odor est calidus, nonne aliqua corpora sunt frigida & habent odorem. Tertio contra totam rationem, ꝙ concludit ergo est tale potentia, ergo est ignis, non valet, quia est potentia ignis, non ergo est actu ignis, confirmatur, quoniã probabo, quòd in uisu prædominatur ignis, cum ergo organum uisus sit actu de natura aquæ, potentia est de natura ignis, quemadmodũ ergo organum olfactus attribuitur, vtrique ab Aristotele, sic etiam instrumentum uisus est ignis, dico propter has rationes tripliciter potest considerari sensus olfactus, primo secundum sui substantiam, & sic non, secundo quo ad medium per quod immutatur,

An visionis instrumentũ sit aqueum à prędominio.

An instrumentũ auditus sit aer.

An instrumentũ olfactus sit ignis.

tur, tertio ratione obiecti, si secundum se ipsum nõ consideratur ab Aristotele hic, si quo ad medium, sic loquitur Aristoteles in secundo de anima, cum dixit in auditu aer in olfactu vtrunque, idest aliquãdo me dium est aer, aliquando est aqua, appellatur mediũ, quia desert simulacra sensibilium ad sensibile, aer in in terrestribus, aqua in aquatilibus si loquamur in respectu hic, sic loquitur quia olfactus apprehendit odores, & odor est fumida exhalatio, & est ignis, ergo. Sed quærit Aristoteles qualis sit constitutio organi cuiuslibet sensus, hoc non est respondere dubitationi. Dicatis cum Alexandro non fuit intentio Aristotelis attribuere cuilibet sensui elementũ, ideo dixit si licet, quia non licet, dico disputando pro his, qui ita credunt, dicemus ergo quòd si ascribat ignem olfactui, hoc non est ex eius intentione, ideo illa in libro de anima soluta est. Quod dicis secundo, materia eius habet ortum à cerebro, verum est, quod dicit, quòd est ignis ratione obiecti. Quod addis, quoniam illa ratio peccat, omnis sensus est potentia talis, quale est suum sensibile actu, vera est de actione, & passione reali, dico verum dicis, Dico assumit in actione spirituali, quoniam in actione spirituali diffunditur actio materialis, quoniam diffunditur fumida exhalatio, ideo in æstate melius sentitur ista fumida exhalatio. Quod dicis minor est falsa, omittam hanc eius litẽ, dicatis ex Arist. & Gale. principale obiectũ odoris esse fumidam exhalationẽ, quod dicis de aqua rosacea, campbora, & viola, dico quòd hæc sunt corpora ætherogenea, & non sunt vnius naturæ, vt dixit Galenus de aceto, ita dicatis quòd habent partes calidas ratione quarum in eis est odor, habent & frigidas, & earum ratione non habent odorem, quod dicitis sic vnius erit potentia ignis, quia est actu frigidum & humidum, & sic potentia calidum & frigidum, si valet de illo & de hoc, dico non est par ratio, cur non est par ratio? quoniam eum actione spirituali visus non corrumpitur operatio materialis, sed bene hoc est in olfactu, sed potest multiplicari simulacrum coloris ad oculum sine mutatione magnitudinis, sed dices nunquid si de sensorio olfactus secundum se ipsum, cur Aristoteles non expressit? Multi dicunt, quòd hic liber est facilis, cur ergo non expressit qualis sit, dico litigat Galenus cum Aristotile qui dicit nunquam expressit qualis sit sensus olfactus, verum dicit Galenus, dicit solum, quia ampliantur meatus & arteriæ, quibus dilatatis fit odor, quæ sunt istæ arteriæ? dicit Galenus sunt duo ventres intra cerebrum, & hic sensus situs recurreret in caluaria, quod in octauo de vsu partium, & sexto, & quartõ de locis affectis dicit sunt duæ eminentiæ, quæ terminantur ad anteriorem partem cerebri, ab Auicenna appellantur caruncullæ mamillares, quia sunt persimiles mamillis mulierum, ita si sequamur Galenum hoc instrumentum erit de natura aquæ, sed Galeno obstat ratio prima.

Lectio XV.

ERAT dubitatio quo nam pacto ignis attribuatur sensui olfactus, dixi quòd olfactus potest tripliciter considerari, ex parte obiecti, ex parte medij, & ex parte sui, ratione obiecti attribuitur ignis sensui olfactus, quia olfactus percipit odorem, qui fundatur in fumida exhalatione, quæ est calida & humida, si ratione medij, attribuitur aer & aqua, quià animalia aquatilia olfaciunt per aquam, terrestria vero per aerem, & sic locutus est in secundo de anima de instrumento olfactus, vt medium, aliomodo consideratur olfactus secundum sui rationem quo ad naturam elementorum, in instrumento olfactus secundum sui naturam prædominaret, Galenus inculpabat Aristotelem quòd nec hic, nec secundo de anima fecerit mentionem de organo olfactus secundum sui naturam, sed secundo de anima, quòd animalia non possunt odorare nisi mediante inspiratione, ideo organum olfactus erat coopertorium, sed non declarat Aristoteles quid nam esset istud coopertorium, nec quid esset organum olfactus, ideo inquit increpandus est Aristoteles, inquit ipse instrumẽtum olfactus sunt illi duo vẽtres in anteriori parte cerebri, qui ab Auicenna appellantur caruncula mamillares. Sed hæc opinio patitur difficultates, quas non potest euadere. Est ergo primum argumẽtum, quia si aliquid sentit habet maxime sensum tactus, cum ergo illæ duæ eminentiæ, in anteriori parte cerebri habeant sensum olfactus, ergo & sensum tactus, sed illi ventres non possunt habere sensum tactus cum sint de natura cerebri, cerebrum autem nõ sentit vllo modo, sicut quoduis excrementum inquit Aristoteles cuius signum, si quis vulneretur in capite & exeat pars cerebri illa pars non sentit ideo cerebrum sensu tactus caret, ergo &c.

Secundo & fortius, quia si sic esset, sequeretur, ꝙ aliqua animalia respirantia possent recipere odorem sine inspiratione, si illæ eminentiæ sint organum olfactus, quia quis aperto ore fumida exhalatio poterit sursum tendere ad illas eminentias sine inspiratione, & ita sicut inquit Auerroes poterimus percipere odores cibi in ventriculo, quia sicut alij vapores petunt cerebrum, Ita odor poterit petere anteriores illos ventres, & sic fiet olfactus, hoc tamen nõ percipitur. Tertio & fortius dixit ille Andreas Vesalius, quòd illi duo ventres interiores non pertingunt ad duo foramina narium, sed pertingunt ad eas cauitates ossis frontis, quæ longè distant à foraminibus narium, sed odores percipimus naribus, & nõ fronte, ideo cum illi duo ventres non pertingant ad foramina narium, quomodo ergo possunt illi ventres percipere odores? & hæc ratio non videtur posse dissolui à Galeno. Ideo forte rectius dixit, & dicemus secundum Auerroem, quòd nerui sparsi per cartilaginem narium, qui quidem rectius videntur à cerebro prouenire per duos neruos, qui tendunt ad duo foramina narium, & apparent manifeste illi

nerui, vt dicebat Andreas Vexallus, ſic ergo illi nerui contenti inter cartilagines narium ſunt inſtrumentum olfactus, & ſic ſunt cooperti illa cartilagine, indigent etiam inſpiratione, vt meatus illorum neruorum aperiantur pro receptione odorum, & inquit Ariſtoteles apertis poris & venis, quid intelligit Ariſt. per venas, quia per venas nullum obiectū ſenſus d. fertur, quid ergo dicit apertis venis. Dico domini ꝙ Ariſt. intelligit apertis venis. i. apertis neruis, itaque per venas intelligit neruos qui ſunt quarti in ordine. Ex hoc diſſoluitur alia dubitatio, quod nam inſtrumentum attribuatur ipſi auditui, diximus ſecundum Galenum quòd nerui, qui pertingunt ad concauum auris erant inſtrumentum auditus, & ſi ſint proximiores cerebro erunt meliores, & à prædomino aqua, ſi non longiores à cerebro erunt ſicci, etiam ſic inſtrumentum auditus erit à prædominio terræ, quomodo ergo Ariſt. dicit quòd inſtrumentū auditus ſit aer? Dico quòd ſi loquamur de auditu ratione obiecti, ſic auditus inſtrumentū erit aer, quia eius obiectū eſt ſonus, qui quidem ſonus fit in aere, rōne ēt medij eſt aer, quia ſonus fit per aerem tanq̄ per mediū, & ſic ſecundo de anima locutus eſt de inſtrumento auditus, ratione vero ſui ſubſtantiæ, ſunt illi nerui, qui à cerebro ad aures tendunt, licet aliqui dicant, quòd aer ampliatus in miringa aurium ſit animatus, & tale etiam ſit inſtrumentum auditus, nō eſt tamen verum, quia ille aer non eſt animatus, ideo nec inſtrumentum auditus, ſed ſunt nerui illi inſtrumentum auditus ſecundum ſui naturam, & vt ſunt propinquiores cerebro ſunt humidi magis, vt vero diſtantiores magis ſicci, ideo inſtrumentum auditus ſecundum ſui naturam vel eſt aqua vel eſt aer à prędominio. Eſt ſexta dubitatio, quia inquit quòd guſtus & tactus ſunt à prædominio terræ, quia hoc non videtur eſſe verum, primo quia contradicit ſibi, quia primo de aīa dicit ꝙ oſſa & pili quia à prędominio terræ ſunt non ſentiunt, & accepit hoc ex Platone in Thymeo, quo tactus & guſtus poſſunt eſſe terra à prædominio cum ſint ſenſus? Secundo quia videtur quòd terra ſit inepta ad receptiones rei ſpiritualis, ſed omnis ſenſus ſpiritualiter recipit, quomodo ergo organum tactus, & guſtus poteſt eſſe terra à prædominio? Tertio ſequeretur, quòd cuilibet mixto poterunt aſsignari duo elementa à prædominio, quod eſt impoſsibile, quia in vnoquoque mixto tantum prædominatur vnum elementum, quòd autem ſi terra eſſet inſtrumentum tactus, ſequeretur quòd in vno mixto eſſent duo elementa prædominantia, probo, quia ex ſententia Ariſtotelis inſtrumentum viſus præſupponet inſtrumentū tactus. qui eſt à prædominio terra, ergo inſtrumentū viſus erit à prædominio terra & aqua. Propter difficultatem rei inuenti ſunt plures modi dicendi, quia vbi maximi viri diſſentiunt, difficile eſt inuenire veritatē, propter primum argumentum dixit Albert. Alemanus, & Ioānes Gand. quòd poteſt eſſe triplex prædominiū elementi in vnoquoque mixto, vel quòd vnum elemētum prædominetur ſecundum quantitatem, vel ſecūdum qualitates motiuas, vel ſecūdum qualitates motus alterationis, dicunt quòd eſt in oſsibus, pilis, & plantis terra prædominans ſecundum triplex illud prædominium, quia in illis maior eſt quantitas terræ, prædominatur etiam terra ſecundum qualitatem motiuā in illis, quia omnia illa ſunt grauia, prædominatur etiam ſecundum qualitatem alteratiuam terra in illis, quia omnia ſunt frigida, in guſtu & tactu nō eſt illud triplex prædominium, ſed eſt dominium ſecundum quantitatem, vel etiam ſecundum qualitatē motiuam, non eſt autem dominium terræ ſecundum qualitatem alteratiuam, ideo guſtus & tactus poſſunt ſentire. Sed ego nō intelligo opinionem, quia quæro ab iſtis, quia tota difficultas eſt iſta de remanētia elementorum in mixto, quia vel elementa remanent ſecundum ſui ſubſtantias, vel ſecundum ſuas virtutes. ſi ſecundum ſui ſubſtantiam, eſt duplex imaginatio quòd elementa remaneant ſecundum ſui ſubſtantiam, ita quòd illa corpora in eodem loco ſe coextendunt, & fuit opinio Patauinorum, & Antonij Parmenſis, vel poſſumus imaginari, quòd elementa ſint in mixto ſecundum iuxta poſitionem, ſi imaginemur quòd elementa remaneant in mixto ſecundū coextenſionem, tunc elementa in eodem loco ſe coextendunt, erunt ergo eiuſdem quantitatis, quia adequate illa quatuor elementa ſe coextendunt, quomodo ergo poterit eſſe dominium ſecundum quantitatem vnius elementi, ſi vero dicamus quòd iſta elemēta iuxta ponantur, cum quodlibet mixtum componatur ex quatuor minimis elementorum, ergo cum in quolibet mixto minimo ſint quatuor minima elemētorum ergo ſecundum quantitatem erunt æqualia, ſi vero dicamus quòd elementa remanent virtualiter, ſicut dicendum eſt ſecundum Ariſt. & ita dixit Alexander in proprio libro, & Galenus in ſecundo de elementis, quia ſi elementa ſe coextendunt in eodē loco, dabitur ergo corporum penetratio, ſi vero iuxta ponantur, non erit mixtio, quia ex Ariſtotele mixtio non eſt iuxta poſitio, non erit ergo dominium in mixto ſecundum quantitatem, nec poteſt eſſe dominium ſecundum qualitates motiuas, quæ ſunt graue & leue, quia iſtæ qualitates motiuæ ſequuntur qualitates alteratiuas, & intenduntur & remittuntur ad remiſsionem illarum, vnde ſi terra calefit vel à lumine ſolis, vel ab igne aſcendit, quia ex illa caliditate cauſatur leuitas in terra, ideo quomodo poteſt eſſe dominium ſecūdum qualitates motiuas, & non ſecundum qualitates alteratiuas in guſtu & tactu? ideo aliter dicit alia opinio, quòd in ſenſorio tactus eſt prędominium elementorum ſecundum triplex prædominium terræ ſcilicet ſecundum quātitatem, & qualitates motiuas, & qualitates alteratiuas, ſed quia in ſenſorio tactus elementum non exceſsiue dominatur, in oſsibus vero & pilis exceſsiue dominatur terra, ideo oſſa & pili non ſentiunt, & ſenſorium tactus exceſsiue non eſt terreum, & ideo ſentit, ſed debetis conſiderare, an hæc expoſitio conueniat Ariſtoteli? videtur mihi, quòd non conueniat, quia Ariſt. dicit quòd inſtrumentum viſus ex quo erat humidum & frigidum, ideo poſitū fuit apud cerebrum, ita & ſenſus olfactus, quia erat frigidum & humidum, ideo ipſum

sum collocauit apud cerebrum, ideo inquit hac ratione gustus & tactus ponendi sunt apud cor, quia ipsi sunt calidi, & quia cor est calidissimum, ideo politi sunt apud cor, si dicas, Di. Tho. aliter exponit, licet Alexander exponat illomodo vt dixi. quia inquit D. Th. ex quo instrumenta tactus & gustus sunt à prædominio terræ sunt ergo frigida, vt ergo eorum frigiditas contemperetur à caliditate, politi sunt in corde, quia cor est calidissimum, ideo merito caliditatis contemperat eorum frigiditates, sed ista expositio est falsa pace D. Th. quia Arist. dicit quòd ea ratione qua instrumentum olfactus est frigidum & humidum, & instrumentum visus est frigidum & humidum, ambo ponuntur in cerebro, quia & cerebrum frigidum & humidum, ita eadem ratione inquit gustus & tactus ponendi sunt apud cor, quia gustus & tactus calidi, ideo apud cor, quod est calidissimum, secundo, nonne instrumentum tactus est caro ex sententia Aristotelis, licet Auer. cum Galeno dicat esse neruum, decipitur Auer. sed caro est calida & humida, quid ergo dicit D. Th. Quid ergo dicendum, dico sicut Alexander, quòd Arist. loquitur vt complaceat Antiquis, quia volebant assignare vnicuique instrumento sensus vnum elementum, ideo inquit assignabimus terram gustui & tactui, non quòd ipse velit hæc, sed diceris, qua ratione assignauit terram instrumento gustus & tactus, dico ratione obiecti, quia tactus percipit qualitates terreas, ideo dixit quòd erat terra. Sed diceris quomodo tactus ratione obiecti dicitur terra? quia tactus nedum percipit qualitatem frigidam & siccam, sed percipit & caliditatem, & alias qualitates, quomodo ergo dicit quòd ratione obiecti tactus sit terra. Secundo quia gustus percipit saporē, sapor autem fundatur in aquæ substantia, ergo ratione obiecti gustus erit aqueus, & non erit terreus. Tertio quia Arist. secundo de anima dicit, quòd instrumentum gustus & tactus est terra, ignis vero nullius est instrumētum, vel cōmunis omnibus, quia etiam sit terra patet, quia tactus est corpulentus, corpulentum autem est à prædominio terreum, ideo secundo de partibus animalium Arist. demandauit tactum carni, quia caro est corpulenta. Quarto quia instrumentum tactus est neruus, ad minus secundum Auer. instrumentum gustus sunt nerui sparsi in lingua, sed nerui sunt à prædominio terra, vel aqua, vt appropinquantur cerebro, ergo ratione sui instrumentū gustus est à prædominio terra, quid dicendum est? domini soluant hi, qui dicunt hunc librū esse facilem, ipsi enim cantando legunt verba Arist. & tantum verborum superficiem inspiciunt non penetrantes sensus internos.

Lectio XVI.

ERAT dubitatio satis difficilis circa verba Aristot. quomodo gustui & tactui ascriberetur terra, dixi ex verbis Alexandri, quòd omnia quæ sunt dicta hic ab Arist. gratia disputationis magis dicta sunt, quàm gratia veritatis, & ita Arist. attribuerat olfactui, gustui, & tactui aliquomodo suū elementū, quia isti sensus percipiunt obiecta ex reali mutatione, quia olfactus non percipit odores nisi realiter (vt placet) immutetur à frigida exalatione, in qua odor fundatur, ita gustus non apprehendit nisi immutetur realiter ab aliquo corpore saporoso, ita tactus non apprehendit qualitates nisi prius ab illis immutetur, quia ergo isti sensus olfactus, gustus, & tactus eodemmodo, scilicet cum reali actione, ideo ratione obiecti attribuit instrumenta, & sic attribuit olfactui ignem ratione obiecti, gustui vero & tactui terram, quia tactus percipit qualitates terreas, ideo ratione obiecti dicitur quòd instrumentum gustus sit terra. Sed erat dubitatio, quia tactus nedum percipit qualitates terreas, quia apprehendit indifferenter qualitates omnium elementorum, ergo non magis terra debet attribui, quàm cætera elementa sensorijs tactus & gustus, dico ad hanc primam dubitationem, quòd licet ita sit, vt dixisti, quia tamen vt plurimum versatur circa qualitates terreas, ideo terræ magis ascribitur instrumentum tactus quàm cætera elementa, quia vt plurimum circa illius qualitates terra versatur. Erat secunda dubitatio, quia gustus versatur circa saporem, qui fundatur in humida substantia, ergo aqua debet esse instrumentum gustus ratione obiecti magis quàm terra, dico pro nunc ex consequenti, quia illud humidum in quo fundatur sapor permixtum est cum sicca terra, ideo dicitur terra instrumentum gustus, gustus enim versatur circa humidum, vt permixtum cum substantia terrea. Erat tertia dubitatio, quia Aristot. secundo de anima dixit ꝙ instrumentū tactus erat terra, ideo cordi demādata est terra, quia ipsa corpulentia est, vt secundo de partibus animalium dixit Arist. sed omne corpulentū est terreum ex Arist. 4. Meteororum, ergo instrumentū ex sui natura est terra, ita ꝙ instrumentum tactus est graue, q. descendit in aere & aqua, ergo est terra ex sui constitutione, ob hoc argumentum illi dicebant ꝙ erat triplex dominiū, & secundū substantiam, & secundum qualitates, & secundū quantitatē. Sed dixi vobis ꝙ eam opinionem nō intelligebant, ideo dico, & vos cōsiderabitis, & debetis semper in memoria habere verba Arist. quia inquit Arist. 4. Meteororū, vinū à prædominio est aqua, quia fluit, & tamen calidæ & humidæ naturæ est, quo ergo est à prædominio aqua, cum aqua sit frigida & humida, si vinum sit calidum & humidum, quia plura vina sunt calida & humida, aliqua .n. frigida sunt, vt inquit Galen. in secundo lib. de bonis & malis succis, aliqua etiam sunt sicca per accidens, quia nimis calefaciendo resoluant humiditates, consimile exemplum de partibus animalium Arist. dedit, vbi quærit, an sanguinis genitura, & medulla sit calidæ substantiæ, vel frigidæ, inquit Aristoteles quòd sanguis potest considerari ex parte materiæ, & sic sanguis est frigidus, quia à prædominio terra, si vero consideretur sanguis ratione efficientis & eius formæ, sic sanguis est calidus, quia pro eius generatione

requiritur multa copia, caloris, in genitura ratione materiæ dicitur terra, & sic frigida, ratione vero formæ & efficientis, quia requiritur copia spiritus dicitur calida, ita vinũ ratione materiæ dicitur aqueum, ratione formæ dicitur calidum & humidum, ita caro ratione materiæ dicitur frigida & à prædominio terra, ratione vero efficientis & formę, quia pro eius generatione requiritur multa copia spiritus & sanguinis, sic ergo dico quòd sensoriũ tactus ratione materiæ est terra ideo graue & corpulentum, ratione vero formæ est calidum à prædominio. Quarto; quia Galenus ponit sensorium tactus neruum? Dico quòd Arist. non consentit Galeno, quis nam rectius illorum dixerit, disputabimus in secundo de anima (si forte illũ legemus.) Ex hoc soluuntur argumẽta principalia, primo quia vbi dicitur pili, nerui, & ossa non sentiunt, quia sunt terra, dico quia nerui pili & ossa sunt terra, & ex ratione materiæ, & ex ratione efficientis & formę sunt terra, ideo non sentiunt, dixi quòd nerui non sentiunt, aliqui dicunt quòd per neruos Arist. intelligit ligamenta, quę ab osse oriuntur, & talia non sentiunt, sed verum est quod dicunt ipsi, sed etiam intelligit neruos, non tamen negat Arist. quin nerui non sentiant, quia nõ esset ita fatuus Arist. immo concedit & dentes ex propria substantia sentire, & Arist. inquit ossa non sentiunt, nisi præter dentes ergo negat neruos sentire, quia ipsi nerui non sunt primaria instrumenta, sed ipsa caro secundum Arist. ideo dicunt ex Arist. pilos, & ossa, & neruos non sentire, quia sunt terra & ex parte materiæ, & ex parte efficientis, & formæ, sed instrumenta tactus ex parte materiæ sunt tantum terra, ex parte non formæ non sunt terra, ideo sentiunt. Erat alia dubitatio, quia in vnoquoq; mixto prædominabitur duplex elementum, quia cum humor glacialis sit primum instrumentum visus ex Galeno, quia etiam defertur virtus sentiendi à cerebro per spiritus transeuntes per neruos attingentes ad illum humorem, secundum Aristot. virtus sentiendi defertur non perplexum mirabilem spiritus animalis ad humorem glacialem, vt instrumentum adiuuans virtutem videndi, sed vbi est aliquis sensus est tactus, sed cum virtus videndi sit aqua à prædominio, & sentiat, erit ergo & terra, & sic duplex elemẽtum prædominabitur in instrumento visus, scilicet aqua & terra, dico quòd ille humor glacialis habet virtutem tangendi, ergo ibi erit caro, non sequitur, quia ille humor sentit tactu, & tamen ibi non est caro, quæ est primum instrumentum tactus.

An tactus sit circa cor.

Est septima difficultas, quia Arist. dixit quòd tactus & gustus sunt circa cor, alij tres sensus apud cerebrum, primo est dubitatio, quomodo tactus sit circa cor, quia tactus demandatur omnibus partibus tam ijs quæ sunt longę à corde, q̃ ijs quæ sunt propinquę, quomodo ergo dicit quòd tactus est apud cor? Secundo de gustu, quia ex quarto de hystoria animalium instrumentum gustus est lingua, & palatum, & ista nõ sunt apud cor, quid ergo dicit Arist.? De auditu, olfactu, & visu est dubitatio, quia Arist. dicit quòd isti immediate tendunt ad cerebrum, est dubitatio, quia Arist. 2. de par. animalium cap. 10. inquit, ꝙ in aliquibus animalibus vt piscibus aliquibus non insunt isti sensus, scilicet auditus, visus, & gustus manifeste in capite, sed ex Galeno 4. de vsu partium, animalibus quibus inest caput, inest cerebrum, cum ergo illi sensus in illis animalibus non sint in capite, ergo nec apud cerebrum erunt, cuius oppositũ dicit hic Arist. Hic est triplex modus dicendi, & nullus poterit defendi, primus modus videtur Alexand. ꝙ Arist. in his dictis non gratia veritatis, sed gratia disputationis, & ita posset dicere ꝙ Arist. dixit gratia disputationis, sed ista expositio non est tuta, quia Arist. secundo de partibus animalium cap. 10. vbi ex propria sententia loquitur, dicit hanc eandem sententiam, quam hic dixit, & hęc sunt verba Arist. sed enim primariũ sensuum esse circa cordia locũ, diffinitũ est cum de sensibus egimus. s. in secũdo de anima, & quã ob causam, dictum est supra, sensus tangẽdi & gustãdi aperte à corde dependent, vbi assignauit causam hic, & quæ nam fuit causa assignata, ista fuit causa, quia instrumentum tactus & gustus sunt terrei, quia percipiunt qualitates terreas, quæ frigidæ sunt, si sensoria ergo gustus & tactus versantur circa qualitates terrenas, quæ sunt frigidæ, sunt ergo & ipsa sensoria potentia frigida, ergo actu sunt sua contraria, quę sunt calida, ideo quia sensoria illa actu sunt calida, & cor erat calidissimum, ideo illa sensoria posita sunt iuxta cor, ita ergo Arist. causas assignauit, cur tactus & gustus positi sint iuxta cor, & ibi secundum propriam sententiam loquitur, ergo & hic secundum propriam sententiam locutus est. Potest esse secunda opinio Alexãdri, quia ex quo omnes sensus à cor de dependent, tres tantum mediate dependent à corde, vt olfactus, visus & auditus, duo vero immediate à corde dependent, scilicet gustus & tactus, sed quomodo illi tres immediate proueniunt à corde, declarat Alexander, quia inquit meatus, qui deferunt virtutes illis sensibus tribus, scilicet auditui, visui, & olfactui à corde per cerebrum ad sensorium illorum pertingunt, meatus vero gustus & tactus immediate à corde oriuntur, & ad sensoria gustus, & tactus pertingunt, & quid sint illi meatus, dico quòd sunt nerui, ideo quia tactus & gustus meatus à corde ad ipsos pertingunt, dicuntur esse apud cor, quia vero nerui aliorum sensuum per cerebrum tendunt ad eorum sensoria, dicunt esse apud cerebrum, & Plato in Thymeo videtur esse huius opinionis, vbi inquit, in lingua sunt quædam venæ, quæ sunt nunciæ saporum, quod dictum exponit Galenus primo de simp. med. cap. 34. sed hæc expositio defendi non potest, primo, ex verbis Galeni, quæ initiuntur experimento, primo ex decimo, de vsu part. inquit omnis sensus particularis sensorium desinit in cerebrum mediante neruo, quomodo ergo gustus immediate terminatur in corde, & tactus, & subdit Galenus omnibus animalibus, quibus inest caput, inest cerebrum in capite, in talibus animalibus omnes sensus immediate terminantur in caput, in his vero animalibus in quibus non est caput, est tantum cerebrum, scilicet in pectore ideo in pe-

deo in pectore sunt oẽs sensus,qa instrumẽta istorũ sensuum debent immediate terminari in substantiã cerebri,qũo ergo gustus & tactus immediate terminantur in corde,etiã est ratio,quę cogit nos,quia instrumentum cõe omnium sensuum sunt spiritus animales,qui quidem spiritus animales in corde generãtur,quomodo ergo gustus & tactus possunt immediate prouenire à corde,cum per illos debeant deferri spiritus animales ad sensoria illorum sensum, nisi per neruos à cerebro , quomodo ergo dicuntur esse apud cor,ẽt si concedamus Arist. ꝙ nerui oriantur primo ex ipso corde,ꝙ vero spiritus animales sunt necessarij pro sensorijs omnium sensuum,est sententia Galeni,quia Galen.dicit, ꝙ illi deferunt virtutẽ sentiendi ad illa sensoria sensuum,& fuit sententia Arist. secundo de partibus animalium,quia inquit cerebrũ frigidissimum est , vt contemperet caliditatem cordis,non ꝙ frigiditas cerebri contemperet actualem caliditatem cordis,sed iste est sensus,ꝙ spiritus vitales, qui fiunt in corde cum sint calidissimi, non sunt idonei pro operatione sensuum,ideo debent contemperari à cerebro,ideo læso cerebro læditur instrumẽtum sentiendi secundum Auer. quia virtus sentiendi in corde manifestatur, cum ergo spiritus animales fiunt in cerebro, & sensus particulares operationes suas exerceant mediãtibus illis spiritibus, videtur ergo ꝙ necesse sit,ꝙ omnes sensus in cerebro terminẽtur,qũo ergo gustus & tactus sunt iuxta cor. Tertio quæ nam est illa pars apud cor, ad quam deferuntur meatus tactus & gustus nõ videt aliqua pars, qa meatus tactus per omnes partes corporis deferuntur, ideo põt esse tertia opinio , oportet.n.deuenire vsq; ad dubitationes paruas bonum philosophum , quia semper resoluendo procedit.

Lectio XVII.

ERAT dubitatio satis difficilis circa ea verba Arist. ꝙ sensus olfactus,auditus, & visus maxime circa cerebrum, dicitur n.ꝙ instrumẽta istorum sensuum sunt circa cerebrũ,quia instrumenta illa sunt frigida,ideo posita apud cerebrũ,quod est valde frigidũ,sensoria vero gustus & tactus erãt potentia frigida,ideo actu calida,ideo posita fuere apud cor,quod est calidissimum, cuius caliditas contemperatur à frigiditate cerebri. Erat dubitatio quomodo intelligẽda sint verba Alexandri, & dedi duas expositiones Alexandri, & reieci vobis ambas opiniones, & maxime secundam opinionem, quia spiritus animalis est instrumentum omnium operationum , qui spiritus elaboratur in capite, ideo si illi spiritus debent deferri per neruos à cerebro per organa gustus, & tactus,quomodo ergo Alexander dixit quòd nerui gustus & tactus recta via à corde procedunt, & Plato videtur esse eiusdem sententiæ cum Aristotele, quia inquit, venæ veniunt à corde ad linguam, quæ sunt nuntiæ saporum secundum quòd diuersimodè affectæ sunt, & hoc dictum Platonis exponit Galenus primo de simp. med. cap. 35. sed dictum Platonis habet maiorem difficultatem quàm dictum Aristot. quia venæ deferunt tantum sanguinem, imagines aũt saporum non deferuntur per sanguinem, sed per spiritus,ideo peius dixit Plato , quàm Arist. Ideo est tertius modus , qui est meus , sed patitur calumniam, ideo dico, quòd sensus verborum Arist. est,quòd primum instrumentum tactus est caro , & non quælibet caro,quia non caro epatis, sed caro determinata, & talis caro est caro cordis, & Arist. probauit tertio de part. animalium cap. 4. quia inquit virtus sentiẽdi demandatur à membro principali , sed cor est membrum principale quod fit, & generatur,ideo ei demandantur omnes potentiæ animæ, ideò virtus sentiẽdi demandatur à corde,addebat aliam rationem, quia inquit illi membro , qui habet multum sanguinem est instrumentum virtutis sentiendi, sed cor est tale membrum , ideo est demandata virtus sentiendi cordi, ideo cor tanquam perfectius membrum positum fuit in medio. Tertio quia cor non potest pati aliquam noxam sensibilem , sed alia membra patiuntur aliquam noxam, vt epar, pulmo dum viuunt, & hoc est propter acuitatem sensus cordis, ideò ei virtus sentiendi demandatur, & in hoc sensũ loquens Arist. secundo de anima de instrumento tactus, dixit, ꝙ instrumentum tactus non est caro , nec neruus,sed quid intimius,exponit Auer. & perperam(vt multoties)& dicit.i.neruus, & inquit Arist. nõ recordatus fuit de dictis sui in lib. de partibus animalium,vbi dixit carnem esse instrumentum, dico ꝙ ipse non recordatur,quia Arist.per quid intimius intelligit cor,ideo sensus Arist. est quòd instrumentũ tactus sit prope cor.i.sit ipsum met cor, & quia gustus est quidam tactus, ideo hac ratione dixit Arist. gustus & tactus sunt prope cor.i.sunt in corde,sed dices ex sententia Arist. omnis vis sentiendi sita est primarie in parte homogenea,perficitur vero in parte etherogenea,quia visio primo fit in humore glaciali, adiuuatur vero ab oculo toto,tanq̃ à parte etherogenea, ita auditio primo est in neruis aurium, secundo vero est in aure,sed cor est etherogeneum, qũo ergo primo vis sentiendi fundatur in ipso corde, quòd aũt cor sit etherogeneũ patet,quia constat ex venis arteriis,& panniculo, dico ꝙ Arist.ibi soluit secundo de partibus animaliũ cap. 1.ꝙ cor secundum sui substantiam est homogeneũ, & ita secundũ sui substantiam quęlibet pars cordis est cor secũdũ sui substantiã, sed uos dicetis mihi, nõ ne cęlũ est corpus homogeneũ secundum Arist. & tamen quęlibet pars cęli non est cœlũ,vt primo cœli dixit Arist.ideo, dico ꝙ corpus homogeneũ aliquod est secũdũ sui substantiã homogeneũ,per accidẽs vero etherogeneum,& sic cor secundũ sui substãtiã est homogeneũ, quia vero cor ẽt suam figuram innuit,ideo per accidẽs ratione suę figuræ cor est etherogeneum,sicut cœlum est homogeneum secundum sui substantiã,in quantũ vero includit figurã, est etherogeneũ, & sic p accidẽs scd'm sui substantiam est homogeneũ,ideo quia virtus sentiẽdi in substãtia cordis cordis fundat principaliter, vt in parte similari,qđ vero dicimus ꝙ cor componi

tur ex arteria, vena, & panniculo, dicatis pcõsequens ꝙ illa nõ sunt extra substãtiã cordis, sed sunt ꝓ cõplemento cordis, iõ argm̃ nullũ. Sed dices ex pdictis ꝙ gustus & tactus sunt circa cor. i. in corde, huic expositioni videtur aduersari Arist. quia probãs ꝙ gustus & tactus sint in corde, inquit, qa gustus & tactus sunt circa qualitates terreas, ideo sunt potẽtia frigida, actu ergo erunt calida, quia quod est potentia vnũ contrariũ, est actu alterum cõtrarium, cũ ergo instrumenta gustus, & tactus sint calida, ideo posita sunt apud cor, Arist ergo posuit illa instrumenta tanq̃ diuersa à substantia cordis, qũo ergo exponis? Secũdo quia Arist. loquitur hic de gustu perfecto, qđ quidẽ percipit saporem, & instrumentũ talis gustus est in lingua, qũo ergo in corde? & qũo Arist. loquitur de gustu imperfecto, ideo videtis istas difficultates, faciliter tamen rationes principaliter adductæ possunt solui, erat prima ratio, quia tactus ad oẽs partes carneas corporis nostri diffusus est, dicatis quòd tactus principaliter in corde situs est, secũdario vero in omnibus partibus cordis, licet Galen. dicat substantiam cordis non sentire per se, sed tm̃ ratione nerui, sicut epar, pulmo, & renes habent exiguum sensum, quia habent exiguos neruos, Arist. tamen dicit ꝙ substãtia cordis per se & ex sui natura sentit, & est principale instrumentum sensus. Erat secunda ratio quia instrumentũ gustus est lingua & palatus, hæc autem vero sunt prope cor, nisi dicatis ꝙ Arist. loquitur hic de gustu imperfecto, qui non distinguitur à tactu, ideo ut tactus erat prope cor, ita & gustus, sed sunt rationes iam factæ in oppositũ, ideo & vos cõsiderabitis. Erat tertia dubitatio, quia olfactus, visus, & auditus, & maxime visus & auditus sunt apud cerebrum, dubitatur in aliquibus animalibus inest caput, & per consequens cerebrũ in capite, & non sunt illi sensus, vt dicit Arist. dico quòd Arist. nõ negat, ꝙ illi sensus sint apud cerebrum, sed dicit ꝙ manifeste non sunt apud cerebrum, quòd illi omnes maxime primi non possunt defendi. *De sensibus aut his quæ scdm̃ unumquodq; sensitiuũ &c.* Reuertamur ad verba Arist. quia postq̃ Arist. egit de instrumentis cuiuslibet sensus, nunc vero de sensibilibus penes sensum, accipiendo tamẽ qđ dixit in secundo de anima, qa inquit diximus de sensibilibus cõiter, ut recipiũtur in sensibus, qa diximus ꝙ imagines eorũ recipiũtur in ipso sensu. Secũdo diximus ꝙ sensibile actu, & sensus actu sunt idẽ re, differunt tñ rõne, quia color, qui est sensibile visus idẽ est actu, differunt tñ rõne, quia color est quod videt, visus vero est q̃ videt, & qũo visus actu, & color actu sunt idem, cũ color sit diuersus ab ipso visu? dico ꝙ ita intelligit Arist. ꝙ color vt videt, & visus sunt idẽ re. i. ambo p idem nostro sunt in actu, qa color actu videtur per ipsam visionem, ita visus est in actu per ipsam visionem, ideo color ut videtur & visus actu sunt idem necessario. i. constituũtur per eandẽ formã in actu. Tertio dicit ꝙ ẽt in libris de anima egimus de proprijs sensibilibus respectu vniuscuiusq; sensus, & de actionibus sensuum, quia ibi de sensibilibus egimus, vt referuntur ad sensum, hic vero tractabimus de sensibilibus secundum sui naturam, & quid sit color, & quid sit sensus, & sic de aliis, & inquit prius à colore incipiemus tanq̃ à sensibili perfectioris sensus, Auicen. vero in primo suæ naturalis philosophiæ incepit à tactu tanq̃ à sensu natura priori, & sic à sensu imperfecto, Arist. vero à perfectiori incepit, & qa color non potest videri absque lumine, ideo Arist. prius voluit definire lumen, diffinit ergo lumẽ, & dicit ꝙ lumen est color quidã perspicui, & cur dixit color quidam? Dico ꝙ lumen non est color, quod habet esse fixũ nec esse naturale in corpore lucido, sed habet esse influxu & nõ permanẽs, qa est qualitas spiritualis, imagines. n. rerum sensibiliũ nõ habent esse permanens, qa dependent à suis obiectis, his uero remotis abeunt & imagines, color vero cũ sit qualitas realis permanens, esse haber, ideo dixit lumen est color quidã, quia ꝓprie non est color. Secunda diffinitio est, ꝙ lumen est actus diaphani vt diaphanus, & quia hæc diffinitio connenit colori, quia color est actus diaphani vt diaphanus, ideo dixit de diaphano, ꝙ aliquod est terminatum proprio termino, aliud interminatũ, & dicit Arist. ꝙ lumen est actua diaphani, ideo declarat, quid sit diaphanum, & inquit diaphaneitas est quædã cõis natura. i. quædam qualitas cõis, vel essentia cõis, quæ inest corporibus simplicibus & mixtis quibusdam, quibusdã tamen intensior, quibusdam tamẽ remissior, intẽsior est diaphaneitas in cœlo q̃ in cæteris corporibus simplicibus, loquor de parte cœli perspicua, qm̃ stella est corpus opacum patiens visionem, in elementis simplicibus magis inest igni, deinde aeri, vltimo aquæ, terra vero est opaca, & nullomodo perspicua, item in mixtis diaphaneitas aliquibus intẽsior, aliquibus remissior, qa vt inquit Alexander mixtis, quæ à prædominio magis sunt ignis intensior est diaphaneitas, & perspicuitas, quàm quæ sunt à prædominio aer, vel aqua, quæ vero sunt terra à prædominio his qualitas perspicua non est, & expressurus nobis diffinitionem coloris distinxit corpus diaphanum, aliquod terminatum, aliquod interminatum, diaphanum terminatum est vt aer, aqua & ignis, hæc enim corpora non habent proprium terminum, id est propriam figuram, loquor secundum partem, quia partes istorum elementorum non habent propriam figuram ex sui natura, sed figuratur figura continentis, quia elementa secundum se tota figurantur figura specifica, partes vero elementorum non habent figuram propriam, sed figurantur figura continentis, diaphanum corpus terminatum est, vt mixtum, & inquit Arist. quòd corpus & diaphanum sunt idem numero, quia corpus est numero idem cum diaphano, quia sunt idem subiecto, differunt tamen ratione, quia terminus corporis est ipsa superficiea, terminus vero corporis diaphani est color si diaphanum est terminatum, si uero interminatum erit lumen, & dicit Arist. quòd finis etiam corporis & diaphani est idem re, differt tantum ratione, quia finis corporis est superficies, finis uero diaphani est color, inquit colorem idem numero, quia superficies, sed dices quomodo superficies est idem numero cum colore? Dico quòd iste est modus loquendi Aristotelis ꝙ est

q eſt idem numero cũ colore.i.idem ſubiecto, idẽ ſe cundum accidens, ideo color eſt idem numero qđ ſu perficies.i.idem ſubiecto, quia color eſt in ſuperficie vt in ſubiecto,& hoc probat Ariſt. q color ſit idẽ qđ ſuperficies, qa inquit color eſt ipſa ſuperficies, vt di cebat Pythagoras, vel eſt i ſuperficie, dicit Ariſt. ma gis credo, q ſit i ſuperficie color, q ſit ſuperficies, ſi ergo color eſt in ſuperficie, ergo eſt idem ſubiecto cũ ſuperficie, ſed Ariſt non probauit, q color ſit ſu perficies, Alex. vero ꝓbauit, quia color eſt qualitas, ſuperficies vero eſt quãtitas, ergo. Secundo qa om ne corpus habet ſuperficiem, quia ſuperficie termina tur, nõ tamen omne corpus eſt terminatũ, etiã quia poteſt eſſe vna ſuperficies coloris & tñ ſecũdum di uerſas partes erit inſignita coloribus cõtrarijs, vnus color ſpecie põt eſſe in diuerſis ſuperficiebus, ideo non eſt neceſſe, q color ſit ſuperficies, imò hoc non poteſt eſſe, dimiſsi hæc verba in expoſitione. *Senſus obiectum duplex, alterum actu, alterum potentia.* Ariſt. vult dicere q obiectum vniuſcuiuſq; ſenſus põt conſi derari dupliciter, vel vt actu, vel vt potẽtia, ita q co lor põt conſiderari, vt potentia obiectum viſus.i. vt poteſt apprehendi à viſu, actu vero erit obiectu vi ſus, cum actu erit apprehenſum ab ipſo viſu.

Lectio XVI.

VIDETVR *autem aer & aqua.* dicebat nobis Ariſt. q idẽ nume ro eſt corpus & diaphanum.i.ſper accidens, quia ſunt idem ſubiecto; & finis corporis & pſpicui eſt idẽ re, differt tñ ratione, quia finis cor poris eſt ſuperficies, finis vero perſpicui & maxime terminati eſt color, perſpicui vero interminati eſt lu men, dicit ergo ſicut corpus & diaphanum ſunt idem numero, & cũ ambo ſint finita, ideo & amborũ finis eſt idẽ re, differens tñ rõne, quia finis corporis rõne qua corpus, eſt ſuperficies, finis vero diaphani eſt co lor, vel lumẽ, q̃uo color & ſuperficies ſint idẽ decla rauimus, quia color erat in ſuperficie, ideo color & ſuperficies erant idem numero.i.idẽ ſubiecto, & iſte eſt modus loquendi Ariſt. inquit ergo quòd color, & lumẽ ambo ſunt actus corporis pſpicui, qua perſpi cuũ, differt tñ color à lumine tripliciter, prima diffe rẽtia eſt iſta, q lumẽ eſt actus pſpicui interminati, co lor vero eſt actus pſpicui terminati.i. corporis mix ti, ſecũda differẽtia eſt, quia color eſt intrinſecũ pſpi cuo terminato, dicitur intrinſecus, quia oritur ex cau ſa intrinſeca corporis terminati, ideo color habet eſ ſe ꝑmanẽs in ſubiecto, lumẽ vero eſt actus perſpicui interminati extrinſecus, quia lumen non habet cãm intrinſecã in perſpicuo interminato, ideo habet eſſe fluẽs lumẽ in ipſo pſpicuo, ideo lumen dr color acci dentalis pſpicui. Tertia differentia eſt in quo verba Ariſt. ſunt obſcura, & ſenſus eſt obſcurus, quia inquit nobis intuẽtibus lumẽ in varia diſtãtia repreſentatur lumẽ ſub diuerſis ſpeciebus coloris, quia aliqñ appa ret nigri coloris, aliqñ punicei coloris, nobis vero intuentibus ſub varia diſtãtia colorẽ, ſemꝑ nobis re preſentatur color ſub eadẽ ſpecie coloris, niſi (inquit Alex.) color fuerit in tanta diſtãtia, q ipſe non poſsit apprehendi, & addit rõnem altiorem Ariſt. q nobis intuentibus colorẽ repreſentatur color ſemper ſub eadẽ ſpecie, niſi mediũ inquit Ariſtote. interiectum fuerit imutatũ, exponit Alex. q̃uo mediũ interiectũ fuerit immutatũ.i. niſi aer medius alteratus fuerit, qa ſi ille aer alteratur ex caliditate, mediũ rareſit, & ſic melius repreſentabit colorẽ, ſi uero mediũ frigeſcat fit denſum, & ſic non põt mediũ illuminari ita perfe cte, ideo color in tali medio obtuſius videt̃, & ſic vř ratione medii alterati, qui ſub diuerſa diſtãtia repre ſentatur nobis ſub diuerſa ſpecie coloris, ſic ergo di cit q nobis intuentibus lumen in diuerſa diſtãtia, re preſentatur nobis ſub diuerſa ſpecie, quia nobis reſpi cientibus mare à propinquo videtur uiride, inſpiciẽ tibus uero à longe videt̃ cæruleũ, inſpicientibus ue ro nobis colorẽ in diſtãtis diuerſa repreſentatur ſem per ſub eadẽ ſpecie, niſi mediũ interiectũ fuerit occu patũ.i. alteratũ. Ex hoc colligit diffinitionẽ coloris, qa color eſt ultimũ perſpicui terminati.i. color eſt ſu perficies perſpicui terminati.i. corporis mixti, & ra tio eſt, quia nõ uidemus rem niſi ex extrinſeco, nõ.n. uidemus parietẽ niſi ꝑ extrinſecũ, uidemus aũt parie tẽ per colorẽ, ideo color eſt quodãmodo ſuperficies perſpicui terminati, & dicitur quodãmodo, quia pro prie color non eſt ſuperficies, ſed color eſt idem per accñs, qa ſunt idẽ ſubiecto, iõ dixit color eſt quodã modo ſuperficies, ſic ergo color eſt actus pſpicui ter minati, lumẽ uero eſt actus pſpicui interminati, et ex hoc infert tertium, q ſicut color eſt ſuperficies ulti ma corporis diaphani terminati, ita lumẽ eſt ultimũ.i. ſuperficies pſpicui interminati, eadẽ rõne, quia ſicut nõ uidemus terminatũ pſpicuũ niſi ab extrinſeco, & nõ uidemus aũt extrinſecum niſi colore, ideo color eſt ultimũ perſpicui, ita non uidemus perſpicuũ in terminatũ niſi ex extrinſeco, uidemus aũt extrinſecũ mediãte lumine, ergo lumẽ eſt ultimũ corporis dia phani interminati, Ariſt. uero appellat ſemper lumẽ colorẽ ipſum. Sed hic ſunt dubitationes, primo, qa inqt q color eſt actus pſpicui terminati i mixti, hoc nõ uidetur uerũ, quia mixtũ eſt coloratũ; & non eſt perſpicuũ, ſed opacũ, qa illud eſt perſpicuũ, per qđ uiſio nr̃a ad rem uiſam põt tranſire, ſed per cor pus mixtum nõ põt tranſire uiſus ad rem uiſam, ergo color eſt actus corporis perſpicui qua perſpi cuum eſt? Secũda dubitatio, quia dicit q lumen dif fert à colore, quia lumen ſub diuerſa diſtantia repre ſentat nobis ſub diuerſa ſpecie, color uero ſub diuer ſa diſtãtia nõ repreſentatur ſub uaria ſpecie coloris, primo quæ nam eſt cã huius? Scđo cur lumẽ ſub una diſtãtia apprehendit̃ ſub una ſpecie coloris, in alia di ſtãtia ſub alia ſpecie coloris, q̃ nã eſt rõ iſtius diuerſi tatis. Tertia dubitatio, qa inqt ſi iſpiciamus eũdẽ co lorẽ ſemꝑ apparet ſub eadẽ ſpecie nõ variato medio, hoc nõ vř uerũ, qa ſeruato eodẽ medio color i collo colũbi, & ſeruato eodẽ inſpiciẽte ſemper apparet di uerſus ille color ab ipſo exiſtente in collo, & hoc cõ probatum eſt experientia. Quarta dubitatio qa di cit q color eſt ſuperficies pſpicui terminati, primo

quia coincidit cum Pythagora, quia ipse Pythagoras dicebat quòd color est superficies: Aristoteles quòd hoc non est verum, tamen ipse hic dicit, quòd color est superficies etiam, quia si corpus terminatum frangatur in eius profundo reperietur color, quomodo ergo color est vltimū perspicui terminati, ēt quod dicit ꝙ lumen est vltimum perspicui interminati, contra quia perspicuum illuminatum nedum videtur in superficie, sed & in prufundo videtur, quid ergo dicit Arist.? Quinta & vltima dubitatio, quia sensus non decipitur circa propriū sensibile, q̄uo ergo visus pōt decipi circa lumē & colores? Ad primū dico ꝙ duplex est perspicuū, vnū simplex & per se, vt aqua & aer, & sic per tale perspicuū pōt penetrare visus ad rem visam, aliud est perspicuū secundū quid participatione perspicuorū, & sic mixtū est perspicuum partipatione, quia cōstat ex aere, igne, & aqua, quæ sunt perspicua, & per tale perspicuū visus non pōt penetrare ad rē visam, & color est actus talis perspicui sc̄d̄m quid, scilicet ꝑ participationē, & sic intellexit Arist. De secundo dico, ꝙ nescio aliā cām, nisi quia lumē difficilius apprehenditur à visu quā color, & ratio est, quia sēper imago difficulter apprehēditur, quis est vestrū qui recordetur sui imagine, & tñ eā vidit in Speculo, imago.n. difficulter apprehenditur, & cū lumen sit imago lucis, ideo difficulter apprehēditur lumē, ideo sub varia distantia variomodo apprehenditur, color vero cū sit res visa, ideo faciliter apprehēditur, & sic in varia distātia sub eadē specie repræsentatur. Quod dicis, q̄uo variatur hoc lumen sub diuersa distantia, Arist. declarat tertio Meteororū, quia lumē perfecte repræsentat lucem, cum vero obtusius apprehēditur, non amplius repræsentat lucē, sed colorem, sicut declarauit Arist. de iride, quia ille color iridis non est propriè color, sed color est ex lumine, ideo secundū ꝙ perfectius apprehenditur lumē, ita perfectiorē colorē repræsentat, quia vel albū, vel puniceū, si vero lumen imperfectius apprehendatur, repræsentat colorē imperfectiorē, ideo qa lumen in proxima parte aquę perfectius apprehenditur, ideo repræsentat colorem viridē, quia maxime similis est albedini, cū vero est in parte remota aquę, imperfectius apprehenditur, ideo repræsentat colorē cęruleū, qui est perfectior viridi. Ad aliud de collo colūbi, Alexand. videtur assignare rationem ex parte medij, quia inquit variū est mediū secundum crassitudinem, & secundū raritatē, ideo illi colores apparent sub diuersa specie. Sed dicat mihi Alex. in medio æquali, an illos colores sub eadē specie inspicere mus? profecto nō, sed sub diuersa specie ideo causa nō est referenda ad medium (ut inquit Alexā.) quia in vna parte aeris eodē modo dispositа collum columbi videtur sc̄d̄m diuersus, ac varios colores, ideo qd̄ dicit Alexan. non est verum. Dico ꝙ vnquā dixi ꝙ ista expositio non videtur Alexādri, & iste nō est modus procedendi Alexādri, quia Alexan. concisus est, & breuis, expositio tamen pulcra est. Ideo videtur mihi, ꝙ assignanda sit alia causa, quia colores nō videtur, sed est lux quæ videtur ex lumine reflexo in collo columbi, ideo apparet illa lux sub diuersa specie coloris, quia scitis quòd lumen reflectitur secundum angulum acutiorem, & secundum angulum obtusiorem, si lumē repræsentat lucē sub angulo acutiori, tunc lucem repræsentat sub colore perfectiori, ut sub colore albo vel puniceo, si vero sub angulo obtusiori repræsentatur nobis lux sub imperfectioribus coloribus, ideo non est color qui videtur, sed est lumen solis reflexus in collo columbi, qui repræsentat lucem, ideo sub varia distantia varia species coloris videtur. Ad aliud dico ꝙ Arist. intelligit ꝙ color est superficies per accidens i. color est in superficie, Pythagoras vero dicebat, ꝙ color erat per se superficies; Quod vero dicis color nedum est in superficie mixti, sed ēt in profundo, quia si mixtū frangatur apparet color in profundo, Dico ꝙ re vera color est in profundo, dico ꝙ re vera color est vltimū corporis terminati quo ad visionem, non aūt simpliciter locutus est Arist. Ad aliud, quod addebas, quia Arist. dicebat, ꝙ lumē est etiā vltimū perspicui corpori interminati, cōtra quia nou videmus lumen tm̄ in superficie corporis terminati, sed & in profundo, puto ambo esse vera, & ꝙ lumen videatur in superficie & in profundo corporis terminati perspicui, & ideo, quia videbat Arist. ambo esse vera dixit ꝙ sicut color est vltimū diaphani terminati, ita lumen est vltimū diaphani interminati, nō ꝙ solum sit actus superficies interminati perspicui. Quod vero dicebas sensus non decipitur circa proprium sēsibile, q̄uo ergo dicit Arist. ꝙ decipiuntur in apprehensione luminis in varia distātia, dico vt dicit Arist. 2. de anima, ꝙ sensus decipitur circa ꝓpriū sensibile raro, ita circa hoc decipitur sed dicetis q̄uo raro? Dico ꝙ nō decipitur seruatis tribus conditionibus, s. dispositione sensus, dispositione medij, & distātia ꝑfecta, sed dicetis q̄uo sciemus ꝙ raro decipitur? dico difficulter, & ex hoc Pythagorici arguebant incertitudinem scientiæ, quia dicebāt intelligens non intelligit absque sensu, sensus certe nō apprehendit, ergo nec intellectus, nisi dicamus ex hac dignitate, quia omnis res naturalis ut plurimum eodemmodo agit, cum autem sensus sit operatio naturalis, ideo rarò decipitur, quòd non eodemmodo sit, sed dicetis quomodo sciemus hic esse istas tres cōditiones, & nos rarò decipi, dico ex cōi consensu, quia communis cōsensus eodemmodo iudicat, ideo seruatis illis tribus conditionibus dixit Arist. ꝙ raro decipitur sensus circa propr. um sensibile.

Lectio XIX.

EST *ergo in esse in perspicuo*. cum declarauerit, quid nam esset lumē, quod erat quidam color perspicui interminati, & declarauit, ēt quid nam esset proprie color scilicet, quòd erat actus corporis terminati idest, mixti, hic modo vult declarare modum generationis colorum, & colores sunt in duplici differentia, aliqui sunt simplices vt albedo & nigredo, aliqui mixti, prius declarat modū generationis coloris simplicis, qa sicut ex p̄sentia lucis gn̄atur lumē in ꝑspicuo interminato vt in aere, & aqua, ita ex absentia

tia lucis genere tenebra, ita ex mixtione pspicui inter minati. signis & aeris gñatur albedo, ex pdominio vero terræ, quę est corpus opacum gñatur color niger, exemplũ in niue est intensa albedo, q a nix est ex mixtione à pdominio aer & aqua, ideo est coloris albi, ita illæ spumæ in aqua fiũt albæ, quia ei permiscetur aer, fumus verò niger fit, quia à prædominio est terra, q̃ est corpus opacum, hic ergo est modus generationis colorum simplicium. Sed dicetis, cur Aristoteles tacet causam proximam generationis colorum? quia cum colores sint qualitates secundæ, & oriantur ex temperatura, sicut sapores, & odores, ex temperatura oriuntur, & ad varietatem temperaturarum variãtur colores, dico forte ob hoc, quia temperaturæ diuersæ oriuntur ex varia mixtione primarum qualitatum, ideo Aristoteles referens causam in altiorẽ causam, dixit Aristot. quòd generantur colores ex mixtione talium corporum perspicuorum, Aristoteles deinde prosequitur in declarãdo modum generationis coloris medij, & exponit tres opiniones, duas priseorum, dicit ergo quòd aliqui dicebant, quòd ex varia mixtione colorum oriuntur colores medij, cũ colores simplices diuidantur, ita ad minima quòd non possint videri, resultant deinde colores medij, aliqui grati visui, aliqui ingrati, & Galenus tertio lib. de differentiis simpl. declarat, qui nam colores sint grati visui, & dicit quòd sunt medij, extremi uerò sunt ingrati, quia albedo nimis dispergit visum, nigredo nimis congregat, & declarat Aristoteles, cur aliqui colores medij sint grati, aliqui ingrati, ratio est, quia dicit quòd colores, qui constant ex proportione rationali sunt grati, proportio verò rationabilis quæ ponitur ab Euclide in quinto elementorum, proportio rationalis est, quæ numero immediate potest metiri, proportio verò irrationalis est, quæ non potest metiri numero, & hæc rationalis reperitur tantum in quantitate continua, in quantitate discreta tantum est proportio rationalis, ideo inquit, colores, qui ex proportione numerali constant sunt grati, qui verò ex proportione irrationali sunt ingrati, sicut concẽtus sunt grati, qui habẽt proportionem, vel si omnes colores medij, & hęc ex duplici causa ex proportione numerali colorum simplicium cõstet, quia tamen in aliquibus proportio est secundum naturam, & tales colores erunt grati, in quibus verò est proportio etsi rationalis præter naturam tales sunt ingrati visui, deinde feret aliam opinionem, dicebat enim hæc opinio, quòd colores medij resultant ex coloribus simplicibus secundum diuersum situm, vnde cum albedo supponitur nigredini ex istis coloribus secundum diuersum situm oriuntur colores medij, & secundum eorum simplicium colorum diuersos situs oriuntur aliqui colores grati, aliqui ingrati visui, & declarat Aristoteles, quomodo color superpositus colori variat speciem coloris, patet, primo ex pictoribus, quia pictores cum volunt aliquam rem pingere, quę à nobis propinquè videatur, eam pingũt lineis albis, cum verò à longe volunt videri nobis alio colore pingũt, ita ergo dicebant isti, quòd cum vnus color simplex vt puta albedo superponitur nigredini, apparent colores medij, probant etiam signo naturali, quia dicebat quòd sol dum est in meridie apparet puniceus vel albus, cum verò in occasu, apparet alterius coloris, qui luci solis, quæ repræsentat albedinem, aer caliginosus supponitur, ideo color medius genere, sic ergo dicebat opinio, quòd colores medij generantur ex coloribus simplicibus secundum diuersos situs, & sic secundum quòd magis bene sunt situati colores simplices, ita sunt & magis grati sensui, secundum verò q̃ minus bene sunt situati, ita colores medij ingrati sũt visui, & ita ista opinio tradebat modum generationis colorum mediorum, sed dicetis, quomodo differt prima opinio à secunda? Dico dupliciter, primo, quia prima opinio ponit secundum rem subsistere omnes colores, secunda verò opinio ponit tantum colores simplices subsistere, secundo quia prima opinio refrangit colores simplices, sed ponit eos sub diuerso situ, sed antequàm Aristoteles ponat suam opinionẽ confutat illas, quia ambæ opiniones in hoc conueniunt quòd visus fiat ex defluxu rei visibilis ad ipsum oculum, vt dicebat supra etiam ex sententia Empedoclis, Aristoteles non probat quòd visus non possit ita fieri, quia visus esset tactus, quia si visio fit ex defluxu rei visæ, visus ergo tangit defluxum, sic ergo visus erit tactus, sed dicetis, argumentum Aristotelis non videtur, quia visus percipit defluxum, & non colorem, tactus autem dicitur, quia tangendo percipit rem quam tangit, sed oculus non percipit tangendo colorem, sed defluxum, ideo nihil concludere videtur Aristoteles. Secundo sunt alia argumenta contra hãc opinionem. De primo dicetis, quomodo procedit procedit argumentũ Aristotelis, quia visus non percipit colorem tangendo, sed percipit defluxum qui non est color, ergo visus non est color, ergo visus nõ est tactus, vt concludit Arist. sed Alexander videtur innuere expositionem, dicit enim quòd opinio ponebat defluxum esse eiusdem speciei cum ipso colore, & ita videtur innuere Aristo. cum dicit tangendo colorem, & ita sequitur argumentum Aristot. De secũdo dico quòd sunt alia argumenta, sed Aristoteles nõ adduxit, quia erant manifestiora, ideo dimisit, Alexander verò posuit, primo quia si visus fiat ex defluxu rei visæ, res visa assumeretur, quod non apparet, etiã flante vento non possemus videre, quia tales defluxus dilabuntur, etiam quia clausis palpebris possemus videre, quia cum illi defluxus sint subtiles possent penetrare palpebras & sic fiet visio, quod nõ apparet, etiã dabitur corporum penetratio, quia oculus videt album & nigrum in eodem tempore, si visio fiat ex defluxu rei visæ, defluxus ergo illi se penetrabunt, & Alexander facit similia argumenta, quæ dicit contra opinionem, quæ dicebat visionem fieri ex defluxu spirituum, Arist. ergo postquam reiecit opinionem de visione, incidentaliter nunc ponit suam opinionem de visione, quia inquit medium perspicuum illuminatum defert simulacrum rei visæ ad ipsum oculum sed prius quàm non erat illuminatum medium, non poterat deferre simulacrum rei visæ ad oculum.

Lectio XX.

LECTIO externa fuit facilis, ista erit difficilis, declarat nobis Arist. modum generationis colorū simplicium, & declarat, quomodo generātur colores medij, posuit duas opiniones, & interiecit tertiam de visione, prima opinio fuit, quòd colores simplices ad minima diuidantur, ita quòd non posint videri, & ex illis generātur diuersi colores medij, aliqui grati sensui, aliqui ingrati. Secunda opinio dicebat, quòd ex diuerso situ colorum simplicium cum vnus superponitur alteri, generantur colores medij, & dabat exēplum de pictoribus, quia pictores prius pingunt rem vno colore, deinde superponunt alium colorem, & reddebat rationem huius Alexander in problematib. quia inquit cum volumus prope rem inspicere albo colore pingimus, quia albedo magis mouet sensum, ideo dicit, cum volumus pingere mammas eleuatas prius vno colore pingimus, deinde alio colore clariori, vt res videatur, deinde dabat exemplum naturale, quia dicebat, sol in meridie videtur albi coloris, in occasu verò, quia est caligo, quæ est nigri coloris sol apparet punicei coloris, & non alicuius coloris simplicis, sic ergo dicebat opinio, quòd color simplex superpositus colori simplici generantur ex illis secundum apparentiam colores medij, & dicebat, ꝙ ambę opiniones conueniebant in hoc quòd visio fieret ex defluxu rei visæ. Confirmabat Aristot. eorum opiniones, quia si sic fieret visio, visus esset tactus, qa visus perciperet illum defluxum tangendo ita ꝙ visus sit tactus. Deinde Arist. posuit opinionem eius de visione, & dixit, quòd visio sit cum medium illuminatur, & defertur imago rei visæ ad ipsum oculū, & sic hæc dixit Aristoteles.

Reuertitur modo Arist. & prius reijcit primā opinionem anquàm exponat suam, reijcit ergo primam opinionem, triplici argumento vtitur aduersus hanc opinionem, primo, quia hæc opinio ducit imagines imperceptibiles sensu, quia dicit opinio, quòd colores medij fiunt, cum simplices colores ita diuidantur, quòd non possunt percipi sensu, & dicit Arist. oppositum declarabimus infra quòd nulla est magnitudo, quæ sensu percipi non possit. Secundū argumentum quo vtitur est istud, quòd tempus non poterit percipi à nobis, & hoc argumentum est difficillimū, quia ex quo visio fiat ex defluxu rei visę, qui defluxus est corpus, sed corpus mouetur in tempore, cum verò videmus colores visio fit in instanti, latebit ergo nos istud tempus in quo defluxus defertur ad ipsum oculum, & sic tempus sensu erit imperceptibile. Tertiū argumentum difficilius, & est quòd plures motus uideantur vnus motus, Alexand. exponit hæc verba dupliciter, vno modo hic, alio modo infra, & inquit frater, quod plures motus sunt vnus motus. i. quòd plura visa sunt vnum visum, dico quòd defluxus sit eiusdem essentię cum colore, & cum color videtur, ideo defluxus quo res videtur, deberet videri, cū sit eiusdem essentiæ cum colore, sic ergo opinio facit quòd plures motus. i. plura visa. s. color & defluxus apparent vnum visum. Alio modo exponit Alexander, & inquit si vnus apprehenderet tempus, cum tempus habeat partes, in vna parte apprehenderet visionem eo loris, in alia parte apprehenderet visionē coloris, sed nobis non apparet, quòd illa visio fiat in diuersis partibus, sed in vna parte, ideo illud tempus nos latebit, ideo Alexander facit quòd hęc ratio sit expositio ab surdorum, scilicet quòd tempus non possit apprehēdi ab aliquo sensu, & vtraque expositio potest stare, sed dices, Arist ponit pro absurdo, quòd detur aliqua magnitudo, quæ sit imperceptibilis sensu, quia omnium formarum naturalium datur maxima & minima magnitudo, datur ergo minima superficies colorata, adhuc illa habet partes, quæ habent colorem, illę partes tamen non poterunt uideri, cum sint minores, quàm quæ pro visione facienda requiratur. Secundo quia non videtur inconueniens, quòd detur tempus imperceptibile sensu, quia cum tempus secūdum sui essentiam non sit nisi primus motus, & ille velocior sit omnibus motibus, & inter agens & mobile est minima proportio, ex qua prouenit motus, & sub minori verò potest prouenire, ideo primo cęli dicit, quòd omnis potentia actiua terminatur maximo, omnis potentia passiua terminatur minimo, quia datur minimus color, qui percipi potest à nobis, cum ergo detur minimus motus, datur ergo minimum tēpus mensurans illud motum, datur minimus motus, quia minima proportio inter mouens & mobile, dabitur ergo minimum tempus, & tale sensu percipi potest, sed cum illud minimum tempus sit continuum, habet partes, quomodo ergo illæ partes poterunt à sensu percipi, cum iam datum sit minimum tempus, quod nō pot percipi. Tertio, quia tempus non potest percipi sensu, vt iiij. phy. dicit Aristoteles, quia tempus est numeratio motus, quæ numeratio non potest percipi sensu, quid ergo dicit Aristoteles?

De primo dico, quòd partes illius minimi coloris & magnitudinis non possunt seorsum videri, sed bene potentia videntur. s. in toto, cum verò dicitur, ꝙ datur minimus color, & minima magnitudo, quæ possunt uideri, intelligitur seorsum, quia in toto partes minores minimo possunt uideri, ita dico de secundo, quòd partes illius minimi temporis non possunt uideri & comprehendi seorsum, comprehenduntur tamen illæ partes in toto, ideo tempus potest comprehēdi à sensu uel seorsum, uel potentia. s. in toto, cum dicis tempus non apprehenditur sensu, quia tempus est numeratio. Dico quòd tempus non potest apprehendi à sensu exteriori, apprehenditur tamen ab interiori sensu, & ita Parisienses dicunt, quòd gallina percipit multitudinem pullorum, & non numerum, nisi confuse: His expeditis, Aristoteles comparat primam opinionē primæ, & dicit, quòd secunda opinio est uerior, quia secunda opinio non ponit magnitudines, quæ subterfugiant sensum, etiam uerum dicit, quòd si unus color superponatur alteri, unus per alterum uidetur, & talis color apparet medius, & specie ab illis diuersus, & reijcit illas opiniones ambas, sed dicetis, quomodo Aristoteles confutauit secundam

dam opinionem? quòd scilicet color superpositus colori causare colores medios. Dico, quia Aristo. supponit colores medios subsistere secundum sui essentiam, opinio verò ponebat illos colores tantum secundum apparentiam subsistere. Dicit ergo, quid dicendum, quomodo generantur medij colores ex extremis, rejectis illis duabus opinionibus. *Si autem cōmixtio est corporum non solum s͞edm hunc modum &c.*

Hic Arist. recurrit ad ea, quæ dixit in primo de generatione & corruptione, de mixtione, diximus n. q̄ miscibilia sunt ea, quæ per se subsistunt, deinde diuiduntur ad sua minima, quibus sic diuisis agunt & patiuntur ad inuicem ex hac mutua actione & passione se corrumpunt, & confundunt, & transmutantur in speciem tertiam, & in quid primo transmutantur. Dico in temperaturam, quia sicut elementa cum pugnant adinuicem, corrumpuntur & transmutantur in tertiam naturam .i. in temperaturam, quæ temperatura est qualitas secunda, quæ sequitur formam substantialem, & dicit ex his primo sequitur, quòd miscibilia sunt homogenea & simplicia, vt sunt quatuor elementa. sequitur secundo, quòd talia miscibilia debent habere materiam communem, quia si debēt misceri, debent agere & pati ad inuicem, non possunt agere & pati ad inuicē nisi cōicent in materia. sequitur tertio, quòd miscibiliū debet esse eadem potētia, vnde si vnum superaret alterum, multum transmutaret illud in sui naturam, non est tamen credendum, q̄ sit eadem potentia præcise miscibilium, sed volt dicere, quòd in miscibilibus non oportet quòd vnū ita dominetur alteri, quòd tale in sui naturam transmutetur, ex quo sequitur, quòd copula secundorum corporum non est mixtio, vnde cum copulatur homo cū equo, non est mixtio, ita cum miscetur vinum cum aqua, non est vera mixtio, quia cum vinum permiscetur cum aqua, non agunt & patiuntur ad inucem, ita quòd tertia species resultet, sed tantum ad minima diuiduntur, & sic manent, ideo non est proprie mixtio, ita cum semen hominis & equi commiscentur, non est propria mixtio, quia ad inuicem agunt & patiuntur, ad hoc enim vt fiat mixtio, requiritur quòd sint corpora simplicia, & ad minima diuidantur, quibus sic ad inuicem diuisis agant ad inuicem, & patiantur, ex qua mutua actione resultat tertia species diuersa, sic ergo præsupposita natura mixtionis declarat modum generationis coloris medij, inquit modo cum generatur color medius, oportet quòd corpora illa, quæ colorata sunt colore simplici p̄ se subsistant, deinde illa corpora ad minima diuidantur, & agāt, & patiantur ad inuicem, ex qua mutua actione, & passione generantur colores medij, qui per se subsistunt, & in hoc recedit à secūda opinione, & ea hoc inquit Arist. sequitur, quòd generantur diuersi colores medij, secundum quòd talia corpora miscētur diuersimode, ex quo tertio sequitur quòd aliqui sunt grati visui, aliqui ingrati, & hoc secundum quòd proportio est rationabilis miscibiliū, quia si sit proportio rationalis, oriuntur colores medij grati visui, si verò erit proportio irrationalis, sequuntur colores visui ingrati, & dicit Arist. remanet difficultas à nobis examinanda, cur species coloris & saporis sint finitæ, cum tamen in infinitum videatur variari proportio colorum & saporum simplicium, deinde epilogat & dicit dictum est, quomodo generentur colores simplices & medij? dicit hic *nulla est necessitas,* hic in secunda opinione nulla est necessitas, scilicet ponendi magnitudinem insensibilem & tempus imperceptibile, dicit color existens in superficie immobilis est .i. color, qui est super corpus immobile .i. non mouet sensum, sed mouetur .s. sensus à colore intus .i. intra superficiē existente. *Si autem hic est commixtio.* hic Arist. ponit suam opinionem.

Lectio XXI.

SVPER lectis sunt dubitationes satis difficiles, prima erit circa diffinitionem coloris, an recta sit diffinitio coloris tradita ab Aristot. dixit color proprie dictus est extremitas perspicui terminati, argumētor tripliciter, An sit recta diffini tio coloris. primo aduersus primam particulam, quia extremitas perspicui terminati est ultima superficies corporis, sed color non est superficies, ergo. secundo, color qui est in profundo mixti est vere color, & tamen nō est extremitas perspicui terminati. secundo in secūda particula, quia color est etiam mixti opaci, quia perspicuum terminatum est id, per quod res visa ad visum potest pertransire, & tamen in eo est color, ergo color non est extremitas perspicui, etiam de multis gemmis, quæ habent colorem in profundo, & tamen nō terminant visum, quia visus per illas ad rem visam potest pertransire, quomodo ergo color est actus diaphani terminati, cum sit in gemmis quę sunt perspicua interminata. Tertio quia hęc diffinitio cōpetit alteri à diffinito, quia lux astrorū est actus perspicui terminati, quia astrum est perspicuum terminatum, quia nō permittit rem visam transire ad visum, quòd verò astrum sit perspicuum patet, quia est eiusdem naturę cum reliqua parte cœli, reliqua pars cœli est perspicua, ergo & ipsum astrum. Et confirmatur, quia sunt multa corpora mixta terminata perspicua, quæ noctu videntur, vt dicit Aristoteles, quia habent propriam lucem, ergo illorum corporum erit extremitas perspicui terminati, diffinitio ergo coloris non est bona. Ex alia parte est Arist. diffiniens colorem propriè dictum, & improprie dictum, quia color propriè dictus est extremitas perspicui terminati, lumen verò, qui est color improprie est actus perspicui interminati, & collegit hanc diffinitionem ea suis partibus.

Ad primum argumentum est duplex modus dicēdi, hic dicunt ferè omnes, quòd prędicatio Aristotelis non est intelligenda in recto, sed in obliquo, quia non est dicendum quòd color sit extremitas perspicui, sed in in obliquo, & bifariam exponitur, uno modo ab Auicenna, Drusiano, & multi alij dicunt quòd intelligitur quòd color est lumē maxime solis superfusum in extremitate perspicui terminati, quia lumen est tota substantia coloris, quia nihil aliud est color, q̄ lumē incorporeum in corpore perspicuo terminato.

Sed

Sed hęc opinio patitur absurda, primo sequeretur, ꝙ color non esset qualitas simplex, quia color constat ex lumine ut ex forma, & ex qualitate tanquam ex materia, secundo sequitur, quòd omnes colores sunt eiusdem speciei, quia omnes colores cõstant ex lumine, ut ex forma, sed omne lumen est eiusdem speciei, ergo & colores. Tertio sequeretur, quòd colores ad inuicem non contrariabuntur, quia cum lumen sit forma coloris, & lumen lumini nõ contrarietur, ergo nec colores, hoc argumentum uidit Albertus, & dixit, quòd colores ex parte formę non sunt contrarij, sed ex parte materiæ sunt contrarij, materia autẽ colorum est qualitas resultans ex tẽperatura quatuor qualitatum ideo inquit ex parte materię colores sunt contrarij, nõ autem ex parte formæ, sed solutio nulla est, quia primæ differentiæ, & essentiales coloris sunt contrariæ, ergo & colores ex parte formæ sint cõtrarij, quòd autem primæ differentiæ coloris sint cõtrarię, patet, quia albedo & nigredo sunt cõtrariæ, & sunt primæ differentiæ coloris. Etiam utar argumẽto Auerrois secundo de anima contra Auempacem, quia dicebat Auẽpace, quòd color dicitur actu color ex lumine solis, inquit Auerroes, quòd color ex sententia Aristot. est aptus mouere diaphanum actu, & omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti & spiritualiter & materialiter, & etiam fuit Platonis propositio, & ut exponit Auerroes recipiens debet esse denudatum à natura recepti, et si in recipiente sit natura recipiẽdi sicut dicebamus de tactu, quod in carne est, & recipit qualitates, tamen qualitates, id est tactus non est ratio recipiendi, sed recipiendi ratio est temperatura carnis, quæ specie distinguitur à qualitatibus primis, si ergo color potest mouere actu diaphanum, & imagines colorum non recipiuntur in diaphano, nisi mediante lumine, quia lumen est ratio recipiendi imagines colorum in medio, sed per se color est eiusdem naturæ cum lumine, ergo idem erit ratio recipiendi & ipsum, quod tamen falsum est, & hoc argumentum Auerrois est efficax. Ideo aliter dico, quòd propositio Arist. potest intelligi in recto, & in obliquo, in recto, quòd color est extremitas perspicui. i. per accidẽs est idem color quod extremitas, & inuenietis sępe apud Aristo. appellare idem numero, quæ sunt idem per accidens, vel possemus exponere in obliquo, quòd color est extremitas. i. in extremitate. & sic clarior est intellectus, sed dicetis, quomodo superficies est subiectum coloris, quia accidẽs non est subiectum accidentis, secundo, quia nulla reperitur in materia, nisi sit trine quanta, quomodo ergo color potest esse in superficie & quanto? Dico ꝙ re uera color non est in superficie, vt in subiecto, sed in materia trine quanta, vt dicit Auerroes in de substantia orbis, dicit verò hic, quòd superficies est subiectum coloris per accidens, quia videtur in ipsa superficie sicut in quantitate. De secundo dico, quòd color est in profundo mixti. Dico vt dicit Alexander quòd color in profundo est color in potentia, quomodo color in potentia? quia eadem est temperatura in supremo & in profundo. Dico quòd re uera color est in profundo dico color uerè, sed dicitur esse in potentia color quo ad visum, quia potentia est visibilis. Sed dicetis, nonne omnes expositores dicunt, quòd Arist. tractauit hic de colore secundum sui naturam, in secundo verò de anima de colore vt visibilis. Dicerem, quòd in secundo de anima tractauit de colore vt refertur ad visum, hic verò tractat de colore secundum sui naturam, & quia color est visibilis per se, ideo & de colore vt visibilis est, hic tractauit; ad aliud. Dixi alia die, quòd duplex est perspicuum, aliquid simpliciter, & est illud per quod visum ad rẽ visam pertransire potest, aliud est perspicuum secundum quid, vt sunt mixta opaca, & hic semper color est actus diaphani, vel simpliciter, vel secundum quid. Cũ dicis gemmæ sunt corpora perspicua interminata, & sunt colorata, color ergo est actus perspicui interminati. Dico quòd hic est æquiuocatio de perspicuo terminato, & de perspicuo interminato, quia hic non intelligimus perspicuum interminatum, qui permittit visum trãsire ad rem visam, vt multi intelligũt, sed perspicuum interminatum intelligimus corpus simplex, vt ignem, aerem, & aquam, & etiam corpus cœleste perspicuum terminatum est corpus mixtum, & sic gemmæ cum sint mixta, sunt perspicua terminata, hic non accipitur perspicuum terminatũ pro eo quod terminat visum, vt assumit argumentum. Quod dicimus de luce astrorum, quia est extremitas perspicui terminati, dico negando, quia astra ex quo sunt corpora simplicia, non sunt terminata, quia non dicitur perspicuum terminatũ, quia visum terminet, quia sic astrum diceretur terminatum, sed dicitur terminatum quia mixtum, & quia astrum est corpus simplex, ideo non dr̃ terminatũ, quod addis, ꝗa sunt corpora mixta, quæ habẽt ꝓpriã lucẽ, ergo lux est actus perspicui mixti. i. terminati. Dico quòd lux in illis corporibus non est illorum vt sunt corpora diaphana terminata, sed est actus illorum, vt sunt lucida, & quia contingit, quòd talia corpora lucida sint perspicua terminata, ideo per accidens est actus corporis perspicui terminati non per se.

Secũda dubitatio de principiis colorum extremorum, dixit enim quòd colores extremi habent principia, ex quibus habent ortum, & medij colores habẽt principia, ex quibus oriuntur, distinguit ergo principia colorum simplicium à coloribus medijs, sed est dubitatio, quia formæ simplicis non sunt principia, quomodo ergo colorum sunt principia? Secundo, quia colores oriuntur ex tẽperatura sua, vt dicit Galenus, quia omnia alba sunt frigidiora in suo genere, & omnia nigra calidiora in suo genere, temperatura ergo est colorum simplicium principium, & Arist. eam non expressit. Tertio quia Aristoteles non expressit nobis nisi causam finalem, & non actiuam colorum, ergo diminutus, debebat. n. exprimere ꝓp quid sint colores, & quæ nam esset cã actiua colorũ. Colorum principia

De principiis colorum simplicium triplex est modus dicendi, primus multorum expositorum. s. Alberti Alemani, Drusiani, & Auicẽnæ, quòd dantur principia nigredinis & albedinis ex Aristot. hic, non tamen legerunt bene verba Aristotelis, dicunt ergo, ꝙ principia simplicium colorum sunt lumen & perspicuum,

cuum, & secundum quòd diuersa est mixtio, generātur colores medij, quia vbi multum lumen dominetur perspicuo, fiet color albus, vbi verò erit parum luminis, fiet niger color. Sed cōtra hanc opinionē sunt verba Aristotelis in secundo de generatione animalium. cap. ij. vbi inquit quòd nix, genitura, & spuma sunt intensè alba propter admixtionem spiritus, quæ est à prædominio aer, & sic reddit rationem Albedinis Arist. & non illam, quam reddunt isti. Secundo quia colores erunt in corporibus simplicibus, quod est impossibile, quia in illis corporibus simplicibus sunt principia illorum colorum, inest enim lumen solis & perspicuitas, quæ sunt principia. Tertio, quia effectus permanentis sunt causæ permanentes, sed lumen est qualitas fluxibilis & non permanēs, quia remoto corpore lucido statim remouetur lumen, sed color est qualitas permanens in mixto, quomodo ergo lumen est causa coloris? Quarto, quia hæc opinio ita dicit, quia ponit lumen esse formam coloris, sed iam confutauimus hanc opinionem supra, ergo opinio nullo pacto tenenda est.

Ideo est facilius modus dicendi Auerrois hic, quòd colores generantur nō ex lumine, sed ex luce & corpore diaphano, vt puta ex aere & aqua, color niger generatur ex igne turbido & pauco diaphano, medij verò colores generantur ex diuersa proportione lucidi & diaphani, cuius signum inquit Auerroes, quia fumus est nigri coloris, quia terra, quę est corpus opacum prædominatur, aqua verò in qua prædominatur cinis s. lixiuium, quia ei admiscetur fumida exhalatio, quæ est ignea, ideo non est ita nigri coloris, vt fumus, sed rubei coloris, & sic inquit Auerr. quòd principia simplicium corporum sunt lux, & corpus diaphanum. Sed contra hanc opinionem sunt verba Aristo. in secundo de generatione animalium. cap. ij. vbi inquit nix, genitura, & spuma sunt intensè alba propter spiritus ei admixtos, non dicit quòd in eis sit ignis lucidus à prædominio. Secundo si verum esset dictum Auerrois, quòd color albus generetur ex multo lucido. s. ex igne, & multo diaphano, omnia ergo corpora alba erunt à prędominio calida & sicca, quia erunt à prædominio ignis, tamen nix est alba, & est frigidissima, & inquit Gale. quòd in eodem genere albiora sunt frigidiora. Tertio, quia Auer. ponit eadem principia omnium colorum, tamen Aristo. dixit quòd diuersa sunt principia colorum extremorum & mediorum, Auer. verò dicit, quòd omnes colores generantur tam simplices quàm medij ex multa mixtione corporis lucidi cum opaco.

Quid dicendum? recurratis ad Arist. & ad Alexā. hic, Arist. hic inquit quòd sicut ex luce generatur lumen, & ex absentia lucis tenebra, ita inquit, colores simplices generantur ex mixtione perspicui interminati cum opaco terræ, vnde si perspicuum interminatum dominetur opaco fit albus color, si verò corpus opacum dominetur perspicuo interminato, color niger generatur, qui est vt priuatio coloris albi, sed contra hanc sententiam est argumentum Alberti.

Lectio XXII.

EXPONEBAMUS mentē Aristotelis, quæ nam esset causa generationis albi & nigri, dixi quòd hæc erat sentētia Aristotelis, quòd sicut ex præsentia luminis generatur lumen, qui est color per accidens perspicui interminati, ex absentia luminis generatur tenebra, quæ est priuatio luminis, ita ex corpore diaphano generatur albedo, ex absentia verò diaphani generatur niger, qui est vt priuatio albedinis, generatur ergo albedo cum corpus perspicuum dominatur multum corpori opaco, generatur verò nigredo ex priuatione dominij multum corporis diaphani. s. cum terra, quæ est corpus opacum, multum dominatur corpori diaphano. Est difficultas primo de oleo, quia in oleo dominatur aer, quia supernatat aquæ, & tamenn oleum no albescit. Secunda dubitatio de lacte, quia in lacte dominatur terra, vt ij. de generatione animalium, & tamē intensè albescit, quomodo ergo ea, quæ dicit Arist. consonant sensui? Altius ordiendo dico, quòd Aristo. declarat in vniuersali causas generationis albedinis, & nigredinis, quia dicit, album generatur ex copia perspicui, sed cum triplex sit perspicuum, quod ad mixtionem veniat, scilicet ignis, aer, & aqua, non declarat, quid nam esset illud perspicuum ex cuius copia nascatur albedo, & ex cuius inopia nigredo, quia hic tradit causas in vniuersali generationis colorum simplicium, ideo non declarat, sed secundo de generatione animalium. capitu ij. declarat, quid nam esset illud corpus perspicuum, dixit quòd erat aer, quia ex copia aeris generatur albedo, & non ex copia aeris simpliciter, sed ex copia aeris, qui crassescit, quomodo autē crassescat? bifariam dicit Arist. crassescit per aerem, intelligimus ne dum corpus simplex, sed & corpus aereum à prædominio bifariam, ergo crassescit aer, vel ex mixtione alicuius corporis crassi, uel ex extrinseco vt ex frigore, & sic oleum crassessit ex frigore, non autē congelatur, quæ verò à prædominio aerea non congelantur, sed crassescunt, vt inquit etiam iiij. Meteororum Aristo. ideo oleum nunc videtur album cū crassum factum est, prius verò nō dicebatur album, quia non factum erat crassum, aer verò crassescit ex admixtione cum aliquo corpore crasso, vt cum aer admiscetur cum aqua fit nix, quæ est alba, quia ille aer factus est crassior, ita spuma aquæ fit alba, quia in spumā aquæ ex motu generantur paruæ ampullæ, & crebræ, in quibus aer commiscetur, & sic fit crassior, ideo spuma redditur alba, ita in genitura ex aere. i. ex calore innato fit alba, cuius signum est, quia cum spiritus vitales desinunt, remanēt genitura nigra, & ita inquit Galena. j. sapo cùm commiscetur cum aqua, & circumfunditur fit intensa albedo, quia generantur paruæ ampullæ & crebræ, in quibus intercipitur aer, & sic fit albedo, ita cū lac decoquitur fit albius, quia ampullæ generantur, in quibus intercipitur aer, & eiusdem sententiæ est Plato in Thymeo, vbi declarās causam albedinis pituitæ inquit, quia commiscetur aer,

Albi & nigri generatio.

aer, & sic generatur albedo in pituita, quæ verba citauit Galenus octauo de simp. med. tamen Plato in eodem loco videtur sibi aduersari, quia dixit, albedo & nigredo generantur ex lumine interno oculi, & lumen solis cum coniunguntur, ex simplicibus verò generantur medij, vt inquit Aristote. hic, sed cum colores sint effectus permanentes, non possunt habere lumina pro suis causis, quia lumen est qualitas fluxibilis, ideo melius est, quòd albedo generetur ex aere crassescente in mixto, & per hoc soluuntur omnia argumenta. quia cum dicimus oleum à prædominio est aer: tamen non est album. Dico, quòd ad hoc vt fiat albedo, oportet, quòd aer crassescat, ideo oportet, quòd aer fiat crassum, ad hoc vt albũ appareat.

Ad secundum dico quòd licet in lacte prædominetur terra, quia tamen terræ admiscetur aer, talis aer reddit ipsum album, non est necesse quòd corpus album sit à prædominio aer: sed sufficit, quòd sit ibi aer in multa quantitate, ex quo sequitur, quòd albedo prouenit ex caliditate, vt albedo in genitura, & ex frigiditate vt albedo in oleo, ita nigredo à caliditate & frigiditate prouenit, vt ij. prædictionũ inquit et Gal.

Sed dicetis, bene cantas, sed sunt rationes in oppositum, primo de albumine oui, quia cùm coctum sit, est albius quàm cùm crudum, tamen cum est durum, plus dominatur aeris, cuius signum, quòd ouum crudum est leuius, ideo aquæ supernatat, coctum verò submergitur in aqua, etiam de gypso, qui est niger, & ex decoctione in igne, gypsus fit albior, & tamẽ resoluitur omnis pars aeris, ita marmore cum fit calx, fit albior, tamen partes aereæ resoluuntur, qui est frigidus & siccus, & de ossibus cum comburruntur, fiunt albiora, & tamen resoluitur omnis pars aeris, hæc est prima dubitatio. Secundo, quia omne corpus album est à prædominio aer, quia albedo generatur ex aere incrassato, & tamen lac non est à prædominio aer, quia albedo generatur ex aere incrassato, & tamen lac non est à prędominio aer, sed est terra etiam, quia Galenus quarto de simp. med. cap. penultimo, dixit, quòd omnia albiora in eodem genere sunt frigidiora, modo si albedo generatur ex prędominio aeris, ergo alba erunt calidiora, & ita nigra erunt frigidiora, quia erunt à prædominio terra.

Quarto, quia dicit, quòd generatur albedo cũ aer crassescit, contra, quia aquæ cũ admiscetur aer, aqua fit rarior, ergo albedo non generatur cum crassescit corpus. Quinto quia secundum se elementa tantũ virtualiter remanẽt in mixto, quomodo ergo ex permixtione aeris cum oleo redditur crassior? Sexto, & hæc ratio mihi difficilis est, forte vobis erit facilis, quia color est qualitas secunda, quæ ex complexione resultat, sed aer cum admiscetur aquæ ut in niue, non fit temperatura, quia non fit mixtio, quomodo ergo albedo prouenit ex aere admixto illis corporibus, cum non fiat complexio, ex quo sequitur color, ego soluã has rõnes meliori modo quo potero.

De primo respõdet Albertus Alemanus, & inquit, quòd albumen oui coctum est albius quàm crudum, sed hoc est per accidens, quia exprimuntur ex colore partes aqueæ, & illę partes albuminis magis propinquantur, & sic videtur albior, re uera tamen albumen coctum non est albius, sed apparet, quia est densius. Sed obijcio Alberto, quia sensus seruatis tribus conditionibus non decipitur circa proprium sensibile, sed seruatis tribus conditionibus albumen oui apparet albius, ergo secundum rei qualitatem est albius. Secundo & fortius, quia Arist. dicit, quòd albumẽ oui coctum fit albius, quia generantur ampullę, in quibus aer includitur, sicut dicitur de lacte cum decoquitur, fit albius, quia partes crassiores conuertuntur in ampullas crebras aereas, ex quo aere fit maior albedo in lacte, eadem ratio est de albumine oui cocti, ideo Arist. vult, quòd re uera fiat albius ouum coctum.

Ideo dico, quòd maior copia aeris continetur in albumine oui cocti, quàm crudi, quia ex caliditate partes albedinis conuertuntur in spiritus, ideo plus aeris inest cocto quàm crudo, quod dicunt, coctum submergitur in aqua, crudũ verò supernat, at domini non feci periculum, credo tamen, quòd coctus sit leuius crudo, quia partes aqueæ conuertuntur in aerẽ, ideo fit leuius, & ita gypsus cũ fit albius fit ex marmore cum redditur in calcem, & fit albior calx, non ne redditur leuior, ita de ossibus combustis, ad experientiam, quia ouum crudum supernatat aquæ, coctũ verò submergitur, ideo coctum est grauius. Domini non feci periculum, sed si ita sit, quòd ouum coctum submergatur, crudũ supernatat, non est, quia coctum fit grauius, sed est alia causa per accidens, quia in cocto ouo meatus illi magis sunt aperti ex caliditate, in quibus aqua imbibitur, & sic descendit in aqua, non quia grauius crudo, crudum .n. non habet illos meatus ita apertos, ideo stat supra aquam.

De secundo dico, negando consequentiam, quia albedo prouenit ex acre cassescente, ergo mixtum est à prædominio aer, non sequitur exemplo Arist. quia in genitura fit albedo ex aere crassescẽte, tamen recedente aere est niger, & grauius à natura, ideo non sequitur, quòd si albedo fiat ex aere crassescente, quòd tale mixtum sit à prædominio aer.

De tertio, quomodo saluabimus Galenum dicentem, albiora in eodem genere sunt frigidiora, cum albedo generetur tum ex caliditate, tum ex frigiditate, quid dicetis vos, qui estis philosophi? Consideraui & recurri ad verba Aristotelis, ideo oportet laborare in verbis Aristotelis. Dico quòd faciliter possemus euadere, quia Aristoteles dicit, quòd albedo generatur ex aere crassescente, quomodo autem crassescit aer? dico ex admixtione corporis humidi aquei, & quia aqua est frigida, ideo omnia albiora in adem specie sunt frigidiora, quia habent partem aqueam, quæ frigida est.

De quarto dico, quòd corpus crassum potest sumi dupliciter, vno modo crassum, .i. firmum & constans, vt dicit Aristo. quarto Meteororum, quia apud Aristotelem omnia cocta sunt crassa, id est firmiora, sic non intelligimus crassum, demonstrata etiam est sententia Aristotelis, quòd coctio fit incrassando, nec dubitatio illa de fece in mulsto vlni est ad propositum. Alio modo intelligimus crassum, id est corpus excrassescens in maiorem molem, & sic intelligit

telligit Aristoteles, quia cum admisceetur aer oleo, oleum fit maioris molis, quia generantur ampullæ, in quibus aer includitur, & ita crassum accepit Plato in Thymeo in verbis nuper citatis, quia dixit, quòd pituita fit alba ex aere admixto, & pituita in maiorem molem crescit.

Lectio XXIII.

DECLARAVI vobis heri modum generationis colorum, quoniam hic tangit Aristoteles in vniuersali, & dixit, quòd albedo generatur ex præsentia corporis perspicui, & ex eius inopia nigredo, assignaui vobis modum Aristotelis in secundo de generatione animalium, remanserunt duæ dubitationes, prima, quia si elementa non remanent in mixto nisi virtualiter, quomodo ergo albedo fit ex copia aeris, cum aer tantum virtualiter remaneat, & cum color sequatur temperaturam, quomodo ex admixtione aeris cum aqua fit albedo, cum illa non sit temperatura, sed iuxta positio. Dico sicut dixi, quòd omnis color simplex oritur ex copia aeris, sed dupliciter potest oriri, vno modo possunt oriri colores simplices & medij ex sola permixtione, & non ex vera mixtione, & sic suprà Aristoteles docuit, quòd albedo fit ex commixtione aeris cum aqua, ideo nix fit ex copia aeris cum aqua, & ita genitura fit alba ex commixtione aeris, non quòd fiat vera mixtio, & ita dicebat Plato, quòd pituita fit alba, quia cum concutiuntur spiritus, & aqua resultat albedo, quia dixit, omne quod albescit crassescit, id est in maiorem molem exurgit, & ita Galenus octauo de placitis Hyppocratis & Platonis tenuit hanc opinionem.

Alio modo fit color albus non ex copia aeris, sed ex vera mixtione, in qua aer dominatur non secundum substantiam, sed secundum qualitates, nec verum est, quòd aer dominetur simpliciter, sed sufficit, quòd ibi sit multa copia aeris virtualiter, sicut in lacte, qui est à prædominio terra, & tamen est intensæ albedinis, & sic, quæ sunt isto modo alba, non fiunt cum aqua, & aer commiscetur, & crescunt in ampullas crebras, quia gypsum fit album, & tamen in ampullas crebras non crescit, sed magis exsiccatur, ita & de ossibus combustis, nec verum est, quòd omne, quod albescit, crassescat, id est in maiorem molem excrescat, quia, vt dixi, gypsus albescit, & tamen non extollitur in maiorem molem, ita marmor cum conuertitur in calcem, fit albior ex temperatura eius, & non quia in maiorem molem crescat, ideo ad argumentum dico, quòd non est necesse quòd omnis qualitas secunda sequatur temperaturam simpliciter, quia color est qualitas secunda, & non solum temperaturam simpliciter sequitur, sed & admixtionem aeris cum humido aqueo, ideo dico, quòd falsum assumis, quòd omnia qualitas secunda simpliciter sequatur temperaturam.

Remanent argumenta in oppositum, quia formæ simplicis non est principium, color est forma simplex. Dico re uera est forma simplex, quomodo ergo habent principia? dico, quòd habent principia extrinseca, scilicet corpora miscibilia, non habent autem principia intrinseca. De secundo dico, quòd color simpliciter non sequitur temperaturam, sed si sequitur temperaturam, illam simpliciter non sequitur, sed color albus sequitur temperaturam, quæ habet aerem, ideo quia color simpliciter non sequebatur temperaturam, ideo non expressit, sed tantum hic causam vniuersalem expressit, quia alia quæ est temperatura erat notior. De tertio dico, quòd Arist. expressit hic implicite causam efficientem, quia causa efficiens instrumentalis sunt corpora miscibilia, causa efficiens principalis est miscens illa corpora miscibilia, & ita implicitè expressit causam efficientem, causam verò finalem non expressit, quia secundo de anima causam finalem coloris expressit, vbi dicit, quòd causa finalis coloris est propter visum, quia operatio vniuscuiusq; potentiæ est suum obiectum, ideo obiectum est propter eius potentias, & quia color est obiectum potentiæ visiuæ, ideo propter visus operationem est.

Est secunda dubitatio an colores medij fiant ex extremis, & videtur quòd non, primo, quia dixit Arist. in j. de generatione & corruptione, quod miscibilia sunt ea, quæ mutuo agunt & patiuntur ad inuicem, quia si per centum annos ponatur color albus nigro nunquam agunt, quomodo ergo medij colores resultant ex simplicibus. Secundo, quia quæ miscentur, debent remanere in mixto, sed si medij colores ex extremis constarent, extremi actu essent in medijs, colores ergo medij non essent simplices qualitates, sed compositæ. Tertio, quia medij colores etiam ex medijs coloribus nascuntur, vt dicet Aristoteles infra, ideo non tantum ex extremis nascuntur medij. Propter difficultatem rei, inueni sunt duo modi dicendi, vnus fuit Latinorum, quòd colores medij constant ex extremis actu remanentibus in ipso, ita viridis fit ex albo & nigro in viride actu existentibus, & in tepido remanet calor & frigus sub gradibus remissis, ita Auerroes dicebat, quod mixtum constabat ex elementis actu refractis, ita colores medij ex actu extremis constant sub gradu tamen remisso, & potest comprobari hæc opinio experientia, quia si misceamus nigrum atramentum cum lactia albedine, resultat color viridis, & tamen ibi actu est nigredo & albedo, & hæc opinio videtur esse Auerrois primo phy. lvij. & quinto phy. nono. vbi dicit, quòd contraria extrema sunt in mediis media dispositione, quia non sunt simpliciter potentia, vt in materia prima, nec simpliciter actu, vt cum per se subsistunt, sed contraria sunt actu refracto in extremis, & clarior est sententia Auerrois quarto cœli xxvj. vbi dicit, quòd duo elementa media non sunt simpliciter grauia, nec leuia, sed constant ex grauitate & leuitate, sicut colores medij constant ex extremis, quia colores medij constant ex

D extre-

extremis actu, sed elementa media constant ex grauitate, & leuitate extremorum elementorum, scilicet per respectum, quia si comparentur igni dicuntur grauia, si terræ, dicuntur leuia, & fuit opinio etiam Auerrois. decimo Meth. 23. vbi inquit, quòd colores extremi sunt partim actu, partim potentia in mediis, & huius opinionis fuit Ioannes Gand. hic, & Iacobus Forliuiensis in tractatu pulcherrimo de intensione & remissione formarum. et videtur opinio Aristotelis, quia Aristoteles dicit, quòd medij colores fiunt cum extremi agunt & patiuntur inuicem, confunditur & fit tertia natura, quæ est color medius, Aristoteles ergo voluit quòd colores extremi remaneant actu in mediis.

Sed hæc opinio deficit, primo argumento iam facto, quia colores medij non essent qualitates simplices, quod tamen est falsum, quòd sequatur deduco: quia si color medius viridis fit ex colore albo & nigro in actu, ergo est compositus ex illis, ergo non est forma simplex, quia ex duobus entibus in actu non fit tertium, & dixit Philosophus, quòd ex duabus speciebus non fit tertia species distincta, Sed Ioannes vidit hoc argumentum, & dixit, quòd color simplex est forma simplex, quòd verò dicimus ex duobus entibus in actu non fit tertium, dicit quòd verum est, quòd de entibus in actu perfecto, potest tamen fieri forma simplex ex duobus entibus in actu imperfecto, sed expositio non valet, quia in remissa albedine & nigredine saluatur tota species albedinis & nigredinis, ideo ex illis duabus speciebus non potest fieri tertia species simplex & distincta.

Secundo, quia motus de albedine ad colores medios vsque ad nigredinem non essent contrarij, quòd hoc sequatur, deduco, quia albedo non mouetur ad rubedinē, nisi ratione qua viriditas participat de nigredine termini, ergo à quo scilicet albedo, & termini ad quem, scilicet nigredo in omnibus coloribus nigris sunt idem, ergo & idem motus, non ergo sunt contrarij motus, non ergo sunt contrarij motus extremi. Etiam colores non possunt commisceri, quia quæ debent commisceri, debent agere & pati ad inuicem, sed colores extremi non agunt & patiuntur ad inuicem, quomodo ergo ex illis coloribus extremis possunt resultare colores medij.

Tertio, quia non posset generari color medius in aliquo mixto immediate, sed prius debet generari color simplex, quod tamen est falsum, quòd hoc sequatur, deduco, quia si medius color ex simplicibus extremis constat, ergo oportet, quòd prius in mixto fuerit color simplex, quia in elementis nullus est color. Etiam ex colore medio non potest fieri alius color medius, quod tamen nos videmus, quia fructus fit ex viridi immediate rubeus, quòd autem sequatur, deduco, quia si medius color fit ex extremis rubeus, ergo color debet fieri immediate ex albo & nigro, quomodo ergo immediate ex vno colore medio fit alius color medius? vt in plantis videmus. Etiam, quia non posset fieri color medius, nisi prius præcederet generatio mixti ex corruptione aliorū miscibiliū, quod tamen apparet, oportet, quia videmus idem transferri de vno colore ad alium sine corruptione eius, quia fructus de vno colore mutatur in alium sine eius corruptione. Quod verò sequatur quod dixi, deduco, quia cum color medius ex extremis constet, oportet ergo ad efficiendum colorem medium corpora habentia colores extremos misceri, & sic agere & pati ad inuicem, ex qua mutua actione sequitur corruptio miscibilium; & generatio alterius mixti.

Etiam iste modus imaginandi est falsus, quia imaginatur, quòd elementa formaliter sub esse tamen refracto remaneant in mixto, hoc est falsum, quia Aristoteles secundo de partibus animalium, cap. primo, dixit, quòd tantum remanent virtualiter, & quomodo virtualiter exponit se ipsum, id est secundum frigiditatem, caliditatem, humiditatem, & siccitatem, præcipue hac ratione, quæ fuit Alexandri in libro de mixtione, quia si elementa formaliter sub esse refracto remanerent, vel penetrarent se, vel iuxta ponerentur, si penetrarentur, ergo dabitur penetratio corporum, cuius oppositum dixit Aristoteles, quòd impossibilis est corporum penetratio, si iuxtaponerentur, mixtio ergo erit iuxtapositio, quod est falsum, vt dicet Aristoteles infra, ideo est secundus modus dicendi.

Lectio XXIIII.

DIXI longo sermone, quomodo ex scientia Aristotelis color simplex habeat ortum ex copia aeris, vel eius defectu, vel esset vera mixtio, vel non esset vera mixtio, de generatione verò albedinis in non vera mixtione declarat Aristoteles secundo de generatione animalium, quia albedo fit ex mixtione multa aeris cum aqua, & nix, quæ est alba, & non verè mixtum: albedo in niue sequitur aerem, aliquando tamen color sequitur temperaturam, vt albedo in lacte sequitur temperaturam, ita & de ossibus, dixi vnum ex dicto Galeni, quia Galenus dixit, quòd omnia alba sunt frigidiora in eodem genere, quidam vestrum obiecit dictum Aristotelis in quinto de generatione animalium, cap. sexto, vbi loquitur de propria temperatura, quomodo varientur colores in eodem mixto ex variatione temperaturæ, variatur verò temperatura ex tempore, ætate, caliditate, & frigiditate, ibi dixit, quòd alba in eodem genere calidiora & suauiora sunt, & probat duplici ratione, calidiora, quæ alba sunt ex copia aeris sunt, & aer est calidus, & humidus, ergo sunt calidiora, adducit aliam causam, quia quæ albiora sunt, magis cocta sunt, omnis coctio à calore fit, ex omni coctione sequitur dulcedo, ideo omnia albiora sunt calidiora, & suauiora in eodem genere, videtis ergo, quomodo Aristoteles repu-

repugnet Galeno de directo, quid dicendum? vtriq; opinioni dissentit Auer. 5. collig. 29. quia ibi reprehendit Galenum, quia dicit, quòd à colore nô potest sumi indicatio, quia albedo aliquando oritur à frigido, aliquando à calido, ita nigredo oritur à calido, aliquando à frigido, quia sanguis fit niger, cum ex frigiditate excluditur spiritus à sanguine, & crassescit, ita à vehementi caliditate causatur nigredo, scilicet cum aduritur sanguis, fit niger, vt secundum prædominium, dixit etiam Galenus, & omnia albiora in eodem genere non sunt frigidiora, quod probat clarius, quia inquit Auerroes, in eodem genere licet Aethiops sit calidior Scita, quia est nigrioris coloris q̃ Scita, Auerroes tamen dicit, quòd in omni genere vini vinum nigrum est frigidius quàm vina aliorum colorum, quomodo ergo dicit Galenus? quòd ex colore augetur temperatura, & ita Aristoteles dicit, quòd omnia albiora sunt calidiora in eodem genere, & magis defendi potest Galenus quàm Aristoteles, quia modeste Galenus locutus est, & dicit quòd ex colore, coniectura quadam possumus sumere inductionem quandam de temperatura, non dicit Galenus, quòd certe ex colore debemus sumere temperaturam, Aristoteles vero videtur asserere simpliciter, quòd ex colore possumus sumere temperaturam, & affert rationem, cur omnia alba in eodem genere sint calidiora, quia inquit, est multa copia aeris, tamen videmus, quòd multa alba sunt frigida, vt nix, pituita, & camphora, & Galenus potest magis defendi, quia dicit in eodem genere, vt plurimum alba sunt frigidiora in eodem genere, sed dictum Aristotelis habet magis difficultatem, quia magis assertiue videtur loqui. Quid dicendum? Dico, quòd vtrunq; dictum vniuersaliter est falsum, ideo dictum Galeni vt plurimum verum est, quia ita videmus, quòd omnia alba in eodem genere sunt frigidiora. Dictum Aristotelis non intelligitur vniuersaliter, sed particulariter, quòd omnia alba sint calidiora, vbi scilicet multa copia aeris est, & quia albiora sunt concocta, sed dicetis, non fugis argumentum, quia Aristoteles dicit, quòd omnia alba sunt calidiora in eodem genere, quia est multa copia aeris. Dico vt dixi, quòd vniuersaliter dictum Aristotelis nô est verum. Ad argumentum, quia omnia alba sunt à prædominio aerea, dico, quòd licet forte ex parte materiæ omnia alba sint calidiora, quia prædominatur aer, ex parte tamen efficientis possunt esse frigida vt de niue, quæ est à prædominio aer, est tamen frigida, quia efficiens est frigidum, quòd miscet aquam cum aere, aliquando tamen alba sunt & ex parte materiæ, & ex parte efficientis calida vt in genitura, & talia alba in eodem genere sunt calidiora, & de istis intelligitur dictum Aristotelis.

Erat dubitatio de generatione colorum mediorũ, aliqui dicebant quòd generatur ex mixtione extremorum, sed supra confutauimus hunc modũ. Ideo est alius modus dicendi Alberti Alemani, Egidij, & Diui Tho. quòd colores medij oriuntur ex mixtione colorum extremorum, non ex mixtione formali colorum extremorum, sed ex mixtione virtuali extremorum. Dico quòd intelligitur, quòd colores medij oriuntur ex mixtione colorum extremorum, quia diximus, quòd albedo prouenit ex copia aeris, nigredo verò ex opacitate, cum verò non est tanta copia aeris, nec tanta opacitas oriuntur colores medij, & ita volebat Aristoteles, quòd corpora quæ habent album & nigrum virtute misceantur, ex quibus resultent colores medij, corpora enim quæ habent album & nigrum virtute sunt elementa, quæ sunt causæ colorum extremorum, ita cum talia corpora misceantur, oriuntur colores medij.

Sed dicitis vos, quòd colores medij oriantur ex causis colorum extremorum, pace facta poterimus dicere, quòd colores extremi oriuntur ex mediis, quia causæ colorum extremorum sunt multa copia aeris, quia multa copia aeris est causa albedinis, inopia est causa nigredinis, vis deinde q; pauca copia aeris sit causa coloris medij, ita econtra, pauca inopia, sed sicut ex multa copia aeris fit pauca copia aeris, ita ex pauca copia potest fieri multa copia, & sicut pauca inopia potest fieri ex inopia ipsa, ita econtra, ergo sicut colores medij oriuntur ex extremis, ita & extremi ex mediis. Dico q extrema in vnoquoq; gñe sunt simpliciora quàm media, ideo dicamus q media oriuntur ex extremis, & nô econtra, quia dicimus generationem fieri ex simplicibus, exẽplum, quia prodigalitas et auaritia sunt extrema, liberalitas est media virtus, non dicimus autem ex virtute generari illa extrema, sed bene ex extremis generatur virtus, ita ex summa albedine generatur remissa albedo, quia remissæ albedini admixta est qualitas contraria, ita ex summa nigredine dicitur generari remissa nigredo, non autem econtra, quia summa nigredo est simplicior, ita dicimus, quòd colores medij oriuntur ex extremis, quia extremi colores sunt simpliciores & non econtra.

Et propter hæc argumenta dixi, quòd colores nô oriuntur ex extremis simul, sed ex causis colorum extremorum, quæ ad inuicem agunt & patiuntur, ex qua mutua actione resultant colores medij, causæ verò sunt ipsa elementa; ita ad secundum dico quòd non sunt colores extremi qui miscentur, ideo non remanent in mixto, sed sunt causæ colorum extremorum, quæ miscentur, & tales causæ sunt elementa, & hæc in mixto remanent, & quomodo remanent in mixto virtualiter, id est secundum eorũ qualitates, vt dixit Aristoteles secundo de partibus animaliũ. cap. primo, dicimus. n. Aristoteles dicit, miscibilia corrumpuntur in mixtione, & ita separantur, quomodo separantur elementa, si ibi nô sint in actu, quia separatio est eorum, quæ prius sunt mixta, ex hoc verbo aliqui volunt, quòd elementa actu sint in mixto, si legissent verba Alexandri, non ita dixissent, quia dicit Alexander, non est vera separatio, & Aristoteles dum dixit, separatur, dicit q debemus ita intelligere, quòd ex mixto separantur elementa, quia facilius generantur ex mixto quàm ex elementis, quia facilius generatur ex-

tremum ex medio,q̃ media ex extremis, quia ignis fa cilius generatur ex mixto quàm ex aqua, quia mixtũ eſt vt medium, aqua autem vt extremum, facilius autem generatur aliquod ex medio quàm ex extremo, & exemplum dat Alexander, quia dicimus quòd ex lacte ſeparamus butirum, caſeum, & ſerum, tamen illa non ſunt in lacte, quia lac eſt corpus homogeneum, ſed ita intelligitur, quòd per decoctionem lactis faciliter illa poſſunt generari, non quòd illa ibi inſint. Ad tertium, quia ex medijs coloribus generantur medij, dico, quòd eſt verum, vltimate tamẽ generantur colores medij ex extremis, quia reſoluuntur in cauſas extremorum colorum.

Eſt alia dubitatio, an colores medij ſint proportione infiniti, ex vna parte videtur Auerroes hic, quia inquit, quòd ſpecies colorum mediorum ſunt infiniti, quam quidem opinionem ſequitur Ioan. Gand. hic, quòd ſpecies ſpecialis coloris medij ſint infinitæ, quòd ita ſit, probat Ioannes, quia inquit, in omni ſpecie coloris reperitur gradus intenſus & remiſſus, quia in albedine reperitur gradus intenſus & remiſſus, quia in albedine reperitur ſumma albedo, & remiſſa albedo, in vnaquaque etiam ſpecie ſunt infiniti gradus, & illi gradus ad inuicem differunt ſpecie, ergo colores medij ſunt infiniti ſecundũ ſpeciem, quòd verò illi gradus ſint ſpecie diuerſi, ſcilicet ſumma albedo, & minus ſumma, quia omnis motus ex quinto phy. eſt à contrario in contrarium, quia & termini ſunt contrarij, ſed inter quoſcunque gradus vt à ſumma albedine ad minus ſummam eſt motus, ergo & illi gradus ſpecie differunt.

Sed aduerſus hanc opinionem eſt Auerr. vj. phy. xxxij, quia inquit, medij colores inter extremos ſunt finiti, etiam argumento Alexandri, quia omne genus odoris, coloris maxime, diuiditur differentijs maxime oppoſitis, ſed differentiæ maxime oppoſitæ ſunt duæ, ſed quæ habent extrema finita & determinata, media etiã inter ea ſunt finita & determinata. vj. phy. ergo cum color ſit genus habebit differentias maxime oppoſitas, quæ erunt duæ, & ſic medij colores erunt finiti numero. Tum ſecundo ſic, infinita perfecta eſſet ſpecies alicuius coloris, quod probo, quia aſsignemus imperfectam ſpeciem coloris, & cum per infinitũ recedamus ab illa ſpecie imperfecta per alias ſpecies coloris, & cum ſpecies ſint vt numeri. viij. Meth. hoc eſt dictum ſicut per additionem numeri ad numerum fit alia ſpecies numeri, & vna ſpecies numeri ſit perfectior altera, ita ſpecies non poſſunt eſſe omnes perfectę, ſed vna ſemper eſt pfectior altera, cũ ergo à ſpecie imperfecta coloris per infinitum recedat alia ſpecies coloris, talis ſpecies coloris erit infinitè perfecta, quod eſt valde abſurdum, & ita ad argumenta. Ad Auerroem dico, quòd intelligit, ſpecies coloris ſunt infinitæ, id eſt. apparent nobis infinitæ, quia color albus indifferenter eſt in mixtis aliquibus intenſè, aliquibus magis remiſſe, ideo ſpecies coloris nobis apparent infinitæ, re uera tñ non ſunt infinitæ. Ad rationem Ioannis, quia inquit, illa ſpecies habet īfinitos gradus, qui ſpecie differunt, nego q̃ illi gradus ſpecie differant, quia ſumma albedo à remiſſa albedine ſpecie non diſtinguitur ad probationem, quia motus eſt à contrario in contrarium, verum eſt inter quoſcunque gradus eſt motus, verum ergo inter quoſcunq; eſt contrarietas. Dico, q̃ non eſt propria contrarietas, bene eſt tanta contrarietas, quòd facit pro motu, vnde inter ſummã albedinem & remiſſam albedinem non eſt contrarietas propriè, quæ faciat illam albedinem differre ſpecie, ſed tamen impropriè eſt contrarietas, quæ facit pro motu, quia aliter nulla qualitas intenderetur nec remitteretur.

Lectio XXV.

De ſono autem & voce. Cum egit Ariſt. de proprio ſenſibili viſus, qui erat color, conſequens erat ſecũ in ordinem, quem obſeruauit hic, & ij de anima tractare de ſenſibilibus auditus, ſecundo de anima Ariſto. egit de anima ſecũdum ordinem doctrinæ, ordo doctrinæ imitatur ordinem naturæ, vnde non eſt in poteſtate cuiuſlibet ordinare partes ſcientiæ, ſed debemus imitari ordinem naturæ, ſed duplex eſt ordo naturæ, vnus imperfectionis, & originis, & ſic inter ſenſus ordine originis primus eſt tactus, poſtea guſtus, deinde olfactus, auditus, & viſus, & hunc ordinẽ obſeruat Auicenna in ſua ſufficientia.

Alius eſt ordo perfectionis inter ſenſus, & ſic viſus prior eſt ordine perfectionis, & ſic hunc ordinem obſeruat Ariſt. ij. de anima & hic, ideo cum ij de anima prius egit de viſu, deinde de auditu, ſic hic acturus de ſenſibus, prius agit de ſenſibili viſus, nũc verò acturus de ſenſibili auditus, qui eſt ſonus & vox, quæ eſt perfecta ſpecies ſoni, dixit, quòd de his ſ. de ſono & voce egimus in ij de anima, quia diximus ij d' anima, quòd medium & ſubiectum ſonus erat aer, corpora verò ſe percutientia erant efficiẽs ſonos, & cauſa materialis, quia corpus qui percutit eſt efficiẽs, qui percutitur habet rationem materiæ, & ſonus fit, cum illa duo corpora ſe colliduñt, & aer frangitur. i. rumpitur, ex qua ruptione fit motus tremulus ad medium circuli inter illa duo corpora ſicut in aqua cum proijcit lapis, fit motus tremulus ad modũ circuli, & ſemper efficitur maior circulatio vſq; ad finem, ita ex colliſione duorum corporum fit motus tremulus ad modum circuli, in quo motu tremulo fundatur qualitas quæ ſonus apprehenditur, non n. ille motus tremulus eſt ſonus, quia ſonus non eſt motus localis, deinde definit ſpeciem perfectam ſoni, quæ eſt vox ij de aia, vbi inquit, vox eſt motus aeris expirati cum imaginatione facti, quia vox fit cùm aer expiratur, & percutitur in aſpera arteria, ex qua percuſsione fit vox, dearticulatur verò vox à gutture, & etiam adiuuatur à dentibus & à lingua, ſed diceris, Cur Ariſt. non obſeruat ordinem, quia cur hic nõ agit de generatione ſoni, ſed de generatione aliorum ſenſibilium, & ſecundo de anima nõ agit de generatione aliorum ſenſibi-

sibilium, sed tantum de generatione soni & vocis, peruertit ergo ordicem Aristoteles, quem obseruare debebat. Secundo cur Aristotelea hic non egit de sono & voce ex sui natura, & nō vt sensibilia, quia ij. de aīa, de sono & voce, vt sensibilia sunt egit, & vt ad sensum referuntur, cur ergo sicut etiam egit de sensibilibus aliorum sensuum secundum sui naturam non egit & de sensibili proprio auditus secundum sui naturam, qui est sonus? Ad primum dico, quòd ex quo secundo de anima loquebatur de ipso sono respectu auditus, vt refertur ad auditum, refertur autem ad auditum vt est, sed sonus est dum generatur, quia differt res permanens à successiua, quia res permanens est etiam per se, res verò successiua est tantum dum fit, & quia sonus habet esse per motum, quia motus est res successiua, ideo habet sonus esse dum fit. Erat dubitatio secundo de anima, quomodo audimus sonum, Latini nulli attingunt veritatem: Dico, quòd sonus auditur dum fit, fit autem in tempore, ideo auditur in tempore. Dicimus autē, auditio est in instanti, quia omnis operatio sensus est in instanti. Dico, quòd auditio per se est in instanti, sed per accidens est in tempore, sic ergo dico, ꝙ Aristoteles hic non egit de generatione sonus & vocis, quia sonus est dum fit, & fertur ad sensum vt est, & quia est tantum dum generatur, quia habet esse in re successiua, ideo secundo de anima de generatione soni egit, sensibilia verò aliorum sensuum habent esse permanentem, & eorum esse habet esse post generationem, ideo de eorum generatione egit hic, & non de generatione soni. Ad secundum dico ex consequenti, quòd non egit hic de sono secundum sui naturam, quia sonus secundum sui naturam habet esse in generatione, & quia secundo de anima de generatione soni egit, ideo & secūm sui naturam egit.

Quomodo sonus auditur.

His omissis dicit Aristoteles, *De odore uero & sapore dicendum etc. videlicet* quòd reliquum est de odore tractare & de sapore, & de illis similiter tractare debemus, quia odor & sapor sequuntur siccum, vt humido aqueo dilutum, sed diuersimode, quia odor sequitur humidum aqueum ratione sicci, sapor verò sequitur dilutum siccum humido aqueo ratione humiditatis, ideo quia sapor & odor ferè vna passio sunt, de vtroque simul debemus tractare, sed de quo prius, an de odore, vel de sapore, quia videtur quòd prius de odore, quia olfactus est prior natura gustu, tamen dicit Aristotelea, quòd prius agere debemus de sapore, & sic peruertit ordinem Aristoteles, & ratio est, quia odores nobis innotescunt ex saporibus, Aristoteles enim hac ratione prius egit de animalibus quàm de plantis hac ratione, vt inquit Theophrastus, quia partes plantarum sumuntur ex partibus animalium, ideo prius de animalibus egit, ita hic prius egit de sapore quàm de odore, quia odores nobis innotescunt ex saporibus, & ratio est, quia gustus in nobis est perfectior, quàm olfactus, quia dicit Aristo. olfactus est peior sensibus oībus existētibus in nobis, & nedū in nobis, sed ēt habemus peiorem olfactum multis animalibus, quòd verò gustus sit perfectior in nobis, patet, quia tactus in nobis est perfectissimus quàm in cęteris animalibus, quia & temperatura hominis est perfectior tēperatura aliorum animalium, ideo in homine est perfectior tactus, quòd autem sit perfectior temperatura: patet, quia Auicenna dixit, Deus dedit meliorem temperaturam hominibus quàm possibile sit inueniri, ideo cum instrumentum tactus sit caro, vel neruus, & caro hominis habeat perfectiorem temperaturam quàm cœterorum brutorum, ideo tactus perfectior est in homine, quàm in aliis brutis, ideo secundo de anima ex perfectiori temperatura instrumenti tactus arguit supra prudentiam in homine, cum ergo in nobis perfectissimus sit tactus, ergo & gustus, quod probat Aristoteles, quia gustus est quidam tactus.

Sed sunt dubitationes, primo, quia Aristoteles decipit nos, quia dicit, quòd gustus est quidam tactus, sed hic debet loqui de gusto perfecto, gustus verò qui est quidam tactus est gustus imperfectus, qui tantum ratione distinguitur à tactu, & non gustus perfectus, quia perfectus gustus distinguitur ab ipso tactu. Dico quòd gustus perfectus & imperfectus est quidam tactus, quòd verò gustus imperfectus sit quidam tactus: patet, quia gustus imperfectus est tactus, vt apprehendit qualitatea in ratione nutrimenti, quòd verò gustus perfectus sit quidam tactus: patet, duplici ratione, quia sicut tactus percipit suum sensibile sine medio, ita gustus percipit suum sensibile sine medio, licet intermediet aqua inter sensum gustus & eius sensibile, hoc est per accidens, per se tamen gustus est sine medio circa proprium sensibile, vel alia ratione magis veriori, quia gustus est quidam tactus, quia gustus non potest percipere suum sensibile, nisi mediante tactu, & quia gustus non potest percipere saporē, nisi prius percipiat humidum, quod est in re, quæ saporatur, vt cum vinum saporatur, humidum illud est in vino, cum verò gustamus lignum, vel ceram, humidum aqueum vbi est, non in cera, nec in ligno. Dico, quòd est in ipsa lingna, quia ergo gustus non percipit saporem saporem sine tactu, quia non sine humido, quòd humidum apprehenditur à tactu, ideo gustua est quidam tactus.

Gustus duplex.

Est secunda dubitatio, quia dixit, quòd olfactus hominis est peior cęteris olfactibus brutorum, contra, quia perfectiori temperaturæ debetur perfectior virtus, sed perfectior est temperatura hominis quàm aliorum animalium, ergo & perfectior erit olfactus hominis. Ad secundum negatur assumptum, quia perfectior est temperatura olfactus in brutis quàm in homine, licet ergo perfectiori tēperaturæ debeatur perfectior virtus, attamē temperatura olfactus hominis est imperfectior quàm temperatura aliorum brutorum, quia olfactus instrumētum in homine est in anteriori parte cerebri, ideo frigidum & humidum, in aliis verò brutis est magis calidum, quia magis distat à cerebro, ideo & perfectius est instrumentum olfactus cœterorū aīalium.

Sed hæc expositio deficit, primo, qa orgnū sensus olfactus non est in anteriori parte cerebri, quia cere-

brum caret sensu, quomodo ergo anteriores illi ventres cerebri possunt esse sensoria olfactus, etiam illi ventres non pertingunt foramina narium, sed pertingunt ossa frontis, olfactus autem per nares, ergo illi ventres non sunt instrumenta olfactus. Etiam sunt verba Aristotelis quinto de generatione animalium, cap. j. & ij. quòd omnes sensus perfectiores sunt in homine quàm in aliis brutis, quia est perfectior temperatura in homine quàm in aliis brutis, ideo omnes sensus sunt perfectiores in homine, quàm in brutis, & dat exemplum, sicut in veste mundissima apprehendimus qualemcumque maculam, ita in homine sunt perfectiores sensus, cum ergo dicimus ex perfectiori temperatura sequitur perfectior virtus, concedo, sed perfectior est temperatura instrumenti olfactus in homine quàm in cęteris brutis, concedo, ergo olfactus hominis est perfectior olfactu cęterorum brutorum, verum est, sed notandum, quòd duplex est perfectio sensus vno modo quo ad distantiam, & sic multa bruta habent perfectiorem olfactum, quia à longiori distantia percipiunt odorem, quàm homo, alio modo sumitur perfectio sensus olfactus penes apprehensionem differentiarum odorum, & sic homo perfectius.i. distinctius apprehendit differentias odoris, quàm cętera bruta, sed dicetis, quomodo ergo hic sensus dicetur incertior? Dico, ꝙ Arist. non dixit, quòd sit incertior, quia est certus sensus humanus, sed dixit peior, quia sensus olfactus hominis quo ad distantiam est inferior sensu olfactus multorum brutorum, sensus tamen olfactus hominis distinctius apprehendit differentias odoris.

Lectio XXVI.

QVAE quidem igitur aquæ natura vult sapor esse etc. Cum proposuit nobis intentionem Aristoteles omissa substantia soni, & vocis, & cum agendum sit de odore & sapore, & prius de sapore, quia differentiæ saporis sunt nobis notiores, & primo tractat naturam omnium saporum ex antiquis, vt eorum opinionibus confutatis veritas opinionis suæ elucescat, ex communi omnium consensu humidum est materia omnium saporum, & est expers omni sapore, ideo est dubitatio cum humidum sit materia omnium saporum, & sit expers omni sapore, quomodo ergo sapores in humido aqueo continentur? aliqui dicunt, quòd sapores continentur omnes in humido aqueo, vt Empedocles, quia volebat, quòd illi sapores ita essent actu admixti, quod non possint sceerni, aliqui vero dicebant, quòd continentur sapores in humido aqueo potentia, tamen ex diuersis partibus humidi aquei generantur diuersi sapores, & inquit Alexan. est hęc opinio cōis Democrito, vt vj. de causis naturalis historię inquit Theoph. & mirum est ꝙ Theoph. nō citauerit verba Arist. cū trāssumpserit multa ab Aristot. est cōis (inquit) Democrito, quia Democr. dicebat, quòd principia corporū naturaliū erant athoma diuersa, figura & ordine constantia, ideo ex diuersis athomis generantur diuersæ partes humidi, ex quibus diuersis partibus humidi generantur diuersi sapores, aliqui verò dicebant, quòd omnes sapores continebantur in materia humida potētia, ita quòd ex qualibet parte humidi generantur diuersi sapores, & talis diuersitas est ex parte caloris solis, quia secundum quòd magis concoquit, uel minus, sic diuersi generantur sapores, sed Aristoteles obijcit his opinionibus, & primo, primæ, quæ dicebat, sapores contineri in humido aqueo actu, prę exiguitate tamen illi sapores in aqua non possunt sentiri dicit, licet hæc opinio posit seruari cur diuersi sapores fiunt in fructibus & corticibus, quia ex diuersis partibus humidi generātur diuersæ species saporum, *videmus.n. permutari per calorem sapores oblatis fructibus ad solē etc.* Inquit Arist. modo, cū fructus amplius nō attrahit humidum ab ipsa terra, qūo pōt variare sapores, quia pomum si abscindatur & ex suis corticibus denudetur, variatur, tamen sapor etiam in pomo absciso soli exposito vnde est hoc? ita & succus variatur vuæ, scilicet vinum cum est in dolio non ne variatur quo ad saporem, & tamen in vino in dolio nulla est attractio partium humidi, opinio igitur hæc obijcienda est. Obijcit secundæ opinioni, quòd sapores in potētia contineantur in humido, ex diuersis tamen partibus humidi generantur diuersi sapores, inquit Aristoteles, hoc non est verum, quia videmus, quòd ex eodem humido homogeneo secūdum omnes partes sui diuersi sapores generantur in planta, ergo nedum ex diuersis partibus humidi, sed ex eodem humido genrantur diuersi sapores non solum in plantis, sed in animalibus, quia idem succus in homine conuertitur in diuersas partes hominis, quæ diuersæ partes habent diuersos sapores, sic in plantis, nonne ex eodem succo nutriuntur diuersæ plantæ, quæ habent varios sapores? ex eodem ergo humido possunt generari diuersi sapores, ideo opinio falsa. Obijcit tertiæ opinioni, quę docet, quòd diuersi sapores generentur ex eodem humido, sed ex varietate caloris solaris generantur diuersi sapores, inquit Aristoteles, cum aqua est corpus tenuissimū & faciliter permeabilis à calore, talis non potest crassari, quia à calore solis aqua fit subtilior, & non crassescit, cum autem materia saporum sit materia crassa, ideo materia humida cum calore nō potest esse causa diuersorum saporum, ideo cum aqua non possit decoqui, quia aqua non potest crassari, quod dicunt medici, aqua cocta. Domini sunt abusiones, quia aqua non potest decoqui, quia non potest crassari, sed decoquitur, vt fiat subtilior, & faciliter permeet, ne ventriculum lędat, etiam dicit, quòd aqua est corpus tenuius, remouet dubitationem Aristote. quia oleum supernatat aquæ, ergo est tenuius aqua, exponit Arist. ꝙ propter hoc non debemus dicere, ꝙ oleū sit corpus tenuius, quia oleū supernatat aquæ, non quia tenuius, sed quia viscosius, habet enim partes adhærentes, ideo supernatat aquæ, non quia tenuimus, ideo inquit Arist. in manu facilius cōtinetur oleum quam aqua, quia aqua est magis fluxibilis, oleum vero quia habet partes magis adherētes

ideo

ideo facilius oleum seruatur in manu quàm aqua. Sed diceretis quòd humidum cum calore solis non est causa diuersorum saporum, sed concausa, quæ ergo est causa? Secundo nonne aer est corpus tenuius aqua, quomodo ergo aqua est corpus tenuissimum. De primo, dico, quòd Arist. exprimit in causam, & talis est siccum terræ, quia ex aqua cum calore solis, & sicco terræ generantur diuersi sapores. De secundo, dico, q Arist. loquitur de corporibus, quę sensibiliter humectant corpora nostra, & inter talia corpora aqua est corpus tenuissimum, aer vero fere insensibiliter humectat, & ita dicit D.Th. Positis istis opinionibus. *Quemadmodū ergo qui lauāt in humido colores, & sapores, &c.* Arist. hic exprimit ꝓpriā opinionē, & dicit q generantur sapores diuersi ex aqua permixta cū sicco terræ, & à calore decoquēte, q ita sit, probat experiētia, quia cū aqua diluit colorata, & co lote tali afficitur, quia aqua transiens per lutum afficitur sapore luti, ita si aqua transit per salem afficitur sapore salis, ita si aqua transit per cinerem, quia cinis est amara, ita illa aqua efficitur amara, sapor ergo ex permixtione humidi cum sicco terræ agente calore solis fit, quòd ita sit, declarat Alexander, quia inquit aqua in hyeme est dulcior quàm illa, quę pluit in æstate, & illa, quæ in æstate pluit, illa quæ in autumno, quia in hyeme vapor terreus minus miscetur cum humido aqueo, quia in hyeme diluta est terra, in æstate vero magis miscetur sicca exhalatio cū aqua, quia terra est arida, ideo aqua quæ in æstate pluit, est minus dulcis, & flante borea dulcior est aqua quàm flante austro, quia in flatu austri admiscetur aqua cū multo sicco terreo, flante vero borea aqua admiscetur minus cum sicco terreo, ideo aqua in flatu boreę est dulcior, & vere dicit Alex. & hic dat modum generationis saporum Arist. quia inquit corpora simplicia non agunt, vt substantia, sed vt prædita qualitatibus contrarijs, quia primo de generatione & corruptione declaratum est, q omnis actio est inter contraria, substantia autem substantiæ non cōtrariatur, ideo simplicia elementa, vt substantia nō agunt, nec patiuntur inuicem, sed vt induta qualitatibus cōtrarijs, ideo ignis non agit vt substantia, sed vt calidus, ideo cum elementa simplicia se miscent secundum substantiam, non agunt nec patiuntur sapores, sed cū miscentur vt prędita qualitatibus contrarijs, sic agūt & patiuntur, quia humidum aqueum agit in siccum terræ, & econtra, ex qua actione & reactione resultant sapores. Ex hoc diffinitur sapor, quia sapor est passio humidi aquei orta ex permixtione cū sicco terræ, calore concoquente, transmutans sensum de potentia ad actū, dixit sapor est passio humidi aquei, quia est passio mixti, sed sapor sequitur mixtum ratione humidi aquei, iō dixit est passio humidi aquei, & dixit transmutans gustum de potentia in actum, hæc est causa finalis, quia obiectum est propter eius potentiam apprehensiuam, & quia dixit transmutans gustum de potentia ad actum, & cum ex secundo de anima duplex sit actus, primus & secundus actus, primus est primū operandi, actus secundus est ipsa operatio, grammaticus cum dormit habet actum primū,

Saporis diffinitio.

cum vero speculatur grammaticam est actus secundus, ita duplex potentia, vna, quæ respicit primum actum, alia, quæ respicit actum secundum, vt puer est in potentia ad actum primum. s. ad grammaticam cū ipsam ignorat, potentia vero ad actū secundum est, cum quis habens grammaticam in habitu & in potentia eo vtitur habitu, qua ergo potentia trāsmutat sapor gustum de potentia ad actum, dico q transmutat gustum de potentia ad actum secundum, non potest autem transmutare sapor linguam ad actum primum, quia sapor non dat virtutem gustandi linguę, sed tantum de potentia ad actum secundū trāsmutat.

Lectio XXVII.

SVPER lectis sunt dubitationes literales: dixit nobis Arist. q aqua cū diluit siccum terræ afficitur sapore terrę, est dubitatio, quia terra est corpus simplex, ergo caret omni sapore, quomodo ergo si abluatur terra aqua, aqua concipit saporem ipsius terræ. Secundo, quia dicit quòd aqua concipit saporem à terra, primus ergo locus saporis conuenit terræ, & non aquæ, oppositum dixit Arist. secundo de anima, quia dicit q sapor primo conuenit mixto ex aqua & terra, ratione tamen aquæ principaliter conuenit, hic dicit oppositum. Tertia dubitatio, quia inquit cum aqua transit per salem, quia sal est species terræ afficitur salsedine. Est dubitatio, quia terra cū sit corpus simplex, sal vero est corpus mixtum, quomodo ergo sal est species terræ, quia nullum mixtum est species corporis simplicis. Quarto quia Arist. dicit quòd corpora simplicia qua substantia non agūt & patiuntur ad inuicem, sed qua prædita qualitatibus contrarijs, est dubitatio Alexandri, quia elementa consistunt in qualitatibus illis, vnde secundo de generatione & corruptione in principio, inquit, q terra specificatur frigido & sicco, posuit ergo Arist. tales qualitates esse formas substātiales, posuit & mediantibus talibus qualitatibus agere & pati, ergo corpora simplicia agere & patitur ad inuicem, confirmantur quia elementa mediantibus illis qualitatibus non possunt agere & pati adinuicē, quia cum ambæ qualitates sint in elementis in summo, & ab æquali non prouenit actio, quomodo ergo illa elementa possunt agere, & pati ad inuicem? confirmatur etiam, quia ponit actionem, & passionem inter qualitates contrarias eiusdem rationis, quia dicit, siccū terræ agit in humidū aquæ, aquæ humidū agit in siccū terræ, ergo ponit contrarietatē inter qualitates eiusdem rationis, sed hoc dictum patitur difficultatem, quia eadem pars moueretur motibus contrariis, quia cum caliditas ignis agit in frigiditatē aquę, & frigiditas aquæ reagit in ignem, inducit ergo frigiditatem in aliquam partem ignis assignetur ergo illa pars, in hanc met partem agent reliquæ partes ignis, quæ sunt summæ calidę pars, ergo illa mouebitur in eodem tempore motibus contrarijs. s. frigiditate & caliditate, ita de medio, quia cum ignis agit caliditatem in aqua, prius calefacit aerem, ita aqua antequam

antequã frigefaciat ignem frigefacit aerem, aer ergo mouebitur caliditate & frigiditate in eodem tẽpore. Quinta dubitatio, quia Arist. dicit ꝙ sapor gñatur, cũ humidum aqueum permiscetur sicco terræ cũ calore decoquente, ad quid calor decoquens, quia ex temperatura, quæ fit ex mistione humidi, quæ fit eum sicco terræ gñatur sapor. De primo dico quòd sapor in terra duobus modis potest considerari, sapor in terra vno modo actu, sicut in exemplo Arist. quia cum aqua transit per cinerem fit amara, quia cinis erat amarus: ita cum transit per salem aqua fit salsa, alio modo continetur sapor in terra potentia, quia ex mixtione humidi aquæ cum sicco terræ resultat sapor, qui prius non erat, & sic sapor potentia continetur in terra, & sic aqua concipit saporem, qui erat in terra non actu sed potentia, & tunc vero generatur sapor, cum vero aqua transit per salem & efficitur salsa, non generatur vere ibi sales, sed permiscentur partes subtiles salis cum aqua. De secundo: quod est difficilius, possemus dicere ꝙ Arist. ascribit primas partes saporis aquę tanquam materiæ communi, quia aqua est materia saporis communis, attribuit vero hic primas partes saporis terrę siccitati, tanquã causæ particulari instrumentali saporis, quia ex mixtione terræ cũ humido aquæ resultat sapor ex actione humidi in siccum, & econtra. De tertio: dico ꝙ sal est corpus mixtum, & Arist. vero dicit, quòd sit pars terræ simplicis, sed dicit quòd est species terræ, quam habitamus, quia talis terra est mixta, & sic sal est species terræ .s. mixtæ, & non repugnat quod dicitur terra simplex est in visceribus terræ, quia elementa agunt & patiuntur secundum superficiem, in superficie non sunt pura. De quarto: videtur Alex. ꝙ tota substantia elementi non consistit in illis qualitatibus, quia præter qualitates primas includunt materiam, ideo non agunt tota substantia, quia nõ agũt materia, sed dicatis, vnde est forma substantialis, qa Alex. dicit ꝙ in elementis est materia & qualitates primæ, non meminit vero de formis substantialibus elementorum, Aliqui dicunt quòd Alex posuit tales qualitates esse formas substantiales, ideo non meminit substantiarum formarũ, sed quidquid sit, nunquã tamen potui capere quòd illæ qualitates sint formę substantiales, quia illæ qualitates sunt accidentia mixto, quomodo ergo possint esse subiecta elementis, quia quod est substantia vni non potest esse accidẽs alteri, & principium substantiæ non potest esse accidens. Etiam non vidit hic Alex. verba Arist. errat namq; Alex. dicit enim hic Arist. ꝙ ignis qua ignis non agit, sed mediantibus illis qualitatibus suit agit, & ex hoc D. Th. sumit argumentum contra Alexandrum, quia dicit si ex caliditate ignis, ignis est ignis, & ignis agit mediante caliditate, quomodo ergo nõ agit qua ignis. & hũc errorẽ ẽt impingit Auer. 8. Meteoræ Alexandro. sed non potui capere quod ita puerilia diceret Alex. ideo semper mihi venit in mentẽ dictum Auer. primo de generatione quòd Alex. est tantæ authoritatis, quòd ipsi non debet impingi iste error, quomodo ergo intelligendus est Alexan. dico ꝙ intelligit quòd illæ qualitates circũscribunt formas substantiales, sicut Arist. secundo Posteriorum dicit, ꝙ omnis pars diffinitionis est in plus quam diffinitum, nonne datur differentia vltima, quæ conuertitur cum diffinito & est pars diffinitionis, Arist. n. intelligebat, ꝙ omnis pars diffinitionis est in plus q̃ diffinitum quo ad nos, quia vltimæ differentiæ sunt nobis ignotæ, ideo illas circunscribit per accidentia communia & differentias communes, quæ sunt in plus quàm diffinitum, ita formæ substantiales elemẽtorum circunscribuntur ab illis qualitatibus, itá forte intellexit Alex. Quod dicimus elemẽtá specificãtur illis qualitatibus, secundo de generatione & corruptione ergo formæ substantiales. Dico vt inquit ibi Ioan. Gram. ꝙ elementa possunt considerari dupliciter vno modo vt elementa, & sic elementa referuntur ad mixtum, non possunt autem venire ad mixtionem, nisi agant & patiantur, agunt vero mediantibus illis qualitatibus, ideo illæ qualitates specificãt elementa, vt clementa possunt vero considerari elementa vt corpora substantialia, & sic non specificantur ab illis qualitatibus, sed à formis suis substantialibus. De quarto Alex. hic & idẽ primo Meteorum, & aliquando credimus hanc expositionem Alexand. phrasis tamen non est Alexãdri. inquit ergo Alex. ꝙ ambæ qualitates non sunt in summo, sed tantum vna est in summo, & est illa quæ primo competit elementis, vnde caliditas primo est in igne, humiditas in aere, frigiditas ĩ aqua, siccitas in terra, alię vero sunt remissæ in elementis, & sic possumus intelligere ꝙ elementa agant ad inuicem & patiantur, quia ignis põt agere sua caliditate in frigiditatem terræ, & siccitas terræ, quæ est in summo aget in siccitatem ignis, quę non est in summo, ideo est actio cum reactione in elemẽtis sed est dubitatio, quia quomodo ignis aget in aquam, quia aqua est summè frigida, sicut ignis est summe calidus, quomodo ergo ignis aget in aqua. Secundo si siccitas in igne non est in summo gradu sed remisso, cur magis est remissa quo ad istum gradum, quàm quo ad alios, cũ omnes gradus sint eiusdem speciei. Tertio quia omnis remissio fit per admixtionem contrarij, vt inquit Arist. si ergo siccitas in igne est remissa, admixta ergo ei est humiditas, & sic in vnoquoque elemento erunt tres qualitates duæ remissę, & vna in summo, cuius oppositum dixit Arist. secundo de generatione & corruptione, ideo mihi placet quòd ambæ qualitates sint in summo.

Huius r[ei] opposit[um] tenuit se[cũ]do de g[e]neration[e] & corr[u]ptione.

Ideo ad argumentum dico: ꝙ licet illæ qualitates sint æquales in gradu, non sunt tamen æquales in virtute, quia calor ex sui natura est maioris actionis q̃ frigiditas licet sint æqualis gradus. Ad confirmationem dico quòd contrarietas est inter qualitates eiusdem contrarietatis, ideo qui fugiunt ad hoc quòd actio & reactio non est inter qualitates eiusdẽ contrarietatis, sed verba Arist. sunt in oppositũ, & quo fiet mixtio, quia si summa caliditas ignis non agit in summam frigiditatem aquę, remanebũt illæ qualitates in summo, ideo dico: quòd est actio & reactio inter qualitates eiusdem rationis, pro solutione argumenti recurratis ad ea, quæ diximus in tertio phy. Ad quintũ dico: vt dicemus in sequenti ad quid indi-

gemus

gemus calore concoquente cũ sapor oriatur ex temperatura humidi aquæ cum sicco terræ. *Quòd autem non cuiusq; sicci, sed nutritiui, sapores uel passio, uel priuatio existunt &c.* hic est locus difficillimus, ille malè transtulit verba Arist. nõ enim intelligebat verbum, vult ergo declarare Arist. vltimam particulam, in qua dicitur quòd sapor transmutat de potentia ad actum gustum, inquit hoc dicimus, quia multa sunt, quæ constant ex humido & sicco, & tamen non immutant sensum gustus, vt odor ex humido & sicco cõstat principaliter, & tamen non immutat gustum, ita color ex omnibus quatuor qualitatibus constat, vnde est ergo hoc? Et Arist. inducit aliam dubitationem difficiliorem, relinquens fortè istam tanquam notam, & dicit alimentum qua alimentum est mixtum ex humido & sicco, & tamen non est sapor, & reddit rationem, quia alimentum qua alimentum nõ respicit gustum, sed tactum, & non respicit tactũ nisi per accidens, quia in alimento sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, sed non vt alimentum alit, sed vt auget vel diminuit, quia calidum est causa auctionis, frigiditas vero est causa diminutionis, ideo per accidens alimentum respicit tactum, & inquit sapor est affectus eius, qui alit, gustus quia gustu persequimur nutrimentum conueniens, & relinquimus inconueniens, quia id quod alitur est viuens, ex simplici nullum viuens alitur, quia nutritio est vt viuis reponat illam partem, quæ resoluta fuit à calore naturali, sed illa pars deperdita est mixta, ergo & id qđ debet reponere partem deperditã debet esse mixtũ, & inquit quòd nutrimentũ potest cõsiderari in eo, quod auget, aut diminuit, & inquantum alit, inquit ergo in eo, quod auget & diminuit est calidum, aut frigidum, & quantum, quia quod debet augere debet recipere quantitatem, ideo alimentũ est vt quantum auget, est etiam calidum ideo fit auctio, quia auctio est à caliditate, cum vero alimentum diminuit, est frigidum, alimentum vero vt alit, nec est calidum, nec frigidum, sed sapidum, sed non quocunq; sapore, sed sapore dulci, quia dulcibus nutrimur & non amaris, quia amaritudo est priuatio saporis dulcis, & vocauit amaritudinem priuationem dulcis saporis, quia 10. Metha. dixit, ꝙ contrarium imperfectius habet rationem priuationis, & sic frigidum respectu calidi habet rationem priuationis, & nigrum respectu albi habet rationem priuationis, ita amarũ respectu dulcis habet rationẽ priuationis, quia amarum est imperfectius dulci, quòd ita sit, quòd omnia quæ aluntur ex dulci alantur declarat Arist. quia inquit animalia ex calore innato trahunt partem humidam, quæ est dulcis, ex qua nutrimur, partem vero amaram tanquam amaram & grauem relinquimus, & ꝙ ita sit, probat Arist. quia inquit ita est de calore interno, sicut de externo. scilicet de calore solis agente in partẽ terrestrẽ humidã attrahit prius humiditatem ab illa parte, & terream partem relinquit tanquã grauem, & ita aqua, quæ à mari attrahitur est dulcis, quia à calore cœlesti attrahitur pars humida, quæ est dulcis, & relinquit partes terreas, quæ erant salsæ, ita in viuente contigit, quòd calor innatus attrahit partes humidas, quæ sunt dulces, & relinquit partes terrestres commisceri alios sapores cum sapore dulci, sed cur alij sapores commiscentur cum dulci sapore? duplicem causam Affert Arist. primo inquit commiscentur dulci, gratia condimenti, quia semper extremi sapores non ita suaues sunt vt medij, quia extremi colores non sunt iocundi oculis, vt medij colores, sic ergo alij sapores miscentur cum dulci, vt talis sapor reddatur suauior, etiam aliquando gratia necessitatis cõmiscentur sapores alij dulci sapori, quia cum dulce sit leue supernatat stomacho, & petit os ventriculi, & aliquando inducit nauseam, ideo vt dulce petat deorsum alij sapores commiscentur, vt corũ grauitatem faciant dulce deorsum stare.

Lectio XXVIII.

EXPONO vobis illa verba Arist. obscura, *Quòd autem non cuiusq; sicci, sed nutritiui, sapores uel passio, uel priuatio existunt &c.* dixi ꝙ intentio Arist. erat declarare vltimæ particulæ necessitatem. s. sapor mutas gustum de potentia ad actũ, & duplici ratione ostendere, licet Alex. sit obscurus, quia multa sunt, quæ constant ex humido & sicco terræ, & tamẽ non sunt sapores, vt aer constat ex humido & sicco, vt dicemus, & Arist. videtur omittere hãc obiectionem tanquam notam. Secundo, quod erat difficilius, ita ostendebat alimentum est mixtum ex humido & sicco, & vt sic commixtum alimentum nõ est sapor, quia sapor non est passio humidi mixti, similiter cũ sicco, maior propositio manifestatur ab Arist. ꝙ alimentum sit mixtum ex humido & sicco, minor manifestatur, quòd alimentum sit mixtum ex humido & sicco est tangibile, ergo non est sapor, quia quod est obiectum vnius sensibilis proprium non est obiectũ alterius, si ergo obiectum vt mixtum ex humido & sicco fit tangibile, non ergo erit sapor alimentum, & sic sapor non erit mixtio humidi cũ sicco, ideo oportet addere mutans gustum de potentia ad actum, & dicit Arist. ꝙ alimentum vt nutrit est sapidum, & nõ constat ex illis quatuor qualitatibus, vt alimentum, quia alimentum, vt calidum auget, vt frigidum minuit, & inquit quòd non quocunque sapore nutriuntur, sed dulci, & prosequitur in declarando causam. Sed hic sunt multæ ambiguitates, quia inquit ꝙ sapor est conditio per se alimenti, qualitates vero primæ sunt per accidens conditiones alimenti, oppositum dixit secundo de anima. xxviij. quia inquit omne alimentum debet esse mixtum, quia debet deponere partem deperditam, quæ erat mixta, sed omne mixtum est mixtum qualitatibus miscibilibus, quæ sunt calidum frigidum, ergo & alimentum, vt alimentum includit qualitates, primas, quia alimentum vt alimentum est mixtum, mixtum vero includit qualitates primas, ergo & alimentum. Quod dicit ergo Arist. ẽt ex appetitu vno est fames, ex alio est sitis, & sic duplex est appetitus fames. n. calidi & sicci appetitus, sitis vero frigidi & humidi, non dixit autẽ ꝙ

talis appetitus ſit ſaporis, ideo ſapor non eſt conditio per ſe alimenti, etiam quia ſecundo de anima dixit ꝙ alimentũ nutrit rõne qua ſubſtantia, & nõ qua ſapidum, quia nutritio eſt per reſtaurationem partis deperditæ, ſed pars deperdita eſt ſubſtantia, ergo alimentum nutrit quia ſubſtantia. Eſt etiam dubitatio, quia dicit quòd omnia aluntur dulci, eſt dubitatio, quia plantæ carent guſtu, quomodo ergo aluntur dulci, ita animalia Zoophita, quæ carẽt olfactu, quo modo nutriuntur dulci talia animalia? etiam eadem eſt materia proxima generationis & nutritionis, hęc propoſitio eſt vera apud Ariſt. & Galen. ſed materia generationis ſunt quatuor humores, ergo & nutrietur animal ex quatuor humoribus, & ſic ex bile, atra bile, quæ ſunt amara, etiam videtur peccare ſua ratio, quia inquit ita eſt de calore interno, vt de externo, quia ſicut calor ſolis attrahit partes tenuiores humidas à terra, ita calor innatus attrahit ab alimento partes ſubtiles dulciores. Eſt dubitatio, quia partes ſuperiores tantum nutriuntur, quia ſi calor attrahit tantum partes ſubtiles; illæ autem ex ſui natura ſurſum petunt, & non deorſum, quomodo ergo partes inferiores nutrientur. Etiam quia dicit ꝙ alimentum quia calidum auget, quia frigidum nutrit, hoc nõ eſt verum, quia auctio ſecundo de anima non fit ab alimento, ſed à calore innato viuentium cum conuertit alimentum in ſui ſubſtantiam. Dico omiſsis alijs dubitationibus, de hac vltima dico, ꝙ auctio fit principaliter à calore innato, ſed calidum alimenti adiuuat concoctionem, & ſic auctionem adiuuat, frigidum vero adiuuat diminutionem, ſic ergo cum dicitur alimẽtum auget. i. adiuuat concoctionem. *Quemadmodum autẽ colores de albi & nigri ſunt mixtione, ita ſapores ex dulci et amaro. etc.* hic vult generationem ſaporũ mediorum declarare, & dicit quòd perſimilis eſt generatio ſaporum mediorum generationi colorũ mediorum, quia ſicut colores medij oriuntur ex mixtione extremorum, & ſicut ex varia proportione mixtionis colorum extremorum fiunt varij colores medij, ita ex varia proportione extremorum ſaporum oriũtur varij ſapores medij, & ſicut ex numerali proportione colorum extremorum oriũtur colores ſuaues, & ex irrationali proportione oriuntur colores inſuaues, ita ex proportione numerali ſaporum extremorum oriuntur ſapores ſuaues, & ex irrationali inſuaues ſapores fiunt, & inquit quòd ſicut variæ & indeterminatæ ſunt ſpecies colorum, ita indeterminatæ ſunt ſpecies ſaporum, quia poſſunt eſſe octo ſpecies, ſeptem & ſex, ponamus flauum idem eſſe cum albo tantum erunt ſeptem ſpecies. ſ. albus, niger, ſuſcus, puniceus, purpureus, viridis, cæruleus, ſi ponamus etiam fuſcum eſſe idem cum nigro, ſic tantum erunt ſex ſpecies. ſ. album nigrum, & quatuor colores medij, ſi vero ponamus fuſcum diſtinctum à nigro & flauum ab albo ſic erunt viij. ſpecies, ita & ſaporum ſunt ſpecies, indeterminatæ, quia ſi ponamus ſaporem pinguem eſſe idem cum dulci, ſic erũt ſeptimũ ſpecies ſaporis. ſ. dulcis amarus, ſalſus, acris, auſterus, acerbus & acutus, ita ſi ponatur, quòd ſalſus coincidat cum amaro erunt vj. ſpecies, duæ extremæ. ſ. dulce & amarum & quatuor mediæ, ſi dicamus pingue diſtingui à dulce, & ſalſum ab amaro ſic erunt viij. ſpecies, ſic ergo ſicut colores medij ſunt infiniti, ita & ſpecies ſaporis, & quot ſunt ſpecies coloris, tot ſunt ſpecies ſaporis. Ponit aliam conuenientiam, quia inquit ſicut nigrum eſt priuatio albi, ita amarum eſt priuatio dulcis, quia diximus quòd contrarietas imperfecta ſemper habet rationem priuationis, & Ariſt. addit aliam rationem, quomodo amarus ſit priuatio dulcis, quia inquit amarus ſapor fit cum à caliditate tenue humidum exſiccatur, & ꝙ tantum remaneat ſiccitas, hoc eſt dictum pp ea, quę ardẽt & inceduut quorũ cinis amariſsimus eſt, quia à calore humidum illud, in quo fundabatur dulcedo abſumitur, & ſic dulcedo abſumitur, ideo dicitur ꝙ amaritudo aſt priuatio dulcedinis. Occaſione dictorum reprehendit Democritum, qui reducebat omnes ſenſus particulares ad tactum, & hoc faciebat duplici atione, quia dicebat omnis ſenſus percipit proprium ſenſibile ex defluxu quorũdam propriorũ ſenſibilium, qui defluxus eſt eiuſdem naturæ cum re defluxa, quia viſus percipit colorem ex defluxu coloris ad viſum, viſus ergo percipit illum defluxum tangendo, & ſic de omnibus alijs ſenſibus intelligendũ eſt. Secundo: quia dicit, Democr. reducebat omnia ſenſibilia propria ad magnitudinem, figuram & aſperitatem, & ſenſibilia communia percipimus tactu, ergo & alia ſenſibilia propria, ſed Ariſt. obijcit dupliciter, & vna ratio eſt manifeſta, dicit ergo iſta opinio habet obſurdum manifeſtum, & non declarat; Alexand. tamen explicat, & inquit, illi ſenſus particulares non poſſunt reduci ad tactum, quia & ſenſibilia propria non poſſunt reduci ad ſenſibile tactus, ergo. Secundo, ex modo percipiendi quia tres ſenſus percipiunt propria ſenſibilia mediante extrinſeco medio, guſtus vero & tactus mediante medio intrinſeco, quomodo ergo viſus eſt tactus, & ita quomodo auditus, & olfactus ſunt tactus, etiam ſi tantũ eſſet vnus ſenſus. ſ. tactus, ad quid ponere tot ſenſus particulares, fruſtra enim eſſent, dicit ergo Ariſt. manifeſtum abſurdum habet opinio Democriti, nõ manifeſtauit autẽ abſurda Ariſt. ſed manifeſtauit Alex. Secundo obiicit Ariſt. Democrito, quia inquit ſenſibilia propria non poſſunt reduci ad ſenſibilia communia, vt uolebat Democritus, quia inquit ſenſus nõ decipitur circa propria ſẽſibilia ſicut circa cõia, ideo ſenſibilia propria non poſſunt reduci ad communia. Secundo quia ſenſibile proprium vnius ſenſus percipi non poteſt ab alio ſenſu, ſed ſenſibilia communia percipiunt ab omnibus ſenſibus, quæ ſunt magnitudo, figura, aſperitas, & leuitas, acutum, & obtuſum, & maxime percipiũtur à tactu & à viſu, quomodo ergo ſenſibilia propria reducuntur ad communia, Democritus tamen referebat ſenſibilia propria ad communia, quia dicebat, quòd album coheret leni, nigrũ vero aſpero, & quia tactus percipit aſperum, & lene, ita album & nigrum percipit, ita ſapores, & figuras, reducebat, dicit Ariſt. ſenſibilia communia à nullo ſenſu apprehenduntur, vel ab aſpectu viſus, ergo maxime erit ille, qui apprehendit ſenſibilia communia

quàm

quàm tactus, quia perſpicatius viſus percipit communia quàm tactus: Addit tertium argumentū, quia inquit, omne ſenſibile proprium diuiditur differentijs cōtrarijs, quia color per album & dulcem, tactus per calidum & frigidum, & ſic de alijs, figura non diuiditur contrarijs differentijs quod patet, quia ſi eſt aliqua differētia in figura, eſt quia figura diuidit̄ in figurā habētem angulos, & carentē angulis, ſed iſtæ differentiæ non ſunt oppoſitæ, quia figura q̄ habet angulos continet ſub ſe plures ſpecies figuræ, figura vero, quæ caret angulis, quæ eſt circularis eſt vna, ſed vni multa non opponuntur, ergo iſtæ differentiæ, non ſunt contrariæ, & addit Alex. quia declaratum eſt, quòd figuræ circulari non contrariatur aliqua figura, quia nec motui circulari contrariatur motus rectus. Quartum argumentum addit, quia inquit ſenſibilia propria diuiduntur differentijs oppoſitis, ſenſibilia cōmunia diuiduntur differentijs infinitis, quia figura ipſa variatur ad variationem laterum, & angulorum ſed latera & anguli poſſunt variari in infinitum, ergo & ſpecies figuræ erunt infinitæ: reſpondet euaſioni, quia inquit Democritus poſſet dicere, ꝙ infiniti ſunt ſapores, ſed quià omnes nō poſſunt apprehendi, ideo dicuntur finiti. Reſpondet Ariſt. quę nam eſt cauſa, quod iſti magis percipiãtur quàm alij, nō videtur aliqua cauſa, deinde epilogat. *Et de ſapore quidem, et guſtabili ſatis ſit dictū. etc.* & dicit de ſapore, & de illo q. à guſtatu percipitur. ſ. dictū eſt: dixit à guſtatu, quia aliæ ſunt ſpecies ſaporū in plātis. & dixit, de illis in libris de plantis egimus, dicetis cur conſideratio de ſaporibus magis pertinet ad librum de plantis quàm ad librum de animalibus, cum tamen & illi ſapores reperiantur & in animalibus. Dico ꝙ Theophraſtus vj. de cauſis plantarum dicit, licet illi ſapores ſint in animalibus, qui ſunt in plantis, exactiores tamen ſunt in plantis, ideo dixit Ariſt. pertinent conſiderationes ſaporum ad librum de plantis, hic dicit obtuſum, & acutum dicitur de tumoribus. i. corporibus & de ſono, hic accipit obtuſum & acutū, vt dr̄ de corporibus, quia accipit vt ſenſibilia cōīa.

Lectio XXIX.

RESTANT modo dubitationes, primo quia in opinione Democriti dicebatur, ꝙ Democritus non ponebat differentiam inter ſenſibilia communia, & ſenſibilia propria, ipſe dixit quòd differunt, quia ſenſus circa ſenſibilia propria nō decipitur, eſſe vero communia decipitur, etiam quia enumerans ſenſibilia communia dixit leue & aſperum, acutum & graue, ad lene & aſperum reduxit album & nigrum, ad acutum & obtuſum ſapores dulces, & amari reducūtur. Etiam ſenſibilia communia apprehenduntur à pluribus ſenſibus, vt ad minus à tactu & viſu, propria vero non ab vno ſenſu apprehenduntur, eſt ergo dubitatio, primo quia ſenſus particularis ſi decipitur circa communia ſenſibilia, ita etiā circa propria ſenſibilia decipitur, quid ergo dicit? Secundo quia ſecūdo de anima enumerans ſenſibilia communia non meminit de aſpero & leni, acuto & obtuſo vt hic dicitur, etiam quia dicitur hic quòd ſenſibilia communia apprehenduntur à tactu & viſu, ſecundo de anima dixit ſenſibilia communia ſunt ea, quæ apprehenduntur ab omnibus ſenſibus, quid ergo dicit hic philoſophus? Secunda dubitatio quia non valet reducit ſenſibilia propria ad communia Democritus, ergo non ſeiunxit ſenſibilia communia à proprijs, non valet, quia nonne reduxit ipſe odorem, ſaporem, & colorem ad temperaturam, ergo & ipſe non ſeiunxit odorem, ſaporem, & colorem à temperatura.

Tertio, quia dicit quòd figuræ figura non contrariatur, quia vni multa non contrariatur, ſed eſt dubitatio, quia vni virtuti nonne contrariantur duo vitia extrema, ergo plura vni contrariantur. Dico ad hæc, & primo ad primum, quòd ſenſus particularis decipitur circa propria ſenſibilia, ſed quàm pauciſſimè ideo dixit Auerroes ſenſus particularis raro decipitur circa propria, ita ꝙ ſit ſenſus, quòd ſenſus particularis decipitur circa propria ſenſibilia, & circa cōmunia, ſed pauciſsimè circa propria decipitur, magis vero circa communia decipitur. Ideo ſenſibilia propria à communibus ſenſibilibus diſtinguntur. Cum dicis, quia hic enumerat aſperum & leue, acutum & obtuſum, & ſecundo de anima non enumerauit, dico (vt Alex.) ꝙ hæc reducuntur ad magnitudinem & figuram, & Alexan. dixit quòd verius reducuntur ad magnitudinem, quàm ad figuram, poſſunt tamen reduci ad magnitudinem & figuram. Quod dicimus ſenſibilia communia ſecundo de anima ab omnibus apprehenduntur, quid ergo dicit hic Ariſt? Dico, vt Themiſt. in eo loco, & vt Auer. quòd ſenſibilia communia poſſunt abſolutè apprehendi ab omnibus ſenſibus, licet ab aliquibus magis confuſe & magis indiſtinctè, diſtinctè vero apprehenduntur tantum à tactu & viſu, ideo dixit Ariſt. hæc ſenſibilia communia ab omnibus apprehenduntur, vt à tactu & viſu ſ. diſtinctè. De ſecundo dico quòd Ariſt. reduxit odorem & ſaporem & colorem ad temperaturam tanq̃ in cauſam, quia temperatura eſt cauſa omnium, ſed Democritus non reduxit ſenſibilia propria ad communia, vt in cauſas ſed vt in earum differentias, ideo non potuit ſenſibilia propria à communibus ſeparare. Ariſt. vero ſeparat temperaturam à proprijs ſenſibilibus, quia in temperaturam vt in cauſam reduxit propria ſenſibilia, & non vt in differentias. De tertio dico quòd vera eſt propoſitio vnum vni opponitur abſolute, cum dicimus duo vitia opponuntur vni virtuti, dico quòd illa duo vitia habēt rationē vnius, ideo ſemper vnum vni opponitur, nam virtus habet rationem temperati, illa duo vitia habent rationem diſtemperati, diſtemperatum vero temperato opponitur, ideo illa duo vitia vt vnum opponitur virtuti. Eſt dubitatio circa totum cap. & primo de quidditate ſaporis, an diffinitio ſaporis ſit bona, quia inquit ſapor eſt paſsio humidi aquei geniti ex ſicco terræ mutans guſtum de potentia in actum. Eſt dubitatio, quia ſapor eſt qualitas, non ergo paſsio, quomodo ergo dixit ꝙ ſapor eſt paſsio. Etiam quia dicit humidi aquei, quia multa ſunt, quæ carent humiditate, &

tamen

tamen habent saporem, vt cinis, sal, qui generatur à calore solis cum resoluta est omnis humiditas, & ita ossa habent saporem, & carent humiditate, etiam ꝙ dicitur ex sicco terræ, quia siccum 4. Meteorum est qualitas passiua, quomodo ergo dicit quòd ex sicco terræ tanquam ex causa actiua proueniat sapor? etiã si siccitas esset qualitas actiua, cum miscibilia scilicet siccum terræ cum humido habeãt rationem materiæ, & secundu Phy. efficiens & materia non coincidunt, ideo si siccum terræ cum sit miscibile habet rationem materiæ, quia miscibilia habent rationem materiæ, quomodo ergo dicit Arist. quòd siccũ terræ est efficiens. Etiam quia eiusdem effectus nõ possunt esse duæ causæ eiusdem ordinis, sed bene possunt esse causæ diuersi ordinis eiusdem effectus, quomodo ergo siccitas terræ, & calor decoquens cum sint causæ eiusdem ordinis possunt eundem effectum. s. saporem producere. In vltima particula dubitatur, quia dixit Arist. velle tractare de sensibilibus secundum sui naturam, tamen hic diffinit saporem non secundum sui naturam, sed vt refertur ad sensum, sed diffinitio est bona & etiã data fuit à Theophrasto in sexto de natura plantarum cap. 1. quia dixit sapor est passio sicci colati per humidum aqueum. Etiam quia hæc diffinitio datur per omnia genera earum, quia cum sapor sit forma non habet propriè formam, sed formam declarantẽ, ideo dixit sapor est passio, quia accidens differt per suum subiectum, ideo dixit humidi aquei, in humido vt in subiecto fundatur sapor, declarat etiam causam efficientem, cum dixit ex sicco terræ & calore decoquente, expressit etiam causam finalem cum dixit mutans gustum de potentia ad actum, sapor factus fuit ob duplices fines, primo vt eo mediante animalia nutrimentum bonum prosequantur, & modum fugiant, secundo vero propter potentiam gustatiuam, vt eam mutet de potentia ad actum. De primo, dico ꝙ intelligit quòd sapor est passio. i. passibilis qualitas, quæ est de tertia specie qualitatis, & ita sapor est qualitas. De secundo, cum dicis de cinere, sale & ossibus quid dicendum, dico, & dupliciter, vel quòd cinis non habet saporem actu, sed acquirit saporem ex humiditatibus ipsius linguę, vel quòd in cinere remansit aliqua humiditas aquea in qua sapor fundatur, & sicut dico de cinere ita de alijs. Cum dicis facta est generatio saporis à sicco terræ tanquam ex materia, quia siccitas est qualitas passiua dico primo quòd notanter dicitur à sicco terræ, quia duplex est siccitas ignis, scilicet & terræ, & quia materia saporis debet esse crassa, siccitas autem ignis est tenuissima, ideo dixit generatur sapor à sicco terræ, cum dicis siccitas est causa passiua, & nõ causa actiua, dico quòd Arist. intelligit quòd siccitas, & humiditas, sunt causæ passiuæ respectu mixti & proprietatum consequentium mixtum, in se tamen sunt actiuæ, & passiuæ, quia siccum agit in humidum aquæ, ita siccum agit in humidum, ita siccum vt miscetur cum humido aqueo est materia ipsius saporis, sic etiam est efficiens, sed instrumentale efficiens, quia principale efficiens est calor decoquens, & sic materia & efficiens instrumentale possunt coincidere, dictum vero Arist. 2. Phy. intelligitur quòd materia & efficiens principale non veniunt in idẽ, materia tamen & efficiens instrumentale possunt venire in idem, & sic siccũ terræ ut est materia saporis est efficiens instrumentale. Cum dicimus eiusdem effectus non possunt esse causæ eiusdem ordinis, sed bene diuersi generis, quomodo ergo siccitas, & calor sunt causa saporis, dicit Ioannes hic quòd illæ causæ non sunt eiusdem ordinis, sed causa principalis saporis est siccitas, causa vero secundaria est calor decoquens, & probatur ex Arist. quia supra appellauit concausam saporis calorem, sed concausa apud Arist. est secunda instrumentalis, vel secundaria.

Secundo: quia dicebat ex primo de generatione & corruptione, omnis actio principaliter est à contrario, cum ergo sapor sit passio humidi, erit ergo tanquàm à sua causa principali à suo contrario quod est siccum & non à calido, sed decipitur Ioan. quia calor principaliter est causa coctionis, & sapor sequitur coctionem, calor ergo est causa principalis saporis, secundo quia calor est tantum causa actiua, siccitas vero est causa actiua & passiua, verum ergo agẽs est calor respectu saporis, quia tantum est causa actiua, siccitas vero est causa actiua & passiua. Ideo dico quòd istæ causæ sunt diuersi ordinis, & calor est causa principalior quàm siccitas, quare dicit Ioan. ꝙ Arist. appellauit concausam quia erat instrumentũ, dico quòd non appellauit concausam, quia calor sit causa instrumentalis, & minus principalis, sed quia pro generatione saporis non sufficit tantum calor decoquens, sed oportet humidum aqueum esse admixtum cum sicco terræ, ideo dixit calor est concaussa, quod vero dicit secundo, quòd omnis passio est à cõtrario, sed humidum contrariatur sicco terræ, ergo passio humidi principaliter, est à sicco terræ. Dico si consideratur illa passio humidi seorsum principaliter, est à sicco terræ, si vero consideretur humidum ut miscetur cũ sicco terræ, quia tale miscens est calor, sic calor erit causa principalis; quia est causa miscens humidum aqueum cum sicco terræ, & ex tali mixtione prouenit sapor, ideo calor est causa magis principalis quàm siccitas, aliter siccitas est causa concoctionis, quia sapor sequitur concoctionem, si causa principalis saporis esset siccitas, ergo & causa concoctionis, cuius oppositum dixit Arist. 4. Meteorũ. Ad vltimum dico quòd per illam vltimam particulã mutans de potentia ad actum gustum, circunscribit differentiam vltimam saporis quæ erat ignota, multa enim quæ cõstant ex humido & sicco, vt odor per illam particulam separat a sapore.

Est alia dubitatio, quia dixit, ignis quia ignis non agit, est dubitatio, quia ignis qua ignis est calidus, & qua calidus agit, ergo ignis rõne qua ignis agit. Etiã substantia ignis, concurrit ad ignitionem, vt agens principale, caliditas vero ignis vt agens instrumentale, ideo cum comburitur lignum ab igne, concurrunt duæ causæ & substantia ignis, & caliditas vt instrumẽtũ, ergo ignis rõne qua ignis agit. Etiã ignis qua ignis generat ignem, quia substantia per se substantiam generat, & non ignis qua calidus generat ignem,

ignem, quia accidens non generat substantiam, etiā quia ignis qua ignis est corpus, simplex, omne corpus simpliciter mouetur ex primo Phy. à sua forma, quia forma est principium motus & quietis. Dixit Ioan. ꝙ hęc propositio non est simpliciter vera, quia ignis qua ignis agit principaliter, non agit autē ignis qua ignis instrumentaliter, sed ignis agit qua calidus instrumētaliter, ideo cum dixit Arist. ignis qua ignis non agit intelligit instrumentaliter, sed qua calidus. Sed est dubitatio, quę intricatio est ista? quia ignis si agit qua ignis principaliter, qua calidus vero instrumentaliter, sed id quod agit per se principaliter verius agit, quàm id quod instrumentaliter, ignis ergo qua ignis verius agit quàm quòd calidus, quid ergo dicit Arist? Etiam ipse non legit verba Arist. quia Arist. probat ꝙ ignis non agit qua ignis, quia inquit omnis actio est à contrario, & quia substātiæ simplici non contrariatur simplex substātia, ideo ignis qua ignis. i. qua substantia non agit, sed qua calidus agit, quia caliditas cōtrariatur frigiditati, quid ergo dicit Ioannes ꝙ ignis qua ignis principaliter agit, & non instrumentaliter. Ideo dico ꝙ illa propositio est simpliciter vera, ꝙ ignis qua ignis non agit, sed nomine actionis & passionis intelligit alteratione, & sic primo de generatione & corruptione dixit, ꝙ omne agens est mouens, non econtra, quia per actionem intelligit speciē motus, quę est alteratio, ideo Auicē. in lib. de substantia orbis dicit, ꝙ est primum agens & primum mouens, primum agens est corpus cœleste, quia nos alterat, primum mouens sunt substantiæ abstractæ, quæ nos non alterant, cum dicis ad calorē concurrunt duæ causæ. s. caliditas in igne & forma substantialis, dixit D. Th. & cæteri Latini ꝙ concurrunt illę duæ causæ, sed soluant ipsi argumenta, ideo ille modus mihi nō placuit, ideo dico quòd illæ qualitates primæ sunt primæ causæ suarum actionum, & non sunt instrumenta illarū operationum, & in hoc differunt qualitates motiuæ à qualitatibus alterationis, quia qualitates motiuæ non sunt principia motus, sed sunt instrumenta motus, leuitas non est causa motus sursum, sed est instrumentum, quia causa est natura, quæ est substantia, leuitas autem non potest esse natura, quia est accidens, qualitates vero alterationis sunt principia prima alterationis & non sunt instrumenta. Cum dicis ignis qua ignis generat, concedo, agit ergo ignis. Sed iam solutum est argumentum, quia non dicimus ꝙ ignis qua ignis non agat, sed dicimus ꝙ ignis qua ignis non agit i. non alterat, ita cum dicis, qua ignis mouetur, concedo, sed solutum est argumentum, quia vt nuper dixi, intelligo ꝙ ignis qua ignis non agat i. non alteret, non ꝙ nullo modo agat. Sed dices quia Galenus de simp. med. dixit ꝙ magnes à sui substantia attrahit ferrum seclusis omnibus accidentibus, ita agaricus attrahit pituitam ob sui similitudinem, & magnes non attrahit ferrum ex accidentibus, sed ex tota sui substantia, & per alterationem, quia magnes alterat ferrum, & ex illa alteratione attrahit, cuius signum, ꝙ si magnes inungant alio amplius nō attrahit ferrū, ita pharmacū attrahit humorē, substātia ergo seclusis omnibus accidētibus alterat, & sic agit. Sed vos dicetis hoc est impossibile apud Arist. ꝙ magnes attrahat ferrū à tota sui substantia, ita impossibile est ꝙ pharmaeū attrahat humorē à tota substantia, sed illa attractio fit per qualitatem, vel per qualitates primas vel secundas, & hoc declarauit Arist. in prima particula prob. probl. 16. & docuit reducere omnes istos effectus ad qualitates primas, vel ad qualitates secundas.

Lectio XXX.

EST tertia dubitatio an sapor sit per se conditio alimenti, & qualitates primę per accidens sint conditiones alimēti, vt dicebat Arist. quia dicebat omnia nutriūtur ex dulci, est dubitatio quia alimentum cū sit mixtū, omne mixtū qua mixtum est qualitatibus primis affectū, quia si debet esse mixtū oportet ꝙ miscibilia misceant secundū qualitates primas, sic ergo mixtū qua mixtū qualitatibus primis est affectū, ꝙ alimentū sit mixtū patet, quia debet reponere partem deperditā, sed pars deperdita est mixtū, ergo alimentū debet esse mixtum, sic ergo conditiones alimenti sunt qualitates primæ per se. Etiam ex appetitu, quia duplex est appetitus fames & sitis, fames est appetitus calidi & sicci, sitis est appetitus frigidi & humidi. i. humidi roridi, & talis appetitus est principaliter oris ventriculi, quia fames est appetitus alimenti calidi & sicci. i. rei constantis, sitis vero est appetitus humidi roridi superinfusi ori ventriculi, alimentum ergo vt sub appetitu cadit est affectum qualitatibus primis, ergo qualitates primæ sunt per se cōes alimēti. Etiam quia secundo de anima alimentum qua alimentū nutrit. i. qua substantia nutrit, quia alimentū debet restaurare partē deperditam, sed pars deperdita est substātia, ergo alimētū qua nutrit est substātia. Etiā secūdo de aia dixit Arist. ꝙ alimētū qua alimētū est humidū, quia alimentū debet cōcoqui, qd' cōcoquit est humidū, quia pars humiditatis subtilior resoluit, & cōstās permanet, ideo inquit 2. de aia ꝙ aqua nutrit ignē, quia humida, & nō ecōtra, licet & trāsmutet in naturā aquæ, sicut aqua in naturā ignis, quia alimētō debet esse humidū ignis nō est humidus, qd ergo dicit Arist. ꝙ sapor est p se cōditio alimēti, dico ꝙ alimentū pōt cōsiderari multis modis, vno modo, vt est mixtū & sic alimētū p se præditū est qualitatibus primis, quia & mixtū est affectum illis qualitatibus, & ēt pōt cōsiderari alimentū vt cadit sub appetitu aialis, ēt includit qualitates primas alimenti, quia vel partē constantē, quę est calida & sicca, vel partē humidam roridā includit. Si cōsideratur alimentū absolutē, sic alimentū est substātia, quia pars deperdita est substātia, vt quantū vero auget materialiter, vt quantū vero auget alimētū sed effectiue, quia cā auctionis est calidū. alimentū ergo absolutē est substātia. Alio modo cōsideratur alimentū vt subest cōcoctioni viuentis, & sic est humidū, quia 4. Meteororū cōditio cōcoctionis debet esse humidū, & sic Arist. 2. de aia dixit ꝙ aqua nutrit ignē, nō aūt ignis aquā, pōt cōsiderari alimentū vt prosequimur bonū alimētū, & aufugimus malū, et

An sapor sit per se cōditio alimenti.

 sic hoc

sic hoc facimus mediante sapore, & respectu huius dicitur quòd sapor est per se conditura alimenti, sic ergo secundum diuersas conditiones alimenti, qualitates primæ sunt conditiones alimenti, & sapor, & hæc de hac dubitatione.

An simplex elementū possit nutrire.

Est quarta dubitatio an simplex elementum possit nutrire, quia dixit Arist. humidum de se non potest nutrire, nec siccum, sed mixtū, ex vtroque quæstio est difficilis, ex vna parte videtur, quòd simplex elementum nutriat, quia Theophrastus secundo de causis plantarum cap. 8. dixit aqua nutrit plantas, sed non quælibet aqua, quia non aluminosa, sed aqua bona, etiam dicitur, ꝙ aer qui est tenuior aqua pōt nutrire plantam, simplex ergo corpus potest nutrire, & repetit eandem sententiam in tertio de causis plātarum cap. 15. vbi inquit nedum aqua nutrit, sed etiā aer, ideo inquit, agricolæ confodiunt terram apud radices, vt ei scilicet terræ admisceatur aer, ex quo plantæ nutriuntur. Confirmatur etiam authoritate Galeni quarto de simp. med. cap. 14. vbi inquit ꝙ terra nutrit plantas, ergo simplex elementum potest nutrire mixtum. Ratione etiam, quia inter quælibet contraria est actio & passio, & vnum potest conuerti in alterum, sed mixtum contrariatur corpori simplici, quō mixtum potest agere in corpus simplex, & sic illum conuertere in propriam naturam, mixtū non contrariatur elemento contrarietate extrema, quia sic elementa non extrema contrarietate contrariantur, sed mixtum contrariatur elemento simplici vt medium, cum ergo mixtum contrariatur elemento simplici, cur ergo non potest mutare elementum simplex in sui naturam, aqua ergo cum admiscetur vino, vinum sui caliditate corrumpit aquam, quę est frigida, conuertit ergo aquam in sui naturam, & ita cum aqua approximabitur carni, cum caro sit calida conuertet aquam in sui naturam, simplex ergo potest conuerti in mixtum, & sic mixtum poterit nutrire. Etiam Galenus tertio de ratione victus dixit quòd aqua nō conceditur in morbis acutis, quia ipsa conuerteretur in bilem, sed bilis est corpus mixtum, ergo simplex potest conuerti in mixtum, & confirmatur, quia simplex elementum potest conuertere mixtum in sui naturam, quia Arist. dicit mixtum resoluitur in elementa, exponit Alexander. i. elementa facilius possunt separari à mixto, cum ergo simplex potest conuertere in sui naturam mixtum, ergo & mixtum poterit conuertere in naturam suam elementum simplex eadem ratione. Sed in oppositum est Arist. hic, & Galenus secutus hanc opinionem in quarto de simp. med. cap. 14. dixit quòd elementum simplex non potest nutrire mixtum, quia inquit quæ nutriuntur, dulci sapore nutriuntur, ideo quærit ibi Galenus, cur aliqua mixta non possunt esse alimenta, & si sint alimenta, cur aliqua cocta sunt alimenta, aliqua cruda, aliqua vero cito & faciliter nutriuntur, aliqua difficulter, reddit ibi rationem Galenus, quia inquit cum viuentia constent ex proportione elementorum, ita & alia mixta, ita quòd vnum mi[x]tum ex vna proportione elementorum, aliud ex alia proportione fit, ideo inquit illa elementa sunt alimenta alicui, quæ habent similem proportionem elementorum cum illo, ideo quia aliqua cocta magis habent proportionem quàm cruda existentia, ideo cocta sunt alimenta, & non cruda, & illa quę habent proportionem similiorem faciliter nutriūt, quę vero dissimilem proportionem habent, difficulter nutriunt & qa tēperatura viuētiū est suauis, ideo suaui ac dulci nutriuntur alimento, elementū aūt simplex ex quo caret sapore, sapor. n. est conditio mixti, ideo non pōt nutrire. Etiā est ratio inde ratione victus vbi dicit Galen. ꝙ simplex elementū nō nutrit, & inquit non datur in morbis acutis vt nutriat, sed gratia medicamenti, vt sui frigiditate extinguat calorem, & inquit aqua cum commiscetur vino non conuertitur in vinum, sed ponitur aqua vt det faciliorem penetrationem vino, sic ergo ex sententia Arist. & Galeni nullum elementum simplex potest nutrire. Etiā ratione conuincitur, quia nutritio est concoctio. i. elixatio vt patet 4. Meteororum, sed concoctio est passio mixti, quia concoctio requirit corpus æthereum, quia concoctio fit cum resoluitur illa pars tenuior, & remanet pars magis humida constans, & dixi quòd aqua vere non decoquitur, quia simplex non decoquitur, sed si concoquatur aqua alia ratione fit. s. vt aqua fiat tenuior, & partes terrenæ separantur ne tantam moram trahat in ventriculo, cum ergo elementum simplex non possit concoqui non poterit ergo nutrire.

Alia ratio nne quia eadem est materia proxima nutritionis & generationis, sed materia proxima generationis est mixtum; quia est semen, vel proportionale semini, sed semen est mixtum, ergo & materia nutritionis debet esse mixta. Erat alia dubitatio (quæ facta fuit apud Pontificem maximum Clementem dū eram Romæ, & in eius coronatione erant multi docti viri) quia aliqui Theologi dicunt quòd aqua debet infundi in vinum in sacrificio altaris per tempus, vt aqua transmutetur in vinum, sed feci hoc argumentum, quia eadem est materia generationis, & nutritionis proxima, sed materia generationis est mixtum, ergo & materia nutritionis debet esse mixta, cum ergo vinum sit mixtum aqua nō potest conuerti in vinum, cum aqua sit corpus simplex, & hoc argumentum non potest dissolui.

Etiam arte potest separari aqua à vino, & quomodo? ex petia lini separatur aqua, quia aqua transit per petiam, & vinum remanet, ideo frustra est illa quæstio, quòd per tempus infundatur aqua in vinum, vt aqua conuertatur in vinum, sed hoc fit, vel quia mos erat Saluatoris miscere aquam vino, vel propter gustum, sed dimittamus hanc quæstionem ipsis Theologis. Idem dixit Galenus quarto de vsu partium, inquit enim nullum simplex elementum potest nutrire, ideo ad argumenta in oppositum dico ad primum, quòd illa aqua non est corpus simplex, nec ille aer est purus, ideo corpus simplex non nutrit, & ita cum dicit Galenus terra nutrit plantas, illa terra non est simplex, ideo nullum simplex nutrit, sed dices hic imminent angustiæ, quia illa corpora sunt admixta, sicut triticum admisceetur

scetur ordeo, sunt tamen ibi separatè elementa, & cum totum non distinguatur à suis partibus, & totum mixtum nutriat, ergo & illa elementa nutrient, & sic elementum simplex poterit nutrire. Dico ꝙ illa corpora, ita admiscētur ꝙ agūt & patiuntur ad inuicem & corrūpuntur illa elemēta, & transeunt in verum mixtum, nec possumus aliter dicere, quia sic elementum simplex nutriret. Ad secundum, quod est difficilius, dico, & nullo pacto dissentio ab Arist. quòd elementum simplex non nutriat, dico quòd inter quælibet contraria est actio, mixtum contrariatur elemento, concedo, ergo mixtum aget in elementum, concedo, ergo cōuertet elementum in propriam naturam, dico negando, bene mixtum agit in simplex, sed non corrūpitur in se ipsum, sed in aliam naturam, ita cum aqua apponitur vino vinum non conuertit aquam in sui naturam, sed in aliud corpus. s. in exhalationē conuertitur, ita caro cōuertit aquā in exhalationē, & nō in sui naturā, sed dices, à vino imprimuntur propriæ qualitates aquæ, ergo & propria forma vini imprimetur in aqua, & sic aqua conuertetur in vinum, dico & nescio aliter, negando ꝙ vinum imprimat qualitates proprias perfectè ipsi aquæ, quia prius conuertitur in aliud corpus, antequàm imprimatur qualitas propria vini aquæ, nolo dicere ꝙ sit ꝑpria qualitas vini caliditas vt sex, dico tñ ꝙ antequam imprimat totā hanc caliditatem in aqua, aqua corrumpitur, quia cū impressa erit caliditas, vt quatuor ipsi aquæ, aqua cōuertetur in aliud elementum, & non in mixtū, ita dico de carne cū ei apposita fuerit aqua cōuertet aquā in aliud corpus, & non in sui naturam, ad Galenum cum inquit quòd aqua non conuenit morbis acutis, quia cito transit et in bilem, dico quòd aqua non conuertitur in bilem, nec Galenus voluit huc, sed Galenus hoc voluit, ꝙ aqua cui admiscetur bilis, & sic bilis inflammetur, non ꝙ fiat bilis aqua ipsa. Ad vltimum dico quia omnis generatio mixti est concoctio, concoctio est passio mixti, ideo elementum nō potest decoqui, quia non est mixtum. Dico ergo ꝙ licet elementum simplex conuertat mixtum in sui naturam, quia pro generatione elementi non indiget coctione elementum, vt autem mixtum generetur requiritur coctio, concoctio autem cum sit passio mixti, ideo nō poterit mixtum ex elemento fieri.

Est alia dubitatio, quia dixit solo dulci nutrimur, quæritur ergo an solo dulci nutriantur omnia animalia, & ratio dubitandi, quia plantæ nutriuntur, & non dulci, quia carent sensu gustus, ita animalia Zophita nutriuntur & tamen carent sensu gustus, ergo non nutriuntur dulci, ita ex fructibus immaturis in principio nutrimur, & tñ illi fructus nō sunt dulces, ita etiam pituita nutrit, & tamen est insipida, ꝙ autem pituita nutriat, patet in tempore famis, homines enim tunc ex pituita nutriuntur, & tamen pituita est insipida, ergo absinthium etiam nutrit, & est amarū, quod probatur, quia mulieres exhibent absinthium pueris laborantibus lumbricis, & ita exhibēt amigdalas amaras, & nucleos persicorum, ista nō possunt afferre iuuamentum pueris illis, nisi conuertantur in nutrimentum, ergo alius sapor pōtest nutrire, ita pisces nutriuntur de aqua salsa, & est ratio, quia eadem est materia generationis & nutritionis, sed multæ partes plantarum sunt amaræ secundum materiā, & ita multæ partes animalium sunt amaræ, quæ à prædominio sunt biliosæ, ideo illæ partes debent nutriri ex partibus amaris, ideo ex amaris nutrimur & non solum ex dulci, huius tamen oppositum dicit Arist. hic, quia inquit, tātum dulci nutrimur, & ratio est, quia ex materia proxima nutritionis nutrimur, inquit materia proxima est sanguis, vel proportionale sanguini, sed sanguis est dulcis, ergo tantum dulci nutrimur, & etiam est sententia Galeni quarto de simp. med. cap. 14. vbi inquit quòd tñ ex dulci nutrimur, quia inquit nutrimur ex his, quæ habent similem mixtionem elementorum nobis, sed talia, quę habent similem mixtionem sunt nobis dulcia, licet aliis non, vnde fœnum propter similitudinem, quam habet cū boue & equo est dulce boui & equo, nobis vero non est dolce, idem dicit quinto de vsu partium, quòd vtraque bilis non nutrit. s. bilis flaua, & atra, quia sunt amaræ ambæ, quòd vero vtraque non nutriat declarat de flaua bile. Primo, quia inquit si flaua bilis nutriret, per venas ad membra nutrienda deberet deferri, quod non apparet, sed transmittitur per intestina, & si flaua non nutrit, ergo nec atra cū sit crassior & rebellior concoctioni. Hic est clara sententia Arist. constans quòd tantum dulci nutrimur, quia dicit, ita est de calore intra, sicut de calore extra, sed calor extraneus attrahit partem subtiliorem & puriorem, & relinquit partem crassam, ita calor internus attrahit partem subtilem, dulcem, & lenem, & relinquit partem terrestrem, & verum est de omni concoctione. quòd omnis concoctio tantum dolce attrahit, ac concoquit, triplex enim est coucoctio, vna quæ fit in ventriculo, in ista calor attrahit partem humidiorem & dulciorem, & relinquit partem crassam, quæ sunt feces, ita in concoctione epatis, epar attrahit partem dulciorem scilicet sanguinem, & relinquit partes crassas, scilicet pituitam, & partes amaras. s. bilem, tertia concoctio fit in membris, & ista attrahit sanguinem purum, & relinquit sudorem, qui est pars terrestris, ita Galen. dicit loco allegato, quòd ex dulci nutrimur, vel ex aliis saporibus mixtis cum ipso dulci, dupliciter com miscentur sapores, aliquando permiscentur quo ad diuersas partes alimenti, ita quòd in vna parte est dulcedo, in alia amaritudo, aliquando permiscentur in eadem parte sapores, sicut mel cum decoquitur in eadem parte est dulcedo & amaritudo, quia in coctione mellis sensim mel perdit dulcedinem, & sensim introducitur amaritudo, quia inquit remissio vnius contrarij est per admixtionem alterius contrarij, vnde cum sensim perditur dulcedo introducitur in eadem parte amaritudo, & inquit Galenus inde facultate alimentorum sunt simul tres sapores in eadem parte, ita cum fructus maturescunt habent plures sapores simul in eadem parte, quid ergo sequitur, quia inquit Galen. ꝙ omnia quę nutriuntur, nutriuntur ex illis quæ habent consimilē mixtio-

mixtionem illi, sed illa consimilis mixtio est dulcis illi, ideo tantum dulci, vel ex alijs saporibus dulci cõ mixtis nutrimur.

Lectio XXXI.

ERAT dubitatio in externa lectione an omnia viuentia nutriantur dulci, dixiq; certa est Arist. sententia, q; omnia viuentia nutriantur dulci, vel ex sapore dulci cõmixto, quod probabã ex sui opinione, quia inquit calor internus assimilatur calori extraneo, sed calor extraneus habet attrahere partẽ dulcem & subtilẽ, ergo & calor internus attrahit partẽ dulcem, ex qua nutritur, & quõ sapores cõmisceãtur, declarat Galen. quia inquit aliqñ permiscentur sec.ii dum eandẽ partẽ, sicut in melle cum decoquẽ acqui rit amaritudinẽ in eadẽ parte, in qua est dulcedo, aliquando plures sapores in eodẽ subiecto esse possunt, vt dicit Galen. de alimentorũ facultatibus. Secundo, aliquando permiscentur sapores secundum diuersas partes alimenti, & probat. Etiã quia omnia nutriuntur ex sibi simili secundũ mixtionẽ, & tale corpus secũdum mixtionẽ est simile nobis, si est simile nobis, vnde nõ est necesse q; si sit dulce nobis alijs sit dulce, quia senũ est dulce bruto, quia habet mixtionem consimilem bruto, non autem est dulce nobis. Sed hic est dubitatio, cũ ex solo dulci nutriamur, est dubitatio, an ex omni dulci nutriamur, Galen. 4. de simp. med. dixit q; ex non dulci nõ nutrimur, ergo per cõpositionẽ, qđ est dulce nutrit, cõuersio per cõtrapositionẽ non est cõuersio, sed est modus arguẽdi, quẽ docuit Arist. 2. Top. cũ ex opposito prædicati arguit supra oppositũ antecedentis, vt tu es homo, ergo tu es animal, sed tu nõ es animal, ergo nec homo, sic ergo dulce nutrit, & qđ non est dulce non nutrit, ergo omne dulce nutrit, etiã quia inquit nutrimur ex illis, q̃ habent consimilẽ mixtionẽ nobis, sed illa, quę habẽt consimilẽ mixtionẽ nobis sunt dulcia nobis, ergo ex omni dulci nutrimur, & nutriunẽ ipsa viuẽtia. In oppositũ est Theophrast. 6. de causis plãtarũ, q̃ dixit q; nõ oẽ dulce nutrit, imò est aliqđ dulce; qđ interimit hoĩes, vt inquit de radice, q̃ est similis carduo, & de Mãdragora, quę est dulcis, & necat hoĩem, & inquit aliqua sunt amara, q̃ cõueniũt nobis vt absinthiũ & similia, si dicas q; rõne dulcedinis nutriat, ex mala vero qualitate interficiat hoĩem, sed est dubitatio, quia illa mala qualitas cũ sit cõis toti speciei vel est tẽperatura, vel sequẽs tẽperaturã, si sit tẽperatura, vel sequẽs, vel est similis mixtioni materię elementorũ, vel non similis, si similis, ergo ex illa possumus nutriri, & nõ interficimur, si dissimilis nõ poterit nutrire, quõ ergo dulcis nobis, quia omne dulce nobis, nutrit. Dico q; illud mixtum non est homogeneum, sed æthero geneum, ideo habet partes dulces ex quibus nutritur homo, habet vero alias partes mala qualitate affectas, & ratione illarum partium necat mandragora ipsum hominem, ita ergo si mandragora interficiat non est rõne dulcedinis, sed aliarũ partiũ participantiũ mala qualitate illa. Est alia dubitatio an ex solo dulci nutriamur Arist. clare dicit q; ex solo dulci nutrimur, Galen. ẽt 4. de simp. med. cap. 14. dicit q; ex solo dulci nutrimur, qa inqt viuẽtia nutriunt ex his q̃ habent similẽ proportionẽ ipsis, sed ea, quę habent similẽ proportionẽ ipsis sunt dulcia ipsis, & tñ ex illis viuẽtia nutriunẽ, ergo ex solo dulci nutriũtur ipsa viuentia. Oppositũ tamẽ vr̃ dicere Galen. in 2. de elemẽtis, ppe finẽ vbi inquit Hypp. cũ eadẽ est materia generationis & nutritionis, materia generationis sunt quatuor humores, ergo ex oĩbus illis quatuor humoribus nutriũtur viuẽtia, sed in illis humoribus sunt duo humores amari. s. flaua bilis, & atra bilis, ergo ex sapore amaro ẽt nutrimur, ergo ex solo dulci nõ nutrimur, dicemus infra, vbi declarabimus, an ex solo sanguine nutriatur animal. Est tertia dubitatio, qa si calor internus attrahit tñ partẽ dulcẽ & subtilẽ, partes ergo superiores tñ nutrientur, & nõ inferiores, qa subtilis est ascendere, secũdo, & si hoc apparet de calore interno animalis, q; pars subtilior attrahat, qa remanẽt partes crassæ. s. feces, sed de calore plantarũ nõ est manifestũ, qa in plãtis nõ sunt partes excremẽtosæ, quõ ergo plantæ calor attrahit partes subtiliores. Ad primũ dico q; partes inferiores nutriuuẽ, qa nutrimentũ descendit vi, quõ? p villos longitudinales vt inquit Galen. qa sicut neruus est principiũ motus localis, ita villi sunt principiũ motus naturalis, ideo attrahitur alimentũ ab illis villis, vt ad partes inferiores. Ad secundã dubitationẽ Arist. vidit eam in 2. de partibus animaliũ cap. 3. & 10. & inqt q; nõ fiũt tot cõcoctiones in plãtis sicut in animalibus, in vẽtriculo prima, vbi fit chilus, secũda in epate, tertia in mẽbris, ideo in animalibus generanẽ partes excrementosę, in plantis vero nõ fiũt tot coctiones, quia planta attrahit terrã elaboratam, & partem subtiliorẽ attrahit, ideo nullũ excremẽtum reperitur in plantis, vel si aliquod est, sunt semen & fructus. Theophrastus tamen sexto de causis plantarum vult, in plantis fieri etiam plures concoctiones, quia inquit elaboratur terra in radicibus, vt in ventriculo, deinde illa terra per venas plantæ sunt etiam venæ in plantis proportione quadã p quas trãsmittitur ad alias partes, & inquit sicut ex nimia copia alimenti suffocatur animal, quia obstruũtur meatus, ita ex nimia copia terræ circa radices pirum fuit corruptũ, excrementũ vero absumitẽ in folia, semen, & fructus. Est alia dubitatio, quia si ex solo dulci nutrimur & pingui, reliquæ ergo species saporis erunt præter naturam, quia non possunt nutrire, quia sapor est conditura nutrimenti. Theophrastus soluit hoc argumentum, quia inquit non valet, dulcis sapor & pinguis nutriunt, aliæ vero non, ergo aliæ species saporis sunt præter naturam, nõ sequitur, & dat tres causas, prima causa est, qa alij sapores à dulci & pingui sunt quatuor, vel quinq; species, nõ est ergo credendũ, q; illę quatuor species sint pręter naturã, & duę illę secũdũ naturã, ẽt qa in eodẽ genere quæ sunt amara magis, facilius nutriũt, vt in genere absinthij, quod est amarius facilius nutrit, ideo semper amarũ respectu dulcis nõ est, vt priuatio, ẽt quia sunt multi sapores, qui nõ nutriunt, imò inter-

An ex omni dulci nutriamur.

interficiūt, sunt dulces, vt radix illa similis carduo, & mandragora, nō valet ergo tñ ex dulci & pingui nu trimur, ergo alij sapores sunt vt priuationes, & præter naturam, & per hic soluuntur argumēta principaliter addu&ta, cū dicis plantæ nutriuntur, & nō dulci, quia carent gustu, dico q nutriuntur translatione quadā dulci, quia nutriuntur ex illis, quæ habent consimilē mixtionē, talia aūt sunt dulcia plantis. Erat secunda dubitatio, quia fructus in principio nutriunt & sunt insipidi, & ita absinthium nutrit & est amarum, dicit Galen. q illi fructus non nutriunt, cum sint insipidi, de absinthio inquit, q absinthiū nutrit, cum dicis est amarū, dicit ipse q non est simpliciter amarū, sed est astringens, ideo absinthium cum non sit simpliciter amarum nutrit. Sed est dubitatio, quia & si absinthiū sit adstringens non est tñ dulce, quō ergo pōt nutrire eum careat dulcedine, et quia dicit, q insipida non nutriunt, non videtur verum, quia pituita est insipida & nutrit tēpore famis, ita ex vino austero, qđ nō est dulce nutrimur, quid ergo dicit Galen? Ideo dico secundū Arist. q duplex est nutrimentū ex secundo de anima, vnum est actu nutrimētum, aliud vero est potētia nutrimentū, actu nutrimentum est pars rei, vnde nutrimētū carnis est caro ipsa, sed dices cū caro est, non est amplius nutrimentum carnis. Dicō, q in illo primo esse, cum pars carnis apponitur carni, caro est tunc alimentū carnis, quia reponit partem deperditā, in reliquo tēpore vero tunc illa caro non est amplius nutrimentum. Aliud est nutrimentū potētia, & hoc est triplex, vel est alimentum potentia proxima, vel potentia remota, vel potentia media, alimentum potētia proxima est sanguis, ideo dixit Arist. vltimū alimentum. s. potentia est sanguis, alimentum potentia remotissima est vt panis, absinthium, alimentum potentia media est vt chilus, cum ergo Arist dicit q ex dulci alimēto nutrimur, non intelligit de alimēto actu, quia multæ sunt partes viuentium amaræ, & alimentum actu illarum partium est amarum, quia est eiusdē speciei, nec intelligit de alimēto potentia remotissima, qa stat q aliqđ alimentū potentia remotissima nutriat, & sit amarum, vt absinthium, sed intelligit q nutrimur ex alimento dulci potentia pxima, vel media, vt est sanguis & chilus, qui sunt dulces, ideo Galen. non intellexit verba Arist. quia Gal. credebat Arist. loqui de quolibet alimento & actu & potentia proxima & nō remota. De tertio cum dicimus pisces nutriuntur ex aqua salsa, ergo. Dicit Galen. q in mari non est tantum aqua salsa, sed est aqua dulcis, & Arist. docuit nos separare aquam dulcem à salsa, illa tamen aqua dulcis est corpus mixtum, ideo inquit Galen. in mari mortuo, vt in lacu palestino iudeo, cum aqua illa simpliciter sit amara, non possunt nutriri pisces in illa aqua, nec etiam plantæ propter sui crassitiem, & amaritudinem, cum dicimus multæ plantæ habent partes amaras, ergo ex amaris saporibus nutriuntur, quia vnumquodque ex suo simili nutritur, dicemus infra, pro nunc dicamus quòd illis partibus amaris illud nutrimentum est dulce, quia habet similem mixtionē cum illis partibus, licet simpliciter non sit dulce.

Nota q Galē. alio modo loquitur de sapor bus, & aliomō Arist. quia Galen. de his loquitur in respectu, Arist. vero ex sui natura licet præceptor cōfundet.

Lectio XXXII.

VIT tacta dubitatio an ex solo dulci nutriantur animalia, dixi q erat sententia Aristotelis q ex solo dulci nutriuntur animalia, Hyppocrates cum Galeno dissentiunt ab Arist. quia animalia cum constent ex quatuor humoribus, & cum duæ sint biles. s. flaua bilis, & amara bilis, quæ sunt amaræ, ex amaris ergo nutrimur. Galen. tamē quarto de simp. med. dixit quòd ex solo dulci nutrimur, vel ex alijs saporibus commixtis sapori dulci.

Occasione huius dicti oritur dubitatio an ex solo sanguine proximè & immediate nutriantur partes animalium? Primo videtur q non ex Galeno de virtutibus naturalibus secundo, vbi inquit quòd ventriculus nutritur ex chilo, & Galen. dixit quòd duo sunt nomina apud græcos chilus & chimus, chimus significat saporem, chilus vero significat succum quendam constantem, aliquando tamen chimus & chilus idem significant, cum dicit q ventriculus nutritur ex chilo. i. ex succo, qui quidē succus non est sanguis, & declarat Galen. q ventriculus nutriatur ex chilo, qa inquit ventriculus retinet partem chili, & in ipso fit prima coctio, & dum transmittit aliam partē intestinis assimilatur chilus sibi, dum vero ab intestinis ad epar transmittitur, tunc chilus conuertitur in substantiā vētriculi, cū chilus ergo non sit sanguis, & ex eo nutriatur vētriculus, ergo oēs partes corporis immediate nō nutriunt ex sāguine. Scđo qa dicit Arist. 2. de generatione aīaliū, & 3. de natura aīalium inqt q ossa nutriunt ex medulla, quæ medulla nō est sanguis, ideo oīa membra immediate nō nutriuntur ex sanguine. Et tēpore famis nutrimur ex pituita vt diximus, & tñ pituita ipsa nō est sanguis, ergo nō solū ex sāguine nutrimur, et qa dicūt medici q nutrimur ex quatuor humoribus secūdis, vt Auic. prima primi cap. de humoribus, quæ vocant ros, cambium, glutē, & qualitas innominata, illæ humiditates specie differunt à sanguine, ergo nō ex solo sanguine nutrimur. Cōfirmatur rōne, qa mēbra in animali differūt specie, & materia gñationis illorū mēbrorū differt specie, iō & materia nutritionis illorū debet esse diuersa specie, qa eadē est materia nutritionis, & gñonis, q aūt materia generationis illorum mēbrorum differat specie, qa dicimus q aliqua mēbra generant ex parte spermatica, & talia cum scinduntur nō possunt regenerari, qa deficit materia, aliqua mēbra sunt generata ex sanguine melācholico, aliqua ex sanguine pituitoso, aliqua ex bilioso, ideo mēbra, quæ generātur ex sanguine bilioso, sanguis biliosus erit nutrimentū, & & ita de aliis mēbris. Scđo qa non reperitur sanguis purus in vena, quia cōmiscent illi humores sanguini, ergo illi humores nutriūt, qa vena est pximū instrm nutritionis, si illi humores commixti sanguini non nutrirent, essent ergo superflui, natura ergo frustra commisisset illos humores sanguini. ideo nedum ex sanguine nutrimur, sed etiam ex aliis humoribus.

An ex solo sanguine nutriantur animaliū partes.

In oppositum est Arist. quia dicit, quòd tantum ex solo sanguine nutrimur, & reddit ratioñe, qa ita est de calore extraneo sicut de interno, sed calor extraneus attrahit partẽ subtilẽ & dulcem, ita ergo calor internus attrahit partem subtilem & dulcem relinquẽdo partes crassiores & amaras, sed talis pars subtilis, & dulcis est sanguis, ergo ex solo sanguine nutriuntur partes animalium. In hac difficultate sunt duo modi dicendi, primus est Hyppocratis, qui dicit ꝙ ex omnibus humoribus simul commixtis nutriuntur viuentia, quia proxima materia generationis animalium sunt quatuor humores, ergo & proxima materia nutritionis sunt quatuor humores simul commixti, quia bilis seorsum existens in conceptaculo epatis non nutrit, nec atra bilis nutrit, sed commixti nutriunt illi humores, huic sententiæ consentit Galenus secundo libro elementorum in fine, vbi inquit, licet probabilis sit opinio philosophorũ ꝙ ex solo sanguine nutriamur, probabilior tamẽ est opinio Hyppocratis ꝙ ex omnibus humoribus commixtis nutriantur membra omnia animalium, & pro hoc attulit duas rationes, quia inquit, si omnia membra nutrirentur ex sanguine illa membra non differrent specie, quia 12. Metaphy. cum sit idem agens & materia eadem, quod consurgit etiam est idem specie, si ergo materia nutritionis omnium membrorum esset eadem, cum agens. s. calor innatus sit idem, ergo omnia membra erunt eiusdem speciei & temperaturæ, quod non apparet, quia membra sunt diuersa specie. Secunda ratio si vena secetur apparet ibi bilis cõmixta sanguini, nutriebat ergo & ipsa sanguini cõmixta, quia vena est instrumẽtum nutritionis, ita in pharmatijs, ipsæ attrahunt à venis familiarem humorem, vt puta pituitam, deinde bilem, in venis ergo commixti erant illi humores, huic opinioni cõsentit Auic. prima primi ex sententia Galen.

Sed ego obijcio huic opinioni, & mihi videtur ꝙ ista opinio non possit defendi, primo ex ratione Aristotelis, qa inquit, similis est de calore intraneo, sicut de extraneo, sed calor extraneus attrahit partem subtiliorem, & dulciorem, relinquendo amaram, & crassam, ergo & calor intraneus attrahit partẽ dulcẽ, quæ est sanguis, & relinquit partem amaram & crassam, quæ sunt alij humores, ex solo, ergo sanguine nutriuntur partes animalium. Etiam quia Galen. nõ videtur sibi constans, quia quarto de simp. med. dicebat, quòd oĩa aluntur dulci, qa dicebat oĩa nutriũtur ex eo, quod habet consimilẽ mixtionẽ illis, illud tale est dulce illis, cũ bilis aũt, & atra bilis sint amara, & non dulcia aliquo pacto, qũo ergo possunt nutrire.

Secũdo, quia ex sententia Galeni & Auicen. nulla animalia generãtur ex atra bile, nec ex flaua bile, nec vermes, nec alia, ergo nec ex flaua nec ex atra bile nutriuntur, quia eadem est materia generationis, & nutritionis. Tertio quia Arist. iij. de natura animaliũ, & ij. de partib. aĩaliũ dicit ꝙ animalia quę carẽt felle sunt lõgioris vitę, vt cerui, qa bilis est inimica naturæ, si bilis est inimica naturę, qũo ergo põt nutrire partes viuentiũ. Est ẽt argm̃ hoc, qđ vř nõ posse solui, qa nutritio debet esse cõcoctio qdã, q̃ sit tẽperata illi naturę, bilis aũt vtraque concocta nimis est, quia vtraq; gñat̃ ex nimia assatiõe, si nimis cõcocta nõ põt nutrire, qa excedit naturalẽ temperiẽ coctionis, nec põt amplius cõcoqui bilis, quia apud medicos, quod vna vice cõcoctũ fuit nõ põt amplius fieri crudũ, qa à priuatione ad habitũ ĩpossibilis est regressus, cũ ergo bilis fuit nimis cocta nõ põt ergo amplius cõcoq, & sic nõ põt nutrire. Etiã stante tẽpore famis pituita nutrit, & tñ nõ permutatur in quatuor humores, qa pituita nõ transit in pituitam, ꝙ aũt pituita non possit trãsire in pituitã probo, quia oĩs transmutatio est à contrario in contrariũ, si dicas pituita remanet, & illa nutrit, ergo pituita poterat nutrire absque ꝙ trãsmutet̃ in sanguinẽ, qđ tñ & ipsi dicũt falsum esse, dicũt. n. pituitã nõ posse nutrire nisi trãsmutet̃ in sanguinẽ, si pars pituitæ, quę remanet nutriat & non sit trãsmutata in sanguinẽ, pituita ergo poterit nutrire ẽt nõ trãsmutata ĩ sanguinẽ. Etiã cũ tale cõmixtũ nõ sit nisi aggregatũ ex quatuor humoribus, & tale cõmixtũ nutrit, ergo & oẽs humores separati nutriũt, qa tale aggregatũ nõ est nisi illi quatuor humores, si illud nutrit ergo & oẽs quatuor humores nutriunt separatim, oppositũ tñ dicũt ipsi medici, qa dicũt ꝙ oẽs humores mixti nutriũt, non aũt separati possunt nutrire. Ideo mihi videt̃ ꝙ opinio Arist. sit verior, ꝙ ex solo dulci nutriamur, & ita ex solo sanguine nutriũtur oĩa mẽbra viuẽtiũ, ideo in lib. de hyst. animaliũ inquit Arist. ꝙ vltimũ alimentũ est sanguis, & dixi ꝙ simpliciter sanguis nõ est vltimũ alimentũ, qa vltimũ alimentũ carnis est caro ipsa cũ apponit carni, qa alimẽtũ debet restaurare partẽ deperditã, pars deperdita est caro, ideo vltimũ alimẽtũ est caro, sed sanguis appellatur vltimũ alimentũ potẽtia, qa vt dixi aliqđ est alimentũ potentia, aliud est actu, alimẽtũ potẽtia est triplex. s. potẽtia remotissima, proxima, & media, dicit ergo ꝙ sanguis est vltimũ alimentum potẽtia & nõ actu. Eandẽ sententiã habuit in de somno & vigilia, vbi inquit ꝙ mẽbra nutriũtur ex sanguine, & inquit ꝙ cãbiũ, qđ est substãtiæ maxime pituitosæ nutrit̃ ex sanguine. Etiã qa secũdo de partibus animaliũ, vbi ponit tres cõpositiones animaliũ, & dicit ꝙ aliqua est cõpositio animaliũ ex partibus dissimilaribus, vt cũ animal cõstet ex pede manu & cęteris partibus instrumẽtalibus, alia est cõpositio ex partibus similaribus. s. ex carne & neruo. Tertia est cõpositio partiũ similariũ ex elemẽtis, si aũt mẽbra generent̃ ex quatuor illis humoribus & nutrirẽtur. Arist. debuisset dicere partes similares fieri ex quatuor humoribus, & nõ dicere ex elemẽtis. Huic opinioni cõsentit Galen. 5. de vsu partiũ, & sic Galen. est bilinguis, dicit. n. ꝙ vtraq; bilis per se non nutrit, qa flaua nõ nutrit, cuius signũ, qa flaua bilis nõ trãsmittit̃ p venas cũ sanguine, & si flaua bilis nõ nutrit, ergo nec atra, si ergo vtraq; bilis non nutrit, ergo ex solo sanguine nutriuntur partes animalium. Etiã quia 4. de simp. med. dixit Galen. ꝙ ex solo dulci nutrimur, qa inquit nutrimur ex eis quæ habent consimilem mixtionem nobis, talia autem sunt nobis dulcia, tantum quia ex dulci nutrimur, & tale dulce est sanguis, ex solo ergo sanguine nutrimur. Etiam secundo, de

virtu-

virtutibus naturalibus dixit Galenus, quòd sanguis solus est humor, quia vtraque bilis est excrementũ sanguinis, quomodo ergo potest nutrire, etiam inquit, quòd pituita non est simpliciter excrementum vt vtraque bilis, ideo ex ipsa cum perfecte concoquitur, possumus nutriri, quia transit in sanguinem, ideo natura non demandauit pituitæ aliquod vas sicut aliis excrementis, quia pituita est, vt sanguis semicoctus. Huic opinioni consentit Auerroes stimulus Galeni secundo colliget, vbi argumentat cõtra Galenum, non citat tamen verba Galeni, & dicit ex solo sanguine nutrimur. Sed dices, licet ex solo sanguine nutriamur, an tempore necessitatis potest nutriri ex illis quatuor humoribus, quia nutritur viuens etiam ex excrementis. Sed aduersus ipsum est argumentum iam factum, quia cum nutritio præsup ponat coctionem temperatam, ideo dico, quòd nullo modo viuens potest nutriri ex illis quatuor humoribus, nec etiam tẽpore necessitatis, si dicas quid fiet de membris, dico quòd contabescunt, & sic corrumpuntur, ex mente Aristotelis ergo, & Auerrois ex solo sanguine nutrimur.

Sed est alia dubitatio, quia cum duplex sit sanguis, vnus venosus, alius arteriosus, ex quo sanguine nutritur animal? ratio dubitationis, quia videtur quòd sanguis contentus in venis sit vltimum alimentum, quia vena est instrumentũ nutritionis, sanguis verò qui est in arteria, cum arteria non sit instrumentum nutritionis, videtur quòd non possit nutrire. Galenus vj. de vsu partium soluit hanc dubitationem, & inquit, quòd omnia ferè membra nutriuntur ex sanguine venali, aliqua tamen laxa & mollia, vt pulmo ex sanguine contento in arteriis nutriuntur, & per hoc soluuntur argumenta in oppositum adducta.

Et ad primum cum dicimus ventriculus nutritur ex chilo, Galenus iiij. de causis simp. videtur aduersari sibi ipsi, quia ibi inquit, quòd ventriculus nutrit ex sanguine, ideo dicatis si ventriculus nutritur ex chilo, chilus conuertitur in sanguinem, à quo? à calore substantiali ipsius ventriculi, si non placet hæc opinio, dicatis quòd Galenus recedit à mente Aristotelis, & aduersatur sibimet, quia ventriculus ex chilo non nutritur. De secundo, quia os nutritur ex medulla. Dico, quòd medulla est eiusdem speciei cum sanguine, differt tantum accidentaliter, si dicas, alimentum debet esse simile ei, quod nutritur sed os est complexionis frigidę & siccæ, medulla verò, quæ est veluti sanguis, calida & humida erit, quo ergo os potest nutriri ex illa medulla, vnde inquit si percutiãtur aliqua ossa ita sunt dura quòd mittunt ex percussione scintillas, quomodo ergo ossa nutriuntur ex medulla. De primo, dicatis quòd medulla habet tantam similitudinem cum osse, quòd ipsa potest nutrire ossa, quia non requiritur quòd nutrimẽtum sit omnino simile, sed sufficit, quòd medulla illa facta crassior & alba à substantia ossis habeat tantam similitudinem cum osse, quòd ipsa possit esse nutrimentum, licet ipsa sit calida & humida, & os frigidum & siccum. De secundo dico, quòd in omnibus ossibus est medulla, quod verò Aristoteles dicit, quòd in aliquibus est medulla, intelligit manifestè, quia non est cauitas manifesta in illis ossibus sicut in aliis, in qua contineatur medulla, in omnibus tamen ossibus sunt porositates in quibus medulla cõtinetur, ita omnia ossa ex medulla nutriuntur. Ad aliud, quia ex pituita tempore famis nutriuntur, dico quòd ex pituita immediate non nutriuntur, quia prius transmutatur in sanguinem, remotè autem ex illa dicuntur nutriri. Ad aliud quia ex Auicenna nutrimur ex illis quatuor qualitatibus secundis, quæ differunt specie à sanguine. Dico, quòd apud Arist. illæ quatuor qualitates specie nõ differunt à sanguine, sed tantum accidentaliter, ideo ex solo sanguine secundum rei veritatem nutrimur.

Lectio XXXIII.

ERAT quinta ratio, ꝙ non omnia membra nutriuntur proximè ex sanguine, & erat ratio Galeni in secundo de elementis, membra eiusdem animalis specie differunt, quo ad temperaturam, & sanitatem, ergo & materia illorum differt specie, ergo & materia nutritionis illorum specie debet differre. Dico, quòd licet illa membra differãt specie quo ad temperaturam, materia tamen generationis illorũ membrorum non differt specie, quia materia generationis omnium talium membrorum est sanguis, cum dicimus, ergo membra differunt specie quo ad temperaturam, concedo, cum dicimus de materia generationis differt specie, si intelligas, quòd substãtialiter differat specie falsũ est, si intelligas, quòd differat accidentaliter talis materia generationis, verum est, quia ex sanguine secundum vnam partem generatur vnum membrum, secundum aliã partem subtiliorem generatur alia pars, ita necesse non est, quòd si illa membra sint differentia specie, quòd materia nutritionis differat specie, quia ex eodem sanguine facto magis crasso generantur mẽbra malencholica, ex subtiliori sanguine generantur membra magis cholerica, ideo potest dici quòd ex quatuor humoribus generatur corpus immediate non actu, sed potentia, quia illi quatuor humores potentia continentur in sanguine, id est faciliter possunt generari ex sanguine, cũ ergo dicimus ex xij. Meth. si materia est eadem, & agens idem specie, effectus erunt idem specie, sed materia omnium membrorũ est eadem, quia sanguis, agens etiam idem est, scilicet virtus generatiua, ergo omnia membra erunt eiusdẽ speciei. Dico quòd materia generationis non est omnino eadem, quia differt accidentaliter, ideo materia nutritionis proxima erit sanguis, quia & ipse est materia generationis omnium membrorum, differens tantum accidentaliter. Ad secundum dico, ꝙ si corpus humanum sit perfecte sanum non commiscentur illi humores in venis, quia sanguis expurgatur ab epate ab illis superfluitatibus si corpus sit temperatum, si verò corpus humidum non si perfectè temperatum sit commixtio humorum cum sangui-

ne

ne in venis ex accidenti, quia calor naturalis agens in partem subtiliorẽ sanguinis existentis in vena eam conuertit in bilem, & crassam conuertit in melancholiam, & sic ibi sunt superflui, quia ergo in corpore perfectè sano non commiscentur illi humores in vena cum sanguine, ideo & ipsi humores non nutriunt, ex solo ergo sanguine nutrimur. Quod verò dicimus, quod aliqua membra generantur ex spermate, quæ non possunt restaurari, aliqua verò ex sanguine, hoc est falsum apud Aristo. quia omnia membra generantur ex sanguine, quia sperma est causa actiua, quod non potest esse pars, quia ille spiritus existens in spermate, euanescit in generatione, quia facta generatione amplius virtus spermatis non existit, nec verum est, quod dicunt, quòd ex spermate parentum generent talia membra, ideo non possunt restaurari, quia si ex spermate parentum generarentur, ex illo etiam nutrirentur, quod est falsum. Ideo dico, quòd illa membra non possunt regenerari, si abscindantur, non quia sint ex spermate parentum generata, sed quia sunt exanguia, & habent paucum caloris innati, & quia talis paucus calor non est sufficiens pro restauratione, ideo non regeneratur, os enim si abscindatur non regeneratur, quia habet paucum calorem, ita de neruis & chartilaginibus, vnde si chartilagines, & similia à puero abscindantur regenerantur, quia habent plus caloris, in aliis verò non, quia talia membra habent paucum calorem, vt etiam dicit Galen. restat ergo opinio Arist. ꝙ ex solo sanguine nutriamur.

Est vltima dubitatio de numero specierum saporum. prima dubitatio, an sapor dulcis & amarus sint principia & elementa aliorum saporum, vt hic videtur innuere Arist. & secundo de anima, quia inquit, vt ex albo & nigro generantur cęteri colores, ita ex dulci & amaro generantur alij sapores, est dubitatio, quia si dulce & amarum sint principia omnium saporum, omnes ergo sapores deberent nasci ex commixtione illorum, quod tamen non apparet, vt in fructibus maturescentibus, cum sint incipidi & acidi nõ fiunt ex commixtione dulcis & amari, imo dulcedo in illis fructibus sequitur alios sapores, & nulla amaritudo præcedit illos sapores, non sunt ergo dulce & amarum principia aliorum saporum. Theophrastus vj. de causis plantarum aduertẽs hanc dubitationem dixit, quòd hoc nomen principium dicitur æquiuocè, & maxime dupliciter, vno modo propriè, alio mõ impropriè, principium propriè est ex quo fit aliquod propriè, alio modo dicitur de eo, quod se habet secundum quandam coordinationem partium, & hoc est quod dicit Arist. xij. Meth. quòd impropriè dicimus aliquod fieri ex alio, cum vnum sequatur post aliud, sicut cum dicimus, ex die sequitur nox. i. post diem sequitur nox, & ex tenebra fit lux, & Theophra. nihil dicit, credo quòd vult dicere, ꝙ dulce & amarũ sint impropriè principia aliarum specierũ, quia post illa. s. dulce & amarum sequuntur alij sapores.

Sed hæc solutio habet manifestam instantiam, ꝙ ita amarus sapor & dulcis fiunt post alios, sicut & alij sapores fiunt post istos, ergo cęteri sunt ita principia aliorum, sicut illi duo principia aliorum, quòd autẽ dulcis sapor & amarus fiant post alios, patet, in fructibus maturescentibus, quia post acidum saporem sequitur dulcis sapor & amarus, non video ergo rationem diuersitatis, cur magis dulce & amarum sint principia aliorum saporum quàm econtra. Ideo Galenus quarto de simplici med. dicit, quòd isti sapores appellantur principia aliorum saporum, secundum tẽperaturam si aliqua causa est vera, illa est vera, quia inquit temperamentum naturale saporis, est commistio humidi cum sicco, dulcis sapor consistit in temperamento humido & sicco, amarus verò sapor consistit maxime in temperamento sicco, cum ergo isti sapores habeant tẽperaturam maxime contrariã, quia dulcis est in cõmixtione humidi cum sicco à prędominio, ergo erunt maxime cõtrarij isti sapores inter omnes species saporum.

Sed hæc opinio Galeni auget dubitationem, quia sapor in extremè distemperato in siccitate est amarus, sapor verò in extremè distemperato quo ad humiditatem est sapor acidus, sapor verò dulcis non est in distemperatè humido, sed in temperato humido cum sicco, magis ergo opponuntur sapor acidus & amarus quàm dulcis & amarus, quia acidus & amarus sunt extremi secundum temperaturam, dulcis verò vt medius est, sicut duo vina magis extremè contrariãtur ad inuicẽ, ꝙ illa virtute, ita acidus & amarus magis opponuntur inuicẽ ꝙ dulcis & amarus, quia dulcis sapor est vt medium. Secundo & fortius, quia dulci opponitur maxime acidus secundum istam opinionem, quàm sapor amarus dulci, quia sapor sequitur cõmixtionẽ humidi cum sicco rõne humidi, ergo ille sapor, qui est in distemperamẽto magis humido, magis opponitur sapori dulci, qd sequitur cõmixtionẽ humidi temperati cum sicco, talis est acidus, quàm sapor, qui sequitur distemperamentum in sicco, vt est amarus, magis ergo acidus sapor opponitur dulci, quàm amarus dulci, cuius oppositum dicebatur.

Tertio, quia non omnis amaritudo sequitur ex distemperato sicco, quia aliqua sunt amara ex frigiditate ipsa & non est siccitate, quia Theophr. vj. de causis plantarum dixit, quòd lupini sunt amari ex frigiditate, cuius signum, quia seminantur post collectionem tritici, sunt etia incoctiles. i. difficulter cõcoquuntur. s. ex eorum frigiditate, non ergo omnis sapor amarus est ex nimia distemperantia in siccitate, quia aliquando sequitur frigiditatem. Etiam de opio qui est frigidum, & tamen insequitur amaritudo, quia est amarissimum, quod sit frigidum patet, quia sui frigiditate est nobis venenum & interficit, non ergo quo ad temperamentum saporis, amarus maxime opponitur dulci, si dicas, Galenus dicit, ꝙ omne amarum est calidum, dicatis quòd falsum est, quia aliquando amarum sequitur frigiditatem, vt dixit Theophr. de lupinis, qui sunt frigidi, & sunt amari, fortè dicetis, quòd Galenus dixit, ꝙ omne exactè amarum est calidum, talia autem vt lupini non sunt exactè amara, ideo fuit alius modus dicendi expositorum Latinorum hic, & ij. de anima, quia dicunt, ꝙ Arist. ij. de anima comparat sapores non in se, sed ad sensum ipsius gustus, sicut loquitur de albo & nigro,

quia de illis reſpectu viſus loquitur, & cum dulcis ſapor inferat maximam lętitiam, amarus inferat guſtui maximam triſtitiam, ideo quo ad guſtum ſunt maxime contrarij, ſed iſta opinio non videtur vera, quia Ariſt. loquitur hic de dulci & amaro ex ſui natura, licet in ſecundo de anima loquatur de dulci & amaro reſpectu ſenſus, hic tamen de illis ſecundum ſui naturam loquitur, & dicit, quòd dulce & amarum ſunt principia omnium omnium aliorum ſaporum. Etiã non eſt verum, quòd maximam inferat triſtitiã amarus ſapor, & dulcis maximam delectationẽ, ideo ipſi ſapores ſint maximè contrarij, quia xxij. problemarum. xix probl. dixit, quòd illud ſenſibile, quod maxime oblectat ſenſum eſt medium, & non extremum, quia ſenſus corrumpitur ab excellenti ſenſibili, ideo viride maxime oblectat ſenſum viſus, ſi ergo dulce maxime oblectat guſtum, eſt ergo medium inter alios ſapores, quomodo ergo extreme opponitur amaro. Etiam eadem ratione Ariſtot. debuiſſet ponere colorem viridem & album eſſe maxime contrarios vel nigrum, quia viridis color maxime oblectat viſum, album & nigrum maxime inferunt triſtitiam in ipſo viſu, debebat ergo ponere viridem colorem & album vel nigrum extreme contraria, & non album & nigrum. Ideo domini non audeo contradicere Ariſtoteli, audeo tamen dicere, quòd cauſam ignoro, cur hoc Ariſt. dixerit, quia ſi illi ſapores debent eſſe maxime extremi, quòd ſequuntur extremas temperaturas, ſic acidus & amarus erunt maxime cõtrarij, quia vnus ſequitur diſtemperantiam in humido, alius verò in ſicco, cogitabitis & vos, ego libenter addiſcerem à quolibet veſtrum.

Quot sũt ſpecies ſaporum. Eſt ſecunda dubitatio quot ſint ſpecies ſaporum, & ratio illarum ſpecierum in numero, Galenus in de ſimp. med. ſequens Theophraſtum in ſexto de cauſis plantarum, & Theophr. ſecutus eſt Platonem in hoc & reliquit Ariſtotelem præceptorem ſuum, inquit ergo Galen. ſi conſideremus ſapores ſecundum ſubſtantiam, incomprehenſibiles ſunt ſapores, quia ſecundum diuerſas materias ſubiectas variantur ferè in infinitum ipſi ſapores. Auicenna ſecutus hanc opinionem 2. canone. cap. 3. enumerauit. Nouem ſpecies ſaporum ſecundum materiam ſubiectam inquit ergo Auicenna, quòd triplex eſt materia, vel enim eſt craſſa, vel tenuis, vel media, ſi eſt craſſa vel eſt calida, vel frigida, vel temperata, ſi calida eſt amarus ſapor, ſi frigida ponticus ſapor, ſi temperata dulcis, ſi verò ſubſtantia ſit tenuis, vel eſt calida, vel frigida, vel temperata, ſi calida & tenuis eſt acutus vt piper, ſi frigida eſt acris, vt ſapor aceti, ſi temperata pinguis, ſi verò ſubſtantia ſit media inter craſſam & tenuem, vel erit calida, vel frigida, vel media, ſi ſit calida ſit ſapor ſalſus, ſi frigida ſtipticus. i. adſtringens, ſi verò temperata ſit ſapor inſipidus, & ſic ſecundum ſubiectam materiam Nouem erunt ſpecies ſaporum ſecundum Auicennam.

Si verò inquit Gal. loquamur de ſapore non ſecundum materiã ſubiectam, ſed in ordine guſtus, ſic ſunt ſeptem ſpecies ſaporum, vel quinque ſpecies principaliter, vt dicit Plato in Thimęo, & Theophra. vj. de cauſis plantarum, prima ſpecies eſt adſtringes ſapor, qui exliccat linguam, & exſiccando contrahit, & iſte ſapor diuiditur in auſterum & acerbum, & Auicenna vocauit iſtos ſapores ponticum & ſtipticum, alia eſt ſpecies, quæ diuiditur in amarum & ſalſum ſaporem, quia non cõtrahunt linguam, ſed relaxant, ideo ſunt maxime contrarij illis tertia ſpecies eſt acutus qui linguam corrodit, vt eſt piper, & eſt calidus, quarta ſpecies ſaporis eſt, qui corrodit etiam linguam, ſed non ratione caliditatis, ſed frigiditatis vt acidus ſapor. Alius eſt ſapor qui liberat linguam ab omni ſpecie, & talis eſt ſapor dulcis, & ſic ſunt quinque ſpecies ſaporum principaliter numerando ſpecies ſaporum in reſpectu ad guſtum. Sed eſt dubitatio de ſapore inſipido, quia Auicenna numerauit ſaporem inſipidum in numero ſaporum, ſub Nona. n. ſpecie ſaporis cõtinetur. Secundo, cuius ſpeciei eſt ille ſapor, qui appellatur mordicans, & dicimus, il piccante, & Galli laudant talem ſaporem in vino, & laudandus eſt talis ſapor in vino. Tertio, quia nullus modus videtur ſufficies, quia vt inquit Galenus, ibi cum philoſophus conſideret cauſas rerum abſolutè, philoſophus ergo naturalis debet inuenire numerum ſpecierum ſaporum ex cauſis eſſentialibus, inueniuntur autem ſpecies ex contrarijs effectibus reſoluendo in cauſas contrarias eſſentiales. 4. Meth. deberemus ergo numerare ſpecies ſaporum ex cauſis eſſentialibus ſaporum, & non in ratione guſtus. Etiam quia Auicenna in alio errat, quia poſuit amaritudinem & ſapores ſequi qualitates primas, quia dixit, amaritudo ſequitur ſubſtantiam ſpiſſam, craſſam, & calidam, hoc eſt falſum, quia amarum aliquando ſequitur frigiditatem, vt dixit Theophr. de lupinis, & dulcedo aliquando ſequitur frigiditatem, vt in mandragora, ſapores ergo non ſequuntur qualitates illas actiuas, & dulcedo in lacte ſequitur friditatem, in melle caliditatem. Etiam ponticus & ſtipticus nõ differunt ſpecie, ſed tantum ſecundum magis & minus, vt dixit Galenus cum Platone, quid ergo dicit Auicen. quòd differunt ſpecie? De primo dico, quòd ſapor inſipidus non eſt ſapor, ſed eſt priuatio ſaporis, ideo Ariſtot. non enumerauit inter ſapores, quia non debet enumerari priuatio inter habitum, ideo prrperam fecit Auicenna, qui enumerauit ſaporem inſipidum inter ſapores. De ſecundo dico (& hoc aduerti dũ legebã quartũ librũ Gal. de ſimp. med. cap. 14.) quòd illa mordacitas eſt ſolutio continui, quia cum vinum illud ſit tenuium partium cito tranſit per poroſitates linguæ & palati, & cauſat talem mordacitatem, & mordacitas aliquando ſequitur caliditatẽ, vt in pipere, aliquando frigiditatem, vt in aceto, & forte in tali vino habente mordacitatem. De tertio dico, quòd ita mihi videtur, & Galenus etiam hoc aduertit, quia debemus ſumere cauſas ſaporum abſolutè, & non ſumere ſapores ratione guſtus, & ſic ſi ſumantur ſapores ſecundum temperaturam, videtur mihi quòd illa opinio ſit ſatis bona, quæ dicit quòd acidus ſapor & amarus ſunt maxime contrarij in ratione temperaturæ, quia acidus eſt à prædominio humidus, amarus verò à prędominio ſiccus, & ex iſti duobuss

duobus ſaporibus alij generantur, non ex illis actu commixtis. ſ. potentia.ſ.ex cauſis illorum ſaporum generantur alij ſapores medij, ſicut dicebamus de generatione mediorum colorum ex extremis, ſic finitum eſt cap.de guſtu.

Lectio XXXIIII.

VIT dubitatio tacta quotus eſſet numerus ſpecierũ ſaporis, dixi ex Theophraſto in vj. de cauſis plantarum, quẽ ſecutus eſt Gale. quarto de ſimp.med. dicebat Galenus, ꝙ poteſt conſiderari ſapor ſecundum materiam ſubiectã, ſic difficile eſt cõprehendere omnes ſpecies ſaporum, quia aliquis ſapor eſt vinoſus, aliquis dulcis, aliquis melleus, aliquis acerbus, ſic ergo ſcđm materiam ſubiectam incõprehẽſibilis ferè eſt numerus ſpecierũ ſaporũ: Auic.ij.can.cap.iij. dixit quòd ſecundum materiam ſubiectam nouem ſunt ſpecies ſaporum, quia ſubſtantia ſaporum, vel eſt tenuis, vel craſſa, vel temperata, ſi craſſa, vel eſt calida, vel frigida, vel temperata, ſi ſit ſubſtantia craſſa & calida, fit ſapor amarus, ſi frigida ponticus ſapor, ſi temperata fit dulcis ſapor, ſi tenuis ſubſtantia, vel eſt calida, vel frigida, vel temperata, ſi calida, fit ſapor acris, ſi frigida, fit acidus ſapor, ſi temperata, pinguis, ſi ſubſtantia ſit media inter craſſam & tenuẽ, vel erit calida, vel frigida, vel temperata, ſi calida, fit ſapor ſalſus, ſi frigida.ſapor ſtipticus. i.adſtringens, ſi tẽperata, fit ſapor inſipidus, & ſic ſecundum rem ſubiectam, cui inſunt ſapores ſecundum Auicennam nouem ſunt ſpecies ſaporum. Plato in Thymęo, quẽ ſecutus eſt Galenus quarto de ſimp. med. & Ariſtoteles hic quoquo modo dixerunt ſeptem eſſe ſpecies ſaporum in comparatione ad ipſam linguam, & non ſecundum rem ſubiectam, quia ſic incomprehenſibilis eſt numerus ſpecierum ſaporum, prima ſpecies eſt ſapor adſtringẽs, qui bifariam diuiditur, vnus appellatur auſterus, alter acerbus, & dicit ꝙ adſtringẽs ſapor eſt qui contrahit linguam, & contrahendo exſiccat, & exaſperat linguam, acer verò & acerbus differt ſecundum magis & minus, acerbus enim magis adſtringit, & eſt ille ſapor, qui inuenitur in fructibus immaturis, & maxime in piris ſilueſtribus immaturis ideo magis contrahit linguam & exaſperat quàm auſterum. Secunda ſpecies eſt nitroſus ſapor, & habet duas ſpecies ſecundum magis & minus differentes, & ſunt ſalſus ſapor & amarus, amarus ſapor magis afficit ipſam linguam quàm ſalſus ſapor, ambo tamen ſunt nitroſi ſapores, ſic ergo hucuſq; quatuor ſunt ſpecies ſaporũ, genus enim non ponitur in materia. Tertia ſpecies eſt acris ſapor, qui calidus eſt & linguam corrodit, & eſt coniunctus cum caliditate, vnde ſui caliditate maxime penetrat, vt inquit Galenus. Quarta ſpecies eſt, quæ appellatur acidus ſapor, qui & ipſe corrodit, & in hoc differt ab acri ſapore, quia acris ſapor eſt calidus. Quinta ſpecies eſt dulcis ſapor, qui maxime reducit linguam ad ſui naturalem temperaturam, vnde ſi eſt aſpera lenit, ſi frigida, reducit ad caliditatem naturalem, ergo ſeptem ſunt ſpecies ſaporum in comparatione ad linguam, quia auſterus & acerbus ſunt primæ duæ ſpecica, quę continentur ſub adſtringenti, adſtringens cum ſit genus, non ponitur in numero, vnde cũ dicimus homo & equus ſunt duo, & tamen ambę ſunt animal, animal ergo non ponit̃ in numero, deinde ſunt aliæ duæ ſpecies.ſ. ſalſus, & amarus. Quinta eſt acris. Sexta acidus. Septima dulcis ſapor. Dubitatur deinde de ſapore inſipido apud Auicennam, quia ipſe dixit, quòd erat ſapor. Plato tamen & Theophra. non enumerant inter ſapores, dixi, quòd inſipidus ſapor improprie eſt ſapor, quia eſt priuatio ſaporis, quia aqua dicitur inſipida, quia priuata eſt ſapore, ideo Auic. errauit ponendo inſipidum ſaporem inter ſapores. Dubitaui de ſapore, quem Galli laudant in vino, dixi quòd talis qualitas non eſt ſapor, ſed eſt qualitas tactus, quia ſapor ſui tenuitate penetrat linguam, quaſi ſoluendo continuum, quæ ſolutio continui non eſt paſsio guſtus, ſed tactus, ideo dixi, quòd talis qualitas quæ laudatur in vino, non eſt ſapor.

Fuit dubitatio difficillima, quia philoſophus naturalis debet conſiderare res ſecundum quod ſunt, philoſophus ergo naturalis debet conſiderare ſpecies ſaporum vt ſunt, & non, vt referunt ad guſtum, quomodo ergo Plato & Theophraſtus poſuerunt numerum ſaporum in cõparatione ad guſtum. Secundo, quia ex quarto Meth. contrarietas effectuum cõtrariorum præſumitur ex contrarietate cauſarum eſſentialium, ſed cauſæ eſſentiales ſaporis ſunt ſiccum & humidum, penes ergo iſtas contrarietates debere mus ſumere primam contrarietatẽ effectuum, ſapores ergo maxime contrarij ſunt illi qui ſequuntur illam oppoſitam contrarietatem, ſapor ergo ille, qui maxime ſequitur diſtemperamentum in ſicco, quia ſapor eſt paſsio humidi admixti cum ſicco, ratione tamen humidi, ſapor ergo ille, qui maxime ſequitur diſtemperamentum in ſicco, eſt amarus, quia ipſe eſt ſiccior omnibus ſaporibus, licet acris ſit calidior ipſo, maxime.n. opponitur ſapori, qui inſequitur diſtẽperamentum in humido, & talis eſt acidus, acidus ergo eſt ille, qui maxime opponitur amaro, & nõ dulcis, ideo dixi, quòd de facto mihi erat ignora cauſa; ob quam Ariſtoteles ponebat maximam contrarietatem inter dulce & amarum, fortè loquebatur ex communi omnium conſenſu, quia reieci omnes cauſas, ob quas poteſt videri, quòd maxima contrarietas inter ſapores ſit illa, quæ ſit inter dulce & amarum, quia aliqui dicebant, quòd amarum maxime offendit guſtum, dulce maxime delectat, dixi quòd in genere ſenſibiliũ illud quod eſt maxime delectabile non habet rationem extremi, ſed medij, vnde in genere obiecti auditus, illud maxime oblectat, quod eſt mediũ, quia corrumpitur ſenſus ab excellenti ſenſibili, q̃no ergo dulcis ſapor, quia maxime oblectat guſtũ, poteſt dici, quòd extremè opponatur amaro ſapori.

Quomodo verò componerẽtur ſapores medij ex extremis, dixi quòd ſapores medij non generantur ex extremis ſaporibus actu ibi inexiſtentibus, ſed cõſtant ex ſaporibus extremis potentia & virtute, ideo

oriun-

oriuntur ex commixtione cauſarum extremarum, ſicut dicebamus, quòd colores medij generabantur ex extremis, quia colores medij nō formaliter conſtaut ex extremis, ſed virtualiter. ſ. ex cauſis eorum, quia albus color fit ex commixtione aeris, niger verò ex opacitate terræ, ſecundum ergo admixtionem illarum duarum cauſarum generantur colores medij, ita ſapores medij generantur ex admixtione cauſarum ſaporum extremorum. *Eodem etiam modo de odoribus intelligere opus eſt*. Sequitur cap. de odore difficillimum, nedum in verbis Ariſtotelis eſt difficultas, ſed in re ipſa. Tranſit ergo Ariſtoteles à ſapore ad odorem, & prius intendit declarare, quod dixit ſupra in cap. de ſapore, quia ibi dixit, ſapor & odor ferè eſt eadem paſsio, ſed non in eodem, hic intendit declarare hoc, & dicit quòd perſimilis eſt generatio odoris generationi ſaporis, quia inquit, ſicut ſapor generatur ex ſicco terreo inſipido, dum permiſcetur humido aqueo, à quo recipit ſaporem, ita odor generatur ex ſicco terreo non inſipido; ſed habente ſaporem, dum permiſcetur aeri & aquæ, & quia tale ſiccū ſapidum abluitur ab humiditate, fit odoroſum, & inquit, iſta permixtio cum aere & aqua non eſt ſecūdum naturam propriam aquæ & aeris, quia inquit, ſi ſic, odor poſſet fieri ex permixtione cum ſicco terreo ſapido cum aqua ſine aère, ideo inquit, talis permixtio eſt cum aere & aqua, ſecundum naturam cōmunem, & quid intelligit Ariſtoteles per naturam communem aeri & aquæ, inquit Ariſtotelea, quòd hæc natura communis eſt multiplex, aliqua eſt natura communis uominata, ſicut dicebat ſupra, quòd aer & aqua ſecūdum naturam communem recipiūt imagines colorum, & talia natura communis eſt qualuas communis aeri & aquæ. ſ. perluciditas, & non intelligit Ariſtoteles hic naturam communem, vt Scotiſtę, volunt enim ipſi, quòd natura communis ſit communia non per participationem, ſed per indifferentiam, quia in decem hominibus ſunt decem naturæ communes, vt decem humanitates, ſed humanitas dicitur natura communis per indifferentiam, quia illa natura communis, quæ eſt in Socrate antequam contrahatur à ſingularitate, vel echeitate (vt ipſi dicunt) poteſt præſcindi per imaginea à Socrate, & ineſſe Platoni, quia ex ſe indifferēs eſt, licet ſit vna numero, contrahitur verò ab echeitate vniuſcuiuſque indiuidui, alia eſt natura communis aeri & aquæ, qua ambo recipiunt odores, & inquit Ariſtot. talis qualitaa eſt inuominata, quòd autē odor percipiatur in aqua, patet de piſcibus, qui odorant in aqua. Poſteriores tamen græci vt Alexander hic expreſſerunt illam naturam communem & appellauerunt diaſmos. Hermolaus Bar. traducens diaſmoa, dixit, perolacens. i. perodoraria, quaſi dicat per aerem & aquam tranſit imago odoris, & talia natura communis aeri & aquę ſecundum quòd ambo recipiunt odorem, eſt ſecundum ſuī ſubſtantiam, & de hac natura communi non loquitur hic Ariſtoteles, alia eſt natura communis aeri & aquæ, vt ex ipſis generatur ſapor, & talis natura communis eſt humiditas, quia aer & aqua ſunt humida, quia odor generatur ex ſicco terræ ſapido dum permiſcetur humido aqueo vel aerio, quia ſicut ſapor generatur ex ſicco inſipido terreo dum permiſcetur humido aqueo, quia diluitur ab ipſo humido, ita odor ex ſicco ſapido dum ab humido aqueo vel terreo diluitur. Ex quo ſequitur, quòd odor eſt natura poſterior ſapore, quia odor præſupponit ſaporem, non econtra, odor tamen eſt perfectior qualitas quàm ſapor, quia odor ſequitur perfectiorem temperaturam, quia ſequitur odor ſiccum terreum, vt magis decoctum à calore naturali quàm ſapor, ideo odor eſt perfectior qualitas quàm ſapor, natura tamen poſterior eſt odor quàm ſapor.

Lectio XXXV.

NON *enim ſolum in aere, ſed in aqua etiam odora exiſtit vis. etcę.* Declarat nobis Ariſtoteles generationem odoris dicens, quòd odor generatur ex ſicco terreo ſapido dum commiſcetur aeri & aquæ, non ſecundum propriam naturam, ſed ſecundum naturam communem, quæ natura communis non eſt perſpicuitas, nec qualitas innominata, ſed humidū, inquātū illa humiditas abluit & detergit ſiccum terreum ſapidum, ex qua albuitione fit odor, ergo hic declarare īntēdit ꝙ aer & aqua cōcurrāt ad generationem odoris, & quia odor eſt duplex, ſpiritualis. ſ. & realis, hic vult declarare quòd aer & aqua concurrant ad generationem ſpiritualis odoris, quæ generatio ſpiritualis odoris eſt receptio imaginis odoris in aere & aqua, declarat ergo quomodo aer & aqua conferant ad generationem odoris ſpiritualis, & dixit, quòd animalia, quæ ſunt in aqua, recipiunt odorem mediante aqua à longe, vt piſces, & habentia teſtam duram, & non mediante aere, quia piſces in profundo aquæ percipiunt odorem, & tamē in profundo aquæ non eſt aer, ita animalia, quæ ſunt in aere, recipiunt imagines mediante aere, ſed hoc non dixit in tex. quia reliquit tanquam manifeſtum. Sed Ariſtoteles remouet dubitationem, quia aliquis poſſet dicere, quòd omne animal olfacit mediante aere, & non mediante aqua, quia inquit Ariſt. animal quod olfacit in aqua, non olfacit mediante aqua, ſed mediante aere incluſo ipſi aquæ, omne ergo animal olfacit mediante aere, & nō mediante aqua, ſed Ariſt. dupliciter obijcit, primo, quia inquit, in profundo aquæ piſces percipiunt odorem, tamen in profundo aquæ non poteſt eſſe aer, quòd ibi non poſſit eſſe, declarat exemplo ſumpto ab vtre, quia ſi aere impleatur, ſupereminet aquę, ſignum ergo eſt, quòd aer non poteſt contineri in profundo aquæ, ideo talia animalia aquatilia non percipiunt odorem mediante aqua. Secundo, aīalia quæ percipiunt odorē mediāte aere, percipiunt inſpirando aerem & attrahendo, ſed animalia aquatilia & oſtracea non poſſunt inſpirare aerem, nec attrahere, quia carent pulmone, quæ autem carent pulmone, non inſpirant, nec reſpirant, ergo talia aquatilia non percipiunt odorem mediāte aere, ſed mediante aqua. Sed diceretis, quid dicit Ari-

Aristoteles? quia ego dicam, quòd animalia aquatilia non mouentur ad nutrimentum mediante olfactu, sed mediante visu percipiente nutrimentum à longè. Secundo, quia ostracea carent olfactu, quia habent tantum sensum tactus, quia sunt animalia imperfecta adhærentia terris, quæ à Græcis Zoophita appellantur, si carent olfactu, quomodo odoré percipiunt. Tertio, non est verum, quòd omne animal, quod percipit odorem mediante aere, inspirat aeré, & attrahat, quia animalia exanguia vt apes percipiūt odorem medianre aere, & tamen non inspirant aeré, quia carent pulmone, cum sint exanguia. De primo debetis dicere, quòd ista animalia mouentur ad nutrimentum rōne odoris, cū dicimus, percipiunt nutrimentum ratione visus, dico, quòd multa sunt animalia aquatilia, quæ carent visu, vt ostracea, & mouentur ad alimentum talia, ratione odoris mouentur ad nutrimētum. Sed cū dicimus, ostracea habēt tantū sensum tactus, dico, quòd forte sunt aliqua ostracea, quæ habent sensum olfactus, licet aliqua sint ostracea, quæ sensu tactus contentantur, possunt tamen esse aliqua, quæ habent sensum olfactus, & quæ sint ista ignoro particulariter talia. De tertio dico, quòd ratio Aristotelis non cogit, quia animalia exanguia percipiunt odorem in aere; & tamen non inspirant aerem, nec attrahunt, quid ergo dicit Arist? quia hac ratione vult reijcere, quòd animalia in aqua non percipiunt odorem, quia talia animalia non inspirant aerem, & Aristoteles loquitur secundū propriam operationem, nescio aliter dicere, nisi quòd ratio parum cogit, forte Aristoteles sumpsit hoc ex communi consensu philosophorum, q̄ omne, quod odorat mediante aere aerem inspirat. Cum declarauit nobis Aristo. quòd ad generationem spiritualis odoris cōcurrunt aer & aqua, vult ostēdere id, quod erat magis ad propositum, quòd aer & aqua concurrunt ad generationem odoris realis, quia odor fit ex sicco terreo sapido cum permiscetur aeri & aquæ, & inquit Aristoteles, quòd si odor generatur ex sicco terreo sapido, sequitur, quod sapor sit prior natura odore, quia omnis odor præsupponit saporem, vult modo probare, quòd sapor sit prior natura odore, & p̄bat ex declaratione naturę prioris in 5. Meth. quia dixit, illud est prius natura, quo ablato aufertur posterius, & posito posteriori, ponitur prius, hoc est dictu, prius est, à quo non conuertitur subsistēdi cōsequētia, q̄a animal prius est hoīe, ideo ablato animali aufertur homo, & posito homine ponitur animal, quia valet non est animal, ergo non est homo, & valet est homo, ergo est animal, prius ergo est id, quod si auferatur aufertur posterius, & posito posteriori ponitur prius, & Aristoteles probat modo, quòd sapor sit prior natura, quia inquit, quæcunque carent sapore, carent odore, & quæcunque habent odorem, habent & saporem, sapor ergo prior natura odore, quòd autem quæcūque careant sapore, careant odore, declarat Arist. quia inquit, corpora simplicia sicut carent sapore, ita carent odore, vnde aqua caret sapore, ita caret odore, aqua verò maris non est aqua simplex, sed permiscetur sicco terreo, ideo acquirit saporem, & sicut acquirit saporem, ita etiam acquirit odorem. Etiam terra caret sapore per se, si verò cōmisceatur cum humido aqueo fit sapor, & sic odor, & ita nitrum habet saporem, quod est cōpositum ex terra & aqua. Etiam quarto de simp. med. & nono eiusdem inquit Galenus, quòd sal est in triplici differentia, aliquod est fossile, aliquod est marinum, aliquod verò generatur in quibusdam stagnis habentibus salsedinem, fossilis dicitur, quia generatur in mineris metallorum, & ipse fit, cum terra permiscetur aquæ. Ita etiam dixit de nitro, quòd nitrum generatur ex permixtione terrę cum aqua, & inquit, ibi differt nitrum, nitri spuma, & aphonitrum, sic ergo nitrum generatur cū terra permiscetur aquæ, & Galenus posuit sal & nitrum in genere metallorum, quod tamen Arist. negauit tertio Mete. Et inquit Aristoteles, quòd sal, quia habet plus humidi aquei, ideo est maioris saporis, & ita maioris odoris quàm nitrum, quòd autem sal habeat plus humidi aquei declarat Aristoteles, quia inquit, sal funditur in oleo, & fit oleum (inquit Alexander) amarum, nitrum verò non potest ita fieri ex ipso oleum, ideo sal habet plus humidi, ita de lateribus i fornacibus, cum ab ipsis absumitur totum humidum, sunt insipidi, & inodorati, signum ergo est quòd sapor est ex sicco permixto aqueo, & odor ex sicco terreo sapido permixto aeri & aquæ, quia sapor est prior natura odore. Probat modo Aristoteles secundam partem, quòd quæcunque habent odorem, habeāt etiam saporem, quia inquit, quæcunque habent plus odoris, habent plus saporis, & quæ minus habent odoris, minus habent saporis, & hoc declarat in metallis, quia inquit, si comparantur plantę aquatiles plantis terrestribus, sicut habent minus odoris, ita minus saporis, plantæ verò terrestres, quia habent plus odoris, ita habent plus saporis, plātæ autem aquatiles sunt, quæ degunt in aquis, iste vir sciuit de omnibus, & reddit rationē, cur plantæ terrestres habeant plus odoris, quā aquatiles, ideo sunt odoratiores, & magis sapidæ, & Aristoteles in hoc videtur aduersari sibi met, quia dixit, quòd sal est sapidius & odoratius, quia habet plus humidi, aduersatur ergo sibi. Probat deinde in metallis, quæcunq; sunt magis odorata, sunt etiam magis sapida, & quæ sunt minus odorata, sunt minus sapida, quia aurum sicut caret odore, ita insipidum est, inquit Aristoteles, æs autem & ferum, quia sunt magis odorata, ita magis sapida sunt, scoria verò æris & ferri, quia ab ipsa absumpta est omnis humiditas, ideo carent odore, & sic sapore, argentum verò & stannum nonnullis scilicet auro & scoria æris odoratiora sunt, alijs verò. i. ære & ferro minus odora, hic sunt difficillimæ dubitationes in philosophia particulari, sunt dubitationes maxime, & est difficillima omniū, illa vero, quæ est in vniuersali, vnusquisque potest suo modo fingere.

Nota hæc verba, q̄a sibi cōtradicit. Ideo expositio Alberti Alemani videt melior ista Præceptoris.

Lectio

Lectio XXXVI.

IN externa lectione declarabat nobis Aristot. generationem odoris, quia ipse generatur ex sicco terreo sapido, dum permiscetur humido aereo & aqueo, sapidum terreum abluitur ab humido aqueo, vel humido aereo, ex quo sequebatur, ꝙ sapor erat prior natura odore, quia quæcūque carent sapore, carent & odore, & quæcunque habent odorem, habent & saporem, id autem est prius à quo non conuertitur subsistendi consequentia, & dicit, quòd quæcūq; carent sapore, careant odore, declarat, quia inquit, elementa simplicia carent sapore, carent etiam odore, ideo terra, quia caret sapore, ideo caret odore, cū verò permiscetur humido aqueo acquirit saporem, & sic etiam odorem acquirit, sal tamen habet plus saporis quàm nitrum, & reddit rationem, quia sal habet plus humidi aquei, quia ex ipso elicitur oleum, non autem ex nitro, ideo magis sapidum est sal quàm nitrum, an verò quęcūq; habent odorem, habeant saporem, & quæ habent plus odoris, habeant plus saporis, declarauit duplici exemplo, primo de plantis, quia plantę aquatiles, vt populus habent minus odoris, quàm plantæ terrestres, vt cupressus, & abies, ita habēt minus saporis, & reddit rationem, quia inquit, plātæ aquatiles habent plus humidi, quàm terrestres, ideo habeus minus odoris, & sic minus saporis, ita in metallis, quia aurum est minus odoriferum, quàm æs & ferrum, ita est minus sapidum, ita quia æs & ferrū sunt odoratiora argento & stamno, ita etiam magis sapida sunt, sed hic sunt difficiles quæstiones.

Prima dubitatio est, quia dicit, ꝙ sal habet plus humidi, quàm nitrum, quia ex sale extrahitur oleum, & non ex nitro, oppositum autem dicit hic Alber. Alema. quia dicit, ex nitro elicitur oleum per illud instrumētū, quod appellatur lambicus, & debemus maxime credere in his rebus Alberto Alemano, quia fuit in alchimica facultate maximus vir.

Secūda dubitatio, quia aduersatur sibi ipsi in verbis suis, quia inquit, sal habet plus humidi, ideo magis sapidum est, q̃ nitrum, quia nitrum habet plus sicci. Deinde dicit, ꝙ plantæ aquatiles sunt minus odoriferæ & sapidæ, quàm terrestres, quia habent plus humidi, quō ergo sn suis verbis non aduersatur Aristo? Tertio, quia si sapor sit prius natura odore, sequitur ergo, ꝙ sapor sit causa actiua odoris, qa odor gn̄atur ex sapore, & si sapor sit prior odore, pōt ergo separari sapor ab odore, quia prius pōt separari à posteriori, erunt ergo aliqua quę erunt saporabilia, & non odorabilia, & quæ sunt ista? Quarto dubitatur, qa suprà dixit, ꝙ saporis & odoris ferè est eadem passio, sed non in eisdem, quia dicit, odor & sapor sequuntur commixtionem sicci cum humido, sed odor sequitur siccum terrę, sapor humiditatem aquæ, vbi ergo plus siccitatis terræ, ibi minus humiditatis, qa vbi est plus de vno contrario, minus est de alio, si ergo odor sequatur siccitatem mixtam cum humido, sapor sequitur humiditatem, vbi ergo plus siccitatis erit, ibi erit plus odoris, & minus saporis, & vbi erit plus humiditatis, erit plus saporis, & minus odoris, oppositum tamen dicit hic Aristoteles, ꝙ quæcūque habent plus odoris, habēt plus saporis, rō tn̄ oppositū demōstrat.

Dico ad has authoritates, quia credere debemus Alberto, dicit Albertus, quòd ex sale & nitro educitur oleum, & ipse dicit fecisse experientiam, sed quid ad Aristotelem? quia dicit ꝙ ex nitro non generatur oleum. Dicit Albertus, quòd sententia Aristotelis est ista, quòd ex eadē copia salis & nitri extrahitur plus olei à sale, quàm à nitro, ideo sal habet plus humidi, quàm nitrum, an verò illud instrumentum quod vocatur lambicus per quod extrahitur oleum à sale, & à nitro, fuerit notum antiquis, apud Græcos nulla est mentio, apud Arabes & medicos fit mentio, solū aduerto vos, quòd Aristot. dixit, quòd ex sale elicitur oleum, vel per lambiccum, vel per aliud instrumētū.

Ad secundum respondet Albertus, quòd non sequitur, quia sal habet plus humidi aquei, quàm nitrū, plantæ verò aquatiles habent plus humidi, quàm terrestres, ergo vt sal est sapidior nitro, ita plantę aquatiles sunt odoratiores & sapidiores terrestribus, quia non est eadē ratio, quia sal habet plus humidi aquei, quàm nitrum, sed illud humidum aqueum in sale est digestum, ideo est maior sapor odore, quia sapor sequitur mixtionem humidi decocti cum sicco, & qa in sale illud humidum est magis digestum, quàm in nitro, ideo sal est saporosius, humidum verò in plantis aquatilibus non est digestū & concoctū, vt illud, quod est in terrestribus, licet ergo ꝙ sit plus humidi ī aquatilibus plantis, q̃ in terrestribus, quia tn̄ illud humidum non est digestum & concoctum, ideo nō sequitur, ꝙ sint odoratiores & sapidiores terrestribus.

Eodem pacto de metallis, quia stamnum & argētum habent plus humidi, quàm æs & ferrum, tamen stamnum & argentum habent minus odoris & saporis, quàm æs & ferrum, quia humidum stamni & argenti non est ita perfecte concoctum sicut humidum æris & ferri, odor & sapor sequuntur mixtionem humidi cocti cū sicco. Sed hic est difficultas de auro, quia dicit Arist. ꝙ si cōparetur aurū stāno & argēto, sicut aurum habet minus saporis, ideo minus odoris, sed in auro est plus humidi aquei cocti & digesti, q̃ in stamno & ferro, ergo aurum debet habere plus saporis q̃ odoris, q̃ stānum & argentū ex responsione data, Arist. tn̄ dixit oppositū, ꝙ aūt plus humidi aquei cocti sit in auro, q̃ in stamno & argento ostendo, primo ex forti commixtione elementorum, quia fortiter commiscentur elemēta in auro, ꝙ nō possunt separari ab igne, nō possent aūt ita fortiter cōmisceri nisi humidū aqueum esse perfectè coctū. Secūdo ex argumento Alexandri hic, quia aurū nō cōtrahit rubiginē, sicut alia metalla, quia nō est ita humidum, & illud humidum non est ita indigestum, sicut in cœteris metallis, ergo. Albertus videns hanc difficultatem, dixit, quòd re vera melior est commixtio sicci terrei cum humido aqueo, & fortior quàm in stamno & argento, minus tamen in auro patiuntur humidum aqueum, & siccum terræ ad inuicem, quàm in stamno & argento, & declarat rationem dicti, quia

 inquit,

inquit, humidum aqueum est magis subtile, & siccum terræ in auro, quàm in cęteris metallis, ideo faciliter penetrant, & fit fortis cõmixtio, humidum tñ aqueũ non ita vehementer agit in siccum terræ, nec siccum terrę in humidũ aqueũ in ipso auro, vt in cęteris metallis, ideo illud humidum aqueum indigestum remanet magis quàm in aliis metallis, ideo minus odoriferum est & sapidum aurum, quàm cętera metalla. Sed ista responsio videtur implicare, quia mihi videtur, ꝙ hęc pungent inuicem, quòd aliqua fortius misceantur, & ꝙ non sint vehemẽtia passa, quia mixtio non fit nisi mutua actione & passione ad inuicẽ, quæ ergo fortius miscentur, vehementius etiam agunt & patiuntur, quia commixtio non est nisi illa vnio elementorum ex mutua actione & passione, quæ ergo fortiter commiscentur, ita etiam vehementer debẽt agere & pati inuicem, quid ergo dicit ista responsio? Ideo Alexander hic aliter dicit, ꝙ aurum habet minus saporis, quàm reliqua metalla, quia aurum habet minus humidi aquæi, quàm reliqua metalla, ideo aurum non contrahit rubiginem, sicut alia metalla, quia magis siccum est, ideo minus sapidum, potest confirmari experiẽtia, quia inter alia metalla aurum est grauius, sed grauitas magis à terra prouenit ꝙ̃ ab aqua, ideo aurum est magis siccum quàm humidum, aurum ergo insipidius cęteris metallis, quia magis siccum & minus humidum. Et si dicas (inquit Alexander) aurum est mollius quàm cętera metalla, quia flexibilius, vt patet, quia aurum magis fit flexibile ex martello, quàm cętera metalla, ex sententia Aristo. quarto Meteororum, quia inquit, quòd est mollius, est inquit Alexander) quòd illa mollities in auro non est ratione humidi, sed est ratione fortis commixtionis humidi cum sicco. Sed responsio Alexandri inculcat difficultatem, quia inquit, aurum est mollius reliquis metallis, quia habet magis commixtum humidũ cum sicco quàm reliqua metalla, si sic, sequeretur, ꝙ aurum esset magis odoriferum & sapidum quàm alia metalla, quia dixit suprà, quòd plantę terrestres erant sapidiores quàm aquatiles, & ita sal quàm nitrum, quia humidum in sale & in plantis terrestribus erat magis digestum, & per consequens magis commixtum, quàm in nitro, & in plantis aquatilibus, ideo erant saporosiores, sic ergo aurum erit sapidius cęteris metallis, quia eius humidum est fortiter commixtum, & sic magis digestum quàm aliorum humidũ. Etiam æs & ferrum habet plus sicci terræ quàm stãnum & argentum, hoc patet, ergo ęa & ferrum deberent esse minus odorifera, & sapida, quàm stamnum & argentum, quia stamnum & argentum sunt magis humida, oppositum tamen dicit Aristoteles, quia inquit, æs & ferrum sunt sapidiora & odoratiora stamno & argento. Tertio & fortius, quia tertio Meteororum dicit Aristoteles, quòd omnia metalla pręter aurum expurgantur, dicit etiam Alexander, rubiginem sentiunt, aurum non percipit rubiginem vel paucam, etiam aliqua metalla exurunt, id est, in cinerem reducuntur, aurum autem non reducitur in cinerem, & reliqua metalla cum decolantur, superfluitates habent, aurum aũt nõ, nec rubiginem sentit, nec exuritur, id est, in cinerem non reducitur, nec habet superfluitates. Addens rationem huius Aristoteles cum Alexandro dixit, quòd aurum habet plus humidi aquei quàm cętera metalla, ideo non sentit rubiginem, rubigo fit, cum exhalatio sicca euocatur, quia ergo aurum habet plus humidi quàm alia metalla, ideo non sentit rubiginem vt alia. Etiam confirmatur ex sententia Olimp. quia ibi exponens verba Aristotelis. s. ꝙ in auro sit minus sicci terræ, & plus humidi, quia inquit, aurum generatur in mundissimis locis, vt in mundissima aqua, vt in Ponctorio fluuio, ideo inuenitur in mundissima harena, in qua parum terræ existit, clarum ergo est ex sententia Aristot. & ipsius Alexand. non memoris sui dicti in tertio Meteororum, quòd aurum fit magis humidũ quàm alia metalla,. Etiam aduersatur ratio Alexandro, quia inquit, quòd metalla generantur ex duplici halitu. s. sicco & humido, halitus calidus & siccus est sicca exhalatio, & inquit, quòd exhalatio humida magis grauis est quàm sicca, cuius signum est, quòd exhalatio sicca eleuata à calore solis petit supremam regionem aeris, in qua generantur fulmina, exhalatio verò humida tm̃ secundam regionẽ aeris petit, ergo exhalatio humida est magis grauis, si ergo aurum sit grauius cęteris metallis, ergo magis humidum quàm alia metalla, aurum. n. ex exhalatione humida aquæ & nõ ex aqua generatur secundũ Arist. quid ergo dicendũ? Dico, ꝙ aurum re uera habet plus humidi aquei quã reliqua metalla, quia aurũ est fluxibilius cęteris metallis, fluxibilitas autem sequitur mollitiem, mollities humiditatem aqueam, vt dicit Arist. quarto Meteor. si ergo aurum sit mollius cęteris metallis, ita erit magis humidum, quomodo ergo euademus difficultates, quia sal habet plus saporis quàm nitrum, quia sal habet humidum magis decoctum quàm nitrum, ideo magis sapidum, cur ergo aurum non est magis sapidum quàm ęa & ferrum, & stãnum, & argentum, cũ habeat humidũ aqueum minus distẽperatum quàm aurum, quia aurum habet humidum aqueum magis digestum. Dico, ꝙ si melior sit decoctio humidi aquei cum sicco terreo. s. auro quàm in reliquis metallis, non est tamen proportio humidi cum sicco in auro & in cæteris metallis, quia humidum aureum excedit proportionem commixtionis sicci cum humido aqueo, quam commixtionem sequitur odor & sapor, ideo aurum est insipidius cæteris metallis, quia alia metalla habent humidum magis proportionatum cum sicco quàm auro, ideo sunt sapidiora quàm aurum. Ad Alexandrum, quia inquit, metalla reliqua magis patiuntur rubiginem, quàm aurum, dicit ergo Alexander, signum est, quòd aurum habet minus humidi, sed Aristoteles dixit oppositum, quia inquit, aurum non sentit rubiginem, quia in ipso est multum humidi aquei, & parum sicci, in cœteris metallis est plus sicci quàm in auro, ideo cum euocatur illa exhalatio sicca, fit rubigo in cœteris metallis. Quod dicimus, aurum est grauissimum omnium metallorum, ergo magis siccum, quia terra est grauior cœteris elementis. Dico, quòd licet terra sit grauior omnibus,

nibus, quo ad tñ ad generationẽ exhalatio humida est grauior exhalatione sicca, ideo quia in auro plus humidi, ideo grauius cæteris metallis. Ad tertium dico, ꝙ non sequitur, quòd sapor sit causa actiua odoris, quia sapor & odor generãtur ex eadem causa, sed dices, si sapor si prior odore, poterit ergo separari sapor ab odore, erunt ergo aliqua quæ habebunt saporem & non odorem. Dico ex sententia Galeni 4. de simp. med. ꝙ odor sequitur exhalationẽ calidã, ita ꝙ omnia odorata sunt calida, non aũt oĩa sapida sunt calida, ideo possunt esse aliqua sapida q̃ non sint odorata. Ad vltimam dubitationem dico, ꝙ odor & sapor sequuntur eandem mixtionem, sapor ratione humidi, odor ratione sicci, non oportet tamẽ, quòd sapor sequatur prædominium humidi aquei, nec odor sequatur prædominium sicci terræ, sed vtraq; qualitas sequitur eandem commixtionem, sed ratione diuersa, quia odor ratione siccitatis, sapor verò illam commixtionem sequitur ratione humidi.

Lectio XXXVII.

VIDETVR autẽ quibusdam; postq̃ Arist. declarauit generationẽ odoris, quæ erat ex sicco terræ sapido dum commiscetur aeri & aquæ vt humida, ex illis colligit diffinitionẽ odoris, & more suo prius reijcit opiniones antiquorum, deinde ponit suam. Antiqui ergo dicebant, ꝙ odor erat vapor, quidã verò fumida exhalatio, vt Heraclitus, vnde dicebat, si oĩa dissoluerent in fumũ, oĩa odoratu perciperentur, aliqui verò & est tertia opinio, ꝙ odor est quoddã cõmixtum ex vapore & fumida exhalatione, & vt declaret, ponit differentiã inter vaporẽ & fumidã exhalationẽ, quia inquit, vapor fit ex calore agẽte pcipue calore solis ĩ aquã, & talis vapor est subtilior aqua, quia ascẽdit ad secũdã regionẽ aeris, fumida verò exhalatio fit ex terra, cum calor præcipue solis agit in ipsam, eleuatur .n. fumida exhalatio, & petit tertiam regionem aeris, & ibi generãtur comete, differt secũdo, quia vapor est cõis aeri & aquę, aquæ rõne humiditatis, aeri rõne caliditatis, fumida verò exhalatio cõis est terræ & aeri, terrę ratione siccitatis, aeri ratione caliditatis. Tertio differt, quia si vapor patiatur à frigido, conuertitur in aquam, quia vapor cum frigesit à secũda regione aeris, fit nubes & aqua, ita fumida exhalatio à frigido permutatur in terram, & cum declarauit ꝙ fumida exhalatio tripliciter differat à vapore, & aliqui posuerunt odorem esse vaporem, aliqui fumidam exhalationem, aliqui vtrũq;. Confutat vtrãq; opinionẽ, & primò, quòd odor non sit vapor, & inquit Arist. vapor aqua est, multi formant rõnẽ diuersimode, aliqui dicunt, aqua caret odore, ita vapor, qui generatur ex aqua, caret odore, sed hæc ratio non valet, quia terra caret odore, tñ ex terra mixta cũ aere & aqua generatur odor, ideo aliter dicit Alexand. ꝙ sicut aqua caret odore, ita vapor, quia generatur ex simplici aqua, sapor non potest generari ex simplici aqua, nec odor, quia odor generatur ex sicco terræ permixto aeri & aquæ, ergo odor non potest esse vapor. Destruit secundam opinionem, ꝙ odor non sit fumida exhalatio, quia odor conseruatur in aqua, vt patet de piscibus, qui percipiunt odorem in aqua, sed fumida exhalatio no põt cõseruari in aqua, quia contrariatur ratione qualitatis aquæ, q̃a aqua est frigida & humida, fumida exhalatio verò est calida & sicca, ideo nõ põt esse in aqua, odor verò potest esse in aqua, vt dictum est, ergo odor non est fumida exhalatio. Deinde argumentaĩ contra vtrãq; opinionẽ simul, q̃a inquit, qui dicunt, ꝙ odor sit vapor, vel fumida exhalatio, persimilis est illi opinioni, quæ dicit, ꝙ nos non videmus colores à distantia nisi ex defluxionibus emanantibus à coloribus ad visum, quia ista opinio dicit ꝙ odor non percipitur nisi mediante vapore vel fumida exhalatione, quæ defluit à corpore ad olfactũ, sed illa opinio falsa fuit, quia à distantia videremus colores ex defluxibus, & hic nihil dicit, supra dixit, ꝙ visio si ita fieret ex defluxibus à colore, sequeretur, ꝙ visus sit tactus, quia illi defluxus sunt eiusdem rationis cum colore, & visus percipit illos defluxus tangẽdo, ergo visus erit tactus, etiam quia visus cum aliquas res videret, semper illæ res minuerentur, ita ergo si olfactus perciperet odorem ex defluxibus humidæ exhalationis vel vaporis, olfactus esset quidam tactus, & semper res, quæ odoraretur, minueretur, & hoc argumentum habet Auerroes secundo de anima contra Auicennam, quia dicebat Auicenna, ꝙ olfactus percipit odorem mediante fumida exhalatione, dicit Auer. sequeretur ergo, quòd olfactus esset quidam tactus, ex hoc potestis elicere, quòd odor semper realiter non multiplicatur vsq; ad olfactum, quia aliquando spiritualiter tantum multiplicatur.

Quoniã ergo contingit &c. His tribus opinionibus reiectis, ponit mõ Arist. ꝓpriã opinionẽ, & repetit, q̃ supra dixit, ꝙ odor nõ est nisi qualitas, quæ resultat ex sicco terræ sapido & cõmixtione, dum commiscetur aeri & aquæ, ex quo sequitur quòd sapor sit prior natura odore, & odor posterior natura, & hoc declarat triplici signo, quia inquit, suum posterius respondet proportione quadam suo priori, ita odores habent proportionem cum sapore, quod declarat triplici signo, quia inquit, species odoris respondet ꝓportione speciebus saporis, quia sicut sunt septẽ species saporis, ita septem species odoris, ita dicit, quòd odor est amarus, acris, dulcis, & pinguis, vt diximus de sapore, etiam quia sicut odor rerũ putrescibilium est amarus olfactui, ita sapor rerũ putrescibilium est amarus, quia res putrescit à caliditate, & fiunt continue secciores, ex caliditate autem & siccitate quarto Meteororum oritur sapor amarus, ergo odor proportione respondet sapori, quia vt odor rerum putrescibilium dicitur amarus, quia ingratus olfactui, ita sapor illarum rerũ est amarus, quia ingratus gustui. Tertium signum est, quia inquit, odor & sapor ex eadem causa generantur, & eodem impedimento impediuntur, quia generantur ex sicco permixto humido, impediuntur verò ab eadem causa. s. à frigido, q̃a frigidum hebetat saporem, & disterminat odorem, non tanta tñ copia caloris requiritur pro sapore, vt

pro odore, ideo dixit, frigidum hebetat saporem, expellit odorē, quia pro odore requiritur multa copia caliditatis & maior quàm pro sapore. Sed dicetis, an vapor substantialiter differat ab aqua, & fumida exhalatio à terra, quia dicit, quòd vapor generatur ex aqua simplici & cōuertitur in illam, ideo essentialiter non debet differre ab ea, ex alia parte videtur, ꝙ vapor essentialiter differat ab aqua, ita fumida exhalatio à terra, quia vapor est corpus mixtum, aqua verò corpus simplex, etiam terra est grauior omnibus elementis, deinde aqua, fumida verò exhalatio est multum leuis, quia ascendit, & ita vapor, vtrunq; ergo essentialiter differt ab aqua & terra. Quidam tenent, quòd differat aqua substantialiter à vapore, & terra à fumida exhalatione, aliqui dicunt ꝙ tm̄ accidētaliter, quia dicunt, ex aqua simplici cum ipsa alteratur ad caliditatē, fit vapor, ipsa verò alterata non differt substantialiter à se ipsa, sed tm̄ accidentaliter, ita de fumida exhalatione differt accidētaliter à terra, quia alteratē ad caliditatē, & ego secutus sum istā opinionē.

Quod dicimus, vapor est corpus mixtum, aqua est corpus simplex, dico ꝙ vapor substantialiter est ipsa aqua, sed dicitur mixtum, quia habet qualitates cōes duobus elementis. s. aquæ, & aeri, quia est calidus, & humidus, non. n. vapor est mixtum ex aere & aqua substantialiter, & in actu, vt dicit Auer. q̄a elementa remanent in mixto tm̄ scd̄m qualitates, sed vapor dr̄ mixtū accidētaliter, quia habet qualitates aeris & aquæ. s. caliditatē, & humiditatē, substantialiter tñ non est nisi aqua ipsa. Ad scd̄m dico, ꝙ terra in se est grauior oībus elementis, fumida verò exhalatio fit leuis, quia qualitates motiuæ sequuntur qualitates alteratiuas, leuitas. n. sequitur caliditatē & siccitatē, & caliditatē & humiditatē, grauitas verò frigiditatē & siccitate, & frigiditatē & humiditatem, & quia fumida exhalatio e st calida & sicca, ascēdit & est leuis, ita de vapore, quia calidus & humidus est, iō fit leuis. Sed dicetis, cur Aristot. magis dicit, ꝙ fumida exhalatio est mixtū cōe aeri & terrę? cur magis non dixit, ꝙ fit cōe terrę & igni, cū caliditas ignis sit associata cū siccitate, caliditas verò aeris cū humiditate? cur ergo dixit, ꝙ fumida exhalatio eū sit calida & sicca, sit communis terrę, & aeri? Credo ꝙ ex hac causa dixerit Arist. ꝙ licet caliditas cōiuncta fumidę exhalationi, sit coniuncta siccitati, tñ non dicitur illa caliditas, caliditas ignis, sed dicit caliditas aeris, quis caliditas illa cōiuncta fumidæ exhalationi, nō attingit summā caliditatē, vt est caliditas ignis, sed est remissa caliditas, ideo dixit, caliditas aeris, & caliditas ignis, licet caliditas in fumida exhalatione cōiuncta sit siccitati, illa tamen caliditas nō dicitur caliditas ignis, quia ad hoc nō respexit Arist. sed dicitur caliditas aeris, q̄a remissa est ipsa caliditas fumidæ exhalationis. Dicit Aristo. (& hoc omisi) ꝙ ex fumida exhalatione gñatur quędā species terræ, exponit Alexand. fuligo & cinis, & quia ex cinere & fuligine generātur quędā metalla, vt cadmia, vt dicit Diosc. in 5. lib. ideo quidā exponunt, ex fumida exhalatione generātur metalla, sed melior est expositio Alexan. ꝙ ex fumida exhalatione gñetur quædam species terræ. s. fuligo & cinis, potest tamen etiam generari terra simplex. Pōderat hoc Alexan. *hoc accidit in quibusdam*; quia inqnit, nō oēs odores proportionantur saporibus in omnibus corporibus, sed ī quibusdam, qnia in illis corporibus in quibus sunt odores gratia nutrimēti, odores proportionantur saporibus, in illis verò, in quibus odores sunt gratia sui, & non gratia nutrimenti, odores tunc non proportionantur saporibus, quia odor foliorum delectat, sapor tamen nobis non est amicus.

Lectio XXXVIII.

S*PECIES autē odorabilis duæ sunt*; Lectio plana, quia dixerat nobis Arist. ꝙ odor est natura posterior sapore, qnia odor præsupponit saporem, quia odor genetatur ex sapido sicco terreo dum permiscetur humido aeris & aquę, & probat, ꝙ odor esset posterior sapore, quia īquit, odor est ī ꝓportione saporis, sicut posterius suo priori, ideo sicut sunt septem species saporis, ita sunt proportione quadā septē species odoris, quia sicut est sapor acris, amarus, dulcis, pinguis, ita odores aliqui sunt acres, aliqui amari, aliqui dulces, etc. Posset ergo q̄s occasione huius dicti putare, ꝙ genus odoris nō habeat ꝑ se species, sicut genus coloris habet proprias species coloris, quia odor nō habet species, nisi per accidens. s. rōne saporis, vt remoueat hanc malam opinionē, dicit, ꝙ odor habet species odoris ꝓpriē, & inquit, ꝙ species odoris principaliter sūt duę, vna est species odoris ꝑ accidēs, alia est spēs odoris ꝑ se, & istę spēs differūt tripliciter, q̄a spēs odoris ꝑ accidēs delectat, & afficit tristitia olfactū ꝑ accidēs, spēs verò odoris ꝑ se est illa, q̄ delectat & afficit tristitia ꝑ se, & declarat hoc exēplo, si quis esuriat, & comedat escam, sicut sapor illius escæ delectat gustum, ita odor eius ꝑ accidēs delectat olfactū, ita cū ꝗs saturatus sit sicut sapor nutrimēti, infert tristitiā gustui, ita odor eius ꝑ accidēs infert tristitiā olfactui, odor verò ꝑ se olfactum delectat, & ꝑ se infert tristitiā. Et ꝙ ita sit, ꝙ isti odores sint per accidens delectabiles. s. ratione nutrimenti, patet, q̄a sunt spēs odoris, ex quibus ꝑ se delectat olfactus, vel tristat, & nō rōne nutrimēti, vt odor florū ꝑ se delectat olfactū, & odor aromatū, & nō rōne nutrimēti, imò aliq̄n odor ꝑ se delectabilis redditur nutrimētū insuaue gustui, sicut Strates comicus irridēs nimiam curiositatē Euripidis in cōponēdo tragedias, inquit, cū lenticula coquitur, vnguenti nihil infundito, hoc est dictu, cū res deducta fuerit ad perfectū finē, nihil amplius laborandū est, & ita vult dicere, ꝙ labor Euripidis nō deberet esse ita assiduus in cōponēdo tragedias, sed deberet aliq̄n quiescere, & hoc est qd̄ dicit Plato vj. de legibus, ꝙ ars pictoria nō habet finē, q̄a sēper vmbrat, & deumbrat, & ita Strates loquit Metaphoricē, q̄a lēticula dū cōcoquit & infunditur ei vnguētū reddit insuauis, ita odor ꝑ se delectabilis cū iungitur nutrimēto, aliq̄n fit nutrimentū insuane. Licet (dicit Arist.) homines nostro tp̄e violētiā inferētes naturę, infundunt odorē ꝑꝑ se delectabilē nutrimento,

mento, & hoc faciũt, vt ex vno obiecto duo ſenſus.ſ. guſtus & olfactus delectentur, cum deberent contẽtari delectatione vnius ſenſus.ſ. guſtus (inquit Ariſt.) inferuit violentiam naturæ, quia inferunt violentiã guſtui, quia guſtus non ita perfecte delectatur nutrimẽto, ſicut deberet, quia odor eſt immixtus, & iuxta illud pluribus intentus minor eſt circa ſingula ſenſus. Hæc ergo eſt prima differentia inter ſpecies ſaporis.ſ. per ſe & per accidens. Alia differentia eſt q̃ odores p̃ accidẽs vt acris amarus etc. ſunt cõmunes omnibus animalibus, exponit D.Tho. ꝙ illi odores non ſunt communes omnibus animalibus, quia non Zoophitis, quia talia animalia tãtum habent ſenſum tactus, ideo non percipiunt odores per accidens, quia non habent nec guſtum nec olfactum, ſed ita intelligit Ariſt. ꝙ odores per accidens ſunt cõmunes omnibus animalibus.ſ. perfectis, perfecta aũt aĩalia ſunt, quę habent motũ progreſſiuum, ſpecies verò odoris per ſe, quæ ſunt propriæ ſpecies per ſe, & non rõne nutrimenti, ſunt cões omnibus animalibus, & ꝑprie homini, & declarat q̃ũo ſpecies odoris p̃ ſe ſint propriæ homini, quia inquit, tales ſpecies odoris per ſe afferunt tm̃ ſalutem homini, ideo propriæ ſunt homini, declarat modo, ꝙ ſpecies odoris afferãt ſalutẽ homini, quia inquit Ariſt. homo proportione magnitudinis eſt calidior omnibus animalibus.ſ. quo ad ſanguinem & ſpiritum, cuius ſignũ eſt, quia homo recte incedit, quia intenſiuè quo ad qualitatem ſunt aliqua animalia, quæ ſunt calidiora homine, ſicut ergo hõ eſt calidior quo ad ſanguinẽ & ſpiritum, ita cor hoĩs eſt calidius, ad quod contẽperãdum poſitum fuit cerebrum, quod eſt frigidum & humidum, vt cõtẽperet caliditatem cordis, non ꝙ contẽperet actualẽ caliditatem cordis, vt credidit Gale. ex mente Ariſto. quia dicit, non minus calcaneum poſitũ eſſet pro refrigeratione cordis, ſed Ariſt. intelligit, ꝙ cerebrum cõtẽperet caliditatẽ cordis potentialem.i. ſpiritus vitales hominis, qui ſpiritus contemperati in cerebro fiunt animales, & ſunt inſtrumẽtum motus & ſenſus, ideo cerebrũ ꝑportione magnitudinis eſt maximę quantitatis, vt poſſit contẽperare potentialem caliditatẽ cordis, & quia illi ſpiritus vitales ſunt ſubtiles, & ſanguis fit ſubtilis cum pertingit anguſtias venarum, & arteriarum, quæ ad cerebrum tẽdunt, fit aũt ſubtilior ille ſanguis apud cerebrum in homine, q̃ homo exquiſitius ſentit, q̃ bruta, ideo ille ſãguis ſubtilis, & illi ſpiritus ex frigiditate cerebri condenſantur, & tranſeunt in pituitam, & fiunt defluxiones, ideo vt tali morbo.ſ. defluxioni ſuccurratur, odoribus per ſe vtimur, quia odores fundantur in calido & ſicco, ideo illi odores confortant frigiditatem cerebri, quæ frigiditas cauſat catharrum, & reducit cerebrum ad tẽperaturam perfectam odoribus, cum fiunt defluxus à capite, ꝙ verò odores fundãtur in calido & ſicco, declarat Ariſt. quia in regione frigida ſolia non habẽt odores, ideo prope Nylum, vbi fuit facta inundatio aquę, arbores carẽt odore ex nimia humiditate, vt inquit Theoph. ideo odores ſicut p̃ ſe afferunt delectationem, olfactui per ſe, ita & per ſe afferunt triſtitiã.

Illud autẽ manifeſtũ fit, quoniã ſuauis plerũq; cibus;

hic Ariſtoteles remouet dubitationem, quia inquit, odoribus per accidẽs.ſ. eſculentorum poſſumus ſuccurrere illi morbo cerebri, & non tantum odoribus per ſe, ideo odores per ſe non ſunt ꝑprij homini. Dicit Ariſt. ꝙ nõ poſſumus odoribus per accidens ſuccurrere, quia illi odores ex quo ſunt nutrimenti, nutriunt, & caput grauant, & aggrauando non ſuccurrunt lapſui cerebri, odoribus verò per ſe ſemper ſuccurrimus iſti lapſui cerebri, deinde Ariſt. ponit tertiã differentiam, quia inquit, odor per accidens habet plures ſpecies, quia ſicut ſeptem ſunt ſpecies ſaporis, ita proportione ſeptem ſunt ſpecies odoris per accidens, odor verò per ſe non habet ſpecies, exponit hoc dictum Alexander, quia odor per ſe habet multas ſpecies, quia diuiditur primo in odorẽ per ſe delectabilem, & per ſe triſtabilẽ, deinde odor per ſe delectabilis in tot ſpecies diuiditur, quot ſunt ea, quę odorantur odore p̃ ſe, ſed dicit Alexand. ꝙ odor p̃ ſe non habet ſpecies inſequentes saporẽ, ſicut odor per accidens habet ſpecies inſequentes ſaporem. Ex his declarat Ariſt. q̃ũo habent diuerſum modũ olfaciẽdi, quia inquit, animalia exanguia alio modo olfaciũt q̃ prædita ſanguine & reſpirãtia, quia inquit, aĩalia quę reſpirant olfaciunt inſpirando, aĩalia verò non reſpirantia olfaciunt non inſpirãdo aerẽ, & declarat Ariſt. q̃ũo animalia reſpirantia olfacianr inſpirando, & dat duplicẽ cãm, prima eſt cauſa, quę cõuenit homini, ſecunda cauſa conuenit oĩbus brutis, dicit ergo, aĩalia & ꝑcipue hõ inſpirat q̃ ex inſpiratione aeris & odoris cõfortat cerebrum, & inquit, ꝙ refrigeratur thorax ex frigiditate ipſius cerebri, dixit, thorax eſt ea pars, quę à collo eſt ad pudẽda, trunca, quid eſt dictu? huc declarat Ariſt. infra, & Gale. quia thorax habet partẽ priorẽ & poſteriorem, pars prior eſt à iugulis vſq; ad coſtas, deinde alius venter vacuus nõ eſt thorax, ideo dixit, pars quæ eſt à collo ad pudẽda, eſt trunca, ideo oportet truncare.ſ. amouere à ventre, ex parte poſteriori thorax eſt deorſum, ideo thorax à parte poſteriori magis tendit ad pudenda, quàm pars anterior, dicit ergo ex frigiditate cerebri contemperatur caliditas thoracis, id eſt membrorum ſpiritualium, quæ in thorace continentur, & iſta ſunt duo, ſcilicet cor & pulmo, ex frigiditate enim cerebri cum eleuantur vapores calidi à pulmone & à corde infrigidantur, frigiditas tamen cerebri ex inſpiratione aeris, in quo eſt odor, confortatur.

Et dicit Ariſtot. quòd iſti odores per ſe ſunt quaſi proprij homini, vt eſt dicere (dicit Alexander) iſti odores non ſunt proprij homini, quia & alia bruta percipiunt odorem per ſe, ſcilicet odorem vnguentorum & aromatum, & perfectiori modo q̃ homo, ſed dixit ꝙ ſunt proprij homini, q̃ maxime homini conueniunt gratia cõtẽperandi frigiditatẽ & humiditatem cerebri, ſed hoc dixi, vt faciã vos aduertẽtes, quia Alexand. dicet infra, ꝙ odores per ſe ſunt ꝑprij homini, & tm̃ homines illos percipiunt. Secũa cauſa cõis hoĩbus & brutis eſt ꝙ animalia inſpirant aerẽ, vt ex illa inſpiratione detegatur cooperimẽtum ipſius inſtrĩ odoris, & aer in quo eſt odor, inſpiratẽ, & facit penetrare per meatus naris aerem, in quo eſt odor,

Galenus in libello proprio de inſtrumento olfactus irridet verba Ariſtotelis, quia inquit Ariſt. non explicauit nobis, quid nam eſſet inſtrumentum olfactus, & quomodo ex inſpiratione diſcooperiatur, ideo ipſe dixit, ꝙ duo illi proceſſus cerebri, qui ab Auicenna appellantur carunculæ mammillares, dicuntur inſtrumenta olfactus, ideo inquit, inſtrumentum olfactus eſt intra caluariem, inſtrumētum verò aliorū ſenſuū exteriorū eſt extra caluariem, ſed vt dixi, opinio Galeni non eſt bona, quia illi proceſſus ſunt de natura cerebri, cerebrum caret tactu, ergo olfactu, ideo dixit, quòd inſtrumētum olfactus ſunt nerui expanſi in nariū cartilaginibus, & quia ex inſpiratione fit, quòd aer penetret meatus narium, & tendat ad olfactum, ideo dixit, detegi ex inſpiratione inſtrumentum olfactus, maxime in homine, quia in cane nares ſunt exporrectæ, ideo à longe percipiunt odores. Et inquit Ariſt. nam eodem inſtrumento. ſ. eodem aere & naribus vtitur ad duo opera, ſicut dicebat, lingua eſt ad duo opera, ſed per vnum principaliter, alterum verò ſecundario, ita vtitur eodem aere, & propter duo, primo propter refrigerium ipſius cordis, ſecundario verò vtitur natura pro ipſo olfactu, ita vtitur naribus propter duo, primo, vt nares ſint inſtrumenta inſpirationis & reſpirationis, quia vt dicit Galenus xj. de vſu partium, nares ſunt prima inſtrumēta inſpirationis & reſpirationis, & rectè, deinde alio modo & ſecūdario vtitur natura naribus ad ipſum olfactum, ita ergo natura vtitur codē inſtrumento ad duo opera.

Lectio XXXIX.

SVPER dicta ſunt dubitationes, prima eſt, quia ex odoribus per accidēs ſuccurrimus lapſui cerebri ex frigiditate & humiditate, ſuperfluūt ergo odores ꝑ ſe. Reſpōdet Ariſt. ꝙ odores per ſe ſemper conferunt capiti, odores verò per accidens. i. odores nutrimēti ſemper non conferunt cerebro, vnde ſui nimia humiditate vel ſiccitate aggrauat caput. Eſt dubitatio, qa odores per ſe facilius tranſmutantur in fumidā exhalationem, q̃ odores ciborum, ideo magis odores per ſe replent caput, quia facilius tranſmutantur in fumidam exhalationem, cum tales odores fundētur in calido & ſicco, vt humida exhalatio eſt. Secunda dubitatio, qa dixit, ꝙ odores ꝑ ſe proprij ſunt homini, quia ſunt ob ſalutem hominis, quia illis odoribus ſuccurrimus lapſui cerebri ī frigido & humido exiſtētis, ſed cerebrū brutorum eſt frigidum & humidum, quia & in brutis cerebrum poſitū eſt vt contēperet caliditatem cordis, ergo & ꝑꝑ ſalutem brutorum illi odores poſſunt percipi à brutis, & confirmatur, quia ſi odores iſti per ſe non percipiātur à brutis, quomodo dicit Ariſtoteles, quòd olfactus brutorum eſt melior olfactu hominis, quia olfactus hominis percipit illos odores, non autem olfactus aliorum animalium.

Tertia dubitatio eſt, qa (inquit Ariſt.) natura vtitur naribus ad duo opera. ſ. ad inſpirationem & olfactum, ſicut natura etiam vtitur lingua ad duo opera, ſed eſt dubitatio, quia ex Galeno in de præſagiis pulſum inquit, ꝙ prima inſtrumēta reſpirationis ſunt thorax & pulmo, qui quidē pulmo mouetur ad motū thoracis, & maxime ratione diaphragmatis, quia talis motus pulmonis eſt voluntarius, motus aūt voluntarius eſt à muſculo, in pulmone autem non eſt muſculus, ergo nec motus voluntarius, qui eſt ab anima, ſed mouetur ad motum thoracis, & in hoc differt motus cordis à motu pulmonis, quia motus cordis eſt naturalis, & ex ſe motus pulmonis eſt voluntarius, & à thorace, ſi ergo thorax & pulmo ſunt inſtrumenta reſpirationis, quomodo ergo nares, etiā per os inſpiratur aer ad tracheam arteriam, ergo os eſt inſtrumentum olfactus, & non nares.

Quarta dubitatio, quia dixit Plato, ꝙ odoris non ſunt veræ ſpecies, ſed ſunt quidam modi accidentales, quia odor non eſt vere genus, ideo inquit, cum diuiditur odor in ſuauē & in iniucundum, illi odores non ſunt ſpecies, ſed ſunt modi accidentales odoris, Ariſt. taxat Platonē, quia dixit ꝙ odor habet ſpecies, quia aliquis eſt odor ſuauis, aliquis moleſtus, quid faciunt argumenta Ariſtotelis contra Platonē, quia licet odor diuidatur in ſuauē & moleſtū, illi tñ odores non ſunt perfectæ ſpecies, ſed ſunt modi accidētales, quid ergo habet cōtra Platonē, damnat aūt Platonē, cum inquit, quidam inquit, ꝙ odor nō habet ſpecies, vt Plato in Thymeo. Ad primum dico, ꝙ odor per ſe facilius tranſit in fumidam exhalationem, q̃ odor per accidens, vt dixit etiam, cum dicimus illa fumida exhalatio ſæpe nocet cerebro, dico ꝙ Ariſt. præſupponit moderatum vſum odorum per ſe, quia ſi ſit immoderatus vſus odorum per ſe multa nocumenta inducit, ſed commoderatus vſus iſtorum odorum confortat cerebrum, & reducit ſemper cerebrū ad temperiem, odor verò per accidens, quia coniunctus eſt humiditati nutrimentali caput aggrauat, & ſic intelligit Ariſtot. ꝙ odoribus per ſe ſemper ſuccurrimus lapſui cerebri. ſ. in moderato vſu. Ad ſcd̃m dicit Alexander, & odores proprij & per ſe etiam percipiūtur à brutis, propter argumenta dicta, dicimus, Ariſt. dicit, ꝙ iſti odores ſunt proprij homini, exponit Alexander. i. q̃ maxime ſunt proprij homini, quia magis conferunt ad ſalutem hominis illi odores, q̃ ad ſalutem brutorum, quia cerebrum hoīs eſt frigidū & humidum, & magis q̃ cerebrum aliorum brutorum, iō Ariſt. dixit, iſti odores ſunt proprij homini inter cætera animalia, vt eſt dicere (inquit Alexander) quia & alia bruta percipiunt illos odores, ſed q̃ maxime ſunt proprij homini. Ad tertium xj. de vſu partium ſoluit Galenus inquiens, ꝙ plura ſunt inſtrumenta reſpirationis, quia aliquod eſt primum inſtrumentum reſpirationis, aliquod ſecundarium (inquit Gale.) primum inſtrumentum reſpirationis ſunt nares, & hoc duplici de cauſa, quia aer non debet inſpirari per os, & per arteriam tracheam & rectè, ſed obliquè & per longiorem viam debet inſpirari aer, quia ſi attraherēt aer per viam rectam poſſet lædere ſui frigiditate pulmonem, & cor etiam, quia aliquando cum aere admiſcetur etiam puluis, ſi ille aer ita admixtus tranſirēt per uiam rectā ad pulmonem ſuffocaret, ideo primū inſtru-

instrumentum sunt nares, vt aer obliquè attrahatur, & per longiorem viam, vt ille aer contemperetur, & etiam expurgetur à puluere, quia puluis adhæret columellæ, & sic expurgatur aer, quòd verò aer cum puluere attrahatur, patet, quia si abstergatur à muco naris ingreditur puluis cum aere attracto si simus in loco vbi sit puluis, ideo nares sunt primū instrumentum inspirandi, verum est si aliquando obstructi fuerint meatus narium, ꝙ homo inspirat per os propter necessitatem, simpliciter tamē nares sunt primum instrumentum, cum vero Galenus dixit ꝙ sunt thorax & pulmo instrumēta inspirandi intelligit ꝙ sint secundaria instrumēta, & ꝙ natura vtitur ad duo opera naribus. s. gratia inspirationis & propter ipsum olfactum.

Ad quartum dico quòd in alio videtur Arist. taxare Platonem, quia odor diuiditur per se & per accidens, & isti odores sunt proprie species odoris simpliciter, ita odor per accidens diuiditur in septem species, sicut sunt septem species saporis, odor vero per se diuiditur in suauem & molestū, licet odor suauis & molestus sit modi odoris, & non species, odor tamen per se & odor per accidens sunt vere species & in hoc taxat Platonem, qui dicebat odorem nullomodo habere species sub se.

Cum declarauit ꝙ aliqua animalia olfaciunt per aerem inspiratum, & cur ita olfaciunt assignant duplicē causam, vna est particularis hominis, quia inquit homo cum inspirat aerem inspirat etiā odorem existentem in aere, ex quo odore succurritur lapsui cerebri ipsius hominis, ideo inspiratur propter salutē hominis, deinde assignat aliam causam vniuersalem, quia inquit inspirant vt detegatur tegumētum ipsius olfactus, modo declarat quomodo sint aliqua animalia, quæ apprehendunt odorem non inspirando aerem, & dicit quòd ista animalia sunt in duplici differentia, aliqua sunt aquatilia, aliqua terrestria, aquatilia (inquit) mouentur ad nutrimentum, & tamē nō inspirant aerem, quia carent pulmone, ita purpurę mouentur ad nutrimentum ex odore, purpura vero est species animalis, quod appellatur ostrea, quod vescitur conchilijs, ex cuius sanguine fit illa mistura, qua nos nunc caremus, ita apes odorant & non inspirant aere, sic etiam formicæ quædam, quæ appellantur scanipę, quidam dicunt ꝙ est quoddam genus formicarum paruarum, quod græci appellant scanipas, & sic transtulit vatablus quidam dicunt quoddam genus formicarum magnarum, quod græci appellant scanipas. D. Th. exponit scanipas. i. habentes sex pedes, sed illud verbum est græcum & non latinum, & non illud significat, & Vatablus dixit ꝙ sunt pulices, culices, credo ꝙ sint quod nos vulgo dicimus tafani, dicit ergo Arist. ꝙ istæ formicæ apprehendūt nutrimentum à longe ex odore, & inquit Arist. ex quo ista animalia secundum diuersos modos odorant, cōtingit dubitatio an secundum eandem potētiam olfaciant, quia sicut diuersus modus agendi insequitur diuersam potentiam agendi, ita diuersus modus sentiendi insequitur diuersam potentiam, quia secundo de anima potentiæ ex actibus distinguntur, cum ergo diuersi sint modi olfaciendi in animalibus respirantibus & non respirantibus, ergo secundum diuersas potentias olfaciunt. Est ergo dubitatio quo nā sensu ista animalia, quæ non respirant apprehendant odores, quia olfactu non apprehendunt, quia ex quo diuersi sunt modi olfaciendi in illis animalibus respirantibus, ergo & diuersæ potentiæ, & cum animalia inspirantia olfaciant mediante olfactu, ergo non respirantia non possunt percipere odores per olfactū, sed per aliam potentiam. Secundo quia dicit Arist. quòd idem est sensibile. s. odor, quod apprehenditur à potentia animalium non respirantium, & animalium inspirantium, ergo est eadem potentia, qua mediante & animalia respirantia & non respirantia apprehendunt odores. Respondit Arist. huic dubitationi, & inquit quòd eadem potentia. s. olfactu animalia & respirantia & nō respirātia percipiunt odores, sed animalia inspirantia mediante inspiratione percipiunt odores vt operculum sensus olfactus aperiatur ex inspiratione, tectus enim est illorum instrumentum olfactus, animalia vero non respirantia non habent instrumentum olfactus tectum, ideo odorant sine inspiratione. Sed dices ingerit difficultatem diffiniti, quia quid est illud instrumentum quod ex inspiratione aeris eleuatur, quod est illud tegumentum. Secundo quia non soluit argumentum, quia inquit, sicut diuersus modus agendi arguit diuersam potentiam agendi, ita diuersus modus olfaciendi arguit diuersam potentiam, sed ista animalia secundum diuersos modos olfaciunt, ergo secundum diuersas potentias hoc faciunt.

De primo varius est dicendi modus, Latini dicūt ꝙ hoc tegumentum est particula quædam quæ adhæret instrumento olfactus, & ex inspiratione aeris eleuatur illa panniculа, & sic detegitur instrumentū olfactus, sed isti non intelligunt se ipsos, quia apud ipsos instrumentum olfactus non sunt nisi illæ duæ eminentiæ cerebri, & cum illæ duæ eminentiæ sint de natura cerebri teguntur pia matre, & dura matre, & cum pia mater semper adhæreat cerebro, dura vero semper eleuetur à cerebro, vt cerebrū possit moueri motu cōstrictionis, quæ panicula ergo erit, quę eleuabitur ex inspiratione? Ideo Galen. 8. de vsu partium, & in libello de instrumento olfactus, dixit ꝙ duo sunt ventres cerebri qui quidem ventres duos habent processus, vnus à parte dextra, alter à sinistra spiritu plenos in anteriori parte cerebri, & tales processus sunt instrumenta olfactus, & habent triplicia opercula, primo habent tenuem membrauam, habēt etiam duram matrē, quæ membrana apud illos duos ventres est perforata, & ita etiam tenuis membrana est perforata, quia inquit in animalibus mortuis si in tali membrana superinfundatur aqua calida apparent talia foramina, cuius signum est, quia excolatur pituita per talia foramina à cerebro, sunt ergo primo illa duo opercula instrumenta olfactus, habet etiam os naris superius, quod est foraminosus, & illa foramina sunt obliqua & non recta, ne aer ingrediens nares sui mala qualitate lederet instrumētum olfactus sui frigiditate, ideo habet illa foramina obli

qua vt aer moram ibi traheret. Sed dices ad quid animalia indigent respiratione, inquit Galenus quia si aer in quo est odor sensim tenderet ad nares, ibi coaceruaretur & non perciperetur odor, præcipue cum in foraminibus nasi sint mucositates, quæ obstruunt meatus sensus olfactus, ideo animal vt percipiat odorem indiget inspiratione, & vehementi inspiratione, vt aer cum odore penetret illa foramina vsque ad instrumentum olfactus.

Lectio XL.

ERAT dubitatio satis difficilis q.d nam esset tegumentum in sensu olfactus, quod ex inspiratione eleuaretur, exposui vobis opinionem Galeni 8. de vsu partium, & in libello de instrumento olfactus, quod erat triplex tegumentum, vnum est pia mater, quæ est contigua cum cerebro, est dura mater, quæ distat à cerebro, ita distat vt cerebrum possit moueri motu dilatationis & constrictionis, quia eo motu mouetur cerebrum vt etiam cor. Tertium est os superius naris, quod est perforatum, non foraminibus rectis, sed obliquis ne aer aliquando sui frigiditate lederet cerebrum, ideo illa foramina sunt obliqua, vt aer ibi elaboretur, & per illa foramina naris ossis expurgatur pituita, expurgatur etiam per duo foramina, quæ tendunt ad pulmonem, quia ergo foramina illius ossis nasi multotiens sunt oppleta mucco, ideo aer ingrediens ibi consisteret, & non pertingeret organum olfactus, ideo oportet, quòd fiat vehemens inspiratio, ex qua attrahatur aer, in quo cõsistit odor, & sic detegitur operculum olfactus ex vehemẽti inspiratione. Sed hæc sententia Galeni aduersatur Arist. & sibi, quia Arist. dicit quòd cerebrum non sentit sicut quoduis excrementum, cuius signum est, quòd si detegatur substantia cerebri, cerebrum non sentit, bene illa membrana sentit, sed cerebrum non sentit, ideo eum non sentit, caret sensu tactus, ergo & omni alio sensu, quia omnes alij sensus præsupponunt tactum, illi autem sensus sunt de substantia cerebri, licet forte sit magis crassa substantia illorum ventrium, ergo illi ventres non possunt esse instrumenta olfactus. Secundo, & etiam magis mirandũ, quia illi ventres superiores cerebri non pertingũt ad os frontis, sed desinunt ad partem anteriorem frontis. i. in concauitatem quandam propriam sibi, quomodo ergo ex aere attracto per nares aer pertingit ad instrumentum olfactus, quod instrumentum olfactus desinit ad os frontis in concauitate quadam, & ita apparet ex dissectione, & ego vidi & ostendit mihi ille peritissimus Vesalius, ideo melius dixisset Galenus, quòd duo nerui peruenientes ab anteriori parte cerebri per foramina narium sint instrumenta olfactus, & illi nerui dispergũtur per nares, ideo semper mihi placuit magis opinio Auer. tertio colliget, quòd nerui disseminati per nares sint instrumenta olfactus, & quòd ex inspiratione forti aer permeet per illos meatus ad ipsos neruos, & sic detegatur instrumentum olfactus, quia ex illa inspiratione vehementi aer in quo est odor permeat meatus nariũ ad neruos. Sed hoc quod dixi habet difficultatẽ, quia si hoc sit verum in homine, quid de alijs animalibus, vt de canibus venaticis, quia habent nares exporrectos aliqua cartilagine, ideo à maxima distantia mouentur ad odores, quomodo ergo ex inspiratione coopertorium olfactus eorum detegitur. Secũdo argumento Galeni tertio de locis aff. vbi ostendit quòd nerui in naribus non sint instrumenta olfactus, quia inquit, si interior pars chartilaginis lædatur intemperie non læditur instrumentum olfactus, bene cũ illi duo ventres cerebri laborant intemperie, læditur instrumentum olfactus, ergo illi duo ventres anteriores cerebri sunt instrumenta olfactus, & non nerui expansi per nares. Tertio quia hęc expositio nõ contrahit ex verbis Arist. quia inquit animalia respirantia habent operculum in instrumẽto olfactus, quod debet eleuari ex inspiratione, sed in naribus nihil eleuatur, quomodo ergo illi nerui in naribus sunt instrumenta, quia inquit Arist. sicut in animalibus vt dentibus perfecte, oportet quòd ad visionem super eleuentur genæ, & palpebræ pro visione, sic in instrumento olfactus, est operculum, quod eleuatur ex inspiratione, sed in chartilaginibus narium nihil est. i. nullum corpus est, quod eleuetur, quid ergo dicit Arist. quòd eleuatur operculum, oportet inspicere verba Aristotelis.

De primo dicerem quòd licet in illis animalibus nerui sint expansi indigent tamen inspiratione, quia ad hoc vt attrahatur aer per illos meatus indiget inspiratione & vehementi, vt ille aer penettet meatus, verum forte quòd talia animalia non indigent ita vehementi inspiratione sicut homo, quia habent neruos magis exporrectos quàm homo. Ad secundũ faciliter soluitur, quia hoc argumentum, est aduersus Aristotelem, quia Aristoteles dicebat omnes virtutes sunt in corde, Galenus dicebat in cerebro, quia dicebat læso cerebro læduntur illæ virtutes. s. memoria, cogitatiua, & sensus communis. Dicit Arist. respondendo argumento, quòd omnes virtutes sunt in cerebro, sed ad hoc vt exerceantur indigent spiritu animali, qui spiritus animalis generatur ex spiritu vitali in cerebro, & quia talis spiritus animalis est communis ad omnes operationes, ideo læso cerebro læditur spiritus animalis, & si læditur cerebrum in parte anteriori, sic spiritus in parte anteriori læditur, & sic læditur sensus communis, si vero lædatur media pars cerebri, læditur etiam spiritus animalis, & sic læditur cogitatiua, si vero lædatur pars posterior cerebri læditur spiritus ibi existens pro memoria, & sic læditur memoria. Ita dicam, de spiritu qui generatur in anterioribus illis ventriculis ex spiritu vitali, & est animalis, quia vt dicit Galenus ibidem est spiritus animalis, qui est instrumentum commune omnium effectuum, ideo læsis illis anterioribus ventribus læduntur illi spiritus animales, ex qua læsione instrumentum olfactus læditur, re vera tamen instrumentum olfactus sunt illi nerui expansi per nares, vt dicebat Vesalius.

De tertio

De tertio dico, quòd omnes debetis soluere hoc argumentum, etiam Galenus debet soluere, quare ex inspiratione non eleuatur os frontis, in quod pertin gunt illi duo anteriores ventres cerebri, nec eleuantur illæ duæ membranæ, quomodo ergo dicit Galenus quod eleuatur operculum, quod ergo operculum eleuatur, quid ergo dicendum, dico quòd improprie eleuatur operculum, & ita improprie est mo dus loquēdi Arist. quia ita intelligit, sicut pro visione oportet quòd eleuentur genæ & palpebræ, ita in odorando oportet quòd instrumentum olfactus detegatur, id est operculum eius eleuetur, hoc est dictu ex illa inspiratione operculum eleuatur. i. aer penetrat meatus illos narium vsque ad neruos, ita quòd impropriè eleuatur operculum, non oportet solum attendere verba sed etiam res. *Simili modo aliorum animalium &c.* quia dixit Arist. quòd odores per accidens sequuntur sapores, sunt tamen odores per se vt odor vnguentorum & aromatum, & isti sunt proprij homini, modo Arist. vult remouere dubitationem, quia feræ. i. bruta fugiunt odores per se non ratione alimenti, sed quia enecantur ab illis odoribus, ergo & cætera bruta percipiunt odores per se, quòd autem multa animalia necantur odore per se, hoc de clarat Arist. quia inquit multa insecta, vt muscæ necantur odore sulfuris & etiam bituminis, bitumen est vt dicebat Diascorid. in 5. lib. quod perfecte generatur in iudaico mari palestino, quod quidem mare dicitur asphaltos, quia ibi generatur bitumen, quod apud græcos appellatur asphalton, illa aqua est amarissima, & ex odore istius bituminis animalia bruta enecantur, & de hoc bitumine loquitur Arist. hic, etiam inquit Alexander ex cornu exusti odore pereunt serpentes, & enecantur, ergo animalia bruta fugiunt illos odores per se. percipiunt ergo, & sic nō sunt proprij homini vt diximus. Respondit Arist. intricate more suo dicens, quòd ista animalia fugisit istos odores per accidens quatenus isti odores sunt noxij, & lædunt ipsa animalia, ideo per accidens fugiunt illos odores, quomodo autem sint noxij declarat Alexander, quia inquit illi odores fundantur in halitu quodā pernitioso ipsis animalibus, ex quo halitu ipsa animalia læduntur, & declarat Arist. quia sicut homo læditur & suffocatur ex odore carbonū per accidens, quia suffocat ex halitu ipsius carbonis, & declarat Albertus quomodo ex carbone odore in Pollonia in vna hora suffocati sunt tres pauperes existentes in vno lecto, quia halitus carbonis ex quo est grossus cum inspiraretur ab illis sui grossitie, & malignitate suffocauit illos, dicit Albertus succurrimus huic aspergendo super carbones sal & vinum, quia illi halitus subtiliantur, ita ergo bruta per accidens fugiunt illos odores, quia sunt noxij eis, propter malos halitus, qui eleuantur à talibus corporibus. Sed dicetis an animalia bruta percipiant illos odores vel non? si percipiunt illos odores, ergo illi odores non sunt proprij homini, sed si nō apprehendunt, perfectior ergo est olfactus hominis, quàm olfactus brutorum, quia olfactus hominis percipit omnes species odorum, brutum tantum per accidens species odoris apprehendit. Alexand. videns hanc difficultatem dixit, quòd bruta omnia non apprehendunt illos odores vt serpentes & similia, quomodo ergo fugiunt illos odores? dixit Alexand. per accidens ratione. s. halitus, qui est noxius illis animalibus, cum vero dicimus quomodo ergo olfactus hominis est imperfectior olfactu brutorum? Respondit quòd olfactus hominis est imperfectior olfactu brutorū quo ad odores sequentes sapores, quia brutum apprehendit illos odores sequentes sapores à longiori distantia, & etiam quo ad maiorem impresionem. i. melius imprimuntur. i. exactius percipiuntur ab olfactu brutorum quàm ab olfactu hominis, & sic olfactus brutorum est perfectior olfactu hominis, si quæras cur olfactus bruti non percipit illos odores? dicit Alexand. quia nulla est vtilitas in brutis, homo vero percipit illos odores propter salutem, vt. s. corrigat cerebrum, quod est maxime frigidum & humidum, cerebrum vero aliorum brutorum non est ita lapsum in frigido & humido, ideo illi odores non afferunt salutem brutis, quia illi odores sunt propter correctionem cerebri, ideo non percipiuntur ab ipsis brutis. Sed Alexand. aduersatur sibi met, quia supra exponens illud verbum Arist. isti odores sunt proprij hominibus vt ita dicam, dicit Alexander, quòd Arist. dixit vt ita dicam, quia illi odores per se apprehenduntur etiam à brutis, sed quàm maxime sunt proprij homini, ideo sibi aduersatur, etiam ex ratione, quia Arist. afferens vtilitatem odorum per se, dicit quòd corrigit lapsum cerebri, quod est in frigido & humido, sed cerebrum cuiuscūque animalis est frigidum & humidum, quia in vnoquoque animali positum est cerebrum frigidum vt contemperet caliditatem cordis, si ergo cerebrum omnium brutorum sit lapsum in frigido, ergo omnia bruta debent percipere odores vt corrigatur lapsus ille. Etiā Alexander aduersatur Aristoteli, quia dicit Alexan. quòd olfactus brutorum est perfectior olfactu hominis, quia brutum à maiori distantia apprehendit, & maiori impressione apprehendit. i. exactius apprehēdit species odoris per accidens quàm homo. Contra, quia cum instrumentum olfactus hominis sit perfectius olfactu brutorum, ideo magis exacte debet apprehendere differentiam odorum homo quàm brutum, & Arist. quinto de generatione animaliū cap. Scdo dixit, ꝙ vnusquisq; sensus hominis magis exquisitè apprehendit sensibilia quàm sensus brutorum, quia homo est perfectioris tēperaturæ, & sicut in veste mūdissima apparet macula, ita est sensus hominis, q; magis exquisite apprehēdit quàm sensus brutorū, ideo olfactus hominis est perfectior olfactu brutorum, licet brutum à maiori distantia apprehendat quàm homo. Ideo aliter D. Th. hic dicit, quòd non percipit illos odores brutum, O, quomodo fugit, dicit, non fugit ratione odoris, sed ratione tactus, quia percipit illos halitus, qui sunt noxij bruto, & ipsum enecat, ideo fugit illos halitus, & non odores, quia eos nō percipit. Sed remanet difficultas quomodo sensus olfactus hominis nō sit perfectior sensu olfactus bruti, quia sensus olfactus hominis apprehendit plu-

res

res diffetētias odoris quàm olfactus bruti, ergo perfectiot, quid ergo dicendum, dicam in fine cap. ego volui aduertere vos qđ dixit Alex. & D. Th.

Lectio XLI.

CVM *autem impares sint sensus*. taugit Arist. aliam dubitationē, quia cuiuslibet numeri imparis habet vnitatem mediam, quia septem habet tria ex vtraque parte & vnitatem mediam, cū ergo sensus sint impares. s. quinque, quis erit medius? inquit Arist. est olfactus, quia olfactus est particeps gustus & tactus ex vna parte, est etiam particeps visus & auditus ex alia parte, olfactus est particeps tactus, quia fundatur in sicco, siccum autem est obiectum tactus, est etiam particeps gustus, quia gustus est quidam tactus etiam quia odor insequitur saporem, qui sapor percipitur à gustu, & declarat quomodo odor fundatur in sicco, quia inquit odor est quædam lauatio sicci terrei sapidi, & Alex. notat hoc verbum lauatio quædam, quia inquit odor non est lauatio nisi impropric, quia sicut ex lauatione coloris odor tingitur colore, ita siccuum sapidum terreum ex lauatioue humidi fit odor, declarat modo ex alia parte, quomodo olfactus sit particeps visus & auditus, qa sicut visus & auditus percipiunt obiectum cum medio extrinseco. i. cum medio, quod non est pars animalis, ita olfactus percipit obiectum mediante extrinseco medio, idest olfactus est particeps gustus, & tactus, & auditus, ac visus, & sic est mediū. Quo ad verba Arist. cū dixit. *Quod tactili inest & audibili, ac perspicuo* i. visibili, vocat autem perspicuum visibile, qa visibile sine perspicho non potest vestri, dixit etiam in humido, & fusili, per fusile intelligit acrem, quia maxime diffunditur aer.

Quomodo igitur. nunc epillogat Arist. & dicit ex dictis patet, quomodo sunt species odoris, & quomodo non sunt, quia species odoris principaliter sunt duæ. s. odor per accidens, & odor per se, odor per accidens habet septem species, sicut sapor habet septē species, & species odoris per accidens nominantur nomine speciei saporis, odor vero per se habet species. s. odorem suauem, & molestum, odor vero suauis habet tot species, quot sunt corpora habentia odorem per se, ita etiam ndor molestus habet tot species, quot sunt corpora habentia illum odotem, dixit vero Arist. odorem habere species, quia Plato dicebat odorem non esse generans.

Quòd autem quidam Pythagoricorum. occasione huius quòd s. olfactus sit medium inter visum & auditum ex vna parte, & gustum & tactum ex alia parte reprehendit Pythagoricos, & quosdam medicos suo tempore (vt dicit Alexander) quia Pythagoras & illi medici dicebant, quòd odor per se nutrit, & dicit per se nutrit. quia nemini dubium, quòd odor per accidens nutrit, scilicet ratione alimenti in quo existit, per se tamen non nutrit, dicebāt ergo illi ꝙ odor per se nutrit, & videtur etiam opinio Hyppocratis, vt dicemus, dicit Arist. hoc non est verum, quia sensus alimenti est gustus, si odor per se nutriret olfactus ergo non distingueretur à gustu, & declatat modo Arist. quòd odor per se non nutrit, quia inquit omne, quod nutrit est mixtum ex quatuor elementis, sed odor & aer in quo est odor nō sunt corpora mixta, ergo odor per se non nutrit, quòd autem odor non sint corpora mixta patet, quia sunt qualitates secundæ, & aer etiam est corpus simplex, minor ergo est manifesta, maiorem declarat, scilicet quòd illud quod nutriat sit mixtum, & probatur, quia inquit qđ nutritur est mixtum, ergo quod nutrit est mixtum, hæc consequentia probatur multipliciter, quia eadē est materia proxima nutritionis, & generationis, sed materia proxima generationis est mixtum, ergo & materia nutritionis, scilicet quod nutrit est mixtum.

Secundo quia nutritio data est viuenti vt reponatur pars deperdita, sed pars deperdita est mixta, ergo si nutritio debet restaurare illam partem oportet, ꝙ alimentum sit mixtum, quia simplex non potest restaurare mixtum deperditum. Tercio dicit Arist. ꝙ exeremēta sunt mixta, eo qđ id quod nutrit est mixtum, quia excrementa decidunt ex alimēto, quod debet nutrire, si ergo excremēta sunt mixta, ergo omne quod nutrit est mixtum, & dicit Arist. quòd excrementa generantur in animalibus & in plantis, sed in animalibus intra generantur excrementa, in plantis extra, & hoc sic debet declarari, quia in hominibus triplex est concoctio, vna in ventriculo, & ex illa coctione generantur superfluitates, quæ sunt stercora, dico substantialiter, quia in intestinis superioribus gracilibus stercus petficitur. Iacobus Foroiuliēsis volebat stercus substātialiter generari in tenuibus intestinis, secunda coctio fit in epate, & ibi generantur superfluitates. s. vtraque cholera, tertia coctio fit in membris cum membra transmutant sanguinem in sui naturam, & sic ibi generantur excremeta, quæ in sudorem & pilos transeunt, & sic excrementa in animalibus intus generātur, in plantis vero extra, quia vt dicit Arist. 2. de pattibus animaliū, qualis ventriculus epati animalis, talis est terra cum à sole decocta est ipsi plantæ, ideo excremenium in plāta extra generatur. s. in terra a sole elaborata.

Tertio probat, quòd illud, quod nutrit, sit mixtū, quia inquit, aqua, quæ est corpus simplex videtur nutrire, non nutrit tamen, quia dixit Arist. ꝙ aqua nutrit ignem, quia humida, igne autem nō alitur aqua, quia ignis caret humiditate, si aqua non nutrit, ergo nec aliud corpus simplex potest nutrire, ꝙ autem aqua non possit nutrire probat Arist. quia quod nutrit debet esse solidum & constans, sed aqua non est constans, ergo aqua uon nutrit, quòd autem illud quod nutrit debeat esse cōstans, probatur, quia quod nutritur est constans, quia eadem est materia nutritionis & generationis. Secundo quia omne, quod nutrit decoquitur, omne quod decoquitur est mixtum, quia coctio 4. Meteororum non est nisi separatio humidi superflui, cum siccum remanet constans. Ideo Latini malè dicunt dicentes ꝙ coctio sit mixtio humidi cum sicco, quia est separatio humidi à sicco

aqua,

aqua ergo ex quo caret siccitate non potest excoqui, ideo nec nutrire potest, ideo agricola ponit stercus circa plātas, deinde ei immiscet aquam, vt planta nutriatur, si ergo aqua non nutrit, ergo nec aer, nec odor. Hæc est prima ratio ad probandam maiorē, quæ tripliciter diuisa est, secunda ratione probat, φ odor & aer in quo est odor non nutriant per se, quia inquit omne, quod nutrit habet determinatum locū in animali suæ coctionis, sed aer & odor non habent determinatum locum suæ coctionis in animali, ergo non nutriunt per se odor & aer, probat Arist. vtranque partem, primo quòd omne quod nutrit habet determinatum locum suæ coctionis, quia inquit cum triplex sit coctio in animali, prima est in ventriculo, in quo chilus gñatur, secunda coctio fit in epate, & in corde secundum Arist. quia sanguis, qui generatur in epate apud Arist. non meretur nomen sanguinis, sed tantum ille, qui generatur in corde, ideo Arist. non negaret sanguinem fieri in epate, sed diceret illum sanguinem non mereri nomē sanguinis, sed cum elaboratur in corde, tunc potest dici sanguis, tertia vero fit in membris, vnaquęq; ergo coctio fit indeterminato loco, probat minorem pro positionem, quòd odor & aer non habeant determinatum locum suæ coctionis, quia inquit odor demandatur nari, vt nares illum percipiant, odor ibi non decoquitur, Etiam per nares attrahitur aer, in quo est odor ad pulmonem, in pulmone non concoquitur aer nec odor, ideo odor nec aer habent determinatum locum suæ nutritionis, ideo odor per se nō nutrit, & Arist. remouet dubitationem, quia inquit, si odor nō nutrit cum percipiatur ab olfactu, ad quid ergo factus est odor? Respondit Arist. φ factus est odor propter salutem, & declarauimus supra quomodo afferat salutem, & dicit Alex. quòd odor facit aliquando reuiuiscere corpora confortando virtutem, vt in sincopi, propter hoc inquit Alex. non est tamen dicendum quòd odor per se nutriat, quia facit reuiuiscere corpora, quia aqua cum vi inspergitur fronti facit reuiuiscere, & tamen illa aqua nō nutrit, & etiam odor tanquàm propter finem propter perfectionem potentiæ ipsius olfactus, his ergo de causis factus est odor. Epilogat Arist. quia inquit de sensibilibus cuiuslibet sensus, & de instrumentis cuiuslibet sensus diximus, sed est dubitatio, primo, quia Arist. non dixit de instrumento tactus, nec de sensibus tactus, quæ sunt qualitates, quid ergo dicit.

Secundo quia inquit, quòd odor habet species & per se, odor quia alius est molestus, alius est suauis, sed idem odor specie, & forte numero apparet homini modo suauis, modo molestus, idem autem nō differt à se ipso, ergo odor suauis non differt specie ab odore molesto. Tertio, quia inquit Arist. quòd plātæ non generant excrementa adintus, sed ad extra. Contra quia Theophrastus 6. de causis plantarum & Alex. hic, & Galenus 4. de simp. med. dixerunt quòd plantæ in prima coctione quæ fit in radice fiunt excrementa, & dicit Alex. φ plante in radice vbi fit prima coctio emittunt cineritium corpus, & Theophrastus dicit, quòd emittunt in prima coctione corpus pingue, ex cuius pinguedine aliquando plantæ suffocantur, sicut animalia ex pinguedine ventriculi suffocantur, ita in secunda coctione emittunt excrementa ad intus. s. folia, fructus, & cortices, quid dicit ergo Arist. Quarto quia dicit id qđ nutrit habet determinatum locum coctionis, hoc non videtur verum in plantis, quia coctio fit ad extra scilicet in terrā.

De primo dico vt Alex. quòd omisit declarationem instrumenti tactus, quia secundo de anima expressit instrumentum tactus satis diffusè, & Arist. secundo de anima explicans instrumentum tactus dixit non est caro, nec aliquid huius, sed quid intus, Auer. exponit quid intus. i. neruus, sed mentitur, quia neruus non est primum instrumentum tactus, quia dixit Arist. quòd nec nerui, nec pili, nec ossa sentiūt, etiam non est verum, quòd secundo de partibus animalium expresserit hoc, quid est intus, quia ibi eadē verba dixit, quia dixit instrumentum tactus non est caro nec huiusmodi, sed quid intus, ideo dicatis vt Themist. simplicis, Alexand. & Ioan. Gram. φ Arist. per quod intus intelligit cor, quia cor est primū instrumentum tactus, deinde caro, & Arist. non negaret etiam quòd neruus non sentiat, quia hoc patet experientia, sed negaret neruum esse primum principium, & immediatum instrumentum tactus, dentes etiam sentiunt, quia patiuntur stuporem, stupor est passio sensus tactus, vt dicit Galen. de causis simp. ideo principale instrumentum tactus apud Arist. est cor, deinde caro, tertio neruus, quarto dentes. Non tractauit etiam de sensibus tactus, quæ sunt qualitates primæ, quia in libris de generatione & corruptione, & quarto Meteororum eas explicauit, & declarauit, quæ essent qualitates actiuæ, & passiuæ.

De secundo quia idem odor specie est gratus homini & ingratus, idem autem non differt a se ipso, dico si intelligatur odor suauis & molestus ex parte hominis, sic odor suauis non differt specie ab odore molesto, vt cōcludit argumentum, si vero comparetur odor suauis ex sui natura ad odorem molestum, sic odor suauis specie differt ab odore molesto, & sic intelligit Arist. Ad tertium quia plantæ habent cō coctiones, quia prima coctio generatur in radice, ideo inquit Alexand. plantæ emittunt quoddam cineritium in radicibus, si loquamur de prima coctione apud Arist. prima coctio non fit in radice, sed coctio alimenti plantarum fit ad extra. s. in terra, quia ita est terra elaborata plantis, qualis ventriculus epati in animali, & sic de hac prima coctione Alexand. Theophrasto aduersatur. De secunda coctione dico quòd secunda coctio etiam fit in plantis Arist. vero intelligit de prima coctione quæ non fiat in plantis, manifestum enim erat, quòd secunda coctio fiebat in plantis, & quòd ibi intus generabantur excrementa. De quarto dico quòd si sequamur opinionem Theophrasti in primo de hystoria plantarum, dico quòd medulla plantæ se habet in planta, ut cor, ideo determinatus locus secundæ concoctionis est ipsa medulla, quæ est vt cor in animali, deinde per totam plantam fit coctio. Sed dicea an semper locus primæ coctionis sit ventriculus? Concilia-

tur

tur differentia 53. dicit quòd non, quia aliquādo prima coctio fit in inteſtinis ex enemate impoſito, in quo contineatur ius, quod ius tranſiens ad meſeraicas ibi in meſeraicis fit prima coctio, ſed eſſet videndum an illæ meſeraicæ haberent virtutem transmutandi ius in chilū, credo quòd non, ideo iſti medici, qui dicunt quòd cliſtere poteſt nutrire ſunt decepti, res, ſicut dicunt aurum nutrire, quia aurum vix poteſt à calore ignis actuari & deſtillari, quomodo ergo à calore noſtro actuabitur.

Lectio XLII.

SVPER cap. lecto de odore, & ſenſu olfactus ſunt difficillimę dubitationes, prima dubitatio cur Ariſt. omiſit abſolutam quidditatem odoris nulla habita ratione ad ſenſum olfactus, ſicut ſupra expreſſit abſolutam eſſentiam ſaporis, dico quòd omiſit explicare abſolutam eſſentiam odoris, quia ex declaratis de ſapore faciliter poſſumus deuenire ī quidditatem odoris, quia dixit, quòd odor, & ſapor ſunt vna paſsio, ideo quia diffiniuit ſaporem abſolute & ex tali diffinitione ſaporis poteſt clare apparere diffinitio odoris abſoluta, & erit, odor eſt qualitas quædam orta ex commixtione ſapidi terrei mixti cum humido aquæ & aeris à calore decoquente, immutās proprium ſenſum olfactum de potētia ad actum, iſta diffinitio eſt per omnes cauſas, formalis cauſa eſt qualitas, non quòd ſit proprie forma, quia formæ nō eſt forma, ſed qualitas ſe habet, vt forma, ponitur cauſa materialis cum dixit ex mixtione ſapidi terrei mixti cum humido aeris & aquæ, poſuit cauſam efficientē cum dixit à calore decoquente, quia calor decoquēs eſt cauſa efficiens odoris & etiam ſaporis, cauſa finalis ponitur etiam, & eſt immutans olfactum de potentia ad actum, vnumquodq; ſenſibile immutat ſenſum ſuum de potentia ad actum, hanc eandem diffinitionem poſuit Theoph ſexto de cauſis plantarum, cum dixit odor eſt mixtio ſapidi terrei mixti cū perſpicuo. i. cum humido aeris & aquę, & intelligit iſtā conditionem odor eſt mixtio, cauſaliter, & non formaliter. i. odor oritur ex mixtione. Ex qua diffinitione ſequitur quòd ſapor ſit prior nā odore, quia odor generatur ex ſicco terræ ſapido, ſequitur ſecundo ꝙ odor fundatur in calido & ſicco, ſicut ſapor in calido & humido, ideo Galen. 4. de ſimp. med. dixit, ꝙ omne odoratum eſt calidum, cui ſententiæ ſubſcribit Theophraſtus in lib. de cauſis plantarum cap. 5. vbi dixit ꝙ odor fundatur in calido & ſicco, ſapor vero in calido & humido, cuius ſignū, quia omnia quæ odorata ſunt, naſcunt in locis calidis, & æſtuoſis, q͂a in illis locis eſt maxima caliditas cum ſiccitate, ſecūdum ſignum quia corpora, quæ ſunt maxime odora cum ſunt ſicca magis ſunt odora, quàm cum humida, vt calamus, & ſanſucus, & ita humida cum magis inueteraſcunt fiunt magis odora, vt vinum cum magis ſit vetus, inquit magis odorum fit, ideo odor fundatur in calido & ſicco, eandem ſententiā habuit Ariſt. in xij. part. probl. problemate xij. inquit omnia odora prouocant vrinam, quia ſunt calida, & tenuia, idem dixit Plato in Thymeo, quia inquit odor fundatur in exhalatione ſicca, ideo illa, quæ habent odorē frigus diſterminat, ſaporem vero hebetat, quia odor maiorem caliditatē requirit quàm ſapor, ideo odor fundatur in calido & ſicco, & omnia odora ſunt calida, & ſic patet quòd recta eſt diffinitio data de odore, quòd ſcilicet odor eſt qualitas orta ex mixtione ſicci terrei ſapidi mixti cum humido aeris & aquæ à calore decoquente immutans olfactum de potentia ad actum. Sed hic imminet difficultas, quia in fumo eſt odor intenſus, & tamen ibi non eſt mixtio ſicci terrei ſapidi cum humido aeris & aquæ, quòd autem in fumo ſit odor intenſus, patet, quia eſt odor amarus, quòd vero in humido non ſit mixtio ſicci terrei cum humido aquæ & aeris, patet quia Ariſt. ſupra dixit, quòd fumus eſt communis terræ & aeris, & ibi non eſt aqua, quid ergo dicit hæc diffinitio.

Secundo quia dixit quòd odor fundatur in calido & ſicco, quod falſum eſt, vt patet de roſa, camphora, quæ ſunt frigida, tamen ſunt odorifera, ita de nenuphare ipſa quę habet odorem, & eſt frigida, nō ergo omnis odor fundatur in calido & ſicco, ſicut innuit diffinitio data odoris.

Tertio ſi odor fundatur in calido & ſicco, dicit Theophraſtus ſequeretur, quòd corpora cum eſſent calidiora & ſicciora eſſent magis odorata, quod non eſt verum, quia generans animalia eſt magis calidum & ſiccum quàm generans plantas, & tamen eſt minus odoriferum generās animalia quam generans plantas, imò inquit nullum animal eſt odoriferum vel rarum, dixit rarum propter pantheram.

Quarta dubitatio, quia diximus quòd ſapores ſunt natura priores odoribus, ſequeretur, cum ea ſint natura priora ſint imperfectiora, ſequeretur quòd temperatura faciens pro ſapore eſſet imperfectior ea tēperatura, quæ fit pro odore, quod tamen apparet cōtrarium, quia temperatura faciens pro ſapore magis excocta eſt, ideo magis perfecta quàm temperatura faciens pro odore, ideo multi fructus antequam ſint perfectè excocti habent plus odoris quàm ſaporis, cum vero ſint perfectè excocti in illis fructibus fit plus odoris quam ſaporis, ſed vbi plus excoquitur temperatura fit, perfectior ergo erit temperatura, perfectior ſaporis q̄ odoris. Etiam fructus ſiluestres ſunt odoratiores q̄ vrbani fructus, vt poma & pira, & tamen vrbani ſunt magis excocti, & tēperatura eorum eſt perfectior, non ergo videtur verum quòd ſapor ſit natura prior odore, cum habeat ſapor perfectiorem temperaturam quàm odor, quæ ſunt autem natura priora ſunt imperfectiora.

Eſt quinta dubitatio, quia videtur ex verbis Ariſtotelis quòd omne corpus habens ſaporem habeat odorem, & quòd non omne habens ſaporem habeat odorem, & ſic videtur implicare, quòd omne habens ſaporem habeat odorem, patet ex dictis ab Ariſtot. ſupra, quia dixit ſapor & odor ferè ſunt eadem paſſio, ſi ſunt eadem paſsio, ergo vbicunque eſt ſapor ibi

eſt odor

est odor, dixit postea ꝙ sapor est prior natura odore, omne prius potest separari à suo posteriori, poterit ergo esse aliquod corpus habens saporem, & non habebit odorem, & sic videtur implicatio.

Lectio XLIII.

SATIS diximus de quidditate odoris in generali, qualis esset ortus eius ex mixtione qualitatum passiuarũ, & exposuimus omnes causas odorũ, & diximus ex sententia Galeni, ꝙ omnis odor fundatur in exhalatione calida & sicca, & erat sententia Arist. in 2. part. problematum proble. 13. vbi inquit, quòd odorata pronocant vrinam, quia calida sunt, & diximus, ꝙ sequebatur quòd. sapor erat natura prior odore.

Prima dubitatio, quia non videtur verum, quòd omnis odor habeat ortum ex commixtione sicci terrei cum humido aeris & aquæ, quia est aliquod mixtum commune tantum aeri & terræ, quod habet maximum odorem, vt fumus, qui ex terra & aere constat vt dixit Arist. supra. Dicerem ꝙ mixtio odoris aliquando perfecta, aliquando imperfecta, perfecta mixtio est cum siccum terræ permiscetur humido aeris, & aquæ, & sic ferè semper generatur odor, imperfecta mixtio est cũ siccum terræ permiscetur tantum humido aeris, & ex tali mixtione aliquando oritur odor. Sed dices hic, in fumo nulla est humiditas nec aeris nec aquæ, quia fumus est communis terræ & aeri, terræ quo ad siccitatẽ, aeri quo ad caliditatem, quo ergo ibi miscetur siccũ cũ humido aeris & aquę, dicerẽ ꝙ ibi est aliqua humiditas aeris, q͂a ibi est caliditas aeris, cũ qua caliditate est humiditas aeris, & sic odor est cõis terrę quo ad siccitatẽ, aeri vero est cõis quo ad caliditatẽ & humiditatem, sicut dixit Arist. ꝙ color aliq͂ñ sequitur perfectã temperaturã, aliquãdo imperfectã, vt perfecta temperatura coloris albi est cum miscetur & dominatur diaphanitas aeris, imperfecta vero temperatura est cum aer permiscetur alicui corpori, & eleuatur in ampullas. Erat secunda dubitatio in dictis Galeni, q͂a dicit ꝙ oĩs odor fundatur in calido & sicco, erat dubitatio de rosa, quæ est corpus frigidũ, & tñ est odorata, dico vt dicit Galen. 4. de simp. med. cap. vltimo ꝙ rosa habet diuersas partes. s. continentes & cõtentas, imò succi rosæ sunt diuersi, aliquis assimilatur feci vini & est terreum, alius vero aereus, & proportione respondet vini flori, alius est aqueus, & inq̃t, ꝙ siccus terreus est acerbus, ideo crassus est, aereus vero amarus est, aqueus vero denudatus est ab oĩ sapore, vt aqua, & inquit illæ partes habent odorẽ, sed odor nõ percipitur ab olfactu, quia oẽs illæ partes nõ euaporant, odor vero in euaporatione calida & sicca fundatur, sapor vero omniũ partiũ à gustu percipitur, quia oẽs illæ partes mouẽt gustum, quare dicit non est tutum de tota medicamẽtorum facultate ex odore conicere, ideo dico ꝙ oĩa corpora odorata, sunt calida non simpliciter, sed corpus dicitur calidũ qua odoratum, quia corpus in quo est odor est etherogeneũ, ideo habet partes diuersas, aliquæ sunt frigidę, aliquæ calidæ, in calidis partibus fundatur odor, ideo simpliciter corpus odoratũ non est calidum, sed dicitur calidũ quatenus odoratũ est.

De tertio dico ꝙ genus animalium ex sui naturali temperamento est calidius & siccius quàm genus plantarum, cũ dicimus ergo animal magis debet esse odoratum quàm genus plantarum, negat hoc, q͂a inquit licet animal calidum & siccum magis sit, nõ est tamẽ magis odoratũ quia odor requirit calidũ & siccum commensuratum, qũo commensuratum. i. ꝙ nõ sit in subiecto valde tenui, vel valde crasso, quia in subiecto tenui faciliter dissipatur odor, quia ergo in plantis calidum & siccum est commensuratum, ideo est magis odoratum genus plantarum, qũo illud calidum & siccum in plantis est magis cõmensuratum, inquit Theophrastus, quia sunt in subiecto crassiori, quàm sit subiectũ animalium, in quo est odor, & hoc est ratione humidi aquei existentis in plantis, ideo ex arcu cœlesti redduntur herbæ odoratiores, quia inquit Theophrast. & est sententia Arist. guttę aquę incidũt super illas, & illa exhalatio sicca, in qua erat odor redditur crassior, & sic odoratior, q͂a nõ ita dissipatur ille odor i crassiori substantia, vt in tenuiori.

De quarto possumus dicere quòd dixit persimile Theophrast. & Galen. ꝙ perfectior est temperatura essentialis odoris quàm temperatura saporis, per accidens tñ põt esse ꝙ perfectior sit tẽperatura saporis quàm odoris, quia. s. in temperatura illa imperfectiori & minus cocta cũ sit substãtia, in qua est odor, crassa, ex calore agente in illam fit odor maximus, quia nõ ita dissipat, cũ vero fit pfectior tẽperatura, & eo citior illa exhalatio sicca q͂ erat crassa fit subtilis, ideo euanescit, fit sapor suauior in illa temperatura, q͂a remanet humiditas aquea in debita cõmensuratione faciens saporẽ optimũ, vide Theophrast. in vj. de causis plãtarũ 14. Est tñ aduertẽdũ hic, qđ Theophrast. dicit & videtur repugnare Arist. q͂a inquit Arist. vbi est plus odoris, ibi est plus saporis, hic Theophrast. dicit ꝙ aliq͂ñ aliqđ corpus habet plus odoris q͂ saporis. Nisi fortè dicatis, ꝙ dictum Arist. est verũ vt in pluribus, ꝙ vbi est plus odoris, ibi sit plus saporis, nõ est tñ semper verũ. De quinto Galen. de simp. med. dicit ꝙ oĩa corpora mixta hñt odorẽ, & si habẽt odorẽ, habent saporẽ, inq̃t tñ non oĩum odor apprehẽdi à nobis, q͂a aliq͂ñ odor est ita in substantia crassa, quæ nõ potest apprehẽdi à nobis, vt in sapore valde acerbo, ideo inquit oẽ mixtũ habet odorẽ, sed dices, est aliquod corpus insipidũ, si est insipidũ, caret ergo sapore, si sapor ergo caret odore, q͂a qđ priuat priori posteriori est priuat, dicerẽ fortè ꝙ nõ est aliqđ corpus mixtũ, qđ sit simpliciter insipidũ, sed dicit insipidũ. i. habẽs tenuẽ saporẽ, qđ nõ põt pcipi à gustu, ita scđm Galen. oẽ corpus habẽs odorẽ habet saporẽ, & ecõtra, cũ dicis sapor est prior natura odore, cõcedo, ergo põt separari ab odore, cõcedo scđm naturã, nõ inuenit tamen sapor sine odore exemplum sicut substantia est prior natura accidente, non inuenitur tamen substãtia sine accidẽte, ita genus dicit priua speciebus, tñ nõ separatur à speciebus, bene vt prius potest separari, ita est de sapore respectu odoris. Sexta dubitatio, quia Arist. posuit ordinem inter saporẽ & odo-

& odorem, quia ſapor eſt prior natura odore, ita debebat ponere ordinē inter ſaporem, & odorem, & colorem, quia omnes iſtæ tres qualitates ſequūtur temperaturā, quę aūt ſequūtur vnā cauſam illa habēt ordinē naturę iouicē, cur ergo nō poſuit ordinē naturę inter colorē, & saporē, & odorem. Dico ꝙ licet iſtę tres qualitates ſequantur eandē temperaturā in cōi, quia oēs ſequuntur cōmixtionē qualitatū ſecūdarū, non tñ ſequuntur temperaturā eiuldem generis, quia color licet ſequatur cōmixtionē qualitatū primarū, non ſequitur tñ illam cōmixtionem ratione qualitatū paſsiuarū, ſed ratione diaphaneitatis, vel opacitatis, ſapor vero & odor ſequūtur tēperaturā eiuſdē generis. ſ. commixtionem qualitatum primarū rōe. ſ. paſsiuarū qualitatū. ſ. rōne humiditatis & ſiccitatis.

Lectio XLIIII.

IN præterita lectione locuti ſumus de quidditate odoris in vniuerſali, vbi diximus, ꝙ odor erat qualitas orta ex mixtione ſicci terrei ſapidi mixti cū humido aquæ & aeris, quæ commixtio eſt à calore decoquēte, immutās olfactū de potētia ad actū, diximus ēt ꝙ oīa odorata sūt calida & ſicca, ēt diximus ꝙ ſapor eſt prior natura odore, ſoluebamus illas difficultates adductas cōtra hæc dicta, diximus ad primū ꝙ odor ſequebāt aliqñ cōplexionē imperfectā ſicut ēt color aliqñ ſequit cōplexionē imperfectā, ideo odor erat in fumo, licet fumus ſit tm̄ cōis terræ & aeri qa talis odor ſequitur cōplexionē imperfectā. Diximus etiā quo omnia odorata ſint calida, erat dubitatio de roſa, & camphora, quæ ſunt frigidæ, & tñ ſunt odorata, dixi ꝙ oīa odorata vt odorata ſunt calida, & qa roſa & camphora ſunt corpora ætherogenea, ideo fundatur in partibus calidis, dicūtur tñ frigidę, quia partes frigidæ præpollent calidis, fat eſt ꝙ odoratum quo odoratum eſt calidū. Diximus etiam ad tertiū, quòd odor fundatur in calido & ſicco cōmenſurato, ita calidius & ſiccius cōmenſuratū melius odorat, ſi vero fuerit corpus intenſe calidū & ſiccum, halitus in quo fundatur odor eſt nimiū ſubtilis, ideo faciliter reſoluitur ille halitus, & ſic odor non manet in animali, halitus vero qui eſt in planta calida & ſicca eſt magis craſſus, ideo odor permanet in plantis, ideo plantæ ſunt odoratiores animalibus, licet animal ſit calidius & ſiccius plantis, quia illa caliditas & ſiccitas animalis non eſt cōmenſurata. Ad quartum dixi ꝙ tēperatura odoris ſimpliciter, & eſſentialiter eſt perfectior tēperatura ſaporis, ſtat tñ ꝙ temperatura ſaporis ſit perfectior temperatura odoris per accidēs, qa magis redolet odor imperfectioris temperaturę quā perfectioris, quia odor imperfectioris temperaturæ eſt magis craſſus, ideo ille odor perſeuerat vſque ad ſenſum olfactus, odor vero perfectioris temperaturę cum ſit ſubtilis factus à calore ſolis non pōt ille halitus ſubtilis durare vſque ad olfactum, quia faciliter diluit, & ita ſe ipſum exponit Theophraſt. qa inquit fructus magis excocti ex quo halitus ſubtiles facti ſunt, non pōt percipi odor illorū, cū vero nō erāt ita excocti, craſſus magis erat odor, ideo percipiebatur. De quinto diximus ex ſententia Galeni ꝙ omne corpus habēs ſaporem, habet odorem, & ecōtra, ſed eſt aliquod corpus ſapidū craſſarū partiū ex quibus fumida exhalatio nō pōt eleuari, ideo odor nō pōt percipi, & re vera, omniū horū, q̄ habēt saporē, habēt odorē, licet odor nō poſsit percipi propter craſsitiē partiū, cū vero dicebas ſapor eſt prior odore, ergo pōt dari corpus ſapidū ſine odore, dixi ꝙ ſapor eſt prior natura odore, non tñ pōt ſeparari ab odore, qa ſequūtur eandē temperaturam. Erat ſexta dubitatio cur Ariſt. poſuit ordinē inter saporē & odorē, & non inter saporē, odorem, & colorem cū ſequantur eādem cauſam. ſ. temperaturam, dixi ꝙ colores nō ſequunt eandē tēperaturā, & nō ſunt eiuſdē generis, qđ ſapores & odores ſequunt, bene ſapor & odor tēperaturā eiuſdē generis ſequuntur, ideo poſuit ordinē inter ſaporem & odorem. Poſtquam diximus de quidditate odoris in ſpecie dicendū eſt de ſpeciebus odoris, duę erāt ſpecies odoris vna eſt ꝑ accidēs ſpecies odoris, & eſt illa, quæ ſequitur nutrimentū, iō ſicut ſapor nutrimenti dicit amarus vel gratus, ita ille odor dr̄ gratus vel ingratus, ideo pōt eſſe ꝙ odor ꝑ accidēs vni ſit gratus, alteri vero ingratus, vt eſurienti odor nutrimēti eſt gratus, cū vero ſatur eſt illi ingratus eſt, alia eſt ſpecies odoris ꝑ ſe, & eſt illa, quæ nō ſequitur ſaporem, ſed eſt ꝑ ſe odor, vt odor aromatū & vnguentorū, prius volumus loq; de prima ſpecie odoris, quæ eſt ſpecies odoris ꝑ accidens, quæ ſequit ſaporem, iō numerus ſpecierū odoris ſumitur ex ſaporibus; ſicut ergo ſunt ſeptem ſpecies ſaporis, ita ſeptem ſpecies odoris, & eodem nomine nominant illæ ſpecies odoris, quo nominantur ſpecies ſaporis. Sed hinc eſt dubitatio primo ex Theophraſto 6. de cauſis plantarū cap. 13. qa inquit, nemo appellat odorē ſalſum, amarum, pinguem, vel auſterū, huic ſententiæ ſubſcribit Galen. 4. de ſimp. med. cap. 21. dixit ꝙ non omnium nominum ſpecierum ſaporis transferimus in odoris nomina, ſed tm̄ duo nomina. ſ. acidū & acerbum, appellamus. n. tantū odorem acidum & acerbum, & nō dicimus odorem ſalſum nec dulcem, quid ergo dicit Ariſt. ꝙ omnes ſpecies odoris transferuntur ex ſpeciebus ſaporis, & ꝙ eodem nomine nominantur ſpecies odoris & ſaporis. Secunda dubitatio cur eſt quòd aliquis odor eſt gratus homini, & ingratus homini, dixit Galenus quòd ſapor eſt gratus illi, cū quo conuenit in temperatura naturali, eſt vero ingratus illi, qui non habet naturale temperamentum ſimile &c. vnde fœnum eſt gratum equo, quia habet naturale temperamentum ſimile equo, ideo eſt ei nutrimentum, non eſt gratum homini, quia non habet naturale temperamentum ſimile ei, ſicut ergo ſapor dicitur gratus vel ingratus ex naturali temperamento ſimili vel diſsimili, ita odor eſt gratus & ingratus, gratus eſt ille odor qui ſequitur corpus habens temperamentum ſimile homini, ille eſt ingratus, qui habet diſsimile temperamentū homini, & ita dicit Theophraſt. in vj. de cauſis plantarum, quia inquit odor eſt gratus vni homini, & ingratus alteri, gratus eſt ille, qui habet naturale tēperamentū ſimile illi

le illi

le illi, ingratus vero qui non habet naturale tẽperamẽtũ ſimile illi, ideo odor aliqñ eſt gratus vni homini, aliqñ vero alteri ingratus, vnde ego vidi Romę ꝙ aliquis non poterat ferre odorẽ roſæ, cũ.n. ſentiebat illũ odorẽ cadebat in ſyncopim, ſi ita eſt, vt diximus, ſequitur, ꝙ omne corpus odoratũ gratum vni erit & ſapidum illi, qa odor talis gratus eſt, quia habet naturale tẽperamentũ ſimile illi, ergo & ſapor eſt gratus, qa naturale temperamentum ſaporis illius corporis eſt ſimile illi, hoc tamen eſt falſum vt de roſa, quia odor eſt gratus, ſapor vero ingratus. Tertia dubitatio cũ colores, odores, & ſapores ſequantur temperaturam eãdem, cur nõ dixit ita ſapores & colores ſequunẽ odores, ſicut dixit, odores ſequunẽ ſapores, & cur nõ dixit ſapores nõ ſequũtur colores vel ecõtra. De primo dico ꝙ Galen. & Theophraſt. diſſentiunt ab Ariſt. & neſcio aliter dicere, quis rectius loquitur an Ariſt. an Theophraſt. difficile eſt ponere iudiciũ inter viros maximos. Dico tamen, quòd poſſumus ad placitum transferre hęc nomina ſaporis ad odores, quia methaphora quadam transferuntur nomina ſaporis ad nomina odoris, quia odor habet modum ſimilem tranſmutandi, quem habet ſapor, quia ſicut ſapor dulcis immutat guſtum cum lætitia, ideo odor gratus immutat olfactum cum lætitia, & quia poſſumus ampliare iſtam methaphorã & reſtringere, ita poſſumus omnes ſpecies odoris per accidens nominare nomine ſaporis, ſi volumus reſtringere iſtam metaphoram, duo nomina ſaporis tantum transferemus ad odores, ſcilicet acidum & acerbum, verum eſt quòd ſignificata terminorum ſumuntur ex communi vſu loquendi, vnde non poſſumus probare, cur hæc vox homo ſignificat hominem, niſi quia ita ſignificat ex communi vſu loquendi, forte tempore Ariſt. apud græcos ſignificata nominum ſaporis transferebantur ad odores, Galen. vero & Theophraſt. noluerunt. De ſecundo dico ſi ſequamur modum Theophraſti difficile eſt ſoluere argumentum, quia inquit Theophraſtus odor eſt gratus homini, quia habet naturale temperamentum illi ſimile, ingratus vero, quia habet diſsimile, vbi ergo erit odor gratus, ibi erit ſapor gratus, quia ſapor gratus eſt ille, qui habet tẽperamentum ſimile illi, cui eſt gratus, Galen. vero faciliter ſoluit, & videtur rectius loqui, & hoc dicit Galenus 4. de ſimp. med. cap. 21. dicit bene quòd ſapor gratus eſt ille qui ſequitur temperamentum naturale ſimile illi, quia debet tale eſſe nutrimentum homini, ita ingratus eſt ſapor, qui ſequitur naturale temperamentum diſsimile homini, ſed non eſt ita de odore, ſed odor dicitur gratus, non quia habet naturale temperamentum ſimile illi, ſed quia ille odor habet naturale temperamentum ſimile ſpiritui olfactorio, ille vero eſt ingratus, qui habet temperamentum diſsimile illi ſpiritui, ſpiritus olfactorius eſt ſpiritus animalis elaboratus in cerebro, & hoc non videatur vobis mirum, quia colores medii dicuntur grati viſui, non quia habeant naturale temperamentum ſimile videntibus, nec extremi dicuntur ingrati, quia habeant diſsimile temperamentum, ſed medij colores dicuntur grati viſui, quia habent ſimilitudinem cum ſpiritibus viſiuis, ſpiritus viſorij, ex nigro colore condenſantur nimis, & quaſi ſuffocantur, ex albedine vero diſperguntur, ex coloribus medijs illi ſpiritus recreantur, ita dicimus quòd Symphonia eſt grata auditui, quia ſimilis ſpiritui auditorio, ideo non ſequitur, quòd ſi in corpore ſit odor gratus, ſit etiam ſapor gratus, quia mediante alio dicitur ſapor gratus & odor.

Poſſumus faciliter conciliare Theophraſtum cum Galeno, quia ſi loquamur de odore per accidens qui ſequitur ſaporem, quia dicimus quòd ſapor eſt gratus vel ingratus ex temperamento ſimili vel diſſimili, ita odor per accidens dicimus quòd eſt gratus vel ingratus ex ſimili vel diſsimili temperamento, quia odor per accidens ſumitur ex ſapore, ſi vero loquamur de odore per ſe, ſic odor non dicitur gratus vel ingratus ex ſimili vel diſsimili temperamento, ſed dicitur gratus, quia habet temperiem ſimilem ſpiritui olfactorio, ingratum vero, quia habet diſsimilem ſpiritui olfactorio, vnde odor eſt gratus vni, vt habet naturalem temperiem ſimilem ſpiritui olfactorio illius, ingratus vero alteri vt habet diſsimilem temperiem.

Sed diceretis ſpiritus animales olfactus brutorum & olfactus hominis ſunt longè diuerſi temperamenti, quomodo ergo idem poteſt eſſe odor gratus homini & bruto, tamen idem odor eſt gratus homini & bruto, vt odor pulmenti. Dico quòd licet ſpiritus illi animalis bruti & hominis ſint aliquomodo ſimiles, odor tamen poteſt eſſe ſimilis vtriſque ſpiritibus, ideo poterit eſſe gratus vtriſque. De tertio dicit Galenus, quòd ex multis cauſis, quia multoties in eadem re apprehendimus ſaporem & odorẽ, ideo aſsimilantur odores ſaporibus, quia percipimus eu guſtu vt in cœpis, & aliis ſaporem aerem ita & odorem aerem. Etiam deprehendimus ſaporem ex odore, vt in rebus putreſcibilibus, quia percipimus odorem & ſaporem, quia cum ſentimus odorẽ putreſcibilium amplius nolumus guſtare, etiam quia transferuntur nomina ſaporis ad odorem, ſed omittamus iſtas cauſas, quia ſunt accidentales, & accipiamus cauſas eſſentiales Ariſt. qa inquit odor & ſapor ſequũtur eandẽ tẽperaturã, ideo odor aſsimilatur ſapori, ẽt qa odor ẽ poſterior natura ſapore, id aũt qđ eſt poſterius natura, ꝓportione reſpõdet priori, ideo odor proportione reſpondet ſapori, & non econtra.

Nota ꝙ preceptor confundit quia poſuit hanc dubitationẽ eſſe de odore per ſe, & eſt d' odore per accidẽs qa eſt de odore qui ſequitur nutrimentũ.

Lectio XLV.

IN pręterita lectione diximus, quòd duę erãt ſpecies odoris, vna ꝑ accidẽs quæ ſequitur ſaporẽ, q̃ ſapor ſequitur alimentum, & talis odor ſunt nomina ſuarum ſpecierum à ſapore, & comprehenditur ab omnibus brutis, & eius naturam examinauimus. Remanſit ſecũda ſpecies odoris quæ eſt odor per ſe, qa non ſequitur alimentum, vt odor aromatum, & roſarum, & differebat ſpecies odoris per ſe ab odore per accidens, quoniã odor per accidens eſt cõis omnibus animalibus, qm̃ percipitur ab omnibus brutis,

odor vero per se proprius est, homini vt corrigat lapsum cerebri. Est ergo dubitatio an odor per se tm̃ cōpetit homini, an cęteris brutis, ex vna parte videt φ species odoris per se tm̃ conueniat homini ex verbis Arist. qm̃ inquit Arist. species odorū per se tm̃modo ab homine cōprehēditur. Ex alia parte est ratio, quia exquisitor est olfactus bruti quam hominis, ergo si olfactus hoīs pcipit odores p se, ergo & olfactus bruti debet pcipere illos odores, si est exquisitior & perfectior quàm olfactus hominis. Propter difficultatē Alex. non fuit sibi constans, primo dixit, φ nedū homo pcipit illos odores, sed ēt brutū, ideo inquit expones illa verba Arist. dixit cū dicebat Arist. isti odores sunt proprij homini (vt ita dicā) quia & istos odores percipit brutū, verum tm̃ est φ illi odores primo & principaliter apprehendunt ab homine, & rō est, qa isti odores p se sunt vt reducāt intemperiē cerebri humidā & frigidā ad naturalē temperiē, qm̃ talis odor fundatur in calido & sicco, ideo inquit isti odores sunt magis proprij homini, quā bruto, à bruto tñ percipiuntur, deinde in verbis subsequētibus dicit φ homo percipit tm̃ istos odores, & nō brutū, & cum dicimus olfactus bruti est exquisitior olfactu hominis, inquit φ olfactus bruti est perfectior olfactu hominis, nō φ apprehendat plures species quā olfactus hominis, imò olfactus hominis percipit plures species odoris, sed dicitur perfectior, qm̃ olfactus bruti pcipit odores per accidēs à maiori interuallo & certius, ac distinctius illos percipit quàm olfactus hominis, ideo rōne huius dicitur perfectior olfactus bruti olfactu hominis, non aūt qa olfactus bruti apprehendat species odoris per se, & si dicas cur olfactus bruti non percipit odores per se, inquit Alex. qm̃ non afferunt salutem brutis, quoniam odores sunt vt corrigant lapsum cerebri, cerebrum autem bruti non labitur in intemperiem frigidā & humidam, vt cerebrum hominis, & videtur Arist. sententia hic, qa inquit, bruta nō percipiunt odores per se, sicut odores olei & bituminis, nisi per accidens, & quo per accidens inquit Arist. quoniā ex illis odoribus necantur, declarat Arist. quia quemadmodum homo læditur existens in lecto ab odore carbonis, & necatur ēt homo ab illo odore carbonis vt dixit Albertus Alemanus, ita brutum læditur ex odore per se, & quomodo homo læditur ex odore carbonum declarant oēs Latini, quia cū odore carbonū exit quidā halitus crassus, qui hominem suffocat ac lædit, ita ex odore bituminis & olei exeūt halitus, qui aduersanē brutis, & talis odor, in quo est halitus percipitur à tactu (vt inquit D. Th.) si ergo bruta necantur & fugiunt illos odores, per accidens ergo bruta non percipiunt odores, sed per se, huic sententiæ subscribit Alex. si liber est Alexandri Aphro. quoniam putatur quòd sit Alexandri Medici in primo proble. probl. 136. vbi quærit, cur sues stercoribus gaudeant, quia non percipiunt illos odores, quoniam habent vim olfaciendi hebetem, & hoc est, quia naribus crassis interceptisque sunt, ideo non percipiunt odores per se. Sed hæc opinio non videtur vera, primo ex sēteētia Theophrasti in sexto de causis plantarum cap. 5. vbi inquit omnes ferę delectantur odore pantheræ, panthera autem non est delectabilis ratioōe nutrimenti, quia nō est outrimē tum illis, imò panthera senio confecta suauitate odoris vescitur illis feris, cum ergo feræ aliæ delectentur odore pantheræ, qui tamen est per se odor. Eandem sententiam habuit Arist. in xiij. particula problematū proble. 4. ideo brutum percipit odores per se, & non tantum homo. Etiam experientia, quouiā caoes venatici tempore florum minus venantur quàm in alijs temporibus, & hoc non potest esse, nisi quia olfactus caois impeditur ab odore florum, qui odor est per se odor, ergo olfactus canis percipit odores per se, quia ab ipso impeditur in venatione. Etiam quia canis in tenebris discernit suum dominum ab alijs hominibus, non mediante visu, quoniam non potest videre, sed tantum mediaote olfactu, ideo canis percipit odorem sui domini, & tamen ille odor non est sibi nutrimenti gratia, quia homo non est nutrimentum canis, ergo percipit illum odorem sui domini per se, in hoc tamen quæsito standum est experientiæ. Etiam ratione, quia cerebrū datū est omnibus animalibus, vt contemperet caliditatē cordis. i. caliditatem spiritus vitalis, qui descendit à corde, & fit animalis in cerebro ex frigiditate cerebri, cum ergo eadē ex causa datū sit cerebrū omnibus animalibus, cerebrū ergo omniū animaliū est frigidū, licet cerebrū hominis sit frigidis aliis, ergo cū odores p se sint gratia cōtemperādi frigiditatē cerebri, qm̃ ex ipsa frigiditate fiūt multi morbi, pcipuē destillationes, & oē cerebrū sit lapsum in frigiditate, ergo ab omnibus brutis debēt apprehēdi odores p se vt cōtē perēt frigiditas cerebri eorū, licet magis afferat salutē hominibus quā brutis, qa cerebrū hominis est frigidius cęteris. Etiā quia potētia olfaciendi bruti, & potētia olfaciēdi hominis sunt eiusdē generis, sed potentię eiusdē generis sunt idem obiectū ęquatū, cum ergo obiectū adęquatum olfactus sit odor cōis odori p se, & per accidēs, debet apprehendi tā ab olfactu hominis quā bruti, aliter illæ potētiæ olfactus nō essent eiusdē generis, qm̃ haberēt diuersa obiecta adæquata, tñ sunt eiusdē generis, vt potētiæ visiuæ bruti & hominis sunt eiusdē generis, ergo odor p se apprehēditur ēt à bruto, & nō tm̃ ab homine. Ideo Theophrast. in vj. de causis plantarū cap. 4. in dubio est, & dicit φ nullū brutum pcipit odores p se, nisi rarò, & quo rarò? dicit propter pātherā, qm̃ aliç ferç delectātur odore pantheræ, iō panthera in senio vescit illis feris, sed dicit Theophrast. si hō pcipit odores oēs et p se, & per accidēs, brutū vero non pcipit odorē per se, nisi raro vt dixi, qm̃ ergo olfactus bruti erit exquisitior olfactu hominis. Ideo Theophrast. dixit φ brutū percipit odores per se queādmodum hō, & sic reuocat sententiam suam, quia supra dixit raro. Sed brutum oō appetit, nec prosequitur illos, φ autē brutum non appetat odorem per se, nec prosequatur declarat, quia inquit brutum interficitur ab odore per se, vt ex odore vnguētorū interficiunē vultures, cancri vero ex odore rosę, apes vero, & alia īsecta interficiūtur odore olei, & Arist. dixit φ ex odore olei, & bituminis interficiunē insecta, & inquit, cū sapor olei

est

est pinguis, ita odor pinguis debet esse, si est pinguis quo interficit insecta. Respondit Alex. ꝙ licet odor & sapor olei sit homini pinguis, insectis tamen non est pinguis, sed est inimicũ, qm̃ vt dicit Galen. in 4. de simpl. med. aliquod est dulce & pingue vni, alteri vero inimicus & amarus, quoniam si habet naturale temperamentũ simile ei dulce, si vero habet tale tẽperamentum dissimile illi, est amarum, quia ergo sapor & odor olei habet naturale temperamẽtum dissimile in sectis, ideo illis nocet, & non est pinguis, licet homini sit pinguis ob similem temperiem.

Sed hoc dictũ aduersatur Arist. qm̃ quinto de generatione animaliũ cap. 1. & 2. inquit Arist. oẽs sensus sunt exquisitiores & certiores in homine quã in brutis, & petebe, qm̃ inquit hoc est ex pfectiori tẽperatura hominis, ideo sensus hominis distinctius & acutius apprehendit propria sensibilia quàm sensus bruti, quemadmodum inquit in veste mundissima apparet quælibet, & si minima macula, ita in sensu perfectioris temperaturæ, vt in sensu hominis apparet quælibet differentia sensibilis, ideo olfactus hominis cum sit perfectioris temperaturæ quàm olfactus bruti, ideo perfectior & exquisitior est olfactus hominis quàm olphactus bruti. Secundo quoniam dicit quòd bruta percipiunt istos odores, sed non appetunt, nec persequuntur, sed quo verum est exemplum eius, quoniam inquit, feræ apprehendunt odores pantheræ, qui odor est per se odor, ideo inquit panthera in senio illis vescitur feris, quoniam illas ad se allicit ex suauitate odoris, & hæc etiam fuit Arist. sententia 13. problematum proble. 4. ergo brutum appetit & prosequitur odores per se.

Ideo dico quòd brutum apprehendit odores per se, & per accidens vt homo, sed brutum non ita prosequitur, nec appetit illos odores, vt odor, quoniam raro brutum prosequitur odores, & dico hoc propter pantheram, quoniam aliæ feræ percipiũt illius odorẽ & prosequũtur, alia vero odora per se non prosequũtur bruta, quoniam licet canis percipiat odorẽ rosæ, illum tamen minime prosequitur, nec appetit, homo vero semper odorem per se prosequitur. Et hæc videtur sententia Arist. 3. Ethicorum, quoniam inquit in sensibilibus trium sensuum. s. visus, auditus, & olfactus non delectatur brutum, nisi per accidens, nec per se delectatur, quia nõ delectatur brutum istis sensibilibus, nisi ratione alimenti, & dictum Arist. non est vniuersaliter verum, quoniam delphinus (vt ex historiis habetur) delectatur colore per se, quoniã delectantur pueris. i. colore puerorum, & eorum pulchritudine, & luscinia delectatur sua symphonia per se, & aliæ feræ delectantur per se odore pantheræ, sed dictum Arist. verum est vt in pluribus, ita ego dico ꝙ brutum percipit omnes odores, per se, & per accidens, sed odores per se nec appetit nec prosequitur, nisi raro, homo vero vt plurimum. Ex hoc solutur dubitatio, quia exactior est olfactus bruti quam olfactus hominis, dico etiam quòd brutum percipit odores per se, sed illos non prosequitur, nec appetit vt homo, ideo dubitatio nulla. Secundo quia inquit Arist. brutum necatur ab odoribus per accidẽs, quomodo illos odores per se percipit, qm̃ si per se percipit, etiam per se ab illis odoribus necatur brutum, & tamen Arist. dicit per accidens ab odoribus ꝑ se necatur brutum. Dico ꝙ brutum ex odore per se non necatur vt odor, sed necatur ex odore, vt odor cõiungitur halitui, qui quidem halitus est inimicus brutis, ideo brutũ illos odores per se percipit, per accidens vero necatur ratione halituum, in quibus fundatur odor, qui aduersatur ipsis brutis. Quod vero dicit Alexã. ꝙ sues delectantur stercoribus, qm̃ non percipiunt stercorum odores, falsum est, sed delectãtur stercoribus, qm̃ talia stercora habent simile tẽperamentum ipsis, ideo & odor stercorũ est ipsis suauis, quia habent temperiem similem cum spiritibus olfactoriis suum, est vero ingratus hominis, quia ille odor habet dissimilem temperiem spiritui olfactorio hominis, ideo dico ꝙ sues delectãtur stercoribus, quia stercora illa habent naturale temperamẽtum simile illis, & quo ad saporem, & quo ad odorem, cras prosequemur.

Lectio XLVI.

IN hæsterna lectione dixi, ꝙ vbi Theophrast. concedebat brutũ habere exquisitiorem olfactũ quàm homo, ita dixit Alexan. occasione huius dicti est dubitatio, an olfactus hoĩs sit deterrimus oĩum olfactuum, qm̃ Arist. videtur dicere ꝑ sic in 2. de aĩa, & oẽs expositores cõsentiunt cum ipso. s. ꝙ olfactus hominis est deterrimus olfactuũ cęterorũ brutorum & assignauit triplicẽ causam, prima causa est, qm̃ brutũ sicut canis ꝑcipit odores à maiori distantia q̃ hõ, ideo olfactus bruti est exquisitior olfactu hominis. Secũda causa est qm̃ homo cõfusius & incertius apprehẽdit odores quàm brutũ. Tertia causa est, qa nõ omniũ rerũ odores ꝑcipit homo, vt brutũ, qm̃ veluti dicit Theophrast. feræ ꝑcipiunt odores pantherę, hõ tñ nõ ꝑcipit odores pantherę, iõ inquit homo nõ ꝑcipit odores aĩaliũ, brutũ vero apprehendit odores oĩum rerũ, ideo inquit omniũ rerum odores nõ sunt grata vel ingrata homini, sed bene sunt grata vel ingrata bruto qm̃ brutũ oĩum rerũ ꝑcipit odores, huic sentẽtiæ videt̃ subscribere Galen. in 4. de simp. med. vbi inquit ꝙ omniũ corporũ mixtorũ est odor, sed ille odor nõ ꝑcipitur aliq̃ñ ab homine, qm̃ fundat̃ in halitu multũ crasso, adeò ꝙ nõ põt pertingere olfactũ hominis, & hãc sententiã videt̃ sequi Arist. in 2. de aĩa, qm̃ inquit olfactus hominis est deterrimus, eo ꝙ tm̃ apprehẽdit extremas differẽtias odoris. s. cũ lętitia & tristitia, nõ apprehendit autẽ differẽtias intermedias odoris, vt brutũ, & huius causa est ex imperfectiori tẽperatura olfactus hominis, qm̃ instrm̃ olfactus hominis positũ est in cerebro apud Galen. vel apud cor secd̃m Arist. cum ergo cerebrũ hominis sit maxime la pſum ad frigidũ & humidũ quã cerebrũ aliorum brutorum, ideo instrm̃ olfactus hominis est magis intemperatum & improportionatum odori, qm̃ odor fundatur in calido & sicco quàm instrumẽtum olfactus bruti, ideo olfactus hominis est qui-

dem multo deterius olfactu bruti. Sed hæc opinio aduersatur Aristoteli, licet in primo dicto conueniat, quòd scilicet brutum à maiori distantia odorem percipit quàm homo, sed secundum dictum repugnat Arist. ꝙ.s. brutum certius & exquisitus apprehendat odores quam homo, quantũ huic sentẽtiæ repugnat Arist. in 5. de generatione animalium cap. 1. & 2. vbi dicit ꝙ omnes sensus in homine sunt pfectiores sensibus in brutis existentibus, & rationem reddit Arist. quia sensus hominis ex perfectiori temperatura oritur, ideo olfactus hominis exquisitiùs apprehendit odores, ac certiùs quàm olfactus bruti. Tertium dictum etiam repugnat Arist. quia dicit quòd omnium rerum homo non percipit odores hoc est falsum, qđ dicit Theophrastus homo non percipit odorem pantheræ, sed bene feræ, dico secundum Theophrastum in sexto de causis plantarum cap. 12. & 13. & Auer. etiam, ꝙ homo percipit odorem pantheræ, quomodo si non perciperet, quõ sciret ꝙ feræ alliciantur ex odore pantheræ, si homo non percipit illum odorẽ, etiam intellectus scit illum odorem, ergo & sensus, quia cognitio rei non potest esse in intellectu, quin prius fuerit in sensu, ideo primo posteriorum dixit Arist. deficiente vno sensu deficit scientia illius sensus, etiam quoniam omnium rerum notitia est nota intellectui nostro secundum naturam, quia per accidens potest impedtri notitia alicuius rei, quoniã intellectus humanus se habet ad notitiam omnium rerum sensibilium, vt materia prima ad formas naturales, sed materia prima potest recipere omnes formas naturales, quare intellectus noster põt recipere notitiã omniũ rerũ, qa intellectus est inferior oĩbus intellectibus, & cum intelligere sit secundum naturã, ille ergo intellectus, qui plura intelligit est imperfectior, cum ergo intellectus noster sit omnibus imperfectior, omnium ergo rerum notitiam apprehendit, quia vt forma, non dicitur forma naturalis, nisi in materia recipiatur, ita notitia cuiuscunque rei est in intellectu, notitia ergo omnis odoris est in intellectu, ergo & in sensu, quia quicquid intelligit intellectus mediante sensu intelligit. Etiam quidã dicunt ꝙ olfactus hominis est deterrimus. quoniam ex quo est apud cerebrum hominis, est frigidus & humidus ex frigiditate cerebri, odor vero fundatur in calido & sicco, ideo est improportionatus olfactus hominis, & sic est pessimus olfactus hominis, sed si hoc esset verũ sequeretur ꝙ gustus esset in hoĩe imperfectissimus, cuius oppositũ dicit Arist. qm̃ inquit gustus est imperfectus in hoĩe, qm̃ gustus est quidam tactus, ꝙ hoc sequaᵗ patet, qa instrumẽtũ gustus ex Arist. sunt nerui expansi per linguã q̃ sunt frigidi & sicci, sapor vero in calido fundaᵗ. qm̃ est à calore decoquente & in humido, vt dixit Arist. erit igiᵗ sapor ĩproportionatus gustui hoĩs, ergo gustus hoĩs erit imperfectus, cuius oppositũ dixit Arist. Ideo aliter dicendũ hic ex Auer. & Arist. ꝙ homo peius odorat q̃ brutũ duplici de causa, prima qm̃ brutũ pcipit à maiori distantia q̃ homo. vt patet de cane, & rõ huius est situs organi, vt dicit Arist. qm̃ organũ, qđ est magis exporrectum & expositũ odoribus à maiori distantia percipit odores, ideo canis, quia habet neruos exporrectos & detectos magis à longe percipit quàm homo, quoniã homo habet organũ olfactus minus exporrectũ, & magis tectũ, & ita inquit Arist. ꝙ sunt aliqua bruta, quæ percipiunt sonũ à maiori distãtia, & hoc est, qa habet aures magis latas, ideo tanquã cauiculi recipiũt sonus in aure à maiori distãtia, & ita aquila videt à maiori distãtia, nõ quia habeat oculos magis exporrectos, sed qm̃ habet oculos magis in recessu corporis q̃ homo, ideo à longè videt, iõ inquit Arist. cũ volumus videre magis à lõgè ponimus manũ sup frõtẽ, & oculi fiunt cõcaui, qa species rerũ visibiliũ magis adunantur. Sed hic est dubitatio, qũo visus aquilę poterit videre lumẽ solis ac ipsum solẽ, qm̃ cum habeat oculos in recessu corporis, adunabunt ergo radij solis magis & sic fortius impediẽt visum aquilę q̃ visũ hoĩs, qũo ergo dicit Arist. ꝙ Aqla põt inspicere solẽ, considerabitis vos. Secda causa Auer. est hic, qa inqt odoratus hoĩs est pessimus à natura, optimus ab arte qa inquit olfactus hominis apprehendit odores cum multa difficultate, & qũo, declarat Theoph. in sexto de causis plantarũ cap. 12. & 13. qa inquit homo nõ apprehendit oĩum rerũ odores nisi cum maxima arte, qa aliqñ si homo vult pcipere odores, oportet vt confricet rẽ, vt ex illa confricatione exeat halitus, in quo fundaᵗ odor, & perungat nares, aliqñ oportet comedere rẽ, & hoc dicit Theophrast. conuenit in multis oleribus, vt cũ comedimus feniculũ vel anethũ, ex comestione halitus odoriferi eleuãtur, & sic eorum odor percipit, aliqñ vero odor si debet percipi, vehemẽti inspiratione indiget, si ergo inquit Auer. olfactus hoĩs dicitur pessimus, vel qm̃ à minori distantia apprehendit q̃ brutũ, & cũ maiori difficultate quàm brutũ apprehendit. Sed hic sunt dubitationes qa primo incidis in difficultatem, quia cur olfactus hoĩs difficilius apprehendit odores quàm brutum, non videtur alia causa quàm ex temperie olfactus, quia est imperfectior temperie organi olfactus bruti, & si ita est olfactus ergo bruti cum habebit perfectiorem temperaturam distinctius ac certius apprehendit quàm homo. Secundo si canis apprehendit à maiori interuallo odorem quàm homo, in ęquali ergo interuallo canis apprehẽdit canis quàm homo, & hoc declarat, qa omne agẽs cũ agit in passũ in maiori distãtia q̃ in alterũ passum in ęquali distãtia intentius agit agẽs in id in qđ agebat in maiori distãtia, q̃ in id in qđ agebat à maiori interuallo, exemplũ, vt si ignis agat in maiori distantia in hominẽ quàm in lignum, ergo in æquali distantia intentius aget ignis in hominem quàm in lignum, cum ergo olfactus hominis fit ab odore, ita olfactio bruti ab odore, cum ergo olfactus bruti à maiori distantia moueatur ab odore quàm homo, ergo brutum certius apprehendet odores quàm homo. Etiam quia si homo certius ac distinctius apprehendit omnium rerum odores, brutum vero à maiori distantia apprehendit quàm homo, sed notitia certior ac distinctior est perfectior illa notitia, quæ à maiori interuallo apprehendit, ergo simpliciter olfactus hominis est perfectior olfactu bruti, cur ergo Arist.

go Aristot. dicit hominem habere olfactum deterrimum multorum animalium, quòd autem sit perfectior notitia, certior ac distinctior, quàm illa, quæ est à maiori interuallo, patet, quia certitudo & incertitudo sunt differentiæ essentiales notitiæ, à maiori interuallo apprehensio est accidentalis differentia, ideo perfectior est notitia odoris in homine, quàm sit certior in bruto, cum in ipso sit confusior, licet à maiori interuallo. Quarto sumit Arist. vnum valde dubium, quia dixit, quòd omnes operationes sensuum hominis sunt perfectiores, quàm in brutis, quia hoc ex perfectiori temperatura prouenit, hoc nō est verum, quoniam aliqua operatio fit perfectior ex intemperie, quàm ex temperie, & primo patet de vegetatiua, quia ex caliditate stomaci plus digeritur, quā fiat appetitus, ex frigiditate verò stomacus magis appetit, quàm temperatum, ergo perfectior est appetitiua virtus in distemperato, quàm in temperato, patet ergo in vegetatiua, quòd perfectior operatio non est ex perfectiori temperatura. Etiam dicit Gale. quòd perfectiores sunt operationes in puero malencholico, quàm in puero temperato. Etiam de operationibus sensus interioris, quoniam qui habet cerebrum magis siccum habet memoriam tenacem, licet difficulter apprehendat, qui vero habet cerebrum humidum, faciliter apprehendit, tamen difficulter retinet, & facilius apprehendit, quàm habens cerebrum temperatum, ergo. Etiam de passionibus animæ, quia inquit Gale. in eodem secundo Tegni, quòd qui sunt calidioris cordis magis audent, & magis spernunt, quàm qui sunt tēperati caloris. Etiam de virtute, quia qui sunt calidioris temperamenti, fortioris sunt motus. i. habent virtutem motiuam fortiorem, quàm qui sunt temperati temperamenti, ergo nō est verum, quòd perfectior operatio fit ex perfectiori temperatura. Quinto, quoniam verum est dictum Aristotelis de operationibus, quæ pendent à temperatura, ideo tactus & gustus, quia pendent à perfectiori temperatura in homine, quàm in bruto, ideo sunt perfectiores in homine, quàm in brutis, sed dubium est de operationibus, quæ non sequuntur temperaturam, sicut operatio videndi, quæ non sequitur temperaturam, sed sequitur diaphaneitatem humoris glacialis, qui est instrumentum visus, vnde dicebat Arist. quòd si debet recipere colores, oportet, quòd sit diaphanus, ita humor glacialis si debet recipere species coloris, oportet, quòd sit diaphanus, vnde secundum quòd ille humor erit magis perfectè diaphanus, fiet perfectior operatio videndi, vnde Auer. tertio colliget. cap. 38. dixit, quòd turturis visus est est perfectus, quia habet illum perfectè diaphanum, sed non est clarum, an in homine sit magis perfectè diaphanus talis humor, quàm in brutis, ideo nō certum est, an visus hominis sit exquisitior visu bruti.

De primo dico quantum scio, quòd homo difficilius apprehendit odores, quàm brutum, ista difficultas à quo oritur? Dico ex intēperie olfactus hominis, scilicet ex intemperie per accidēs, quia cū instrumentum olfactus sit apud cerebrum, & cerebrum hominis sit frigidius & humidius cerebro bruti, ideo instrumentum olfactus hominis est magis frigidum & humidum, ad quam frigiditatem & humiditatem sequitur constipatio meatuum narium hominis, quia frigidi est condensare, ita etiam humidi est condensare, etiam quia nares impletæ sunt muco humido, ideo homo vt percipiat odorem indiget maxima ui, quia vehementi respiratione indiget, & confricatione, brutum verò cum non habeat cerebrum ita frigidum, ita nec instrumentum olfactus ita strictum cum tanta difficultate non percipit odores vt homo.

Sed dices, multa sunt animalia, quæ habent instrumentum olfactus frigidius & humidius olfactu hominis, vt pisces, qui sunt frigidiores homine, ergo talia bruta apprehendent odorem cum maiori difficultate, quàm homo. Dico concedendo, At Arist. non dicit, quòd homo habeat peiorem olfactum omnibus brutis, sed dixit, habet peiorem olfactum multis brutis, ideo cōcedo, quòd sint aliqua bruta, vt pisces, quæ cum maiori difficultate apprehendunt odores, quàm homo, & licet notitia odoris sit cum difficultate, est tamen ita certa, vt notitia aliorum sensibilium bene est difficilior. De secundo dico, quòd si ista inæqualitas esset ex dispositione & perfectiori temperatura, non posset dissolui argumentum, vt est in exemplo, quia ignis agit à maiori distantia ex maiori dispositione in hominem, quàm in lignum, ideo in pari distantia intensius agit in hominem, quàm in lignum, sed hic non est ita, quia odor non agit in olfactum bruti à maiori distantia, quàm in hominē ex dispositione olfactus bruti, sed ex situ organi, quia odor agit à maiori interuallo in olfactum bruti, quia brutum habet organum olfactus magis expansum, quàm homo, & cū hoc stat, ꝙ in æquali distantia homo distinctius ac clarius apprehendat odores, quàm ipsum brutum, quia ista diuersitas est ratione situs organi olfactus.

Lectio XLVII.

ERAT tertia dubitatio, quam heri tangebamus, ꝙ si distinctiùs sentiat quilibet sensus hominis, quàm sensus bruti, licet à maiori interuallo, perfectior tamen erit sensus hominis, quàm sensus bruti. Dico, ꝙ ita est, ꝙ simpliciter est quilibet sensus hominis, q̄ sensus bruti, ita simpliciter perfectior est olfactus hominis, quā olfactus bruti, sed quomodo Arist. dicit, ꝙ olfactus hominis est pessimus. Dico ꝙ ex modo loquendi vulgarium, q̄m vulgares dicunt, ꝙ olfactus hominis est deterrimus olfactus bruti, quia à maiori interuallo apprehendit, etiam quia non apprehendit odores omnium rerum, nisi cū maxima difficultate, ideo vtitur arte in percipiendo odores, ideo aliquādo vtitur cōfricatione, aliquando vero vtitur masticatione, vt ex illa masticatione halitus, in quo fundabatur, odor dissoluatur, aliquando vero vtitur vehementi inspiratione, vt aperiatur meatus narium, iō Aristoteles dicit, quod olfactus hominis est deterrimus, quia à minori interuallo apprehendit, & etiam cum

cum maxima difficultate, simpliciter tamen olfactus hominis est pfectior, quia est distinctior ac clarior.

Ad quartum, quia Arist. dicebat, quòd sensus hominis certius iudicabat, quàm sensus bruti, quia sensus hominis est à perfectiori temperatura, in oppositum erat Gale. sicut diximus. In hoc litigant medici, Iacob. Forl. & Vgo Senensis dicunt, quòd non est verũ, quòd omnis operatio sit perfectior, quæ fit à temperato quàm à distemperato propter argumẽta dicta. Sed quid concluderet Aristoteles? quia dicit Arist. quòd sensus hominis est perfectior, quia ex perfectiori temperatura est, ideo dico, ꝙ per se omnis operatio etiam vitalis est perfectior, quæ est ex temperamento, quàm ex distemperamento, per accidens tamẽ stat, quòd aliqua operatio sit perfectior ex distemperamento, quàm ex temperamento, vt in exemplo Aristotelis in xxxvj partic. problematũ, vbi inquit, omnes melancholici in arte aliqua magis excelluerunt, quàm temperati, sed hoc est per accidens, dico sicut ibi delarat Arist. quia inquit, ex melancholia inuitantur in inquisitione rerum, & loquitur non de illa melancholia, quæ est fex sanguinis, & reddit hominem pigrum, sed de melancholia adusta, quæ sui caliditate incitat animum ad studium, & rerum inquisitionem. Sicut etiam de operationibus hominis tendentis ad mortem illæ operationes sunt perfectiores, quàm operationes similes, bruti etiam sani, quia ex perfectiori temperatura sunt, per accidens tamen sunt perfectiores operationes bruti, quã hominis tendentis ad mortem ob debilitatem caloris innati debilitati existentis in homine tendente ad mortem, ideo non possunt esse ita fortes, sicut in bruto, sed hoc est per accidens. Ita dico, quòd quælibet operatio temperati est perfectior quàm operatio distemperati per se. per accidens tamẽ stat, quòd sit imperfectior, quia intensior erit illa operatio, nõ autem perfectior simpliciter, veluti albedo vt decẽ, albedo vt 6. albedo vt 4. & albedo vt 1. quæ est minimi gradus est perfectior albedine vt 10. albedo tñ vt 10. est pfectior p accidẽs i. intẽsior, ita visio aquilę est pfectior visione hominis p accidẽs. i. intẽsior, sed dices, si visio hoĩs non est intensior, plures ergo gradus visibilis attinget visus aquilæ, quàm visus ipsius hominis, ergo perfectior erit visus aquilæ visu hominis, sit enim visibile vt 10. visus aquilæ, plures gradus percipiet cum sit intensior quàm visus hominis, igitur erit etiam perfectior. Dico, homo sui temperamento visus attingit plures gradus visibilitatis, & perfectius ac distinctius apprehendit, licet visus aquilæ sit intensior, non est tamen perfectior, nec plures gradus visibilitatis attinget, quàm visus hominis, ideo dico, quòd licet ventriculus frigidus plus appetat quàm temperatus, non tamẽ perfectius appetit, sed tantum intensius, sed temperatus perfectius appetet, licet minus intensè, ideo per accidens operatio, quæ est ex distẽperamento est perfectior. i. intensior, & sic de aliis argumentis dicatis.

Ad tertium & vltimum dico, quòd possumus dicere, quòd verum sit totum hoc, quod assumis, quòd visio non fiat ratione temperamenti, sed ratione perspicuitatis, ille ergo humor, qui erit magis perspicuus faciet visionem perfectiorem, perfectior erit visus alicuius bruti, quàm visus hominis, quia potest esse, ꝙ humor glacialis sit magis diafanus in bruto, quàm in homine. Dico ex Aristotele quinto de generatione animalium cap. 1. quòd non est sufficiens ad perfectiorem visionem causandam perspicuitas illius humoris, sed requiruntur alia, vt quòd membrana. i. cornea continens exterius oculum sit tenuior, vt per ipsam possint transire species visibilium, requiritur etiam aliud. s. copia spiritus animalis multa, tenuior, ac purior, & talis copia spiritus animalis est tenuior, ac spiritualior in homine, quam in bruto, & etiã maior copia, requiritur enim ad omnes operationes spiritus animalis, quòd verò in homine sit tenuior, ac purior, patet, quia generatur ex puriori, ac clariori parte sanguinis, purior autem & subtilior est sanguis in homine, quàm in bruto, est etiam maior copia spiritus animalis in homine, quia homo est calidissimus omnium animalium, licet ergo in aliquo bruto sit ille humor magis perspicuus, quàm in homine, maior tamen copia spiritus animalis est in homine, & purior, quàm in bruto, ideo visus hominis est perfectior visu bruti. Et per hoc soluuntur argumẽta adducta, de primo, quia homo non percipit odorem pantheræ. Dico, quòd licet sine arte, & primo aspectu non apprehendatur odor pantheræ ab homine, maxima tamen arte apprehendit odorem pantheræ, scilicet confricando illud corpus, ita dico ad Galen. quòd multorum corporum odor non apprehenditur ab homine, nisi cum maxima arte, vt cõfricando corpora illa vel comedendo, vel vehementius inspirando, ideo omnes odores apprehendit homo. Quod etiam dicit Arist. quòd olfactus hominis non percipit nisi odores extremos. s. cum lętitia vel tristitia, hoc est verum sine arte, cum arte tamen vtitur, percipit etiam odores medios, cum ergo Arist. dicit, ꝙ olfactus hominis non percipit odores nisi cum lętitia vel tristitia, intelligatis sine arte, quia cum arte apprehendit omnes odores. Occasione dicti oritur dubitatio, quia dixit Gale. quòd nõ percipimus corporum crassorum odores, nisi confricando, vel manducando, vt sunt corpora multum salsa, & multum acerba. Est ergo dubitatio, an vt percipiamus odores, requiratur fumida exhalatio, in qua fundatur odor, ita quòd illa requiratur vsque quo pertingat ad nares, an non requiratur? Auicenna vj. naturaliũ dicit, quòd necesse est, ꝙ exeat fumida exhalatio vsque ad nares, & probat hoc Auic. multis experientiis, primo, quia inquit, cum cerebro olfacimus pomum, ipsum pomum diminuitur, signum ergo est, quòd exit vapor quidam à pomo vsque ad nares, etiam quia dicit Gale. ꝙ corpora crassa & salsa, & valde acerba nõ emittunt odores, ꝗa fumida exhalatio minimẽ emittitur ab illis corporibus, ideo ad percipiendum odorẽ, oportet, quòd fumida exhalatio pertingat nares. Etiam quia odor impeditur à vento, vnde si ventus flat versus olfactum, percipimus quidem odores, si verò flat versus aliam partem quàm olfactum, non ꝑcipimus odores, ergo odor realiter multiplicatur, quia

quia si spiritualiter tantum multiplicaretur, non impediretur odor à tanto vento, sicut visio coloris non impeditur à vento cū sit spiritualis. Etiam quia Aristoteles dicit, quòd frigus hebetat odorem, ideo in locis calidioribus plantæ sunt odoratiores, quia halitus magis eleuatur, in quo fundatur odor, etiam ratione Aristotelis, quia dicit Arist. odor per se affert salutem homini, quia contemperat frigiditatem & humiditatem cerebri, quia ipse odor per se est calidus & siccus. i. fundatur in exhalatione calida & sicca, odor ergo cum pertingit instrumentum olfactus, realiter pertingit. i. cum fumida exhalatione.

Sed contra Auicennam insurrexit Auer. ij. de anima 97. & fuit argumentum, quod dissoluit Auicēna, & mirandum est de Auerroe, quòd fecerit illud argumentum, inquit igitur Auerr. percipitur à tanta distantia odor, à qua non potest multiplicari fumida exhalatio, odor ergo non realiter multiplicatur vsq; ad olfactum, quòd verò à tanta distantia apprehendatur odor, in qua non possit multiplicari halitus ille, declarat ex hystoria, quia vultures moti sunt ad quædam cadauera, in quodā bello facto per 50000. milliaria, & cum vnumquodq; sensibile circulariter moueatur, ex parte opposita etiam per 50000. multiplicatus est odor, totus diameter ergo odoris erit 100000. non est autem rationabile, quòd per tot milliaria fumida exhalatio diffusa fuerit, quoniam si illa corpora resoluta fuissent in ignem, qui est corpus rarissimum, non ad tantam distantiam pertingissent, quomodo ergo illa fumida exhalatio potuit pertingere ad illam distantiam, maxime cum illa corpora non fuerint resoluta.

Sed Auicenna dissoluit argumentum, quia inquit, re uera cadauera non emiserunt odores vsque ad animalia illa, sed ex flatu venti illa fumida exhalatio ibi pertingit ad illa animalia, ideo illa animalia sunt mota ad illa corpora, cum verò fuerunt in parte in qua non erat fumida exhalatio, viderunt talia corpora, ideo ex visu ad talia corpora illa animalia mota sunt, & sic respondet Auicenna. Quid diceret Auer. ad hanc responsionem? tamen opinio est falsa, primo ex experimēto, quia si exigua quantitas sulphuris comburatur, percipitur à multa distantia, & tamen ille vapor non potest multiplicari ad tantam distantiam, quia si tota illa quantitas sulphuris cōuersa fuisset in ignem, ignis nō posset ad tantam distantiam pertingere, & tamen ignis est corpus rarissimum, ergo tantum spiritualiter odor ad illam distantiam multiplicatus est. Etiam argumento Aristotelis, quia dicit, percipiunt odores in aqua pisces à multa distantia, & tamen in profundo aquæ non pertingit fumida exhalatio, quia corrumperetur ab aqua, cum sit calida & sicca, aqua verò frigida & humida. Etiā si necessaria esset illa multiplicatio fumidæ exhalationis, olfactus esset quidam tactus, quia tactus dicitur à tāgendo, quia non habet medium extrinsecum, si ergo olfactus perciperet illam fumidam exhalationem, in qua est odor, tangeret ergo illam, & sic olfactus esset quidam tactus, oppositum tamen dixit Arist. & hoc etiam fuit argumentum Aristotelis.

Ideo dico, quòd non est necessaria illa multiplicatio fumidæ exhalationis ad percipiendum odores, quia cum odores sunt intensi, percipiuntur ex suo simulachro spirituali, quia suum simulachrum mouet olfactum. Si tamen odores sunt remissi, requiritur illa multiplicatio fumidæ exhalationis, ideo odores generantur cum illa fumida exhalatione, & vt plurimum ita generantur odores cum illa fumida exhalatione, & maxime cum sunt remissi, quia si sunt intensi spiritualiter possunt multiplicari ad olfactum, & per hoc soluuntur argumenta Auicennæ, quia cōcedimus vt plurimum fumidam exhalationem requiri, non tamen semper.

Lectio XLVIII.

VLTIMA dubitatio super hoc cap. est ex verbis Aristotelis, vbi reprehendit Pythagoram & Medicos, qui dicebant odores nutrire, & est maxima dubitatio, an odor nutriat. Hippocr. in libro de morbis vulgaribus dicit, quòd odores oblectant & implent, id est nutriunt, vt exponit Gale. eandem sententiam habuit in libro de alimentis, dupliciter succurrimus defectui virtutis, ipse inquit, tum corpore humido. s. vino, tum odore, ideo odor nutrit, & Galen. dicit ij. sectione aphorismorum, aphorismo illo, facilius est repleri potu quàm cibo, dicit ꝙ odore succurrimus defectui animi, ideo odor nutrit. Etiam Democr. distulit vitam pluribus diebus ex odore mellis, vt refert Diogenes Laertius in vita eius. Etiam dicit Plinius lib. vij. quòd sunt quidam populi, qui nutriuntur solo odore, ergo odor potest nutrire. In oppositum sunt philosophi, quia eadē est materia proxima generationis & nutritionis, sed ex odore nō possunt generari, ergo nec nutriri ex odore, quia quod nutrit debet reponere partem deperditam, sed pars deperdita est substantia, ideo odor non potest nutrire.

Pro hac dubitatione Conciliator differentia 150. dicit, ꝙ vt calor naturalis apud Medicos sumitur dupliciter, ita odor sumit̄ dupliciter in j. partic. aphoris. vbi dicit, quicūq; crescunt plurimū habēt caloris innati, dicit ibi Galen. quòd calor innatus duo significat, primo significat caliditatem, quę est qualitas, significat etiam id corpus, in quo est caliditas, vt spiritus & sanguis, & sic qui crescunt, habent plus calidi, id est spiritus, ita odor dupliciter sumitur, vno modo pro odore, qui est qualitas secunda, & sic talis odor non nutrit, quia quod nutrit debet conuerti in substantiam, accidens autem nō conuertitur in substantiam, ideo odor talis non nutrit, impropriè tamē nutrit, quia ex odore reuocatur calor innatus ad extra, & sic succurrimus defectui animi, possumus loqui de odore pro substantia corporea, in qua manifestè est odor, sicut de potu & de cibo, & sic odor nutrit, ideo dicebat Arist. odor per accidens nutrit, vt est in substantia corporea, quia illa substantia nutrit, possumus loqui de odore pro fumida exhalatione, in qua fundatur odor. Est dubium an talis fumida exhala-

tio

tio nutriat. Dicit Conciliator, quòd si comparemus istum odorem ad mēbra solida, sic ista fumida exhalatio non nutrit, quia non nutrit carnem, nec ossa, nec neruos, si verò comparetur talis fumida exhalatio ad spiritus animales, & ad spiritus vitales, sic talis fumida exhalatio nutrit illos spiritus, & in eandē sententiam venit Auic. secunda tertij, quia dicit, succurrimus animi defectibus cū odoribus, præterquàm in præfocationibus matricis, qa inquit, odores oblectantur & nutriunt, & quòd talis fumida exhalatio nutriat, probat hoc argumento, quia inquit, spiritus animalis potest nutriri aere, ergo magis potest nutriri illa fumida exhalatione, tenet consequentia, quia illa fumida exhalatio magis est similis spiritui quàm aer, quia aer est corpus simplex, spiritus verò est corpus mixtū, ita illa fumida exhalatio est corpus mixtum, & vt spiritus est calidus, ita fumida exhalatio est calida, quòd verò spiritus animales & vitales nutriātur ex aere, patet, quia Gale. vij. de vsu partium dixit, inspiratio aeris est duplici de causa, primo vt refrigeretur cor, secundo vt augeat, nutriat, & generet spiritum. Eandē & sniam habuit Hippocra. in lib. de alimentis, inquit. n. principium nutritionis sunt spiritus. i. aer, ossa, pulmo, & omnis exhalatio, quæ verba exponens Gale. in de vsu respirationis dixit, quòd respiratio data est duplici de causa, prima vt refrigeret cor, secūdo vt ex aere nutriatur, generetur, & augeatur spiritus. Et pro clariori intelligentia notandum est, quòd spiritus generatur ex parte subtilioris sanguinis, qa ex euaporatione illa partis subtilioris sanguinis cum aere fit spiritus cum admixtione aeris attracti, vnde spiritus factus est, vt transferat virtutem animæ, quæ in principalibus maxime consistit ad cętera membra, & fit duplex spiritus. s. vitalis, & animalis, vitalis generatur ex parte puriori sanguinis cum aere admixto, qui quidem aer generat spiritum, nutrit, & auget, & talis spiritus transfert virtutem vitalem ad alia memba, & facit motum constrictionis & dilatationis in corde & arteriis, spiritus verò animalis generatur ex spiritu vitali transmisso per arterias, & elaborato in cerebro, & admiscetur etiam aer inspiratus, quia aliqua portio aeris inspirati petit caput, & talis spiritus transfert sensum & motum ad cętera membra, vnde videmus, quòd abscisso neruo deficit virtus motiua, quia spiritus non transmittitur, ex spiritu animali autem transmittitur virtus motiua vt lumen à sole, cum ergo aer nutriat vtrosq; spiritus, ergo & illa fumida exhalatio potest illos nutrire cum ut magis similis illis quàm aer. Sed est dubitatio, quia, quid de spiritu naturali qui in epate fit? Secundo dubitatur, an sit aliquis spiritus in planta, quia & ipsa planta nutritur & augetur. De primo cum dicimus, nulla mentio facta est de spiritu naturali. Dico quidquid dicant recentiores medici, quia Galenus non posuit spiritum naturalem, nec etiam Hippocr. sed fuit figmentum recentiorum medicorum, nec debet poni talis spiritus naturalis, nec vlla est necessitas, quia vniuersaliter ille spiritus naturalis generatur ex aere & ex sanguine cordis, vel ex sanguine crasso epatis, si dicatur, quòd spiritus naturalis generatur ex aere & ex sanguine cordis, cum multa copia spiritus naturalis requiratur, quia naturalis virtus est per totum corpus, multa ergo copia aeris debet deferri ad epar, & sic multa copia sanguinis cordis, & sic deberent esse arteriæ magnæ deferentes sanguinem & aerem à corde ad epar, sed ibi sunt arteriæ paruæ transeuntes à corde ad sinum epatis, nec totum epar attingunt. Arist. dixit, ꝙ nullæ arterię deferuntur à corde ad epar. Compertum tamē est experientia, quòd à corde ad epar pertingūt paruæ arteriæ, sed tamen deberent esse arteriæ magnæ, ideo minime potest esse spiritus naturalis, nec potest dici ꝙ generetur ex sanguine epatis, quia sāguis est crassus, ideo requirit vlteriorem decoctionem, vt fiat spiritus, qui in corde fit. Etiam in loco in quo generatur spiritus est cauitas quædam, vnde in corde est cauitas in sinistro vētriculo, in cerebro verò sunt tres concauitates amplæ, in quibus sunt spiritus, modo si spiritus naturalis esset in epate, oporteret ꝙ ibi esset cauitas quædam & magna cum requiratur maxima copia spiritus, quoniam debet transmitti ad omnia membra. Etiam quia indigemus tali spiritu naturali, quia virtus nutritiua, ex quo est actiua, est infixa membris, ideo membra nō indigent spiritu naturali transferente virtutem naturalem ab epate ad ipsa membra, vnde Gale. in j. de locis affectis dixit, ꝙ virtus vegetatiua. i. nutritiua est in omnibus membris, quia est virtus actiua, sensus verò ex quo est virtus passiua, debet trāsferri de membro principali ad alia membra per spiritus, vt magnes attrahit ferrum secūdum totam formam, quia virtute naturali attrahit, & illa est uirtus actiua. Ad secundum dico, quòd in plantis nō est spiritus aliquis, sed bene aliquod proportionale spiritui, & tale est calidum innatum, quod habet ortum ex ea parte, quæ proportionatur cordi, ibi. n. non debet esse spiritus animalis, quia in plantis non est sensus, nec motus, nec spiritus uitalis, quia nō est motus systoles, nec dyastoles, nec naturalis, quia utrius uegetatiua infixa est omni membro. Sed hæc opinio non conuenit sententiæ Aristotelis, nec est uera, prīmo, quia nec spiritus animalis, nec uitalis est animatus, quia ij. & iij. de anima, omne animatum est constans, & quælibet eius particula est constans, qa animatum debet habere figuram determinatam, qa fluxibile est, ideo cum spiritus non sit constans, non habet ꝑpriam figuram, ideo non est animatum, cum ergo spiritus non sit animatus, non poterit ergo nutriri, nec augeri. Secundo conuincamus Hippocratē telis suis, quia apud ipsum spiritus nedum animatus est, sed est aīa ipsa, quia vj. de morbis uulgarib. dixit, ꝙ calor innatus est de natura animæ, qui calor innatus est spiritus uitalis & animalis, si ergo spiritus est anima, sed anima nutrit & non nutrit, quia quod nutritur est corpus habens animam, quomodo ergo spiritus nutritur, cum sit anima? & Gale. 24. aphoris. secundæ particulæ habet eandem sentētiam, quia inquit, iste color innatus. i. spiritus est, qui immutat, nutrit, & auget, immutat. i. est uirtus informatiua, quæ facit omnia membra, apud Hippocr. uirtus informatiua non est nisi calor innatus, Galen. aliquando dubitat,

bitat, qd sit illa uirtus informatiua, an sit creator, an creatura, tandem uidetur declinare ad hanc opinionem, quòd calor innatus sit uirtus informatiua, cum ergo calor innatus, qui est spiritus, sit ille, qui creat membra, nutriat & augeat, quomodo ergo ipse augetur? Tertio, quia dicit, quòd spiritus nutritur ex aere, contra; quia nullum simplex nutrit, quomodo ergo aer cum sit corpus simplex pôt nutrire. Olimp. uir quidem acerrimi ingenij, In iiij. Meteororum dixit, quòd aliquod simplex potest nutrire, ut aqua nutrit, & tamen est corpus simplex, et si ei dicas, Arist. dixit, nullum corpus simplex nutrit, qm̄ uirtus debet reponere partem deperditam, pars autem deperdita mixti est mixta, quomodo igitur simplex corpus potest illam partem restaurare? Respõdet Olimp. quòd nullum simplex nutrit, dicit ꝙ ista est sententia Aristote. ꝙ nullum simplex nutrit. i. non est conueniens nutrimentum, aliquod tamen simplex nutrit, sed non est conueniens nutrimentum, quia si aqua offeratur in multa copia, destruit calorem innatum, si pauca nõ potest restaurare partes deperditas, sed tamen aqua potest nutrire, non tamen conuenienti nutrimento, sed Olymp. aberrat, quia ex Arist. 4. Mete. dicit, quod nutrit patitur concoctionem, sed nullum simplex suscipit concoctionem, quoniam coctio est resolutio humidi superflui remanente sicco; & hæc conuenit mixto, ergo cum corpus simplex non possit suscipere concoctionem, nec poterit nutrire, ideo aer non potest nutrire, cum sit corpus simplex, & per consequens nec odor. Ideo dico, quòd odor si sumatur ꝓ illa qualitate, nõ nutrit, si verò sumatur odor ꝓ substantia, in qua est odor secundum sensum. Dico, ꝙ potest nutrire, quoniam panis & cibus nutriunt, si verò sumatur odor pro fumida exhalatione, dico, quòd nullo pacto nutrit, quia quod debet nutrire, debet conuerti in sanguinem, quia ex sanguine tantum nutrimur, sed illa fumida exhalatio non potest conuerti in sanguinem, quia spiritus animalis generatus est ꝑ vlteriorem decoctionem. Sed quod fuit decoctũ, nõ potest amplius incrudari, ideo illa fumida exhalatio non potest conuerti in sanguinem, ergo neq; nutrire potest, & per hoc dico ad argumenta principalia, & primo ad Hyppocr. dico, ꝙ ipse fuit illius opinionis, quòd. s. odor nutriat, ideo Arist. dixit contra Pythagoricos & medicos, dicimus, quòd odor non nutrit, Arist. n. vidit opera Hyppocratis, imò omnia ꝓblemata, quæ ipse posuit in prima particula problematum, sumpsit ab Hyppocrate in sexto de morbis vulgaribus. Dico igitur, quòd Galenus & Hyppocrates fuerunt illius opinionis. Ad experientiam dico, quòd odore succurrimus defectui animi, quia odore euocatur calor innatus sopitus, ad extra, & sic ipse spiritus recreatur, non quòd nutriatur ex odore.

Ad id verò quod dicit Plinius, quòd sunt quidam populi, qui nutriuntur odore solum. Dico, quòd Plinius fuit fabulosus; & dixit multa, quæ non sunt vera, & hæc sufficiant pro hoc cap. de olfactu.

Lectio XLIX.

QVIA intentio Aristotelis à principio huius libri erat loqui de instrumentis cuiuslibet sensus, quæ nam esset constitutio & generatio eorum, etiam de proprijs sensibilibus secundum propriam naturam, & non vt sensibile refertur ad sensum, oĩa hæc hucusq; declarauit, & ad ampliorem doctrinam mouet tres difficultates vsque ad finem libri, & verba Arist. sunt difficillima, vt Alexander dicit hic, prima difficultas est quæ pertinet ad ipsum sensibile, secunda verò ad actum sentiendi. tertia ad sensum, ideo primò dicit, *Dubitabit autem quispiam &c.* ponens primam quæstionẽ ait, cum corpus naturale sit continuum, quia vt primo cœli dicit, continuum est genus corporis, cõtinuum est diuisibile omniquaque; cum ergo tertio phy. continuum sit diuisibile in infinitum, & corpus naturale est continuum, ideo est diuisibile in infinitum, & cum videamus affectiones corporis, quæ sunt qualitates sensibiles diuidi in infinitum, quia calor diuiditur ad diuisionẽ corporis.

Est ergo dubitatio, cum corpus naturale sit diuisibile in infinitum, an illæ affectiones sint diuisibiles in infinitum, siue habeant terminos, ita quòd nõ diuidantur in infinitum, & quæ sint istæ qualitates sensibiles, exponit Aristo. quia inquit, respectu visus est color, respectu auditus est sonus, respectu tactus ponit tres conditiones, vna est inter calidum & frigidũ, secunda inter humidum & siccum, tertia inter graue & leue. Et Arist. ponit istas tres conditiones in tactu, vt ostenderet tactum non esse vnicum sensum, sed plures, alij verò sensus sunt vnus in specie, & Aristot. dixit merito calidum & frigidum graue & leue, durum & molle, quia aliquæ contrarietates per se primo percipiuntur à tactu sicut contrarietas inter calidum & frigidum, humidum & siccum, aliæ verò cõtrarietates percipiuntur per se à tactu, sed secundario, & hoc patet contra Auer. quia dicebat Auerroes quarto cœli, & secundo de anima, quòd grauitas & leuitas essent formæ substantiales elementorum, sed hic Aristot. dicit oppositum, quia inquit, sunt affectiones corporum naturalium, idem dixit secundo de generatione, & quarto Meteo. & in ij. de partibus animalium. cap. j. & remanent grauitas & leuitas ita formaliter in mixtis, vt quatuor primo caliditas, forma autem substantialis tantum virtualiter remanet.

Ideo hęc est dubitatio cum corpus naturale sit diuisibile in infinitum, & ponit rationem dubitationis, quia inquit, si sint diuisibiles in infinitum, sequitur quòd actus sentiendi diuidatur in infinitum, & quomodo hoc sequatur deduco, quia potentia diuiditur ad diuisionem subiecti, ideo viij. Phy. dixit, in quantitate maiori est maior virtus extensiua, ideo quantum minuitur subiectum, tantum minuitur potentia, cum igitur pro exemplo color habeat potentiam immutandi visum, si ergo color diuiditur in infinitum, sic & potentia immutandi diuiditur in infinitum, ergo & actus, qui est ab illa potẽtia, diuidetur

in infinitum, cum ergo potentia immutandi sensum, vt puta color, diuidatur in infinitum, ita etiam visio diuiditur in infinitū, q̃a ipsa visio ab ipso colore est, sed hoc est absurdum, & Arist. reliquit pro absurdo, quia non datur ita pauca visio. Secundum absurdum deducit, quia inquit, si affectiones diuidantur in infinitum, quælibet magnitudo poterit videri, quod tamen falsum est, quia est aliqua magnitudo, quæ subterfugit sensum, quòd verò sequatur, deducit Aristo. quia inquit, qualitates sensibiles sunt in magnitudine, nec possunt operari sine magnitudine, vnde punctum non percipitur sensu, quia est indiuisibile, & caret magnitudine, quod autem percipit sensus habet magnitudinem, ita etiam quælibet magnitudo est affecta qualitatibus, si ergo color est diuisibilis in infinitum, quilibet ergo color minimus erit in magnitudine, & cum ille calor possit immutare sensum, quia habet potentiam immutandi sensum, ergo & magnitudo illa minima, in qua erit color, percipietur visu, cuius tamen experientia docet oppositum, quia est aliqua magnitudo, quæ subterfugit sensum, & dixit, quòd quælibet qualitas sensibilis est cum magnitudine, & operatur cum illa, huius reddit rationem D. Tho. quia inquit, agens debet esse proportionatum patienti, & ecõtra, cum ergo sensus vt visus, sit cum magnitudine, operatur etiam cum magnitudine, ita accidēs, vt puta color, debet esse in magnitudine, & cum ea operari, & nedū debet esse magnitudo correspondens inter agens & patiens, sed idem modus magnitudinis. Ideo Theologi dubitant, an corpus Christi, prout est in sacramento, possit videri ab oculo saltem glorificato: ipsi dicunt, quòd nō, quia dicunt, licet corpus Christi cum quantitate sit, non habet tamen modum quantitatiuum vt obiectū. Ideo Auerr. ij. de anima reddens rationem, cur quantitas reputatur inter sensibilia communia, quia quantitas est annexa sensibili, ideo dicitur, quòd quantitas est sensibile commune, ideo quælibet parua magnitudo poterit sentiri, quod tamen est falsum. Ex alia parte inquit, si non diuidatur in infinitum qualitas sensibilis, sed ipsa qualitas habeat statum & terminum, sequitur, inquit Arist. si ita est, quòd corpus naturale non constabit ex corpore naturali, sed ex corpore mathematico, quia corpus naturale concernit qualitates sensibiles, vt puta colorem, sed si color habet statum, partes ergo minimæ parietis non habebunt colorem, & sic nec alias qualitates sensibiles, & tamen illæ partes habent corpora, corpora ergo naturalia constabunt ex non naturalibus. s. ex mathematicis. Sed hoc est absurdū, quia corpus naturale subsistēs est, mathematicum verò non est subsistens, ideo corpus naturale non potest constare ex mathematico. Secundo sequitur, quòd aliquod ens erit nobis naturaliter ignotum, cuius tamen oppositum dixit Arist. iij. de anima, quia inquit, nullum ens nobis est ignotum, quia inquit, anima est quodammodo omne, quia quę nō capiuntur ab intellectu humano, nec ab alio intellectu, quia intellectus hominis est infinitæ potētiæ, & est vt materia, quę sicut est in potentia ad omnes formas, ita intellectus noster naturaliter recipit omnia entia, ideo anima est omnia, quia per sensibilia sunt sensibilia, per intellectum intelligibilia, quòd autē aliquod sit nobis naturaliter ignotum, explicat nobis ipse Arist. quia inquit, si qualitates sensibiles haberent statum, erit ergo aliqua pars corporis non affecta qualitate sensibili, quia corpus naturale in infinitum est diuisibile, & talis pars non poterit percipi à sensu, quia caret qualitatibus sensibilibus, nec etiam ab intellectu, quia quod intelligit, intelligit ope sensus, ergo naturaliter erit ignota.

Est tertium argumentum, quia hęc opinio, inquit, est persimilis opinioni Democriti, & Leucippi, quia dicit Democr. quòd corpus naturale constat ex partibus indiuisibilibus, ita hæc opinio, dicit, corpus naturale constat ex non naturalibus partibus, quæ minime habent subsistentiam, inquit, vt igitur opinio Democriti est falsa, sicut diximus in lib. de motu, ita eisdem argumentis possumus confutare opinionem istam, & dixit in libro de motu. Alexander ponderat hoc verbum ꝙ in libro de motu ꝙ. quia in lib. vij. & viij. Arist. agit de motu, ideo apud Aristotelē illi tres libri inscribuntur de motu, vt apud Græcos patet, primi quinque libri inscribuntur de principiis communibus omnium rerum naturalium, vt dixit Themistius in prologo phy. si prologus sit Themistij, quia credo quòd sit Simplicij.

Sed diceres, cur quintus liber non appellatur de motu, cum totus quintus sit de motu? Et tertius liber est de motu secundum maiorem partem. Propter hoc Io. Gra. dicit, ꝙ quatuor primi libri appellantur de principiis, alij verò quatuor de motu. Sed quod dicit Io. non est verum, quia Arist. nunq̃ citat quintum librum pro libro de motu, vt etiam dixit Alexand. & Themist. ideo ad argumentum dico, ꝙ de motu possumus loqui dupliciter, vno modo vt est effectus naturæ, vt ducit nos in cognitionem naturę: alio modo possumus loqui de motu per se, & sic de motu per se loquitur in vj. vij. & viij quia in vj. loquitur de motu per se, quia motus est per se continuus, ideo vt continuum diuiditur in infinitum, ita motus, in vij. vero agit de motu respectu motoris, & non respectu naturæ, in viij. agit vt est motus æternus, in quinto libro agit de motu, vt est effectus naturæ, & ideo quintus non inscribitur de motu, sed de principiis. Et dicit, impossibile est colorem esse sine magnitudine, adde tu, nec magnitudinem sine qualitate sensibili.

Lectio L.

SOLVTIONEM *autem eorum*; Erat dubitatio, an qualitates sensibiles cum sint affectiones corporis, diuidatur in infinitum, vt corpus, vel habeant terminū ex vtraq; parte, & posuit rationem dubitationis, hic modo soluit dubitationem, & inquit, duplex est diuisio qualitatum sensibilium, vna est per se, quæ est formalis, & est cum genus diuiditur per differentias oppositas, alia est diuisio, quæ competit qualitatibus sensibilibus per accidens, & est cum diuidun-

…niduntur ad diuisionem corporis, hic de vtraq; diuisione quærit, & primo quærit, an diuisio formalium qualitatum sensibilium sit infinita, an genus sub se habeat species infinitas, vel species finitas, quia si habet species infinitas, diuisio erit infinita. Est ergo dubitatio, an genus odoris contineat species finitas vel infinitas, & est dubitatio, quam supra tetigit, quia dixit, an species odoris sint infinitæ, vel finitæ, hác dubitationem soluit hic, & sic est intelligẽdum de omnibus generibus qualitatum sensibilium, soluit, & inquit, quòd genus quodlibet habet species determinatas ac finitas, & hoc probat ex supradictis, quia dixit, ꝙ genus quodlibet diuiditur in duas extremas species, quæ sunt contrariæ, vt in genere coloris est albũ & nigrum, in genere saporis dulce & amarum, & sic de alus ex decimo Methaphysicæ, contraria sunt illa, quæ maxime distant, maxima autem distantia est duorum, vt ibi dicit Aristoteles, etiam primo cœli, & etiam primo Posterorum, si extrema sunt finita, ergo & media etiam sunt finita, si ergo quodlibet genus qualitatis habet duo extrema contraria, ergo & media finita, & sic diuiditur in finitas partes, ꝙ verò si extrema sint finita, etiam media sint finita, patet, quia si essent infinita nunquam possemus pertingere extremum, quia infinitum non potest pertransiri.

Et Alexander probat, quòd genus non possit habere infinitas species, quia inquit, si sic esset, sequeretur triplex absurdum, primo, quòd essent infinita infinities, quia species prædicatur de infinitis indiuiduis, quomodo de infinitis indiuiduis prædicatur? Dico potentia non actu, quia albedo, quæ est species prædicatur de omnibus gradibus albedinis, sed quilibet gradus albedinis in potentia secundum intensionem habet partes infinitas, vt quælibet ligna habent partes infinitas potentia, & cum species cuiuslibet generis sint infinitæ, & species prædicantur de infinitis indiuiduis, erunt ergo infinita infinities.

Secundum absurdum, inquit, sequeretur, quòd plura simul essent infinita, quod est absurdum, quia si sic, infinita se terminarent, quòd autem sequatur, quòd plura essent infinita, patet, quia cum species habeat sub se infinita indiuidua, & genus infinitas species, ergo plura infinita erunt simul.

Tertio sequeretur, quòd vnum infinitum esset maius altero, quod est absurdum, quòd autem hoc sequatur, patet, quia accipiamus in quo sit genus odoris & coloris, ex quo vnumquodque genus contineat infinitas species aggregatas, ergo ex illis duobus generibus erit maius illorum per se sumpto, & tamen est infinitum. *Continuum autem*; Hic soluit dubitationem, si diuisio qualitatis sensibilis sit in infinitum, scilicet de diuisione per accidens, & inquit, quòd continuum ex tertio phys. est diuisibile in infinitum secundum partes, non autem secundum partes æqualis magnitudinis, sed inæqualis magnitudinis, quia continuum diuiditur in partes finitas æqualis magnitudinis, diuiditur verò in partes infinitas inæqualis magnitudinis, scilicet secundum proportionem, quia si diuidatur totum per duas partes, ita vna pars in duas alias, & alia in duas alias partes, quia sic semper seruatur æqualis proportio, vt puta dupla, & sic in infinitum procedimus, quia illæ partes sunt inæqualis magnitudinis, vt ergo corpus naturale diuiditur in partes infinitas inæqualis magnitudinis, ita affectiones corporum sensibilium diuiduntur in partes infinitas inæqualis magnitudinis, hoc est primum dictum. Aliud assumit, quia inquit, vt partes sunt in toto potentia, cum verò separantur actu, sunt, & subsistunt, ita partes affectionum sunt in potentia in toto, & in toto potentiæ sentiuntur, cum verò sunt separatæ sunt actu, & sentiuntur actu, quomodo autem illæ partes sentiuntur in toto, declarat, quia inquit, millesima pars millij videtur potentia, vt in toto est, non potest tamen videri actu, etiam si oculus decies videbit granum millij, ita diesis, quæ est minimus sonus, non percipitur nisi potentia in toto sono, scilicet actu, tamen nõ potest percipi. Propter verba Aristotelis debetis scire, quòd symphonia non est sonus simplex, nec in sono simplici consistit, quia omnis consonantia est ad minus inter duos sonos, vnde consonantia est acuti soni ad graue proportio, sed si non sit proportio, non est consonantia, & multiplex est ista consonantia, aliqua est proportio acuti ad graue, quę appellatur tonus, quę consistit in proportione sexquioctaua, vt nouem ad viij. talis consonantia ab Antiquis appellabatur interuallus, id est habitudo acuti ad graue in proportione sexquioctaua, & talis proportio dicitur superparticularis, quia superparticularis est illa, quę continet totam proportionem, & aliquid ipsius vt ix. continet viij & aliquid ipsius, & declarat Campanus in octauo Euclidis, quòd nulla proportio superparticularis potest diuidi in æqualia, ideo inquit Boetius in suo libro Musices, quòd tonus non potest diuidi in duo semitonia æqualia, sed diuiditur in semitonium maius, & in semitonium minus, & id per quod semitonium maius superat semitonium minus appellatur diesis, & est proportio (vt dicit Boetius) sicut xxxiij. ad xxxij. talis sonus qui vocatur diesis, percipitur ab auditu, non actu, sed potentia, ideo inquit, omnes partes pecipiuntur à sensu quantumcunque sint minimæ, sed potentia percipiuntur, cum ergo Arist. dixit, quòd partes illarum qualitatum in toto potentia sentiuntur, separatim verò sentiuntur actu, dicit ipse Aristoteles.

Est dubitatio, & hic sunt verba obscura, inquit ergo Aristot. vt omnes partes in toto potentia sentiuntur, an separatim possint sentiri actu, (inquit Arist.) aliquę sunt partes quę possunt subsistere, aliquę verò quę minimè possunt subsistere, cum separentur à toto, sed conuertuntur in continens, vt exiguus sapor continetur infusus in mari, in continens conuertitur scilicet in mare, & istę partes potentia tantum sentiuntur, aliquæ verò sunt partes, quę possunt subsistere separatæ, & tamen non possunt sentiri nisi potentia, quia adeo minimę sunt, quòd subterfugiunt sensum, si tñ ista pars addatur alteri, pôt actu sentiri, per se tñ tãtũ potẽtia sentitur, iõ inquit, sunt aliquę partes, q̃ tñ potentia sentiunt, vt quæ nõ

possunt subsistere, aliquæ verò potentia sentiuntur, sed etiam actu possunt sentiri, quo ad verba dicit, sonus qui est in diesi, id est, sonus qui est dielis, qui tantum potentia sentitur, declarat quomodo pars sit in toto potentia, hoc dimisi, & inquit, vt linea pedalis potētia est i linea bipedali, ita pars est potētia i toto. *Partes superabundantes*. i. partes in superabundantia exiguę, ita exponatis, & cur ita dixerit Aristoteles? dicemus, & dicit, exigua quātitas est in certiori quātitate, & illa videtur. i. exignum sensibile videtur in maiori quantitate, quæ est certior, quia facilius & certius apprehenditur maior quantitas. Et Aristot. repetit solutionem, & inquit, si loquamur de diuisione per se qualitatum sensibilium, sic talis diuisio est ad finitas species, si verò loquamur de diuisione per accidens, talis diuisio procedit in infinitum potentia, non actu, ideo.

Lectio LI.

QVOD *igitur quædam magnitudo*; Soluit Arist. primam dubitationē, quo nam pacto qualitates sensibiles sint affectiones corporis naturalis, & corpus naturale diuidatur in infinitum; ita simili modo illæ qualitates in infinitum diuiduntur, & vt partes corporis sunt in potentia in toto, ita illarum qualitatū partes sunt potentia in toto, & sentiuntur in toto potentia, hic verò Arist. repetit solutionē, & inquit, si loquamur de diuisione qualitatum per se & essentialiter, sic talis diuisio est ad finita, qa quodlibet genus habet sub se finitas species, si verò loquamur de diuisione qualitatis sensibilis per accidens, sic diuiditur in infinitum, vt corpus naturale diuiditur in infinitum, & sicut partes corporis existunt in toto potentia, ita partes qualitatis sensibilis sunt in toto potentiā, & potentia sentiuntur, & partes sunt duplicis naturæ, aliquę sunt magnæ, quę cum separantur subsistunt & actu sentiūtur, aliquę verò sunt adeo paruę, & cum separentur à toto non possunt subsistere, sed corrumpuntur in cōtinens, vt dicebat, si ciathus vini eijciatur in mare, corrumpitur in ipsum, & tales partes tantum potentia sentiuntur. s. in toto, quia per se non possunt subsistere, si verò fuerint exiguæ, nō ità tamen vt non possint subsistere cum separentur, ne corrūpantur, sed possint separari à toto, & subsistere per se, sunt tamen ita exiguæ ꝙ actu sentiri non possunt, quia sui paruitate subterfugiunt sensum, sed potentia sentiuntur, non actu, nisi cum illæ partes simul cum alijs partibus ponantur, quia tunc illę partes exiguę sentiuntur actu; & non tantum potentia.

An quidquid est in intellectu prius fuerit in sensu, sit verum simpliciter.

Sed hic sunt multę dubitationes, prima est Alexādri, quia dixit Aristot. in secundo argumento, ꝙ si in infinitum non diuideretur qualitas sensibilis, remaneret aliqua pars corporis sine qualitate sensibili, cū corpus naturale sit diuisibile in infinitū, inquit Arist. talis pars corporis qualitatis expers non posset sentiri, & ideo quia non posset sentiri, non posset etiā intelligi, quia quidquid intelligit intellectus, ope sensus intelligit. Dubitat Alexander, quia intellectus substantiam indiuiduam in proprio genere apprehēdit, & tamen illam non apprehendit ope sensus, quia indiniduum substantiæ est indiuiduum non ex accidētibus, sed ex suis principiis particularibus, vt ex sua materia & forma, & ista principia per se sunt singularia ex sui natura, cum ergo intellectus apprehendit indiuiduum substantiæ, non ope sensus apprehendit, etiam intellectus intelligit species substantię, & genera specierum, & generis genus, & non ope sensus, quia sensus non percipit vniuersalia, vt sunt species & genera, sed tantum intellectus illa intelligit, quia tantum intellectus intelligit vniuersalia, ideo. Respondet Alexander, quòd re uera propositio Aristotelis indiget duplici expositione, primo dicit, intelligitur illa propositio de rebus subsistentibus, quia res subsistentes apprehenduntur ab intellectu ope sensus. Secunda conditio est, quod & per se talis res subsistens debet apprehendi ab intellectu, & ita quia vniuersalia non per se subsistunt, ideo possunt intelligi ab intellectu sine ope sensus, quia intellectus intelligit quę subsistunt, vniuersalia verò non subsistunt nisi in indiuiduis, ideo non intelliguntur ope sensus, etiam oportet, quòd res subsistens per se apprehendatur ab intellectu, sed indiuiduum substantiæ licet per se subsistat, non tamen per se intelligitur ab intellectu, sed ex suis accidentibus intelligitur. Ideo dixit Porphyrius, quòd indiuiduum est, quorum intellectio accidentium est in vno, ita quòd nō in alio, non quòd indiuiduum substantiæ sit indiuiduum ab accidentibus, sed intelligitur indiuiduum substantię per accidens ratione accidentium, ita substantię abstractę per accidens apprehenduntur ab intellectu, quomodo per accidens? quia per modum quanti à nobis percipiuntur, ideo vnusquisque eas suo modo fingit, ideo nemo est, qui Deum eodem modo intelligat cum alio homine, quia per accidens intelligitur, scilicet per modum quanti. In oppositū est Auer. iij. de anima, quia inquit, substantia materialis est primum obiectum intellectus, & hoc ꝓbat ex Arist. vij. Methaphysicę, vbi dicit Arist. ꝙ substantia est prior accidente tempore, cognitione, & natura, cū ergo substantia apprehēdatur ab intellectu, sine accidētibus apprehēditur ab intellectu, & iō sine ope sēsus, & quia intellectus hominis ponit differentiam inter indiuiduū substantię & indiuiduū accidentis, ideo per se intellectus intelligit indiuiduū substantię. Etiam iij de anima, xiiij. & xvj. dixit, ꝙ intellectus in vltimo statu fęlicitatis apprehendit per se substantias abstractas ex sui natura, ideo substantia per se intelligitur ab intellectu, & ne dum vult Auerroes, quòd intellectus apprehendat indiuiduum substantię sed etiam sensus hominis vult, quòd apprehendat indiuiduum substantię, sensus tamen brutorum non apprehendit indiuiduum substantię, & ratio est, quia sensus hominis ordinatur ad intellectum, & quia intellectus intelligit substantiam per se, ideo sensus hominis apprehendit substantiam per se, sensus verò brutorum non ordinatur ad intellectum, ideo non percipit indiuiduum substan-

substantiæ, ideo inquit, sensus vt sensus non percipit indiuiduum substantiæ, sed sensus vt humanus percipit indiuiduũ substantiæ, quę nam sit verior opinio, aliàs disputauimus. Ideo aliter secundum Auerr. debet exponi illa propositio, quòd si nihil materialiũ intelligitur ab intellectu nisi ope sensus, si tale per se apprehendatur, dixi nihil materialium, ad differentiã substantiarum abstractarum, quæ apprehenduntur ab intellectu sine ope sensus, dixi, si per se intelligatur, quia chimera & figmentum ab intellectu intelliguntur per accidens, vel apprehenduntur per accidens, ideo non ope sensus ea intelligit intellectus, sed solummodo partes fuerunt in sensu, quas partes postmodum intellectus copulauit, & hoc modo verificatur illa propositio.

An inter extrema iniecta media sint infinita dicantur.

Est alia dubitatio, quia dicit Arist. assignatis extremis, media quę interiacent sunt finita, contra, quia in linea pedali assignatis extremis punctis, pũcta intermedia infinita sunt, ideo. Soluitur faciliter dubitatio, quia Arist. loquitur de finitis medijs actu, non potẽtia, ita ꝙ vult dicere, ꝙ assignatis extremis media sunt finita actu, puncta verò intermedia sunt infinita potentia, Arist. autem loquitur de finitis actu, vt patet, quia inquit, assignatis duabus speciebus extremis species intermedię sunt finitę actu, quia aliter nunquam pertingeremus ad extrema, si scilicet essent infinitæ actu, ergo. Sed contra, quia species medię generãtur ex extremis, & mediæ ex medijs secundum variam proportionem, sed ista variatio põt fieri in infinitum, ideo species mediæ possunt multiplicari in infinitũ, & sic esse infinitæ. Extat & aliud argumentum Sophystarum, s. calculatorum, quia dicunt, accipiamus horam præteritam diuisam secundũ partes ꝓportionales, ita quòd hora diuidatur in duas medietates, & vna medietas in duas, & sic de alijs partibus, partes horæ diuisæ, q̃ iam præteritæ sunt, erunt infinitæ, supponatur verò per potentiam diuinam, ꝙ Deus produxerit secũdum vnamquamq; partem horæ vnum lapidem, ita ꝙ in prima diuisione producat vnum lapidem, sic lapides actu erunt infiniti, sit enim primum instans horæ a, in quo producatur lapis, vltimum instans sit b, producitur lapis b, deinde in prima parte horæ producat lapis c, contangens a, in alia parte horæ ꝓducatur lapis alius medius inter a, & c, & sic secundum omnes partes in vltimo instanti horæ actu erunt producti infiniti lapides intermedij, quia sunt infinitæ partes horæ, ergo extremis etiam assignatis finitis media possunt esse infinita, ergo. Dico vt dixi, ꝙ Arist. loquitur de mediis finitis actu & non potẽtia, & cum dicimus, illa proportio potest variari in infinitũ, & sic illæ species intermediæ erũt infinitæ in actu. Dico negando, quòd illa variatio proportionis, ex qua generantur specięs medię, in infinitum tendat, quia sic nunquam pertingeremus extrema, sicut dicit Aristoteles. Ad secundum dico, quòd vt infinitæ horæ partes quę præterierunt sunt infinitæ potentię & non actu, ita illi lapides actu sunt finiti, infiniti verò potentia, ideo dico quòd illæ partes horæ præteritæ sunt infinitæ potentia, non actu, quia si essent infinitæ actu, ego quæro an in fine horæ illæ partes sunt diuisibiles vel indiuisibiles, si indiuisibiles, ergo continuum componeretur ex indiuisibilibus, quod quidem falsum est, si erunt diuisibiles, ergo adhuc poterunt diuidi, & sic hora non fuit diuisa in partes infinitas, vel dabitur maius infinito, ideo dico, quòd illę partes horæ sunt potentia infinitæ, ita illi lapides sunt potentia infiniti, actu verò finiti, ergo.

An corpus naturale diuidatur in infinitum.

Tertia dubitatio est magis ad propositum, quia dicit Aristoteles, quòd corpus naturale potest in infinitum diuidi, contra, quia corpus naturale habet suum maximum, vt secundo de anima xlj. omnium natura constantium est determinata quantitas, si ergo habet suum minimum, quomodo poterit diuidi in infinitum? Etiam quia si corpus naturale potest diuidi in infinitum, aliquando erit actu diuisum in infinitum, quod impossibile est, quia si erit diuisum in infinitum, vel illæ partes infinitæ erunt diuisibiles vel indiuisibiles, si indiuisibiles, ergo continuum cõstabit ex indiuisibilibus, quòd falsum est, si diuisibiles, ergo continuum non fuit diuisum in infinitum. Quòd autem si corpus naturale sit in infinitum diuisibile, deberet esse aliquando diuisum in infinitum, patet, quia omnis potentia reducitur ad actum, aliter natura frustraretur à suo fine, quod est valde absurdum.

Est alia dubitatio, quia dicit Aristoteles, quòd partes qualitatis sensibilis in toto potentia sentiuntur, oppositum dicit in fine solutionis, quia inquit, aliquę sunt partes exiguæ, quæ si separentur, subsistunt, sed minimè possunt sentiri, quia sunt exiguæ, si tamen coniunguntur cum alijs partibus, actu sentiuntur, sed cum coniunguntur cum alijs partibus, tunc sunt in toto, & tamen actu sentiuntur, ergo partes exiguę actu & potentia sentiuntur, ideo. Secundo quia totum non est aliud quàm suæ partes, si igitur partes tantum potentia apprehenduntur, ergo totum etiã tantum potentia apprehenditur, & non actu, quod tamen falsum est, ergo. Tertio, quia si visus videt totum in actu, & partes in potentia, videbit ergo totum vt indiuisibile, quia non segregabit partes, quia eas non videt nisi potentia, oppositum tamen dicunt perspectiui, quia dicunt, quòd oculus videt visibile vt diuisibile, ideo totum visibile simul non videt, sed percurrit omnes partes. Quarto, quia dicit Aristoteles, quòd in consonantia fit etiam diuisio in infinitum per accidens ad diuisionem subiecti, contra, quia omnis consonantia est oratio vocalis, oratio vocalis est quantitas discreta ex præsentis, sed quantitas discreta vt patet iij. phys. non diuiditur in infinitum, nullo modo ergo consonantia potest diuidi in infinitum.

De primo dico, quòd corpus naturale potest cõsiderari dupliciter, vno modo vt continuum, & sic corpus naturale diuiditur in infinitum, quia omne continuum diuiditur in infinitum, potest etiam cõsiderari alio pacto dupliciter vt naturale, quia natura dicitur dubus modis, & de materia & de forma, ideo dupliciter corpus naturale considerari potest, vno modo respectu materiæ, & sic corpus

naturale respectu materię diuiditur in infinitum, quia materia non determinat sibi quantitatem propriam. Alio uerò modo potest considerari corpus naturale respectu naturæ, quæ est forma, & sic non diuiditur in infinitum, quia habet suam quantitatem maximam, & minimam. Arist. autem dicit, ꝙ corpus naturale diuiditur in infinitum, vt continuum, vel ratione materiæ, ideo. Cũ verò dicimus, si corpus naturale pôt diuidi in infinitũ, aliqñ ergo erit actu diuisum in infinitũ, ergo. Arist. iij. phy. soluit dubitationem, quia inquit, minimè valet ista consequentia, corpus pôt diuidi in infinitũ, ergo aliqñ erit actu diuisum, cũ verò dicimus, potẽtia respicit actum. Dico ꝙ duplex est actus perfectus & imperfectus, sic ergo continuum diuiditur in infinitũ potentia, vt illa potentia respicit actum imperfectum; & quid est ille actus imperfectus? Dico ꝙ est illa successio partium in infinitũ, quia data qualibet parte adhuc pôt diuidi, non tñ ꝙ illæ partes simul actu sint diuisæ, & sic ille actus ipserfectus nihil aliud est, nisi actus semper potentiæ coniunctus, quia diuisum adhuc diuidi potest. De secundo dico, ꝙ partes in toto sentiuntur actu & potentia, actu sentiuntur partes in toto, ratione potentiæ visiuæ, quia potẽtia visiua omnes partes actu percipit. & sic partes consideratæ respectu potentiæ visiuæ actu sentiuntur in toto, possunt & considerari partes rône obiecti, & hoc modo potentia sentiunt, quia sunt in toto potentia, ita sentiuntur potentia in toto rône obiecti, rône tñ potẽtiæ partes in toto sentiuntur actu, & sic soluitur dubitatio, quia Arist. cum dicit, ꝙ partes sentiuntur in toto tm̃ potentia, loquit de partibus rône obiecti, & nõ rône potentiæ, ideo.

Ad secundum dico, ꝙ totũ non est nisi suę partes collectiuè non diuisim, vt ẽt dicit j. phy. & illæ partes sunt ipsum totum, quia animal non est nisi ipsa anima & corpus, vt simul coniuncta & vnita, & sic illæ partes simul collectę actu iunguntur, separatim tamẽ. i. distinctæ illæ partes tm̃ potentia videntur.

Ad tertium, quia visus vtetur omni visibili, oppositum tamen dicunt perspectiui, quia dicunt, ꝙ visus nõ videtur totum visibile simul, sed percurrit omnes eius partes. D. Th. dicit, ꝙ illa propositio perspectiuorum est falsa, quia visus vtitur omni visibili vt visibili. Possumus tñ dicere, ꝙ illa propositio perspectiuorum vera est. s. ꝙ visus non videt totum simul, sed percurrit oẽs eius partes, quia de visione partiũ possumus loqui dupliciter, vno mõ de diuisione partium confusa & indistincta, alio modo de diuisione partium distincta, si loqnamur de diuisione partium confusa, sic visus videt visibile vt indiuisibile, & non separat partes ab inuicẽ, quia omnes partes sub rône vnius apprehendit, & sic loquitur Arist. hic, & D. Th. si loquamur non de diuisione partium distincta, sic visus videt visibile vt diuisibile, & percurrit omnes eius partes, & sic vera propositio perspectiuorũ, quæ est in j. parte, propositione xliij. Ad quartũ cũ dicimus, cõsonantia est oratio vocalis, oratio verò vocalis est quãtitas discreta, quantitas aũt discreta nõ pôt diuidi in infinitũ. Dico, ꝙ cõsonãtia & quælibet oratio uocalis pôt cõsiderari dupliciter, vno modo vt est in subiecto, & sic est diuisibilis in infinitũ per accidẽs rône subiecti, quod est diuisibile ĩ infinitũ, quia sonus fit in aere vt in subiecto (est. n. accidens aeris) & hoc modo loquitur Arist. qñ dicit, ꝙ sonus est diuisibilis in infinitum. Secundo modo potest considerari cõsonantia, & oĩs oratio vocalis vt tempore commensuratur, diuiditur in infinitum, vt tempus in infinitũ ẽt diuiditur, quia tẽpus est de genere continuorum. Alio mõ pôt considerari vt habet relationem ad acutum & graue, & sic est qualitas discreta, & sic nõ diuiditur in infinitum, & de hac loquitur Arist. in libro prædicamentorũ, quia habet partes quatenus est alia acuta, alia grauis, & sic est quantitas discreta, & non diuiditur in infinitum, acutum. n. & graue non copulantur termino communi, sic consonantia est oratio vocalis & quantitas discreta, ideo.

Lectio LII.

QVARTA dubitatio super his quæ dixit Arist. in alia lectione, & quia dixit, ꝙ quęlibet qualitas sensibilis habet minimum, quod per se subsistere potest, cuius partes sentiũtur in toto potentia, & cum separantur à toto corrumpuntur in continens. s. in aerem, vel aquam.

Est ergo dubitatio, quia dicit, datur minima qualitas sensibilis, quę potest subsistere. Est ergo dubitatio, an detur minima qualitas sensibilis, & ratio dubitandi est, quia cum detur minimum corpus subsistens, vt puta minimum ligni, an minimum ligni sit æquale minimo qualitatis sensibilis, vt minimo albedinis, vel maius vel minus? Si dicatur, quòd minima albedo sit æqualis minimo ligni, hoc nõ pôt dici, qa albedo & lignũ sunt diuersę naturę, ergo habent diuersas quantitates, quia sicut aer & ignis sunt diuersę naturę, iõ habent diuersas magnitudines, ita ꝙ sub vna magnitudine stabit minimũ ignis, sub qua non stabit minimum aeris, sic ergo ex quo albedo & lignum sunt diuersæ naturæ habent etiam diuersas contrarietates. Si verò dicatur, quòd minimum albedinis sit maius minimo ligni, minimum ergo albedinis non poterit esse in minimo ligni, sic ergo minimum ligni denudatum erit albedine, & eadem ratione ab aliis qualitatibus sensibilibus, sic ergo corpus naturale constabit ex corpore mathematico non sensibili, quod reprobauit Aristo. hic, si dicatur quòd minimum albedinis sit in minimo ligni, & cum minimum ligni sit affectum qualitatibus sensibilibus, vt puta albedine, non dabitur ergo minimum albedinis seorsum existens, quod falsum est. An detur minima qualitas sensibilis

Secundo & est argumentum Sophystarum, scilicet Calculatoris & Enthisberis, si daretur minimum sensibile vt minimum uisibile, sic daretur visio debilissima, & sic daretur minimus angulus, sub quo posset fieri visio, & daretur vltimum esse visionis, quia ablata parte ab illo minimo uisibili non amplius fieret uisio, hoc tamen est contra perspectiuos, quia dicunt perspectiui, quòd non datur debilissima uisio, nec minimus angulus, nec ultimum esse ui-

sionis, quia ei successiuæ non datur vltimum esse.

Et confirmatur, quia accipiatur nimium visibile in corpore, & cum corpus habeat profunditatem, auferatur dimidia pars à posteriori parte, cum videbitur visibile illud, & erit minus minimo visibili, ergo.

Etiam Alexander hic contra Diodorum dicit, quod quælibet magnitudo minima adhuc potest diuidi, ita quòd quælibet magnitudo minima potest videri.

Etiam quia inquit, non datur maxima magnitudo, quia data qualibet potest fieri additio, quid ergo dicis, quòd detur maxima & minima magnitudo, quæ potest videri. Secunda dubitatio Alexandri, quia Arist. dicit, quod si minimum visibile corrumpitur, conuertitur in continens s. in aerem, dicit Alexand. ignis, aer, & aqua maiorem sibi determinant magnitudinem, quàm quodlibet mixtum, si ergo illæ partes minimi mixti non possunt permanere, quomodo poterunt conuerti in aerem vel in ignem, cum minimũ aeris, vel ignis determinet sibi maiorem quãtitatem, quàm minimum cuiuslibet mixti. Et Alexan. non soluit argumentum, etiam quia dicit, quod illę partes diuisę non sentiuntur, contra, quia partes in toto & separatim sunt eiusdem rationis, si ergo in toto immutant sensum, & separatim debent immutare sensum.

Etiam si illæ partes in toto potentia sentiuntur, ergo aliquando actu sentiri debent, & quomodo sentientur actu, nisi cum sint separatæ? vel ergo dabitur aliqua potentia naturalis frustra, quę nunquam reducetur ad actum, quod quidem falsum est apud Aristo.

Quid ergo dicẽdum? Dico, quod datur minima qualitas sensibilis, & ita datur maxima qualitas sensibilis, ideo soluo argumenta eorum. Ad primum dico, quod non est æquale, nec maius minimum qualitatis sensibilis minimo corporis naturalis, cur? quia forma ligni est perfectioc forma albedinis, iõ q̃a perfectioc est, maiorem sibi determinat magnitudinem lignum ipsum quàm albedo, quia albedo est forma imperfectior, tu dicis, non dabitur ergo minimum albedinis seorsum existens, quia si minimũ ligni seorsum subsistens sit maius, & sit pedale cum dimidio, & minimum albedinis sit pedale, & cum minimum albedinis habeat esse in corpore naturali, non dabitur, ergo minimum ipsius albedinis, nec minimum qualitatis sensibilis. Dico concedendo, quod nõ datur minimũ ipsius albedinis, sed tñ est dabile minimum ipsus qualitatis, quantum ex parte sui est, actu tamen nõ datur, sed hoc est pec accidens ratione subiecti, itaque Arist. intelligit, quod potentia passiua terminetur minimo, licet actu non detue, ideo. Ad secundum dicunt Sophystæ, quod argumenta concludunt, ad Aristo. quia datue minimum sensibile, quoniam etiam primo cœli dixit, quod omnis potentia passiua terminatur minimo, oĩs verò potentia actiua terminatur maximo. Exponũt Arist. quod visus terminatur minimo visibili. i. maximo non visibili, quod nõ põt videri, nec minus, ita quod dicunt, quod potentia passiua terminat̃ minimo. i. maximo non visibili, quod nõ põt videri. Sed contra, q̃m extorquet verba Aristot. vt vobis iam manifestũ est. Etiam quia dicit Arist. minimum visibile mouet sensum, & idẽ 1. cœli, est ergo aliquod positiuum, non ergo priuatiuum, sed maximum, non visibile est priuatiuum, ergo non potest mouere sensum. Etiam quia forma artificialis determinat maximam & minimam magnitudinem, vnde serra determinat maximam magnitudinem, cum qua possit exercere suam operationem, & minimam magnitudinem, sub qua exercet opus suum, ergo & forma naturalis debet sibi determinare maximam & minimam magnitudinem, ideo dico, quod omnium rerum naturalium datur maximum & minimum. Ad argũ, quia si datur minimum visibile, dabitur ergo minimus angulus, quo possit fieri visio, quia scitis ex optico, quod res videtur pec pyramidem, cuius basis est res visa, cuspis verò est in oculo, & minimũ visibile sub minimo angulo cõprehenditur, ergo si dabitur minimum visibile, dabit̃ ẽt minimus angulus, quod falsum est. Dico, quod datur minimus angulus, nppositũ tñ dicit perspectiuus, q̃a dicit, quod non datur minimus angulus. Dico, quod simpliciter non datur minimus angulus seorsum existens, datur tñ minimus angulus, ut datue minimum visibile inexistens, quia vnũquodq; visibile est diuisibile, existens tñ datur, ita datur minimus angulus existẽs, inexistens verò non datur. O tu dicimus ergo dabit̃ vltimum esse visionis. Concedo pec accidẽs, q̃a pẽdet à visibili, quod est permanẽs, & habet vltimũ sui esse, & sic dabitur debilissima visio seorsum existens, quia minimũ visibile datur, non datur tñ debilissima visio, quia inexistens. i. respectu partis inexistentis in minimo non datur debilissima, & sic intelligũt perspectiui. Ad aliud cũ dicimus, hoc corpus in quo est color, habet profunditatẽ, auferatue ergo dimidiũ posterius, adhuc videbitur, ergo. Ego dico negando, q̃m albedo nedũ determinat superficiẽ, sed ẽt corpus, iõ cũ auferatur pars à corpore illo minimo, tunc corrumpetur illud corpus, & per consequens albedo. & sic non amplius videbitue; & illud minimum corpus corrũpetur in corpus continens, vt in aerem, isti. n. imaginãtur & malẽ, quod albedo determinet sibi solum superficiem, sed determinet & profunditatem, & ita corpus, quare quælibet qualitas sensibilis determinat sibi corpus, iõ cũ auferatue pars à profunditate posteriori, corrũpetue ipsa albedo, q̃m corrumpitur & corpus. Ad Alexandrum dico, quod non dat̃ minima magnitudo simpliciter. s. in toto, sed dat̃ magnitudo minima seorsum existens, vt hic dicit Arist. quę põt videri, non datur tñ minima magnitudo inexistens, & sic intelligit Alexan. Ad aliam Alexãdri dubitationem dico (& ita debetis vos dicere & imaginari) quod re uera minimũ aeris requirit maiorẽ magnitudinẽ, q̃ minimum ligni, tu dicis, quo ergo minimũ ligni cũ diuiditur in aerẽ, corrũpetur. i. quomõ partes minimi ligni corrumpuntur in aerem, cũ aer determinet sibi maiorem dimensionem, quàm lignũ. Dico, quòd si ille aer qui generatue à partibus minimi ligni, per se subsisteret, lignum non posset conuerti in aerem propter rationem factam, sed quia ille aer inexistit toti aeri, ideo partes minimi ligni conuertuntue in aerem coherentem toti aeri, & hoc modo non inconuenit, quòd detur minimus minimo inexistens, ideo.

Ad aliud dico, quòd partes in toto sunt eiusdem rationis & naturæ essentialiter, accidentaliter tamē nō sunt eiusdem naturæ, quia illæ partes habēt iuuamētum in toto ex aliis partibus, ideo illæ partes in toto mouent sensum, separatim verò nō mouent sensum, quia in toto se ipsas iuuant, separatim verò minimè, vt dicimus de tribus hominibus mouentibus nauim, & vnusquisq; non potest per se nauim mouere, quia simul vniti iuuant se inuicem. Ad cōfirmationem dico, quòd illa potentia reducetur ad actum, quomodo ad actum? quia in toto actu videntur partes, sed dicuntur potentia videri, quia illæ partes nō existunt seorsum, sed dicuntur partes in tota potentia, & non actu, ita dicitur videri potentia & non actu, videntur tamen actu respectu totius, & sic ratione obiecti potentia videntur, respectu tñ potentiæ seu in toto videntur. Vltima dubitatio, quia Aristo. dicit, quòd illæ partes exiguæ cum diuiduntur seorsum manent, sed sensum subterfugiunt, & tales partes exiguas Aristot. appellauit superexcessus, cur Arist. appellauit illas excessus, cum potius sint defectus? Dat Alexader duas expositiones, primo inquit, quòd Aristo. appellauit has partes excessus, quia inquit, licet illæ partes minimæ non sentiantur à sensu hebetiori, sentiuntur tamen à sensu acutiori, & quia sensu acutiori sentiūtur, dicuntur excessus respectu sensus hebetioris, quia illum excedunt: obscurus est Alexander, & ille, qui transtulit, malè transtulit. Secundo inquit Alexand. & D. Th. accepit ab Alexan. appellat illas partes exiguas, excessus, quia vt sensus acutior excedens hebetiorem, ille excessus seorsum non sentit, sed sentit vt pars sensus, ita illæ partes minimæ non sentiunt per se, sed si coniungantur cum aliis partibus actu sentiuntur, & credo ꝙ hoc voluerit Arist. in suis verbis.

Lectio LIII.

DUBITABIT autem aliquis; Post primam quæstionem, quæ erat de sensibilibus ipsis, subiungit secundam dubitationem de actibus sentiendi, quæ talis est, cum duplicis ordinis sint sensus, quia quidam percipiunt sua sensibilia per medium extrinsecū, quidam verò percipiunt sua sensibilia per mediū intrinsecum, primi sunt tres. s. visus, auditus, & olfactus, secundi verò sunt duo. s. gustus, & tactus, medium extrinsecum est, quod nō est pars rei, medium verò intrinsecum est, quod est pars rei, ex quo ergo sensus aliqui sentiunt sua sensibilia per medium extrinsecū, & isti sunt tres. s. visus, auditus, & olfactus.

Est ergo dubitatio, an sensibilia istorū trium sensuum, ex quo inmutant sensum per medium extrinsecum, inprimendo in ipsum sua simulachra, an sensibile istorum trium sensuum prius tempore immutet medium, quàm ipsum sensum, an simul tempore immutet & medium sensum, & hic loquitur de prioritate temporis, quia non est dubitatio de prioritate naturæ, quia sensibile prius secundum naturam immutat medium, quàm sensum, quia si debet pertingere sensum, oportet vt trāseat per medium, sed loquor de prioritate temporis, an scilicet sensibile prius secundum tempus immutet medium quàm sensum, & Aristoteles dixit *& motus*; propter illos qui dicebat sensationes fieri ex defluxibus sensibilium, quæritergo Aristoteles, an sensibile prius immutet medium quàm sensum, ita illi defluxus, an secundum ipsos, qui ita tenent prius immutēt medium quàm sensum, & inquit de actione, nihil dicemus, quia non declarabimus quæ nam fit actio sensus, quia secundo de anima diximus, quòd actio sentiendi erat passio non corruptiua, sed passio perfectiua, ita quòd visio est passio perfectiua visus, ideo de hac dubitatione nihil dicemus hic, inquit Arist. quòd dubitatio est manifesta in duobus sensibus, scilicet in auditu & olfactu, quia sonus qui est sensibile auditus, prius mouet partem priorem, quàm posteriorem secundum tempus, ideo prius sonus immutat secundum tempus medium, quàm sensum auditus, ita est de odore. Sed est dubitatio de ipso visibili, visibile enim videtur simul immutare visum, & mediū secundum tempus, quia lumen simul immutat visum & medium, scilicet simul tempore, sonus autem prius mouet vnā partem aeris, deinde aliam vt patet, quia si quis percutiat aliquid, prius videtur ictus quàm audiatur, vt tertio Meteororum dicit Arist. quòd prius videmus corruscationem, quàm audiamus sonum tonitrui, & tamen secundum tempus prius causatur tonitruū, quàm corruscatio, & hoc non est alia de causa, nisi, quia sonus prius mouet vnam partem aeris, quàm aliam, ideo prius immutat medium quàm auditum, visus verò simul immutat medium & visum. Ex alia parte inquit, quòd videtur quòd visibile prius immutet medium quàm sensum, primo authoritate Empedoclis, qui dicebat, ꝙ sol prius illuminat partē aeris, quæ est ab oriente ad meridiem, quàm illam, quæ est à meridie ad occasum. Etiam prius illuminat vnam partem aeris sibi propinquiorem, quàm aliam, & si illuminat prius vnam partem aeris, quàm aliam, ergo lumen, quod est visibile, prius immutat medium quàm sensum visus. *Videbitur autem utiq; hoc rationabile*; Ostendit modo ratione, quòd visibile prius immutat medium quàm sensum, & inquit, omnis motus mensuratur tempore, sicut patet, sed illuminatio est quidam motus, ergo illuminatio mensuratur tempore, ergo prius illuminatur vna pars aeris quàm alia: quòd verò illuminatio sit quidam motus, patet quia habet terminum à quo, & terminum ad quem, quæ sunt conditiones motus, motus enim est à termino à quo ad terminum ad quem, illuminatio ergo cum habeat terminum à quo, dependet, scilicet lux, & terminum ad quem, scilicet ad opacum, ergo erit motus, & sic tēpore mensuratur.

Et si omne simul audit & audiuit; Addit secundam rationem, & Leonicenus accipit expositionem D. Th. & confundit expositionem Græcorum cum Latinis, & malè hic exponit, ideo secundum Alexand. Aristot. addit secundam rationem, quia inquit, visio non est æterna, sed ipsa fit, sed quod fit, non est, hoc est dictum 5. phys. & dixit etiam, oppositum

huius

huius.ſ.quod fit eſt, & vtraque propoſitio vera eſt, quia quod fit, non eſt, ſi loquamur de factione quæ eſt alteratio diſponens, ſic quod fit non eſt, quia diſponit vt res ſit. Et quod fit eſt, ſi loquamur de generatione vera pro illa vltima tranſactione, quia dũ fit homo in illo vltimo inſtanti homo eſt. Sed dialecticè arguit Ariſt. & inquit quod fit non eſt, hæc propoſitio fit manifeſta, & in artificialibus & in naturalibus, in artificialibus, quia cum domus fit nõ eſt, quoniam fit dum conſtituuntur parietes, & tamen non eſt, ita homo dum fit non eſt accipiendo primũ modum declaratum, ſi ergo quod fit non eſt, cum ergo viſio fiat ergo prius fit quàm ſit, ſed fit ex illuminatione medij viſio, ergo prius ſecundum tempus fit illuminatio medij quàm viſio, ratione vero ſui vt viſibile.ſ.immutat viſum eſt viſio, ergo prius viſibile puta lumen mouit medium quàm ſenſum.

Manifeſtum autem hoc & linearum. addit ſecundam rationem quia inquit eadem eſt ratio viſus, auditus, & olfactus, omnes enim ſentiunt per medium extrinſecum, ſed ſenſibile auditus prius immutat medium quàm ſenſum, ergo & viſibile prius debet immutare medium quàm ſenſum viſus. Quod vero ſonus prius etiam moueat medium quàm ſenſum auditus patet, quia inquit Ariſt. vox dearticulata prius auditur à propinquo quàm à remotiori, ſignum eſt ergo quòd prius mouit vnam partem aeris quàm aliam, & ne dum prius à propinquiori auditur, ſed magis diſtinctè & ſecundum transfigurationem literarum quàm à remotiori, quia remotior illas voces cõfuſe audit, & ita inordinate illã trãsfigurationem literarum percipit, ſi ergo ſonus prius mouet medium quàm auditum, ergo & viſus cum ſit eadem ratio.

Ergo ne ſic & color. addit quartam rationẽ Ariſt. quæ obſcurior eſt, iſta tamen eſt ratio Ariſt. ſi dicamus ꝙ viſibile ſimul tempore immutat medium & viſum, cum viſibile medium actu eſt, & cum immutat ſenſum, ſenſus actu eſt, quia inquit eodem actu viſus eſt in actu, & viſibile eſt in actu, quia viſione viſus eſt actu, & viſione viſibile eſt in actu, ex quo ſequitur ꝙ viſus actu ſit correlatiuum viſibilis in actu, quia cum viſus ſit actu, viſibile etiam eſt actu, quia viſibile non eſt actu niſi cum immutet medium, immutat autem medium & viſum ſimul tempore, tunc ergo viſibile eſt in actu, cum immutat ſenſum, & cũ viſus immutatur, eſt uiſus in actu, viſus ergo in actu & viſibile in actu erunt correlatiua, vt correlatiua ſunt æqualia ipſa, vt vnum pedale eſt æquale alteri pedali, ſic etiam ſimilia ſunt correlatiua, ſicut duæ albedines, ſed correlatiua ſemper ſe referunt poſita etiam in maxima diſtantia. Vnde albedo, quę eſt Romæ ſimilis eſt albedini, quæ eſt Bononiæ, ſed poſito viſibili actu in maxima diſtantia in qua immutet medium, & tamen non immutet viſum, illud viſibile nõ videbitur actu, non erit ergo viſus actu, & erit viſibile actu, viſus ergo actu & viſibile actu non erunt correlatiua, & ſi nõ erũt correlatiua, viſibile ergo prius debet mouere medium quàm viſum, quia ſi ſimul moueret mediũ & viſum, viſus actu & viſibile actu erũt correlatiua, ſed non ſunt, ergo neque viſibile ſimul immutabit medium & viſum ſecundum tempus, iſta eſt ratio Ariſt. dialectica, & ſunt quatuor rationes dialecticę falſum probantes. *An circa ſonum quidẽ,* ex hoc ſoluit Ariſt. dubitationem inquiens ꝙ odor & ſonus prius tempore mouent medium quàm ſenſum, viſibile vero vt lumen & color nõ prius mouẽt mediũ quàm ſenſum, ſed ſimul, & declarat hoc Ariſt. & primo primam partem, quia inquit ſi debemus percipere ſonum, ex quadam partium ſucceſsione percipimus, & ita olfacimus ex quadam ſucceſsione partium odoris, ſi vero debemus videre vt puta lumen, non requiritur ſucceſsio partium, patet autem quòd ſonus prius moueat vnam partem aeris, deinde aliam vſque ad auditum, & debetis imaginari de ſono ſicut de circulationibus factis in aqua ex lapidibus proiectis in ipſam, quia prius fiunt circulationes paruæ, deinde maiores, deinde maiores quouſque adeò debilitentur, vt quaſi aqua non amplius moueatur, ita ſimili modo ſonus cum cauſatur ex duobus corporibus duris conciſsis ſimul, tunc aer interiectus tremit, & vna pars aeris mouet aliam vſque ad auditum circulationibus in aere factis modo iam dicto, & quia hic eſt motus localis partium aeris, & cum quilibet motus localis menſuretur tẽpore, ideo ſonus prius mouet vnam partem quàm aliam, ergo & prius mouet medium quàm ſenſum, quia cum tẽpus ſit diuiſibile in priori parte temporis erit in priori parte medii, & ſic ſucceſsiuè vſque ad auditum, eadem ratione dicendum eſt de odore, quia odor pertingit ad olfactum mediãte fumida exhalatione pertingit prius vnam partem quàm aliam, quia prius pertingit partem propinquiorem, deinde remotiorem, ideo odor prius immutat medium quàm ſenſum, viſibile vero ex quo non requirit ſucceſsionem partium, ideo ſimul mouet medium & ſenſum.

Et ex hoc ſoluitur dubitatio, an homines in æquali diſtantia diuerſi poſsint audire eundem ſonum, quia ambo audiunt ſonum campanę, ex alia parte arguitur, quia alius eſt ſonus, qui immutat auditum vnius ab eo, qui immutat auditum alterius, quia & illi aeres ſunt diuerſi, ſi ergo ſunt ſoni mutantes auditum, ſed mouens proximum ſimul eſt cum moto ſeptimo phy. & mouentia proxima ſunt diuerſa.ſ. ſoni illi proximi eorum auditibus, ergo ambo non poterunt eundem ſonum percipere, ita de odore dicẽdum eſt, ex quo odor eſt cum illa tenui ſubſtantia fumida, & alia pertingat ad olfactum vnius, & alia ad olfactum alterius, ergo illi duo homines non poterunt percipere eundem odorem.

An idem ſonus poſſit percipi à diuerſis in æquali diſtantia.

Soluit Ariſt. & inquit dico quòd ſi loquamur de odore & ſono, qui proxime ſentiuntur, duo homines non poterunt eundem ſonum aut odorem ſentire, quia ſunt duæ fumidæ exhalationes proximæ, & ita illæ duæ partes aeris diuerſæ, pari pacto de ſono dicendum eſt, & ſic argumentum concludit, ſi vero loquamur de obiecto remiſſo, ſic idem obiectũ, vt puta idem odor ſentitur ab olfactu duorum hominũ vt odor thuris inquit Ariſt. remote ſentitur à diuerſis hominibus, & ita idem ſonus remotus, vt puta tintinabuli ſonus à duobus hominibus ſentitur, & ſic ſo-

luta

luta est hocmodo dubitatio. Ex hoc soluitur alia dubitatio, an sensus .i. sensationes fiãt ex defluxionibus emanãtibus ab obiectis, quæ quidẽ defluxiones sunt eiusdem naturę cum obiectis, inquit Arist. quòd hęc opinio sit falsa, patet quia si actus sentiẽdi fierẽt per istos defluxus, duo homines non possent sentire idẽ obiectum, nec propinquum, nec remotum, cuius oppositum patet in solutione præteritæ quæstionis, ideo hæc quidem opinio falsa est.

Lectio LIIII.

SOLVEBAT nobis Arist. dubitationem secundam dicens, quòd in duobus sensibus .s. in auditu & olfactu sensibilia prius immutant medium quàm sensum, subdit secũdam partem, dicens, reliquum est de visu, de quo secus dicendum est, & addit rationẽ, quia inquit sonus & odor immutant medium per quandam successionem partium, quia corpus sonorũ prius immutat vnam partem medij quàm aliam, ita odor prius immutat vnam partem aeris quàm aliam, cum ergo & sonus, & odor prius immutant vnam partem aeris quàm aliam, ita eadem ratione prius immutant medium quàm sensum. Ex hoc soluitur dubitatio antiquorum, an idem sonus possit percipi à pluribus hominibus, & ita an idem odor possit ꝑcipi à pluribus hominibus in eadem distantia, ex vna parte videtur quòd diuersi homines non possint percipere eundem sonum numero, quia ex quo sonus multiplicatur ex successione partium aeris, & ex quo sunt diuersæ partes aeris, quæ contangunt auditum diuersorum hominum, etiam diuersi sunt soni numero, qui audiuntur ab illis diuersis hominibus, ita de odore, quia odor pertingit ad suum sensum mediante fumida exhalatione, & cum diuersæ sint fumidæ exhalationes numero, quæ contangunt sensum illorum diuersorum hominum, ideo idem odor numero non potest odorari à duobus hominibus.

Soluit Arist. dicens, quòd si loquamur de audibili proximo, idem audibile próximum non potest audiri à duobus hominibus, vt argumentum concludit, si autem loquamur de audibili remoto, idem audibile sicut sonus tintinabuli est idem numero, qui sentitur à pluribus hominibus, ita idem odor numero remotè vt odor thuris inquit Arist. sentitur à duobus hominibus, & sic soluitur quòd idem sensibile remotum sentitur à pluribus hominibus, non autem idem sensibile proximum.

Sunt autem neque corpora hæc. Leonicenus multoties confundit expositiones Latinorum cum Gręcis, & miror de ipso, quia in exponendis textibus paruifaciendi sunt latini, & maxime cum habemus græcos rectè exponentes. Dicit Alex. ꝙ Arist. remouet aliam dubitationem, quia Arist. dixit, ꝙ hęc duo sensibilia .s. sonus & odor successione quadam partiũ mouentur per medium ad sensum, sed quæ mouentur successione quadam partiũ sunt corpora sed ista sensibilia non sunt corpora, quomodo ergo possunt moueri successione quadam partium, quòd autem non sint corpora patet, quia corpus est substãtia, quæ per se non sentitur, illa autem sensibilia per se sentiuntur, ideo non sunt corpora sensibilia illa. Soluit Arist. inquiens licet illa sensibilia non sint corpora, sunt tamen affectiones corporum, affectiones autem corporum mouentur motu corporum, ideo illa sensibilia mouentur successione partium ad motum ipsius corporis medii, quod mouetur motu secundum successionem partium per se, illa vero sensibilia mouentur ad suos sensus motu locali non per se, sed per accidens ad motum corporis.

De lumine autem alia est ratio. posuit primam partem solutionis Arist. quia dixit quòd sensibilia auditus & olfactus sunt immutantia sensum successione quadam, vult modo inuenire secundam partem solutionis .s. quid de visu, inquit Arist. quia visibile simul mouet medium & visum, & lumen & color simul mouent medium & visum, & declarat Arist. cur visibile simul moueat medium & visum, quia inquit visibile pertingit ad sensum non quadam successione partiũ, vt alia sensibilia, & causam huius infert Arist. quia inquit lumen fit ex præsentia corporis lucidi, quia lumen est imago lucis, ideo ex præsentia corporis lucidi fit lumen, & in medio & in visu, & hoc quia illuminatio est pura actio spiritualis, & non est motus, ideo subito fit, & Arist. declarat quod dixit, & primo declarat quomodo sonus & odor prius mouent medium quàm sensum, visibile autem simul vtrunque mouet, ratio est, quia sonus defertur ad sensum per motum localem, motus autem localis fit in tempore, ideo sonus prius mouet medium quàm sensum, ꝙ autem in sono sit motus localis patet, quia sonus fit cum vna pars impellit aliam circulariter, & sic successiue, vt diximus de circulationibus aquę ex proiectione lapidis in ipsa aqua, quia una pars mouet aliã & impellit, & sic facit successionem circularem, ita prima pars aeris, in qua est sonus mouet aliam successiuè, & sic sonus fit mediante motu locali, & cum motus localis sit in tempore, ideo sonus prius mouebit medium quàm sensum, ita dicendum est de odore. Sed de visibili aliter dicendum est, quia visibile simul mouet medium & visum, quia inquit in motu locali fieri non potest, vt totum moueatur secũdum omnes eius partes, quia oportet, vt vna pars prius moueatur, deinde alia, quia in sono requiritur motus localis, ideo sonus prius immutat medium quàm sensum, ad visibile autem non requiritur motus localis, sed visio est alteratio, alteratio autem potest fieri in instanti secundum omnes eius partes, ideo visibile, potest simul mouere medium & sensum. Quòd aũt idem non possit moueri motu locali secundum omnes eius partes, reliquit vt manifestum. Quòd vero alteratio simul fiat secundum omnes eius partes declarat exemplo de aqua, quia inquit aqua subito congelatur quo ad omnes eius partes, & intelligit ꝙ ista congelatio fiat subito .s. respectu subiecti, quia omnes partes subiecti simul alterantur, tamen ipsa congelatio quo ad gradus fit in tempore, & prius fit cõgelatio secundum remissiorem gradum, deinde secundum

cundum

cundum intensiorem, subito ergo fit congelatio ratione subiecti quia omnes partes simul congelantur, ratione tamen gradus, congelatio fit in tempore, cõgelatio autem fit à frigido, non simpliciter à frigido, quia sic aqua pura congelaretur, quod falsum est, sed congelatio fit à frigore comprimente siccã exhalationem cum ipsa aqua, cum ergo alteratio possit fieri subito secundum omnes eius partes, & visio sit alteratio, ideo visibile simul poterit mouere me- & sensum vt visum, & quod dixit quòd aqua simul cõdiu gelatur secũdum omnes eius partes, inquit si tamẽ esset vasta magnitudo aquæ, tota aqua non congelaretur secũdum omnea eius partes, sed vna pars post aliam congelaretur, & sic successiue, si tamen sit pauca aqua, simul secundum omnes partes potest alterari & congelari. *Erat autem utique & ipsum gustabile.* hic ponit differentiam odoris ab ipso visibili, quia inquit ita est de odore vt de gustabili, sicut si quis esset escmpta lingua, percipit dulcedinem mixtam aqua, non percipit illam nisi cum ipsa peruenerit ad sensum gustus successione partium, ergo illa dulcedo peruenit ad gustum, ita est de odore, quia secundum successionem partium pertingit ad olfactum, visibile autem simul mouet & medium & visum. Ideo epilogat Arist. quæ dixit in solutione dubitationis, & inquit ꝙ sonus & odor prius immutant medium quàm sensum, visibile vero simul & mediũ immutat, ideo.

Lectio LV.

SVPER solutione secunda sunt dubitationes, prima est quia Arist. dicit, quòd sensatio ipsius auditus & olfactus erat successiua, quia sensibilia illorum sensum prius immutant medium quàm sensum, est dubitatio, quia omnia mutatio spiritualis est subita, hoc est manifestum, quia omnis forma spiritualis caret contrario, ergo & resistentia, quia resistentia procedit merito contrarietatis 4. Phy. sic ergo omnis mutatio spiritualis est subita, sed mutatio medij & ipsorum sensuum est mutatio spiritualis, ergo est subita, non ergo est successiua vt dicit Arist. . Secunda dubitatio est, quia hic inquit Arist. quòd illuminatio est alteratio, in secũdo autẽ de anima dixit, ꝙ illuminatio nõ est alteratio, ergo sibi cõtradicit. Etiam quia dicit ꝙ illuminatio est subita, contra, quia illuminatio fit ex præsentia corporis lucidi, vnde primo illuminat aerem sibi præsentem, quam alium aerem a se remotiorem, sed corpus lucidum vt puta sol successiue fit præsens omnibus partibus aeris, illuminatio igitur successiuè fit, ergo non subito, vt dicit Arist. Tertia dubitatio in exemplo Arist. quia inquit quòd vox dearticulata à propinquiori percipitur dearticulatè, à longinquiori vero percipitur illa vox transfiguratione quadã literarum & indistinctè. Causam huius non dixit Arist. cur ergo vero nõ assignauit huius causam? Etiã quia inquit quòd alteratio est subita, vt congelatio, sed 5. Phy. dicit ꝙ omnis motus fit in tempore, ergo illa alteratio fit in tempore. Dixit Arist. quòd alteratio merito subiecti fit in instanti, quia simul congelantur illæ partes, quo tamen ad gradus illa congelatio fit in tempore. Sed contra, quia sexto Phy. omne mobile est diuisibile, quia habet partem in termino a quo, & partem in termino ad quem, si ergo mobile est diuisibile, quomodo ergo omnes partes simul possunt moueri ratione mobilis, & in instanti? imò mouebitur per partẽ post partem. Quarta dubitatio, quia dixit Arist. ꝙ dulcedo aquæ permixta pertingit ad gustum, prius tamen ad medium. Est dubitatio Alexandri cur dulce aeri permixtum non ita aerem dulcedine afficiat, vt aquam, cum tamen aer sit humidior, vt aqua? est alia dubitatio, quia Arist. declarat quomodo sensibilia auditus & olfactus prius immutant medium quàm sensum, & cum declarauit de his, cur etiam nõ declarauit de sensibilibus tactus? an. sensibilia tactus & gustus prius immutent medium quàm sensus suoa, sicut auditus & olfactus.

De primo dico quòd omnis immutatio spiritualis est subita, sed omnis sensatio spiritualis est, verũ est, ergo subita. Dico quòd subita est, quid ergo dicit Arist. quòd sensationes auditus & olfactus sunt successiuæ? Dico quòd per se omnis sensatio est subita, sed dicitur successiua per accidens, quia sonus non potest immutare auditum nec medium, nisi dũ fit, est autem sonus in aere, qui mouetur motu circulationis, qui quidẽ motus causatur ex duobus corporibus percussis simul, & quia ille motus auditionis est localis, & omnis motus localis fit in tempore, ergo auditio non potest fieri nisi in tempore, hoc tamen est per accidens modo declarato. Ideo soluitur illa difficultas, an sonus audiatur in instanti, vel in tẽpore. Expositores secundo de anima dicunt, & Ioã. Gandauẽsis facit multa dubitationes. Ego dico quòd sonus auditur in tempore, quia sonus auditur dum est, est autẽ in aere, qui mouetur motu inũdationis, qui motus est in tempore, ideo sonus per accidens auditur in tempore, ita etiam dicendum est de olfactu quòd est in tempore, quia odor non multiplicatur ad olfactum, nisi mediante fumida exhalatione, fumida autem exhalatio ex quo est corpus, in tempore mouetur, ideo odor prius immutat partem medij quàm aliam, & eadem ratione prius immutat medium quàm sensum, visibile vero ex quo non requirit corpus quod moueatur ad hoc vt moueatur ad immutandum sensum, ideo simul immutat mediũ & visum. Sed adhuc dices est difficultas, quia ad maiorem distantiã sentitur sonus quàm moueatur aer, quia aliquando sentitur sonus campanæ per quatuor milliaria, & tamen ad tantam distantiam non mouetur aer, quid ergo sequitur? quòd sonus cum fuerit generatus, subito multiplicabit suas species ad auditum subito, ergo sonus simul immutabit medium & auditum, & Arist. dicebat scilicet quòd pisces percipiebant odores à maxima distantia, & ibi non multiplicatur fumida exhalatio, subito ergo odor immutabit medium & sensum, ideo. Dico, quòd de facto ita est, sed sermo Arist. est particularis, quia vt plu-

plurimum sonus multiplicatur per motum inundationis, & ita odor multiplicatur per fumidam exhalationem, & quia illæ mutationes sunt cum motu, ideo prius mouent medium vt plurimum quàm sensum, & per hoc satis distinxit visum ab auditu & olphactu, quia visibile semper simul immutat medium & visum, sensibilia vero olfactus & auditus vt plurimum prius immutant medium quàm sensum, quia vt plurimum sunt cum motu locali corporum, vt declaratum est. Ad secundum dico, quòd secundo de anima negauit illuminationem esse alterationem proprie dictam, sed hic dixit, illuminationem esse alterationem æquiuoce, quia est alteratio spiritualis, quia docuit secundo de anima, quòd duplex est alteratio, vna spiritualis, quæ est perfectio & salus eius, quod patitur. Altera vero est alteratio corruptiua; cum ergo dixit illuminationem esse alterationem loquitur de alteratione perfectiua, cum vero secundo de anima dixit illuminationem nō esse alteratiōnē locutus est de alteratione corruptiua, & sic nulla est contradictio in Arist. Ad tertium dico, quòd omnis illuminatio per se subita est, quia præsente corpore lucido subitò illuminat aerem sibi præsentē, per accidēs tamen illuminatio est successiua, s. ex parte corporis lucidi præsentis. Ideo concedo quòd illuminatio à sole per accidens est successiua, quia successiue fit nobis præsens sol, prius enim fit præsens vni parti aeris quàm alteri, per se tamen illuminatio est subita, quia illuminatio caret contrarietate, ideo & resistentia, & sic in instanti fit, quia 4. Phy. quæ caret resistentia subito mouentur, ideo.

Ad tertium dico, quòd causa huius manifesta est, quia diximus ꝙ sonus causat ex illo motu trepidationis, cum aer est propinquior illi motui, seruatur illa vox dearticulata, in aere vero remotiori cum fiāt circulationes maiores vox ipsa fit debilior, & cum inueniant aerem quiescentem reuertuntur, & sic reuertitur illa vox, ideo indistinctè, & trāspositione quarundam literarum auditur à longe, & hęc est causa, ideo.

Ad aliud dico, quòd congelatio est subita ex parte mobilis; ex parte vero gradus est successiua. Dicebat Arist. vj. Phy. ꝙ omne quod mouetur est diuisibile, quia quod mouetur habet partem in termino à quo & partem in termino ad quem, ergo est diuisibile, quomodo ergo congelatio potest esse subita ex parte mobilis, cum mobile sit diuisibile. Dico, quòd ista ratio Arist. in vj. Phy. est de motu locali. s. ꝙ mobile motu locali est diuisibile, sed dices, quomodo ergo Arist. habebit quòd omne sit diuisibile simpliciter? Dico, ꝙ ita erit ratio Arist. quia omne mobile quocūq; motu, siue alterationis, siue auctionis, mouetur motu locali. Etiā quia motus localis est prior omnibus, ideo omne mobile quocunque motu mouetur est diuisibile, quia etiam potest moueri motu locali, ideo. Ad aliud dicit Alex. ꝙ mel permiscetur aqua, itа quòd aqua afficitur dulci, & non permiscetur aeri, licet aer sit humidus, quia inquit sapor non est passio cuiuslibet humidi, sed humidi crassi vt est aqua, ideo illud humidum aqueum afficitur dulcedine & non humidum aeris, possumus etiam dicere ꝙ dulce in aquā fluit ad gustum, & non in aere, quia aqua ipsa fluit, aer vero non fluit ad gustum illo defluxu sicut facit aqua, ideo. Ad quartum dico, ꝙ de gustu & tactu non fecit mentionem, quia non erat ita manifestū, ꝙ hi duo sensus haberent mediū sicut tres alij. ideo de istis duobus nō fecit mētionē Arist. Sed dices, quid igitur dicendum ad illud, quòd vniuersaliter sensibilia illorum duorum sensuum prius immutāt medium quàm sensum, vnde qualitas prius tempore immutat cutim quàm sensum, & ratio est, quia tactus non potest percipere qualitates nisi realiter alteretur, & quia realis alteratio est motus, & motus fit in tempore, ideo qualitates primæ prius immutant medium quàm sensum realiter, quia non pñt immutare spiritualiter suos sēsus, nisi immutent etiam realiter mediū, & hoc ex natura sensibiliū sensus tactus, ex quo in tactu est alteratio realis, quæ est motus, motus aūt fit in tēpore, ideo tangibilia vniuersaliter prius immutant medium, quàm sensum tactus. Ita de gustu dicendum est, ꝙ & ipse requirit alterationem realem, quia nō potest percipere saporē lingua, nisi fiat humida, vel ab humida natura sapidi, vel ab humiditate materiali linguę, & ideo natura posuit quasdā glandulas propè lingnam, vt redderēt eā humidam, fit autem humida in tempore, ideo & in tempore percipit saporem, sapor ergo prius immutat medium quā sensum gustus, ideo. *Est aūt & alia quædā dubitatio circa sensus*; hæc est tertia dubitatio, i. qua Arist. quærit, an idē animal possit pluribus sensibus, aut vno sensu plura sensibilia percipere in tempore indiuisibili, pōderat Alex. quare dixerit Arist. in tempore indiuisibili, cum non detur tempus indiuisibile, dicit Alex. quòd debemus intelligere in tempore indiuisibili. i. in eodem tempore adæquatè, ita ꝙ sit sensus, an idem animal possit simul percipere plura sensibilia in tempore indiuisibili. i. in eodem tempore. & Arist. arguit ad vtranque partem, & antequam arguat, facit tres suppositiones, prima est quòd maior motus obumbrat & offuscat minorem motum, hæc manifesta est inductione, quoniam inquit, aliquando delapsa sub oculis non videmus, inquit Arist. non videmus, quia cum cogitamus vehementi cogitatione, non videmus delapsa sub oculis, quia vehemens motus offuscat minorem, patet etiā quòd non videmus delapsa sub oculis ex aliquo terrore aliquando non videmus Socratem præsentē ex magno strepitu, & hoc est, quia maior motus offuscat minorem, sit ergo hæc prima suppositio ꝙ maior motus offuscat minorem, manifesta est.

Secunda suppositio est, quia inquit Arist. sensibile forte, seorsum, & simplex magis, & distinctius sentitur à nobis, quàm idem alteri commixtum, & hoc est etiam manifestum inductione, quia inquit vinum dulce meracius & distinctius à gustu sentitur quàm alteri commixtum, ita color simplex magis videtur à visu quàm alteri cōmixtus, ita auditus magis percipit Netē seorsum, quàm netē in diapason, & reddit huius rationem, quia inquit quæ commiscentur, cōmiscentur vt contraria, & agunt inuicem, & se corrumpunt quàm alteri commixta, Aristo. omnia calebat,

lebat,ideo debetis scire quòd omnis symphonia musicalis reperitur in instrumento septem chordarum, imaginemur quòd vltima corda,quæ facit sonū grauiorem,appelletur hypate.vltima vero quæ est infra, & facit sonum acutiorem appellatur nete. Secunda autem post grauissimam appellatur parypate, quasi iuxta hypate. Tertia vero dicitur lychanos quasi ꝙ demonstretur per medium indicis, media autem dicitur mese, quinta vero dicitur paramese quasi iuxta mese, sexta dicitur paranete. Si accipiamus igitur quatuor chordas superiores,ista consonantia vocatur diatessaron, & proportio grauissimæ chordę cū illa acutiori harum quatuor est sexquitertia, vt quatuor ad tres,alius est sonus,qui vocatur diapente, & est cum sonantur quinque chordæ inferiores, & proportio acutioris soni cum grauiori est sexquialtera, vt tres ad duo, cum vero omnes chordæ pulsantur,talis sonus vocatur diapason,& proportio chordæ grauissimæ ad acutiorem dicitur dupla, vt duo ad vnum,& istæ consonantiæ simul miscentur, quia miscetur diatessaron cū diapason, & sic de aliis, pro exemplo Arist. inquit quòd nete. i. vltima chorda acuta seorsum certius percipitur ab auditu quàm cū permiscetur cum diapason, seu cum alijs omnibus chordis, quia seorsum distinctius apprehenditur.

Tertia suppositio est quòd minor motus licet non occultet maiorem motum, tamē aliquid sensibilitatis demit à maiori motu,& manifestat hanc suppositionem ex secunda suppositione,quia omne sensibile magis apprehenditur à nobis cum est seorsum, quàm cum est mixtum,motus ergo maior certius & magis sentitur à nobis quàm cum commiscetur motui minori,motus ergo minor licet non occultet maiorē demit tamē aliquid sensibilitatis ab ipso maiori motu,& sic hæc tertia sequitur ex secunda.

Lectio LVI.

ERAT tertia dubitatio an idem animal possit sentire pluribus sēsibus simul diuersa sensibilia? & Arist. præsupponit tres suppositiōes, prima supposito est, ꝙ motus maior offuscat minorem. Secunda fuit ꝙ sensibile seorsum,& simplex, perfectius apprehenditur quàm alteri commixtum. Tertia fuit quòd minor motus demit aliquid sensibilitatis à maiori motu, ex hoc arguit Arist quòd non, ratione dialectica, quia inquit sensationes diuersorum sensuū vel sunt æquales vel inæquales.i.vna maior altera, & si sunt æquales aut commiscentur, aut non commiscentur, similiter si sunt inæquales aut commiscentur,aut non cō miscentur inquit Arist. si sensationes commiscentur non possunt sentiri,quia corrumpuntur & transeunt in tertiam naturam,quæ quidem natura non potest sentiri à pluribus sensibus in eodem animali, quāuis dicat Arist. ꝙ non possint commisceri istæ sensationes,quia quæ commiscentur contraria sunt, & eiusdem generis,sed sensationes diuersorum sensuum nō sunt cōtraria,nec eiusdem generis,quia versantur circa sensibilia diuersa genere, ideo sensationes diuersorum generum non possunt commisceri, ꝙ autem quæ debent commisceri, debeant esse eiusdem generis,& contraria declarat Arist. exemplo, quia inquit acutum & graue commiscentur, quoniam sunt eiusdem generis, & contraria, vt acutum, & graue, album & nigrum acutum vero & album quoniam sunt diuersi generis ideo non commiscentur,licet per accidens aliquando acutum commisceatur albo, vt in stilo ferreo,ideo illæ sensationes diuersorum sensuum ex quo sunt diuersi generis non poterunt commisceri, si ergo non possunt commisceri oportet ꝙ seorsum sint,ergo illæ contrarietates cum seorsum sunt,aut sunt æquales,aut inæquales,si æquales vna sensatio impediet aliam,cū sint æquales, si vero sint inæquales,ergo sensatio maior offuscabit minorem sensationem iuxta primam suppositionem. ¶ quòd maior motus offuscat minorem, ideo animal pluribus sensibus non poterit vti ad diuersa sensibilia, sententia clara est,sed verba obscura sunt, & non seruat ordinem suum Arist. nam in rebus obscuris vti solet verbis obscuris,in manifestis solet vti manifestis,hic aūt in sententia clara vtitur verbis obscuris.

Nullo autem alio id quod unum numero est &c.

Secunda ratio & hic sententia clara , verba vero obscura,hæc est secunda ratio, quia ipsa natura non potest vno sensu simul plura sensibilia numero differentia sentire, ergo nec eadem anima potest pluribus sensibus plura sensibilia sentire,consequentia manifesta est,quia sensibilia vnius sensus magis conueniunt & minus distant quàm sensibilia diuersorum sensuum,quia magis conueniunt,& minus distāt album & nigrum, quæ sunt sensibilia vnius sensus.i.visus,quàm sensibilia diuersorum generum,vt color & sensus magis distant quàm album & nigrum, sed sensibilia eiusdem generis non possunt vniri, ergo nec sensibilia diuersorum generum possunt vniri, tenet ergo consequentia à maiori negatiue,vt dux non potest debellare,ergo nec miles,probat modo antecedens scilicet quòd anima non possit vno sensu plura sentire,quia inquit vnius potentiæ semel est tantum vnus actus,sed vnius sensus est vna potentia, ergo solum habet semel vnum actum,actus autem sensus est sensatio,ergo vnius sensus habet tantum vnam sensationem,vna sensatio est vnius obiecti simplicis sensibilis vel commixti ergo vnus sensus tantum simul vnum obiectum percipere potest.

Secundo,probat idem Arist. quia inquit quilibet sensus iudicat sensibile esse vnum numero,quia illud apprehendit in tempore in diuisibili, si ergo simul vnus sensus posset plura sensibilia apprehendere,illa apprehendet in indiuisibili tempore. Sed cum sensus apprehendat sensibilia in indiuisibili tempore indicat illa vt vnum,si ergo vnus sensus plura apprehendit sensibilia non potest illa apprehendere vt vnum,quia illa in indiuisibili tempore apprehendit, & sic antecedens factū est manifestum,scilicet ꝙ eadem anima vno sensu non potest simul apprehendere plura sensibilia,ergo nec sensus diuersi poterunt percipere simul plura sensibilia hæc est secunda ratio

tio manifesta sed verba sunt obscura, & multotiea miror quomodo expositorea possint rectè intelligere verba Arist. adeò obscura sunt, nec intelligeret vt credo) nisi quia vnus recta serie accepit ab altero & quasi per manus accepit, vnus sensus qui secundū actum est vnius.i.qui est secundum actum.i.secundū operationem est vnus.i.est vnius operationis, *& secundum unam potentiam*, hęc est secunda probatio, deinde dixit, ꝙ non erat secunda probatio. Omissi hæc verba: *Præsertim si illa sensibilia sint eiusdem speciei, & habeant eundem modum apprehensionis.* vocat sensibilia eiusdem speciei, & quòd habeant eundem modum apprehensionis, quæ se habent vt habitus, vel vt priuatio, quia album respectu visus est vt habitus, nigrum vero vt priuatio, viride vero & fuscum apprehenduntur vt habitus, inquit ergo Arist. ꝙ si animal secundum vnum sensum perciperet plura sensibilia simul, illa perciperet vt vnum, maxime cum illa sensibilia sint eiusdem speciei, & habent eundem modum apprehensionis vt sunt duo habitus scilicet album, & viride, vel duo sensibilia se habentia per modum priuationis vt duo nigra. *Amplius si contrariorum.* hæc est tertia ratio, & dicit anima nō potest vno & eodem sensu apprehendere sensibilia diuersa specie, ergo nec potest eadem anima pluribus sensibus apprehendere sensibilia diuersa genere, & probat modo antecedens, quòd vnus sensus non possit apprehendere sensibilia diuersa specie, quia sensibilia diuersa specie sunt contraria, vt album & nigrum, quia sunt diuersa specie, & apprehenduntur ab vno sensu, & sunt contraria, contrariorum vero sunt contrarij motus, contrarij autem motus non possunt in eodem esse, ergo vnus sensus non potest simul pati à diuersis sensibilibus specie, probat antecedens ꝙ sensibilia diuersa specie sint contraria, quia inquit si illa sensibilia specie diuersa, sunt species simplices, patet ꝙ sint contraria, quia album & nigrum, quæ sunt sensibilia eiusdem generis sunt contraria, ita species colorum intermediæ sunt contrariæ, quia aliqua hñt plus albi, aliquę vero plus nigri, & sic cōtrariantur, ut una magis participat de albedine, alia uero, de nigredine, ergo antecedens patet ꝙ unus sensus non possit simul sensibilia diuersa specie apprehendere probat consequentiam eodemmodo, vt supra scilicet ꝙ si anima vno sensu non possit percipere sensibilia specie diuersa, ergo nec eadem anima pluribus sensibus potest sensibilia diuersa genere apprehendere, quia minus distant, & plus habent conuenietię sensibilia diuersa specie unius sensus, quàm sensibilia diuersorum sensuum, sed sensibilia diuersa specie vnius sensus non possunt simul videri, & percipi ab eodem ergo simul non poterunt apprehendi sensibilia diuersa genere. Et dicit licet sensibilia diuersorum sensuū sint diuersa genere, est tamen ordo in istis sensibilibus, quia aliqua sensibilia diuersorum generum habent maiorem proportionem, ideo minus distant quàm alia, vt inquit Arist. minus distat album à dulci, quàm albū ab amaro, quia inquit album & dulce sunt coelementaria.i. eiusdem proportionis, quia sicut album est vt habitus, ita dulce est vt habitus, album vero & amarum non sunt coelementaria, idest non sunt eiusdem proportionis, quia album est ut habitus, amarum uero ut priuatio, quia decimo Metaphy. duorum contrariorum semper nobilius habet rationem habitus, ignobilius uero habet priuationis rationem. Hic omisi, quia dicit sicut in coloribus species intermediæ sunt contrariæ, ita in sonis sunt species intermediæ, quæ sunt cōtrariæ, & species intermediæ in sonis sunt diapente, & diapason, diapente & diapason sunt contrariæ, quomodo contrariæ? quia proportio in diapason est ut ꝓportio paris ad impar, quia est proportio dupla, ut duo ad unum, in diapente uero est proportio imparis ad par, quia est proportio sexquialtera, ut tria ad duo, ideo quia illæ proportiones sunt cōtrariæ, ideo illi soni sunt contrarij scilicet ratione proportionis.

Lectio. LVII.

QVOD autem dicunt quidam, omnia uerba usque ad calcem libri, sunt obscura, ut dicit Alex. obscuriora tamen sunt nobis, quia malè translatus est, si tamen aduertatis ad me, reddam expositionem facilem & uerba clara, iste est sensus, cum Arist. dixit ꝙ anima eodem sensu non possit plura percipere, præsertim in auditu & olfactu, quia uisus uidetur plura uidere, quia uisus uidet ea quæ sunt propè & à longè, auditus & olfactus non uidentur percipere plura, quia simul non percipiunt quæ sunt propè & à longè. Nunc modo Arist. inducit solutionem quorundam, qui musicis concentibus vacabant, quia dicebant quòd re vera vnus sensus non potest plura sentire, videmur tamen nobis plura simul sentire, quia tempus, quod intercipitur inter illas sensationes est indiuisibile, vt cum pulsantur plures chordæ apparet nobis quòd sit vnus sonus ob contrarietatem, tamen non est vnus sonus, quia intercipitur quies, apparet tamen vnus sonus, quia tempus intermedium in quo non sentitur sonus est indiuisibile, ita inquit, dicunt quòd re uera sensus non percipit plura sensibilia simul, sed videtur plura percipere simul, quia tē pus interiectum est indiuisibile.

Obijcit Arist. huic opinioni, & aliqui dicunt hanc partem esse intelligibilem, mihi tamen videtur quòd sit intelligibilis hæc pars, quia inquit hæc opinio ponit tempus insensibile, inquit Arist. hoc est falsum, quia nullum tēpus est insensibile, & probat id Arist. duplici ratione, prima ratio est, omne tempus percipitur à nobis perceptione alicuius fluxus, vel successionis, & nullum tempus est, quod non habeat fluxū, ergo non datur tempus indiuisibile, hæc est manifesta ex declaratis quarto Phy. quia percipimus res fluētes ex fluxione quadam & generatione aliquorum, quæ fuerunt in ipso, & tempus apprehēdimus, vt res fluens est, ergo apprehendimus tempus mediante fluxu, quia tempus est mensura motus, mēsura est eiusdem generis cum mensurato, mensuratum autem est motus

motus q diuidit in partē priorē & posteriorē, iō & tps debet diuidi in partē priorē & posteriorē, si diuidit in partē p̄teritā & futurā omne tps, nullū ergo datur tps indiuisibile, nec sensus apprehendit instās cōtinuās, qm̄ nullus sensus pcipit indiuisibile, iō nō dat̄ tps indiuisibile, & ita patet ꝙ maior sit vera. Minor ppositio, sed oē tps quanuis exiguū, i. nullū est tps ta exiguū, qd̄ nō habeat fluxū & successiuū, qa inquit in quolibet t pe dato, quilibet homo pōt pcipere se ipsum esse, & ex actu reflexo pōt pcipere se sentire se ipsum, sed oīs sensatio est successio sensus, ergo qd̄libet tps est sensibile, & hęc est prima ratio. Scd̄a ratio est, qa inqt si tps esset insensibile, sequeret̄ ꝙ in nullo t pe possemus aliqd primo, & p se, sentire, i. adęquatē nō possemus sentire, ita magnitudo est insensibilis, nullā magnitudinē possemus primo & p se sentire, ꝙ aūt hoc sequat̄ pbatur, qa si i aliquo t pe primo & p se nō sentimus, qa si istud tps habet partē insensibilem, in hoc ergo t pe nō sentiet qs aliqd, sed tn̄ in maiori parte sentiet, iō primo, & p se nō sentit in toto illo t pe, qa qd̄ primo, & p se cōuenit alicui, illud tale scd̄m totū cōuenit, & nō scd̄m ptes vt 5. Phy. & 1. Posteriorū dicit Arist. si ergo qs sentit in t pe rōne maioris partis t pis, & nō rōne partis t pis insensibilis iō nō poterit sentire in t pe primo, & p se, ita de magnitudine, si sit aliqua insēsibilis magnitudo, sequeꝛ ꝙ primo & p se nō possemus sentire aliq̄ magnitudinē, qa cū illa magnitudo habeat partē insensibilē, tota ergo simul nō poterit sentiri, sed tn̄ scd̄m partem maiorem, iō primo, & p se nō sentietur illa magnitudo, qm̄ scd̄m se tota nō sentiet̄, sed tn̄ scd̄m partē maiorem, ergo. Et inqt Arist. more mathematico circūscribit clemētis, qa inquit, accipiat̄ tps insēsibile, & magnitudo insensibilis, & accipiatur totum tps & sit a. b. & accipiatur ēt magnituda, & sit a. b. diuidat̄ illa magnitudo in insensibilem p c. vt b. c. sit magnitudo insensibilis, & maior pars sit a. c. si videbimus magnitudinem. a. b. videbimus tn̄ p a. c. quia pars magnitudinis. b. c. est insensibilis, ergo tota nō videtur, ergo nulla magnitudo p se & primo sentitur, ēt illa maior pars magnitudinis primo & p se nō sentitur, qa habet partē insensibilē æqualē. a. b. magnitudini insensibili, ergo scd̄m se totā nō sentietur, ita de t pe, qa diuidatur tps in quo qs sit, & sit a. b. & diuidatur p c. in partē insensibilem, & partē maiorem, ille non sentiet primo, & p se in illo t pe, sed tn̄ in maiori parte t pis, iō primo & p se nō poterimus sentire in t pe, si detur indiuisibile tps, ꝙ vero sentiamus in maiori parte temporis patet, inqt Arist. qa ut Deus ambulat in anno, nō quia p annu ambulet, sed quia p partem anni ambulat, & hæc est eius scd̄a rō, per quā probat nō dari tps indiuisibile, nec magnitudo indiuisibilis. Sed hic est dubitatio, quia inquit in quo vis t pe nō pōt percipere fluxū & successionem, quia inquit in quouis t pe nō pōt se ipsum sentire, & ēt se ipsum sentire, sic sentire, sed omnis sensatio est successio ipsius sensus, nōne diximus supra ꝙ sensatio est in instāti, & nō est successio, quid ergo dicit hic. Scd̄o qa possum me pcipere, & tn̄ nō sentio me sentire, ut multoties percipio colorē, & tn̄ nō sentio me percipere colorē, possum ergo sentire, & nō pcipere sensationem. Tertio licet ego sentiā, & sentiā me sentire, sensus tn̄ particularis nō pcipit successionem, qa nullus sensus pticularis pcipit tps, qa tps diuiditur in partē priorē & posteriorē, sensus aūt particularis cū tm̄ circa p̄sentia versetur, nō pōt coniūgere partē p̄teritā cū futura, nec illud instās pōt pcipere, qa nullus sensus particularis pcipit indiuisibile, qd ergo dicit Arist. ꝙ sensus pticularis pcipit tps. Est dubitatio in scd̄a rōne, qa dixit, ꝙ nō datur magnitudo insensibilis, oppositū dixit supra, ꝙ datur minima magnitudo sēsibilis, & minimū visibile, qa inqt virtus actiua terminat̄ suo maximo, & virtus passiua terminatur suo minimo, iō datur minimū visibile, & minima magnitudo sensibilis. Ad primā dico ꝙ omnis actus sentiendi p se est subitus, per accidens tn̄ est successiuus, vt in auditu & olfactu, qa sensatio illorū sensuū requirit motū annexū, & motus est in t pore, & sic sensatio est successio quędā, loquendo de auditu & olfactu, qa de uisu nō est tāta dubitatio, qa ipse simul pōt percipere. Ad secūdū cū dicimus non est necesse ꝙ ois actus rectus sit cū reflexo, dico ꝙ est verū dictū Arist. cū dicit Aristo in eodem momento percipimus esse, et pcipimus nos percipere esse, dico ꝙ loquimur de possibili et nō de facto, ita dicit Arist. ꝙ in eodem momento possumus nōs sentire, et sentire nōs sentire, ideo in quolibet paruo tempore est successio quedā. Ad tertiū cū dicimus nullus sensus particularis percipit tps, uerū est vt recte probas, imō nec sensus cōis interior percipit tempus, qa sensus cōis est eiusdem generis cū sensibus particularibus, sed ips tm̄ percipitur à phantasia, et tn̄ à phātasia hominis ob sui perfectionem, Arist. tn̄ attribuit sensationem sensui particulari, qa phātasia nō percipit tps nisi occasione sensus particularis, qa visus uidens aliquem moueri excitatur phātasia à sensu uisus, et sic percipit, deinde tps phantasia ipsa, iō Arist. attribuit sensationē hominis ipsi sensui particulari, nuu ꝙ re vera percipiat tempus. Ad vltimā difficultatem dico ꝙ datur minima magnitudo sensibilis, et sic minimum visibile actu seorsum existens, sed in toto non datur minima magnitudo sensibilis, quia quælibet magnitudo in toto est sensibilis. *Amplius nec erit tempus*, ista est secunda ratio, id est nullum tempus erit in quo sentiet quis primo et per se quia sentit, quia in aliqua parte temporis sentit. *Communia igitur sensibilia*. Quid dicemus? (inquit Arist.) dicamus ꝙ nullū tempus insensibile, et nulla est magnitudo insensibilis, verū est, cum tn̄ sentimus aliquam magnitudinem, non statim sentimus, quanta sit, vt aliquando à remotis uidemus magnitudinem trilateram et quadrilateram, et totam videmus, sed eius quantitatem non videmus, et ita uidemus solem et putamus esse pedalem, cum tamen re vera sit maior tota terra, et inquit Arist. aliquando magnitudinem uidemus quasi illam esse, vt indiuisibilis, re vera tamen est diuisibilis illa magnitudo, quia inquit dicta est causa, cur nullum indiuisibile sit uisibile, quia omne visibile requirit magnitudinem diuisibilem, ideo secundū de anima dictum esse magnitudinem esse sensibile commune.

Lectio LVIII.

POSTQVAM propoſuit nobis Ariſt. an idem animal poſsit ſimul pluribus ſenſibus plura ſentire, & exclufit falſam ſolutionẽ; nunc po nit verã, & prius exponit, deinde ſoluit, exponit ergo qd intelligat per ſimul. i. in eodẽ tẽpore indiuiſibili ſentiamus plu ra, & vt dixit Alex. ſupra Ariſt. nõ dixit tẽpus indiui ſibile re vera. ſed qa in eodẽ inſtãti, pcipit plura ſen ſibilia. Secũdo exponit ſenſum qõnis, & dixit ꝙ du plex eſt ſenſus, primus eſt, an idẽ animal poſsit plura ſctire vna potẽtia, et an idẽ animal poſsit pluribus po tẽtijs ſimul plura ſentire, & in hoc eſt triplex diuiſio, qa vel idẽ aĩal pcipit plura pluribus potẽtijs differen tijs tm̃ nu nero. Scd'o, an idẽ aĩal poſs it plura ſentire pluribus potẽtijs diuerſis numero & ſpecie, eiuſdẽ m generis. Tertio, an idẽ animal poſsit plura ſentire plu ribus potẽtijs diuerſis numero, ſpecie, & genere, & rõ diuiſionis eſt, qa potẽtię diſtinguunt ex actibus, actus vero ex obiectis, cũ ergo obiecta ſenſuũ aliqua ſolũ numero differãt vt albũ & albũ, aliqua vero ſint diffe rentia numero, & ſpecie vt albũ & nigrũ, aliqua ſunt differẽtia numero, ſpecie, & genere, vt color & ſonus ita de potẽtijs poſſumus dicere, qa potẽtiæ diſtingũ tur ex actibus. Poſtq̃ Ariſt. expreſsit duplicẽ ſenſum dubitationis, reliquit primũ mẽbrũ tanq̃ ex dicendis cõfutandũ, & proſequit ſcd'm partẽ. ſ. an idẽ animal poſsit plura ſentire pluribus potẽtijs differẽtibus ſo lũ numero, qrit ergo Ariſt. an ex illis potẽtiis fiat una potẽtia videdi, ſicut ex duobus oculis fit vna potẽtia videndi, vna potẽtia videndi eſt tm̃ ſemel vnius actus, vnus actus eſt vnius obiecti, ergo idem aĩal nõ poteſt pcipere plura pluribus potẽntijs, qa ex illis fit vna, q̃ tm̃ reſpicit vnũ obiectũ, ſi dicas, ꝙ ex illis potẽtijs dif ferẽtibus ſolũ numero nõ fit vna potẽtia, inqt Ariſt. hoc nõ eſt verũ duplici rõne, primo, qa exẽplũ nõ eſ ſet ad propoſitũ, qa dicit Ariſt. vt ex duobus oculis fit vnũ inſtrm̃ viſus, ita ex illis potẽtijs deberet fieri vna potẽtia Scd'o qa inqt Ariſt. dicere hoc, ꝙ ex plu rib' potẽtijs ſolũ numero differẽtibus fiat vna potẽtia eſt ſimile dicere, ꝙ in nobis ſint plures ſcię eiuſdẽ rei, ſed hoc abſurdũ, ergo & id qd ſequit. ſ. ꝙ ex illis potẽ tijs numero diſtinctis nõ fiat vna potentia. Reuertit Ariſt. ad pbãdũ ꝙ plures ſũt potẽtię ſolũ numero dif ferẽtes in vno ſenſu, qa inqt Ariſt. plura ſunt ſẽſibilia ſolũ numero differẽtia, ergo & plures potẽtię, q̃ pci piũt illa ſenſibilia ſolũ numero differẽtia, qa vna po tẽtia eſt vnius actus, vnus actus eſt vnius obiecti, iõ plurimũ obiectorũ ſũt plures potẽtię, ẽt qa dicit Ariſt. ꝙ idẽ aĩal pcipit diuerſa ſenſibilia ſpecie, vt dulce & amarũ, ergo mediãtibus pluribus potẽtijs, qa vna po tẽtia eſt tm̃ vnius obiecti, ſi ergõ plura ſũt ſenſibilia, ergo & plures potẽtię, & ſic remanet ꝙ ſint plures po tẽtię in aĩali, p quas ſentiat diuerſa ſenſibilia. Proſe quitur mõ Ariſt. ad cõfutandũ alias opiniones ſecũdi mẽbri, an. ſ. idẽ aĩal pcipiat plura pluribus potentijs differentibus numero, ſpecie, & ẽt genere, qa qrimus an ex illis potẽtijs ita differẽtibus fiat vna potẽtia, vel nõ fiat vna potẽtia, ſi fiat vna potẽtia, & cũ diximus ꝙ motiones ſenſibiliũ cõtrariorũ ſũt cõtrarię, & ſen ſibilia mouẽt ſenſus p ſuas motiões, eadẽ ergo potẽ tia mouebit motibus cõtrarijs, vt motiõe albi & mo tione nigri, impoſsibile aũt eſt, ꝙ idẽ moueat moti bus cõtrarijs, ſi vero dicas, ꝙ ex illis potẽtijs ita diſtin ctis nõ fiat vna potẽtia ſequit ꝙ nõ poterimus ponere differẽtiã inter ſenſibilia diuerſa gñe, qm̃ q̃ debet po nere differẽtiã, & illã cognoſcere inter ſenſibilia di uerſã gñe, debet eſſe vna potẽtia, qa ſi eſſent plures, eſſet vt dixit Ariſt. ꝙ vnus pciperet albũ alter nigrũ, nullus. n. iſtorũ poſſet ponere differentiã inter albũ & nigrũ, qa debet eſſe vna potẽtia, q̃ vtrũq; cõprehẽdat & ſic reſtat ꝙ idẽ aĩal vna potẽtia nõ poſsit percipere plura ſenſibilia, qa vna potẽtia eſt vnius obiecti, nec pluribus obiectis ob dicta argumẽta. Sed dices, quõ dicit Ariſt. ꝙ ex duobus oculis fit vnũ inſtrm̃ virtutis videdi? qa leſo vno oculo adhuc reſtat virtus viſiua incolumis in alio oculo, quõ ergo ex illis duobus ocu lis fit vnũ inſtrumentũ? Aliq dñt ſicut Auicen. & me dicaſtri ſequẽtes ipsũ, ꝙ viſus fit in cõtactu neruorũ & dicebat Haly. ꝙ ibi fiebat incruciatio neruorũ. Sed Gal. x de vſu partiũ demõſtrauit ꝙ nõ fit incruciatio neruorũ, iõ dñt ipſi ꝙ ex duobus oculis fit vnũ inſtru mentũ videdi. ſ. ille cõtactus neruorũ, ſed iſtę ſunt nu gæ, primo qa apud Ariſt & Gal. humor glacialis eſt primũ iſtrumẽtũ virtutis videdi, cũ ergo duo ſint hu mores, quõ ex illis fit vnũ inſtrumentũ videdi? ẽt qa ſicut in neruis viſorijs ipſi vniũtur, iõ ex duobus ocu lis fit vnũ inſtrumẽtũ videndi, ita deberet eſſe in oibus ſenſibus, qa inſtrumẽta omniũ ſenſuũ ſunt dupplica ta, & tñ nõ uniunt in aliquo cõtactu, qa in quo vniũ tur nerui auditus, ẽt in quo vniunt nerui olfactus, ſec. uniunt illi nerui viſorij, qa ille cõtactus ſit inſtrumẽ tũ ſcd' alia cã, qa nerui uiſorij ſunt molliores oibus, et ſoli cõcaui, iõ vt ſe ſubſtẽtent eos natura unuit, iõ di co, ꝙ duobus oculis nõ fit unũ inſtrumentũ ſentiẽdi, ſed tm̃ æqualiter fit unũ inſtrumentũ, qa eodẽ modo ſentiũt illa duo inſtrumẽta, iõ æqualiter uno inſtrumẽ tõ, ſed uos alii melius cogitabitis. Scd'a dubitatio qa Ariſt. diſtinguit ſenſũ a potẽtia ſentiẽdi, nõ ne idẽ ſunt ſenſus & potẽtia ſentiẽdi? Dicit ꝙ p ſenſum itel ligit inſtrm̃ ſenſus, ita Ariſt. p ſenſum intelligit inſtru mentũ ſenſus, & inſtrumentũ ſenſus differt à potẽtia ſentiendi. Ariſt hic p partes aĩæ intelligit potentias aĩæ more platonico, qa Plato in de legibus appellat potẽtias animæ ptes animæ, ita hic facit Ariſt. appel lat partes animæ potentias animæ. *Nec. n. operatio.* hic Ariſt. mõ oſtendit, ꝙ re uera ſunt plures potẽtiæ, mediãtibus qbus idẽ aĩal poſsit plura ſentire; *Si autẽ hoc in uno.* hęc eſt ſcd'a ratio. *Si itaq; alia*, hic proſe quit ſcd'm mẽbrũ, ſi dicamus ꝙ pluribus potẽtiis ſpe cie diſtinctis & genere ẽt diſtinctis idem animal pci piat plura ſenſibilia ſpecie & genere diuerſa Ariſt. hic arguit dialecticẽ, & dimittit argumenta ad utrã que partem, quia ſupponit hanc dubitationem fuiſ ſe declaratam in ſecundo de anima. *Sed neceſſe unã.* Ariſt. ſoluit dubitationem, quia cum quæris, an idem animal poſsit apprehendere plura ſenſibilia, inquit Ariſt. ꝙ idem aĩal pluribus potentijs genere diſiun ctis

ctis sentit plura sensibilia, an ex illis potentijs genere diffictis fiat vna potētia, dicit Arist. q̄ fit vna potentia, & talis potētia est sensus cōis, vt 3. de Anima demōstrauit, q̄ vltra sensus particulares est sensus cōis, q̄ ponit differētiā inter sensibilia genere diuersa. Sed statim obijcit Arist. qa inquit, *cuius igitur illa unius?* i. quali vnitate pdita est illa virtus? qa ex sensibilibus genere diuersis nō pōt fieri vnū sēsibile, quę.n. debēt cōmisceri & transire in tertiā naturā oportet, q̄ sint eiusdem generis, ex diuersis, ergo sensibus genere nō pōt fieri vnū sensibile, nec ex duobus instrumētis genere diuersis pōt fieri vnū, ergo nec ex potētijs genere diuersis fieri pōt vna potentia. *Necesse igitur est.* respondit Arist. dico q̄ re vera ex pluribus potētijs fit vnum, & soluit per ea quæ dixit in 3. de aia, q̄ est vnus sensus cōis. *Sed sentiatur unum per aliud.* iterū quærit qūo erit vna potentia, Arist. dat duas solutiones, & inquit q̄ illa potētia est vna actu & subiecto, potētia vero & ratione est plures, exēplū vt de cētro indiuisibili, qa cētrū indiuisibile est vnū subiecto & actu, plura tn̄ rōne, vt ab ipso egrediunt plures lineę.

Lectio LIX.

DISSOLVENS Arist. dubitatiōnē q̄ idem aīal possit pluribus sensibus genere diuersis sentire, & sit vna potētia, q̄ percipit plura, quęrit qūo illa potentia sit vna, & dat duas responsiones, primo q̄ illa potentia est vna subiecto & actu, plures vero ratione & distinctione, & dat exemplū de cētro circuli, vt fecit 3. de anima, qa illa vna potentia est sensus cōis, inqt ut centrū est unum subiecto scd̄m se & actu, plura vero secundū rationē, vt plures lineæ exeūt ab illo vno centro, ita sensus cōis est unus subiecto si scd̄m se cōsideratur, & est vnus actu, vt iudicat differentias sensibilium, iudicare aūt est unius potentiæ si uero cōsideretur sensus cōis secundū potentiā, sic sensus cōis dicitur potentia plures, ut recipit simulachra sensibiliū à diuersis sensibus, & dat secundā solutionē, qa inqt est una aīa, quæ pluribus potentijs iudicat sensibilia ipsa genere diuersa, & ut inquit Alex. diff. re prima respōsio à secunda, qm̄ prima respōsio ponit vnā aīam & vnam potentiā. Scd'a uero respōsio ponit unam aīam, & plures potētias, & declarat exēplo naturali, scd̄am responsionē declarat, qa inquit sicut idē subiectū subijcit pluribus accidētibus. sicut pomū subijcit albedini, dulcedini & rotūditati, illa accidētia sunt eadē subiecto, qa sūt i eodē subiecto, differūt tn̄ illa accidētia, licet illa accidētia sint inseparabilia à pomo rōne. i. diffinitione ad inuicē, ita q̄ alia est diffinitio albedinis, alia diffinitio dulcedinis, ita illæ plures potētiæ sunt una subiecto. s. qa est una aīa sed tn̄ plures scd̄m rōnē. Sed est dubitatio primo in j. rōtione, qa inquit q̄ aīa una potentia percipit sensibilia diuersa instat ratio dicta. s. q̄ idē moueret motibus cōtrarijs qa potētia nō pcipit sēsibilia diuersa specie, q̄ sūt cōtraria, nisi p notiones sed notiones rerū contrariarū sūt cōtrariæ, cū ergo una aīa mediāte vna potētia moueat ad duas motiones cōtrarias, vt ad albū & nigrū, idē ergo mouebit motibus cōtrarijs. Etiā secunda responsio patitur difficultatē, quia inquit est una aīa, q̄ ex pluribus potētiis pcipit differentias sensibiliū diuersorū specie & genere, sequitur ex hac opinione q̄ nos nō possumus cōprehendere differentiā albi & nigri, & albi & dulcis, ut in exēplo dicto dicebat supra Arist. q̄ si unus perciperet albū, & alter nigrū, nullus illorū cōprehenderet differentias illorū sensibiliū, si ergo una aīa mediātibus pluribus potētijs cōprehenderet diuersa sensibilia specie & genere, ergo nō cōprehenderet eorū differētias, tn̄ hoc falsum est, qa in nobis experimur q̄ cōprehēdimus differentias diuersorum sensibiliū genere. Dico q̄ re uera tenenda est prima solutio, ponit scd̄m ut dialecticā, prima est q̄ sit una potētia, q̄ cōprehēdat differētias sēsibiliū, sed dicetis cur Arist. posuit scd̄m solutionē cū sit dialectica? Dicit Alex. q̄ posuit primā, ut solueret difficultatē secūdæ, & ita posuit scd̄am ut euaderet difficultatē primæ, si ergo utraq; habet diffinitionem ut diximus, quā magis debemus acceptare? Dico primā, ō remanet illa difficultas q̄ idē moueretur motibus cōtrarijs, si esset tn̄ modo una potētia, q̄ cōprehēderet sensibilia diuersa, soluemus hanc dubitationē infra. Est scd'a dubitatio qūo ex pluribus potentijs genere diuersis fiat una potentia, qm̄ cum sint genere diuersæ nō pn̄t cōmisceri, qūo igitur fiet una potentia? Dico q̄ re uera ex illis potentijs genere diuersis nō pōt fieri una, pprie, sed improprie, hoc est ex illis potentijs genere diuersis, alia sequitur potentia distincta, quę est sensus cōis. Tertia dubitatio, qa Arist. dicit q̄ una anima pluribus potentijs sentit diuersa sensibilia, primo uero de aīa dixit si quis dixerit animā sentire, simile est si dixerit animā texere. Dico q̄ re uera anima nō pprie sentit, iō modus loquēdi Arist. est improprius, qa ita debet intelligi q̄ una anima. i. unū animal mediāte una anima pluribus potētijs sentit sensibilia diuersa, qa re uera anima nō sentit. Est quarta & ultima dubitatio in exemplo Arist. qa inqt q̄ sicut pomū subijcitur pluribus accidentibus, & est unū subiectū, sed plura scd̄m rōnem, qa illa accidentia scd̄m rationem differunt, licet sint subiecto eadē, est ergo dubitatio, an sicut illa accidentia existentia in pomo differāt rea substantia pomi. ita potētię animę distinguant ab anima? uidetur q̄ sic ex sniā Arist. vt patet in exēplo. In oppositū tn̄ est Alex. 7. Phy. qa inquit naturalis potētia & impotētia nō distinguūtur à suo subiecto, & semper fui illius opinionis, q̄ est nominaliū, q̄ potentiæ non distinguntur re ab essentia, sed tm̄ connotato licet D. Th. fuerit illius opinionis q̄ re distinguātur potētiæ ab essentijs ad argm̄ cū dicimus accidentia illa differentia ratione & existentia idē scd̄m subiectū in pomo, realiter differunt ab ipso pomo, ergo potētiæ realiter differūt ab essentia animæ. Dico q̄ exēplū Arist. non est simile in omnibus, sed tm̄ in hoc, qa ut illa accidētia sunt idē subiecto, plures uero scd̄m rationē. *Quod aūt sensibilia.* Arist. uult declarare quandam hypotesim, quam assumpsit in j. dubitatione, ubi qrebat an affectiōes sensibiles diuidant in infinitū, ut corpus, & accipit hāc, q̄ oīs qualitas sensibilis habet magnitudinē. i. trinā dimensionē

nunc hoc vult probare, & nō probat vniuersaliter, sed tm̄ particulariter, quia non probat de sensibilibus, q̄ percipiunt à sensibus carētibus medio extrinseco, sicut gustus & tactus, nec probat de olfactu & auditu, sed tm̄ de visu, ita q͛ omne visibile, vt puto color vel lumē ad hoc vt videatur, oportet, q͛ habeat magnitudinē. Ratio est ista, q̄a diceret aliquis, q͛ aliquod indiuisibile videt, si videbit sequetur q͛ idē videbitur & non videbitur, q͛ aūt hoc sequatur probat Arist. quia inquit, quod debet videri est in determinata distātia in qua pōt videri, & ēt aliqua distantia in qua non videtur visibile, & talis distantia est infinita. i. indeterminata, quia vniuersum est finitæ magnitudinis, sed dicitur finita, q̄a vltra finitā distantiā in qua videbamus visibile, maiorē distantiam possemus imaginari, quia accipiamus visibile, qd̄ à nobis videatur, & ponatur in termino distantiæ, in qua nos possimus videre, ille terminus distantiæ, est continuus cū alia distātia, in qua non possimus videre, necesse. n. est, q͛ illæ duæ distantiæ sint contrariæ, si non essent contrariæ, idem verificaretur de duobus cōtradictoriis, quod probatur, quia pro exemplo supponatur quod a——b. sit distantia in qua mobile potest videri, distantia vero in qua non possit videri d. ——e. illa media sic c.—— d. vt sit ista distantia a ——b c ——d ——e. visibile existens in c——d. videbitur & non videbitur, quia illa distantia est vltra illam distantiam in qua quis poterat videre, videbitur vero, quia non pertingit ad illam distantiam, in qua visibile non potest videri, sed videre & non videre sunt cōtraria, ergo debemus dicere, q͛ illæ distantiæ sunt cōtinuæ, sed continua illa dicuntur, quorum vltima cōiungūtur in termino indiuisibili, ponatur ergo in illo puncto visibile indiuisibile, adequabitur illi contactui indiuisibili, tunc illud visibile videbitur, quia in principio illius distantiæ in qua possumus videre, in principio est, vt illa distantia peruenit ad oculum, non videbitur autem, vt est in vltimo distantiæ, in qua non possumus videre, ergo si visibile, est indiuisibile simul videbitur, & non videbitur, sed hoc est valde absurdum, ergo visibile debet habere magnitudinem. Deinde epilogat, & inquit. *De sensibilibus & instrumentis sensuum diximus, & vniuersaliter & sigillatim, reliquum est ut de memoria & reminiscentia dicamus, & de somno & vigilia,* in textu tamen græco non est de somno & vigilia, licet apud Alexandrum sit D. Th. conatur reddere rationem huius ordinis, quia inquit vt Arist. comprehēderet omnes differentias temporis, quæ sunt tres, scilicet præsens, præteritum, & futurum. & quia actus sentiendi sunt in præsenti tempore, ideo de sensibus hic tractauit, memoria autem quia comprehendit tempus præteritum, ideo deinde statim agit de memoria, & reminiscentia, & qm̄ ex somno aliqñ futurum tempus percipimus, ideo de somno deinde agit. Sed ratio D. Th est inutilis, quia si est illa ratio, quam dedit D. Th. quia præteritum ordine naturæ præcedit præsens, & non præsens ordine naturæ præcedit præteritū, debuit ergo Arist. prius determinare de memoria & reminiscentia, quia memoria reponit præterita. Arist. ordinat suos libros ordine naturæ. Ideo futilis est opinio D. Th. quid dicendum? *Dico* vt supra in principio libri dixi, & ēt repetā in princ. de memoria, & reminiscentia, quia omnes fere Latini ordinem librorum Arist. ignorant.

Est dubitatio quia inquit q͛ idē animal simul percipit pluribus potentijs sensibilia genere diuersa, q̄a simul audimus & videmus, & de cæteris ēt percipimus plura sensibilia etiā specie diuersa, quia visu simul percipimus albedinem & nigredinem sicut in legendo characterem etiam vno sensu percipimus plura sensibilia numero diuersa, ut uisu simul uidemus multa folia, quæ solū numero differunt. Quid ad argumenta Arist. q̄a facit tria argumenta, quia inquit si debemus sentire plura sensibilia oportet sentire illa per suas notiones, siue illæ notiones sint equales, vel vna est maior, altera vero minor, si æquales, ergo se impedirent illæ notiones, si una sit maior illa offuscabit minorem, & minor etiā demet aliquid sensibilitate à maiori. Secunda ratio fuit, quia inquit idem animal nō pōt percipere plura sensibilia eiusdem speciei vno sensu, ergo nec idem animal poterit percipere plura sensibilia specie diuersa pluribus sensibus, & probauit antecedens duplici ratione, ut audiuistis.

Tertia ratio est, qm̄ inquit idem animal vno sensu non pōt percipere plura sensibilia differentia speciei, ergo nec idem animal poterit pluribus sensibus sensibilia diuersa genere simul apprehendere, Arist. probauit consequentiam & antecedens sicut potuistis uidere supra. Dico omittit solutionem istarum dubitationū quasi manifestā ēt his, qui parum exercitati sunt in philosophia si aīal sentit plura sensibilia, p notiones sentit, ueñ est, vel ergo sunt æquales, uel maiores, & sic semper se impedirent. Dixit Ioā. Gand. q͛ suppositio illa Arist. uera est de motu reali, nō aūt de mutationibus realibus, sicut sunt mutationes sensus. Sed notandū est de Ioan. q̄a Arist. ꝓbauit q͛ motiones equales & maiores spirituales se impedient, q̄a inquit aliqua delapsa sub oculis non uidemus ex uehementi cogitatione, & aliqñ non percipimus illa ex vehementi timore, aliqñ (inquit Arist.) q̄a sumus intenti circa aliū sensum, ideo nō pcipimus delapsa sub oculis, quid dicendū? Dico q͛ re uera aliud est loqui de motu reali, & aliud de motu spirituali, q̄a motus reales semper se impedirent, qm̄ mutationes spirituales æquales non se impedient, nec mutatio maior impediet minorem, sed tantum uehemens mutatio impediet aliam mutationem, ut Aristoteles probauit in suis exemplis, sed dices cur ex uehementi cogitatione uel timore non possumus percipere delapsa sub oculis? Dico quoniam omnis actus sentiendi, & omnis operatio animæ fit ex calore naturali, ideo ex uehementi cogitatione transmittitur calor naturalis ad illam partem, & resoluitur calor, innatus, ideo aliqui sensus non possunt operari, uel tantum debiliter, quia pauca quantitas caloris innati remanet in alijs partibus, quia fere totus calor innatus transmittitur ad partem, in qua fit uehemens cogitatio, uel timor, ideo aliæ partes ferè non sentiunt.

Lectio LX,

SOLVEBAMVS rationes Arist. quibus ostendebat quod idem animal non possit plura sentire, & dissoluimus primam dubitationẽ. Erat ratio secunda, quia idẽ animal nõ poterat sentire plura sensibilia differentia solum numero, ergo nec idẽ animal potest sentire pluribus sensibus sensibilia plura diuersa genere, illatio est manifesta, quoniam sensibilia eiusdẽ speciei magis debẽt vniri quàm sensibilia diuersa genere, sed sensibilia eiusdẽ speciei nõ possunt vniri, ergo nec sensibilia diuersa genere. probabat antecedẽs duplici rõne, quia vnius sensus est vna potẽtia, vna potẽtia est tantũ semel vnius actus, vnus actus est vnius obiecti, ergo vnus sensus tm vnũ sensibile põt sentire. Tertia ratio fuit, quia sensus sensibile esse vnũ iudicat, quia illud sentit in tpe cõtinuo, si in eodẽ ergo tẽpore sensus sentiret, illa sentiret vt vnũ, ergo. Dico ad hanc rationẽ negando antecedẽs. s. quod vnus sensus nõ possit sentire plura sensibilia diuersa numero quia manifeste falsum ex experientia, probabas, quia vnius potentiæ est tm semel vnus actus. Dico quod falsa est hæc ratio, quia vna potentia vt puta visus põt plura videre. Erat secũda probatio, dico ad illã cũ dicimus sensus iudicat sensibile esse vnũ, quoniam in omni indiuisibili tẽpore. i. in vno & eodẽ tẽpore illud apprehẽdit. Dico quod ista est ratio particularis, quia sunt animales rationes, cur iudicemus sensibile esse vnũ, quia apprehendimus eandem rem, & illam iudicamus esse vnã, licet in diuersis tẽporibus apprehendatur, & ratio est, quia imago eiusdẽ vt puta albi in eodẽ situ, & in eadẽ parte oculi pcutit oculũ, ideo res iudicatur vt vna, ideo cũ vnus oculus est eleuatus à situ naturali, alter vero in situ naturali est, vna res apparet duo, quia imagines illius rei in diuersis partibus oculi percutiũtur, ideo apparent duo. Dico quod est causa particularis q. s. sensus iudicet sensibile esse vnũ, quia in tẽpore cõtinuo apprehendat, quia sunt & aliæ rationes, ideo vnus sensus plura sensibilia põt percipere in eodem tempore. Ad tertiã rationem dico vt dicit Alex. in 2. de anima, & ẽt in libro quæstionũ naturaliũ, inquit. n. quod si album & nigrũ considerantur realiter. i. secundũ formã naturalem sic sunt cõtraria, si vero cõsiderẽtur album & nigrũ quò ad sensus, sic albũ & nigrũ nõ sunt cõtraria, nisi secundũ iudiciũ, quia iudiciũ de albo, est contrariũ iudicio de nigro, absolutẽ tñ, albũ & nigrũ respectu sensus nõ sunt cõtraria, quia respectu sensus album & nigrũ sunt spirituales qualitates, & nõ naturales, ideo nõ sunt contraria respectu sensus. Sed dicetis, quia est dictũ, quod albũ & nigrum naturaliter sunt cõtraria, spiritualiter tñ non sunt contraria. Ioã Gandauẽsis addit rõnẽ, quoniam inquit simulachra albi & nigri, quia spiritualia sunt, iõ nõ sunt extensa ad extẽsionẽ materiæ, sed sunt illa simulachra in toto aere, & i qualibet parte aeris, vt aĩa intellectiua est ĩ toto, & in qualibet pte, quia est separata à materia, iõ nec est extensa ipsa imago albi, iõ dicitẽ spiritualis, quod vero imago nõ sit quanta, nec extẽsa, quia inquit videtẽ in aere toto, & ẽt in qualibet parte ipsiusaeris, ergo ipsa imago nedum est in toto aere, sed etiã in qualibet parte ipsius aeris, quia in qualibet parte aeris videtur, ideo non est extensa cum sit in qualibet parte, & sic dicitur spiritualis. Arguitur contra opinionem Ioan. primo, quia huiusmodi simulachrũ tam in medio quàm in sensu est eductũ de potẽtia materiæ, sed prima passio materiæ est quantitas, ergo oẽ quod educitẽ de potẽtia materiæ debet esse quantũ, quod vero simulachrũ rei sensibilis sit eductum de potentia materiæ patet, quia generatur de nouo & corrumpitur, ergo educitur de potentia materię, non enim generatur ex nihilo, quia non datur creatio apud Aristot. quia semper præsupponit subiectum, si ergo generatur, communicatur, ergo in materia, ergo ipsa materia debet esse quanta, quia prima conditio materiæ est, quòd sit quanta. Secundo, quia sensibilium numero diuersorum sunt simulachra numero diuersa, ita diuersarum partium sunt imagines numero differentes, vt ergo ex illis partibus fit vnũ sensibile totale, ita ex illis imaginibus numero differentibus fit vna totalis imago, vt puta quod oculus meus videat partẽ sinistrã corporis albi, & partẽ dextrã, illæ duæ imagines vniunt oculo nostro & fit vna. Etiã ex pspectiuis quia visio nostra fit p pyramidẽ cuius basis est in re visa, conus vero in oculo, sed oĩs pyramis cũ sit figura habet ergo quãtitatẽ & sic extẽsa est. Etiã quia imago Socratis in speculo extensa est scdm quantitatẽ ipsius speculi, ita quod apparet pars sinistra dextra, & pars superior inferior, ergo illa imago, cũ habeat omnes istas partes quãtitatiuas quãta est. Sed dicetis, quõ illa simulachra habent esse spiritnale, dico, quod hũt esse minus materiale quàm sensibilia ipsa materialia, re vera tñ simulachra hñt esse materiale in medio, & sunt extensa, cur sunt minus materialia illa simulachra. Dico pluribus causis, prima cã est, quia sensibilia ipsa realia requirũt temperaturã dispositã. Vnde nõ põt induci caliditas in aqua nisi abijciatur frigiditas ab ipsa aqua, quia sensibilia naturalia requirũt temperaturã, illa vero simulachra non requirunt temperaturam ita determinatam, ideo minus materialia dicuntur.

Secundo, quia sensibilia ipsa habent esse permanens, quia habent suam temperaturam, quæ conseruat illa sensibilia, ideo quia habent causam conseruantem, ideo permanent, imagines autem habent esse fluxibile, quia non habent causam cõseruantem, sed depẽdent in esse & cõseruari ab obiectis, iõ remoto obiecto remouetur et imago ipsius, iõ imago dicitur spiritualior. Tertio quia albũ & nigrũ scdm formã sunt cõtraria, spiritualiter tñ nõ sunt cõtraria, iõ sunt minus materialia. Sed mõ restat soluere argumẽta Ioãnis, iõ dico ad argm̃ Ioan. quia dicebat tota imago albedinis vr̃ in toto aere, verũ est, ẽt in tota qualibet parte videtur imago, verũ est, ergo imago nõ est extẽsa. Dico quod nõ sequitur, quia Ioan. malẽ imaginatur. Debetis imaginari quod imago spiritualis multiplicatur sphæricẽ, sicut dicũt pspectiui, quod lumen sphęricẽ multiplicatur. Scd̃o debetis imaginari quòd cum videmus, videmus per radiosam pyramidem, quæ quidem radiosa pyramis in omni parte aeris multiplicatur

plicatur, ut cum videmus albedinem per hanc pyramidem, ita si essemus in superiori, videremus albedinem per aliam pyramidosam imaginem, ita cum siam propinquior albedini per aliam pyramidosam imaginem, videbo illam, illæ pyramides differunt tantum potentia, vt pars differt à parte, illæ tamen pyramides sunt eiusdem obiecti spiritualis. Ideo dico quòd licet in quolibet puncto aeris, & in toto aere videatur illa imago, est tamen extensa illa imago, scilicet extensiuè ad qualibet aeris partē multiplicatur. Sed dices albedo & simulachrum sunt eiusdem speciei, ergo habent easdem conditiones, quia formæ eiusdem speciei habent easdem conditiones, sed albedo habet cōtrarietatem, ergo & eius imago habet contrarietatem, quòd vero sint eiusdē speciei, patet, quia vna species diuersa non ducit in notitiam alterius speciei, sed imago albedinis ducit nos in notitiam albedinis, ergo albedo, & eius imago sunt eiusdem speciei. Secundo eadem denominatione denominatur subiectum, albedo, & eius imago, ergo sunt eiusdem speciei, antecedens patet primo ex exemplo Alexandri in secundo de Anima de nubibus transeuntibus aliquando supra arbores in pariete oppposito arbori apparet viriditas arboris, & ille paries dicitur viridis. Etiam hoc patet de radijs solaribus transeuntibus per fenestras vitreas, color similis fenestræ apparet & in terra, & illa dicitur ita colorata. Ideo est dubius, aliqui (sicut Alexand. Achillinus in libro de vniuersalibus) inquit quòd albedo & imago sunt eiusdē speciei essentialiter, differunt vero tantum accidētaliter, imo dicebat quòd idem numero est imago & albedo propter rationē dictam, etiam propter dictū Auer. quia dicebat quòd color habet esse duplex reale, & spirituale, ergo & imago coloris spiritualis est color, sed ipsum conuici rationibus multoties, & sic arguebam, quoniam dicebam album producit imaginem suam in medio, ergo distinguitur ab ipso, quia nihil producit se ipsum, quia in diuinis filius distinguitur à patre numero, quia pater producit filium, nihil autem producit se ipsum, dicebat negando ꝙ album producat imaginem suam in medio, sed Arist. dicit oppositum hic, quòd scilicet sensibilia monēt sensus per suas motiones in medio & in sensu.

Dicebat, quòd Arist. loquebatur secundum opinionem perspectiuorum, & non secundum propriam opinionem, sed dicebam, vbi Arist. expressit suam opinionem circa hoc? quia & secundo de Anima & vbique semper dixit quod hic dicit. Secundo dicebā si imago est idem numero cum albedine, eiusdem ergo accidentis sunt duo subiecta, quia albedo, quæ est in parietibus, est in parietibus vt in subiecto, illa vero imago albedinis est in aere vt in subiecto, idem ergo accidēs numero erit ī duobus subiectis, hoc est absurdum quia numeranē accidētia numeralia ad numerū subiectorū. Tertio dicebat ꝙ imagines prouenientes ad sensum & intellectū sunt eiusdē numeri cū re intellecta, vnde dicebat ꝙ forma lapidis erat idē numero cū imagine lapidis intellecta, arguebā quia forma lapidis est substantia, illa imago est accidēs, ergo idē erit substātia & accidēs, ipse dicebat cōcedē do ꝙ idē sit substātia & accidēs, sed differūt secundū esse, qa forma lapidis habet esse reale in lapide, in intellectu vero habet esse spirituale, sed querebā, an illa duo esse sint idē cū illa forma lapidis, vel differunt, si sunt eadē, ergo idē simpliciter erit substātia & accidens, si dicas, ꝙ differūt, sequetur ꝙ substātia nō erit substātia per se, sed ꝑ aliqđ additū, ita accidens non erit accidēs nisi per aliqđ additū, hoc est absurdū, ꝙ hoc sequat̄ patet, qm̄ forma lapidis est substātia, sed non dicitur substātia nisi qa habet esse reale, ita imago est accidēs, sed dicit̄ accidens non ex se, sed qa habet esse spirituale. Ideo dico ꝙ sunt specie diuersa, cū dicimus quo ergo imago, pōt nos ducere in notitiam ipsius albi, si differant specie. Dico ꝙ aliqn̄ vna species ducit nos in cognitionē alterius maxime cū altera species sit imago alterius speciei. Ad scđm dico ꝙ simulachrū & sensibile eadē denominatione nō denominant subiectū, sed quia simulachrū habet similitudinē cū sensibili, cuius est simulachrū, iō vr̄r eadē denominatione denominari subiectū. Ad Auerroē dico, ꝙ dictū Auer. impropriè intelligitur. s. ꝙ color habeat duplex esse. s. spirituale, & reale, qa intelligit ꝙ quātū equiuocē habeat duplex esse, qa re vera color habet esse reale, improprie verò color & æquiuocē dicitur spiritualis, sed spiritualis dicitur color, vt repræsentat real

Lectio LXI.

SOLVEBAT nobis tertiā rōnē Arist. ꝙ eadē anima pluribus sensibus non pōt percipere plura, & ita arguit, si aīa eadē vno sēsu nō pōt pcipere sensibil ia eiusdē generis, ergo nec pluribus sensibus potest percipere plura sensibilia genere diuersa, antecedēs ꝓbabat, qa inquit sensibilia eiusdē generis sunt contraria, ergo habēt cōtrarias motiones & sic cōtrariæ motiones essent in eodē, dixi ꝙ sensibilia eiusdē generis, vt albū & nigrum rōne corporis naturalis sunt contraria, si vero cōparētur albū & nigrū ad sensum, sic nō sunt cōtraria, vt dicit Alex. sed tn̄ quo ad iudiciū, ideo qa non sunt contraria respectu sensus, ideo simul possunt inesse eidē sensui duo simulachra, vt puta albi & nigri, quia nō sunt cōtraria, nisi scđm iudiciū, ut inquit Alex. sed hic est dubitatio, qm̄ dicūt ex sentētia Alexandri, & ēt in secūdo qōnum naturaliū dicūt, ꝙ simulachra contrariorū sensibiliū sunt contraria, ideo inquit duæ imagines, vt puta albi & nigri non possunt esse in eadē parte oculi, nec in eadē parte sensus cōmunis, vt de speculo, qa impossibile est ꝙ plures imagines sint in eadē parte speculi, & Arist. 2. de anima dixit, ꝙ duæ imagines nō possunt esse in eadē parte oculi, si non possunt esse in eadem parte oculi, nec in sensu cōi secundum eandē partem, ergo sunt cōtrariæ, qa cōtraria nō possunt esse in eodē. Sed ipsi errant, quia intellectus simul intelligit simulachra albi & nigri, ergo habet albi & nigri simulachrum secundum eandem partem, quia intellectus est indiuisibilis ex sui natura. Etiā qa in eodē puncto medij

medij sunt duæ imagines albi & nigri, quia supponamus, quòd ex vna parte Socrates videat album, ex alia parte Plato videat nigrum, in puncto medij cõmiscentur illæ duæ imagines.f.albi,& nigri, ergo nõ sunt contrariæ, & ita dicit Alexander, quòd simulachra diuersorum sensibilium sunt commixta in puncto medij. et quid dicunt ad Aristo.& Alexandrum? Dico, quòd Arist. ibi ponit rationem dialecticam & probabilem, vt etiam inquit Ioannes Gra. ibi, quoniam Aristot. supponit, quòd motiones rerum contrariarum sunt cõtrariæ, licet falsum sit, ideo inquit, imagines rerum contrariarum nõ possunt esse in eadem parte sensus communis, quoniam supponit secundum aduersarios, quòd motiones rerum contrariarum sint contrariæ, non sunt tamen contrariæ, iõ in eadem parte sensus possunt inesse, & necesse est, ꝙ sint, quia si essent in diuersis partibus, vt puta sensus communis, quomodo posset sensus communis apprehendere differentiam albi & nigri, & qui dicunt de speculo, omnino sunt rudes in philosophia, quia & duæ imagines hominis, vt puta Socratis, & Platonis in speculo non sunt in eadem parte speculi, & tamen non sunt contrariæ, quoniam Socr. & Plato nõ sunt contrarij, iõ dico, ꝙ in diuersis partibus speculi apparẽt diuersæ imagines ratione situs corporis, qm̃ ex quo duo corpora non possunt esse in eodem situ, ideo nec in eadem parte speculi possunt esse duæ imagines, & non quia illæ imagines sint contrariȩ, quod dicebas, contrariorum motiones sunt contrariæ, verum est de motionibus realibus, non autem verum est de spiritualibus, vt sunt istæ.

Est alia dubitatio principalis in solutione, quia dixit, quòd non datur tempus indiuisibile, oppositum dixit in tertia particula problematum, problemate x. quia inquit, cur ebrij percipiunt vnam rem vt plures? dicit Arist. quia spiritus visorij ex ipsis vaporibus vini agitantur, ideo pluribus vicibus obiectum immutat visum, in diuersis tamen temporibus, sed quia tempus intermedium est indiuisibile, iudicat illud totum tempus vt vnum, & quia pluribus vicibus videt, ideo iudicat vnam rem esse duo. Secundo, quia inquit Aristot. si sensibilia sunt specie diuersa, ergo & actus specie diuersi, ergo & potentiæ specie diuersæ, hoc non videtur verum, quia est vna & eadem potentia, quæ apprehendit album & nigrum, quia debet esse vna potentia, quæ apprehendat differentiam albi & nigri, quia si vna apprehenderet album, & nigrum alia, non possemus apprehendere differẽtiam albi & nigri, quomodo ergo sensibilia diuersorum sunt diuersæ potẽtiæ. Tertio, quia dicit, quòd ex sensibus particularibus consurgit vnus alius sensus, & appellatur sensus communis, & est vnus subiecto, & plures subiecto, ergo sibi contradicunt. Secundo non videtur, quòd sit vnus sensus, quia vna potentia est vnius generis sensibilis, quia omnia sensibilia apprehendit, quȩ non habent vnum genus cõmune, ergo sensus communis non est vna potentia, quia non est vnius generis sensibilis. Tertio, quia dicit, quòd sensus communis apprehendit differentias albi & nigri, sensus ergo apprehendit relationem albi ad nigrum, & sic relationem apprehendit, sed nullus sensus apprehendit relationem, quia si sic possemus distinguere verum patrem à non vero, tamẽ nõ possumus, ergo. De primo dico, quòd Aristo. loquitur secundum alios, quia illa non est vera causa, quam ibi assignat, quia nullum est tempus insensibile, quoniam sentitur seorsum, vel in toto, vt de magnitudine, ideo loquitur secundum alios, cuius signũ est, quia dicit, quòd visio fit ex defluxu rei visȩ, quod est falsum, sed quæ est causa problematis? Dico, ꝙ vera causa est illa, quam Aristo. in problemate xxix. quia inquit, in vinolentis vna res apparet duo, quia vapores, qui eleuantur à vino agitant spiritus visorios, & imprimuntur imagines vnius rei in diuersa parte oculi, ideo vna res apparet duo, & exemplum attulit Arist. in problemate. Secundo, quia inquit, cum oculus vnus eleuatur à situ naturali, vna res apparet duo, quia pyramis rei visæ eleuatæ magis percutit oculum eleuatum à situ naturali, quàm oculum existẽtem in situ naturali, & eandẽ causam assignauit Gale. 10. de vsu partium accipiens ab Aristotele.

Ad secundum dico, quòd vna & eadem potentia numero apprehendit differentias albi & nigri, est tamen diuersa secundum rationes, quoniam & obiecta sunt diuersa, quia sicut dicebat Arist. est idem obiectum, subiecto est tamen diuersum secundum rationem, quia aliud est vt album, aliud vt dulce, aliud vt odoriferum. Ad illud, quoniam vna potentia est vnius generis communis, sensibilia diuersa non habent vnum commune genus. Dico, quòd licet non habeant vnum commune genus expressum, habent tamen, sed est innominatum. Ad aliud dico, Arist. appellat sensum communem vnum subiecto (vt diximus) & plures ratione. Auerroes appellat sensum communem plures subiecto, quia sensus communis pluriũ instrumẽtorũ recipit diuersa, & sic non cõtradicunt. Ad vltimum, quia sensus apprehenderet relationem. Dico, quòd non apprehendit relationem, nisi per accidens, quia non apprehẽdit simulachrum illius differentiȩ albi & nigri, nisi per accidens, vt apprehendit extrema ipsa per accidens, tñ apprehendit relationem per se, sicut concludit argumentum.

Est vltima dubitatio, quia Aristo. dixit, quòd omne sensibile est contrarium, quoniam si non esset cõtrarium, sed indiuisibile, sequeretur, quòd idem uideretur & non uideretur, quod implicat contradictionem, quòd autem sequatur deduxit, quoniam inquit, accipiatur illud sensibile, & ponatur in termino distantiæ, in qua res potest videri, ille terminus est finis distantiæ, in qua res potest videri, & principium distantiæ, in qua res non potest videri, illud ergo indiuisibile, ut est in fine distantiæ, in qua res potest uideri, nõ uidebitur uerò, ut est in principio distantiȩ, in qua res non potest uideri. Est prima dubitatio, quia cõtra canones facit in primo Posteriorum, quia ex demonstratione particulari infert conclusionem uniuersalem, conclusio tamẽ debet esse adȩquata demonstrationi, quòd autem ex demonstratione particulari inferat conclusionem uniuersalem, patet, quia dicit, sensibile, quod est uisibile est quantum, ergo omne

omne sensibile est quantum. Arguunt Sophistę vt Calculator, Petrus Mantuanus, & Gaetanus, quia Arist. assignat maximam distātiam, in qua res potest videri, quia inquit, in termino indiuisibili etiam illius distantiæ res videtur, diuersa tamen est distantia, & ratione obiecti, & ratione ipsius potētiæ visiuæ, sed respectu eiusdem potentiæ visiuæ, & eiusdem obiecti datur maxima distantia, dicunt illi, hoc est impossibile. s. quòd detur maxima distātia, in qua res videat. Quòd autem hoc sit impossibile, probat primo, quia si sic, daretur vltimum esse visionis, quia in illo pūcto visibile videtur, auferatur visibile ab illo puncto ad aliam distātiam defertur, tunc non videtur, & sic dabitur vltimum esse visionis. Et dicunt, quòd sequeretur, quòd daretur debilissima visio, quia cum in illo termino est visibile, debiliter videtur, quia cū recedit ab illo non amplius potest videri, etiam dicunt, daretur angulus minimus sub quo posset fieri visio, visio enim fit per pyramidem radiosam, cuius basis est res visa, angulus est in oculo, & visio non fit angulo recto, sed acuto, si datur ergo maxima distantia, in qua res videtur, dabitur ergo minimus angulus, sub quo videbitur, hoc tamen est contra perspectiuos. Addit Enrisber aliud argumētum, quia inquit, si res videtur in illo termino distantiæ, immutat ergo sensum, visibile ergo est maioris proportionis quàm visus, quia actio fit à maiori proportione, si ergo visibile excedit visum, vel excedit excessu indiuisibili, uel diuisibili, non indiuisibili, quia excessus indiuisibilis non est excessus, ergo excessu diuisibili, diuidatur ergo secundum dimidiam partem, adhuc immutabit sensum, & erit in maiori distantia quàm sit illa data maxima distantia. Tertio & fortius, quia Arist. dicit, quòd color est extremum superficiei, quia apparet in superficie, ponamus ergo illam superficiē in qua est albedo, & illam ponamus in puncto, quod contineat maximam distantiam, in qua res videtur, cum distantia in qua res non uidetur, ꝙ posita ponit superficies in in illo termino ubi maxima distātia est, tūc nō uidebitur illa superficies alba, & nō uidebitur ut est in termino distantię, in qua res uidetur, non uidebitur ut est iu principio distantiæ, in qua res non uidetur. Secundo, quia dixit ij. de generatione, oīs res corruptibilis habet terminum suæ durationis, qa homo secūdū sui naturam nō pōt perdurare per 300. annos, cū ergo sit determinatus periodus hominis, ī illo ergo ultimo instanti, quòd coniungitur tempus in quo perdurauit cum illo, in quo nō potest amplius perdurare, quid sequitur? quòd in illo instanti homo erit & non erit, erit in illo instanti, ut instās illud est finis periodus, non erit in illo instanti, ut est principium ulterioris temporis, in quo non potest perdurare homo, quid ergo dicendum?

Lectio LXII.

ERAT prima dubitatio soluenda. s. quō Arist. adducat demonstrationem particularem in conclusione uniuersali, dico, quòd supponit Arist. demonstrationem huius conclusionis, quæ potest haberi ex uariis locis philosophiæ, primo, ex hoc, quia omnis forma materialis ex terminata trina dimensione, quia primum accidens rerum naturalium est quantitas duplex ex ratione agentis & patientis, quia agēs & patiens debent habere proportionem, sed quilibet sensus habet quantitatem, quia habet organum figuratum, ergo & sensibile debet esse quantum, cum immutare debet sensum, etiam ex 7. phy. quia omne agens uel mouēs proximum debet contangere id quod mouetur, dico mouens proximum, quia mouens remotum non cōtangit id, quod mouetur, cum ergo proximum agens uel mouens contangat id, quod mouetur, quod uerò mouetur est quantum, quia quod mouetur, loco mouetur, ergo & agens est trine quantum, quia omnis cōtactus est quantus & diuisibilis, ergo cum sensibile mouetur, immediate contangit medium, quod quidē medium est quantum, ergò omne sensibile est quantum, & sic ex aliis possumus habere demonstrationē uniuersalem. Ad aliud, quia si datur maxima distātia in qua res uidetur, dabitur ergo ultimū esse uisionis, concedo, quòd dabitur ultimum esse uisionis, dicimus rei permanentis non datur ultimum sui esse, uisio est res permanens, ergo non datur ultimum esse uisionis. Dico, quòd res permanentes sunt in duplici differētia, quia res permanentes sunt quæ habēt omnes partes simul. Dico ergo, ꝙ res permanentes uel corrumpuntur per alterationem præcedentem, & sic talium rerum non datur ultimum sui esse, sed primum non esse, aliæ sunt res, quæ non corrumpuntur per alterationem præcedentem, ut est uisio, & sic talium rerum permanentium datur ultimum esse rei. Arist. uerò cum dicit, quòd non datur ultimum esse rei permanentis, loquitur de re, quæ corrumpitur per alterationem præcedentem. Ad aliud, quia datur debilissima uisio concedo, perspectiui dicunt oppositum. Dico quòd loquuntur ad imaginationem, & ita cōcedo, quòd datur minimus angulus, sub quo res uideri potest, O, perspectiui dicunt oppositum, quòd scilicet non datur minimus angulus, sub quo res uideri potest. Dico, ꝙ loquuntur secūdū imaginationē. Ad illud Entisberti dico, quòd illud uisibile excedit excessu diuisibili ipsum uisum, dicimus, auferatur per maximam elongationem, à maxima distātia medietas auferatur, tunc etiam uisibile excedet uisum, excedit, ergo immutabit uisum, nego, etiam in hoc errant Sophistæ, quia concedunt, quòd ex qualibet maiori proportione fiat motus, hoc non est uerum, quia requiritur proportio certa, ac determinata, ideo cum uisibile sit ultra distantiam illam maximam, in qua res potest uideri excedat uisum, non excedit tamen tanta proportione, ut possit immutare sensum.

Ad argumentum primum, quod feci, difficile est, ideo Alexander dicit, quòd aliqui dicunt, quòd ratio Aristotelis est dialectica, & non demonstratiua, sed dices, quomodo Arist. probauit illam hypotesim, ꝙ omne sensibile sit quantum, si illa ratio sit dialectica, ideo Alexander dixit, ꝙ illa superficies non adæquatur illi lineæ, quæ contineat illas duas distantias, ideo superficies colorata uidetur, ꝙ autem superficies colorata nō adæquetur illi lineæ, patet, qm̄ superficies non

non adæquatur lineæ, Aristoteles autem assumpsit, quòd indiuisibile adæquaretur illi termino cõmuni. Sed hæc responsio Alexandri non videtur bona, quoniam distantia in qua videtur res, est spatium inter visum & rem visam, & illud spatium habet longitudinem & latitudinem, cum ergo sint duo corpora illa, in quibus sunt distantiæ, duo autem corpora terminantur termino communi, scilicet superficie, ponamus ergo superficiem illã coloratã esse superficiem illam communem ambabus distantijs, sic tunc res videbitur, videbitur vt est in termino illius distantiæ in qua res videtur, non videbitur verò vt est in principio distantiæ, in qua res non videt, ergo & id absurdum est contra Aristotelem, & sic ratio mea non cogit, nec ratio Aristotelis cogit, ideo illi dicebant, quòd ratio Aristotelis est dialectica, dico ergo, ponatur superficies colorata, in illa superficie communi ponatur, non facio difficultatem in hoc, ideo dico, quòd visibile, vt puta color, est trine dimensionatus, & ita color non videt vt trine dimentionatus, q̃a sicut res se habet ad esse, ita & adoperari, cũ ergo habet esse color, scilicet in substantia, quæ est trine quanta, ideo & color cũ sit materialis est trine quantus, ita ergo vt trine quantus immutat visum, si est trine dimensionatus, visibile ergo non est indiuisibile, sed est diuisibile, Aristoteles autem probat de visibili indiuisibili, & sic argumẽtum non est ad propositum. Ita dico ad secundum, quòd argumentum non est ad propositum, quia Aristoteles accipit sensibile indiuisibile, quod omnino adæquatur indiuisibili, quod continuat illas duas distantias, duratio autem hominis non est indiuisibilis sed diuisibilis, quia tempore mensuratur, debes autem accipere durationem indiuisibilem æqualem instanti, quod continuat partem præteritam cum futura, sed duratio Socratis non est indiuisibilis, sed diuisibilis, ideo argumentum non est ad propositum. Sed dices, est difficultas, quia tempus tantum mensurat motum, quia substantia non mensuratur tempore per se, sed tantum vt mouetur, tempore mensuratur, quomodo ergo mẽsuratur substãtia, quia videmus quòd substãtia corrumpitur. Theologi dicunt, quòd æternitate mensuratur substantia æterna, æuo uero mensuratur substantia, an verò Aristoteles posuerit aliud tempus distinctum à tẽpore, secundo cœli uidetur quòd sic. Dicamus, quòd substantia cùm sit indiuisibilis, mensuratur ergo instanti, & sic in eodem instanti erit substantia Socratis, & non erit, erit vt est finis temporis suæ durationis, vt illud est principium temporis, in quo non est substantia Socratis. Tum secundo & fortius, quia Socrates est in vltimo instanti suæ durationis, quia durat per illud tempus, dabitur ergo vltimum esse rei permanentis, quod est contra philosophum vj. phys. quod verò sequatur quòd daretur vltimum instans esse Socratis, patet, quia in illo instanti est Socrates, & in alio immediatè non erit, datur ergo vltimum rei permanentis.

Dico ad primum, quòd si supponamus subiectum adæquari in instanti, supponamus cum dicimus in toto tempore præcedenti fuit substantia Socratis, sed accipitis falsum, quia si substantia habet esse in instãti, quomodo ergo in tempore substantiam esse ponis, & sic argumentum non est simile, quia substantia non habet esse in tempore, sed tantum in instanti, & do exemplum, quia sicut dicimus, quòd mutata esse non sunt mutata, ita dicimus, quòd substantia nõ est in tempore, cum tantum habeat esse in instanti.

Ad secundum dico, quòd in illo vltimo esse instãtis Socratis, Socrates non est, quia moritur, & est primum non esse Socratis, ideo non potest dici, ꝙ in illo vltimo instanti Socrates sit & non sit, quia rei permanentis non datur ultimum esse. Sed argumentum Aristotelis est de indiuisibili, quod sit in illo puncto, quod continuat illas duas distantias, ideo rectè concluditur, quòd res videtur & non videtur, argumentum autem non est simile, quia Socrates non habet esse in illo ultimo instanti, quia non datur vltimũ esse. Dicebant Sophystæ, quòd Aristoteles errauit, dicens, quòd datur maxima distãtia in qua res uidetur, ita errauit primo cœli dicens, quòd uirtus passiua, ut puta sensus, terminatur suo minimo sensibili, uirtus uerò actiua suo maximo terminatur, & extorquent uerba Aristotelis.

Erat dubitatio, quia Aristoteles supponebat dari maximam distantiam in qua res uidetur, dixi, quòd aduersus ipsum sunt Sophystæ, & dicunt dari minimam distantiam, in qua res non uidetur, & est illa superficies, in qua coniunguntur illæ duæ distantiæ, scilicet distantia, in qua res uidetur, & distãtia in qua res non uidetur, illa superficies est minima distantia in qua res non uidetur, quia semper augetur distantia in qua res non uidetur, ita dicunt, quòd datur minimum uisibile, id est maximum non uisibile, ita dicunt quòd datur maximum pondus, quod potest ferre uirtus actiua idest uirtus actiua terminat minimo, quod nõ, q̃a terminatur minimo pondere, quod non põt ferre, quia alia pondera semper sunt maiora.

Sed arguo primo dari maximam distantiam, quia inquit Aristot. si uidetur in tota distantia, uidetur etiam in termino distantiæ, ergo datur maxima distantia, in qua res uidetur, aliter argumentum nullũ esset, quia inquit, si uisibile esset indiuisibile, ponatur in termino communi, dicit, uidetur & non uidetur, si modo non datur maxima distantia, sed minima, in qua non uidetur, & sit ille terminus communis, tunc uisibile illud indiuisibile tantum non uidebitur, ideo argumentum Aristotelis erit nullum, datur ergo maxima distantia.

Secundo sequeretur, quòd in tẽpore fiet uisio, quia dicunt, quòd in illo termino res non uidetur, sed post uidetur, si post uidetur, ergo per tempus uidetur, quia post innuit tempus, ideo uisio erit in tempore, quod est falsum, quia uisio est mutatio, omnis mutatio est in instanti, ut Arist. declarauit 5. phy.

Etiam quia secundo de anima omniũ natura constantium datur determinata quantitas, ita quòd datur maximus ignis, qui potest existere seorsum, etiam datur minimus ignis, ita in omni motu locali datur minima uelocitas, quia in omni motu locali datur minima velocitas, ita in motu alterationis, ergo & datur

datur minima proportio agentis ad passum, quia motus prouenit ex proportione, si datur ergo minima proportio agentis ad resistentiam, non potest esse minima proportio, nisi sit illa maxima resistentia, quia si agens posset superare maiorem resistentiam, nõ ergo illa esset minima proportio, quia secundum quòd augetur resistentia, diminuitur proportio, sic ergo si illa est maxima proportio, quam superare potest, illa erit minima proportio, sic ergo virtus actiua sin ipso motu terminatur maximo, quia terminatur maxima resistẽtia, quam superare põt, quia si maiorẽ superare posset, illa non esset minima proportio, errant ergo ipsi Sophistę dicentes virtutẽ actiuam terminari maximo. i. minimo quod nõ possit superare. Et non est verum, quòd æquale pondus virtuti Socratis sit minimum, quod nõ possit portare, quia isti supponunt, quòd ex quolibet excessu posit prouenire motus, sed diximus, requiritur determinatus excessus, ad hoc vt agens agat in passum, ideo errant.

Et sic sit finis libri de sensu & sensato, quem librũ perfecit 1545. die xiij. Martij. Deo Gratias.

EXPOSITIO DOMINI LVDOVICI AB ORE FERREO

In librum de Memoria & Reminiscentia, quem cœpit exponere die xiij. Martij. 1545.

Lectio I.

SEQVITVR Tractatus de Memoria & reminiscentia, & difficilis est tractatus. Consentiunt omnes expositores, quòd iste liber ordine doctrinæ sequitur librum de sensu & sensato, & hoc ex verbis Aristo. in calce præcedẽtis tractatus, quia postquam (dixit) tractatum est de sensu & sens. statim de memoria & reminiscentia agendum est, sed quæ ratio huius ordinis, discordes sunt expositores. Albertus Alema. dixit, cum in tractatu præcedenti declarauit, quomodo sensibilia veniant ad animam per sensus particulares, quia veniunt ad animam sensibilia imprimẽdo in sensum simulachra. Hic verò secundo loco vult declarare, quomodo anima veniat ad sensibilia, & anima non venit ad sensibilia, nisi per memoriam, ideo statim declarat de memoria post declarationẽ de sensu & sensibili. Sed hæc expositio patitur difficultatẽ, quia inter sensus particulares, & memoriam, sunt aliæ virtutes mediæ, vt sensus communis secundum ipsum, phantasia, & imaginatiua, & existimatiua, deinde memoria, & distinguit imaginatiuam à phantasia, & est crassa ignorantia, quia imaginatiua non distinguitur à phantasia nisi nomine, quia imaginatiua dicitur à Latinis, phantasia verò à Græcis, & Albertus accepit opinionem suam ab Auicenna, quem secuti sunt omnes Latini, sed quidquid sit, cur Aristot. non tractauit de illis sensibilibus, prius quàm de memoria? Secũdo, quia sunt aliæ operationes cõmuniores, vt somnus & vigilia, ita etiã longitudo & breuitas vitæ sunt communiores operationes, quàm memoria & reminiscentia, ergo prius de illis debet agere, quàm de memoria & reminiscentia, quia ordine doctrinæ communiora præcedunt. D. Th. aliter dicit, inquit enim ĩ fine libri de sensu & sens. quòd quia sensus comprehendit tempus præsens, iste liber de memoria tempus comprehendit, & quia nos per somnum præuidemus tẽpus futurum, ideo liber de somno & vigilia sequitur librum de memoria, sed (vt dixi) Arist. hic non vult comprehendere differentias temporum, ad quid ergo ordinare istos libros secundum differentiam temporis? quia etiam dixi, omne tempus præsens præsupponit præteritum, quia præteritum est prius natura præsenti, cum ergo liber de memoria & reminiscentia comprehendat tẽpus præteritum, liber de sensu & sensili tempus præsens, ergo liber de memoria & reminiscentia deberet præcedere librum de sensu & sens. Ideo aliter D. Th. hic dicit, quòd cum Aristo. egit de sensibus particularibus, & modo velit agere de reminiscentia, quæ est ꝓpria operatio hominis, ideo prius de memoria agit, quia memoria est prior natura ipsa reminiscentia, quia est imperfectior, imperfectiora autem sunt natura priora, vnde natura prius producit vegetatiuam, deinde sensitiuam imperfectam, deinde perfectam, & sic natura semper procedit ex imperfectiori ad perfectius; ideo inquit, cum vellet tractare Aristot. de reminiscentia quæ est perfecta operatio, & propria homini, & cum memoria sit imperfectior reminiscentia, ideo post librum de sensu & sensili agit de memoria & reminiscentia. Sed cur Arist. non egit de sensu communi prius, & de phantasia & imaginatiua? quę sunt operationes imperfectiores memoria, ideo prius de illis debuit agere, & tamen non egit. Etiam quia ordine doctrinæ communiores operationes sunt priores, somnus autem & vigilia, longitudo & breuitas vitæ sunt operationes communiores, quàm memoria & reminiscentia, ergo prius de illis debuit agere.

Ideo aliter Auerroes dicit hic, quòd iste liber inscribitur de sensu & sens. & sic tertio de anima allegat hunc librum sub titulo de sensu & sens. sed miror, ex quo istæ virtutes, scilicet sensus particulares, & memoria & reminiscentia, sunt diuersi ordinis, & generis, quomodo ergo possunt isti duo libri intitulari de sensu, scilicet & sensili? Etiam quia Aristot. dicit, postquàm de sensu & sensili egimus, reliquum est, vt de memoria & reminiscentia agamus, & de somno & vigilia, etiam Auerroes debet soluere istam difficultatem, cur Aristot. prius non egit de somno & vigilia, de longitudine & breuitate vitæ, de iuuentute & senectute, quàm de memoria & reminiscentia, cum sint operationes communiores, communiora autem ordine doctrinæ debent præcedere. Ideo aliter Michael Ephesius cum in tractatu præsenti tractauerit de instrumẽtis sensuum particularium, & de sensu communi, quia sensus communis est eadem virtus cum memoria & reminiscentia, ideo statim egit de memoria & reminiscentia, quia & reminiscentia est eadem cum virtute sensus cõis, & dicit, quòd

Ordo præsentis libri.

Opinio Alberti.

Opinio D. Thomæ.

Opinio Auerrois

quòd omnes ſenſus particulares ſunt idem re, differunt tamen ratione, ideo cum tractauit de ſenſu communi in libro de ſenſu & ſenſ. qui eſt eadem virtus cū memoria, iō ſtatim de memoria & reminiſcētia egit. Sed obiicio ei, cur Ariſt. non egit de imaginatiua, antequàm de memoria? Tum etiam, vnum verbum facit de ſenſu communi, cur ergo prius non egit de illis quàm de memoria, cum memoria, ſenſus comunis, & imaginatiua ſint vna virtus, & conuenio cum Michaele in hoc, quòd ſenſus interiores ſunt idem re, differant verò ratione, quia ſunt in corde vt in inſtrumento. Etiam habet hanc difficultatē, cur Ariſt. non egit prius de operationibus communibus, ſcilicet de ſomno & vigilia, de longitudine & breuitate vitæ, & de iuuentute & ſenectute, quàm de memoria & reminiſcentia, cum ſint operationes communiores, communiora autem ordine doctrinę debent pręcedere, non ergo rectè eſt cauſa ordinis. Ideo dico ſicus in principio libri de ſenſu & ſenſato, quòd philoſophia naturalis diuiditur in quinque partes, prima eſt de principiis communibus & accidentibus communibus, & hæc pars abſoluitur in octo libris phyſi. Secunda eſt de corpore ſimplici, & hæc comprehenditur in quatuor libris de cœlo & mundo, in primis duobus erit de elemēto incorruptibili, ſcilicet, de cęlo, in aliis duobus elementis corruptibilibus, & huic parti annectitur liber de generatione. Tertia pars eſt de mixtis imperfectis & de metallis, quæ cōprehenditur in quatuor libris Meteor. Quarta pars eſt de animalibus. Quinta verò de plantis. Quarta pars quæ eſt de animalibus, bipartita eſt, in quia, & propter quid, ea pars de animalibus quæ dicit, quia, abſoluitur in nouem libris de hyſtoria animalium, in quatuor primis libris agit de ſubſtantia animalium, de ſenſu animalium, & motu, in tribus aliis libris agit de generatione animalium, in octauo verò agit de morte & vita, & eſt tertia pars, quarta pars eſt de moribus animalium, & completur iſta pars in ix. lib. & iſtis partibus correſpondent partes dicentes pp quid, primæ parti, quæ eſt de ſubſtantia correſpondēt tres libri, primus eſt de partibus animalium, ſecundus de inceſſu animalium, tertius de anima, & parti, quæ eſt de operationibus proximis animalis, cū ſint duæ operationes, ſcilicet, ſenſus, & motus, & ſenſus ſit operatio proximior, quàm motus, huic parti de ſenſu correſpondēt tres libri, ſcilicet, de ſenſu & ſenſ. de memoria & reminiſcentia, de ſomno & vigilia, ſed dices, cur Ariſtot. prius non agit de ſomno & vigilia, quàm de memoria, cum ſomnus ſit operatio communior quàm memoria? Dico, quòd cum duplex ſit ſenſus, ſcilicet, interior, & exterior, & ſēſus exterior cum ſit natura prior ſenſu interiori, ideo prius de ſenſu exteriori egit quàm de interiori, ſenſus verò interioris duplex eſt operatio, vna eſt quę incipit ab anima & redundat in corpus, quemadmodum operatio memoriæ, & ſenſus cōmunis incipit ab anima & redundat in corpus, quoniā fit mediantibus inſtrumentis corporalibus, alia eſt operatio, quę incipit à corpore, & redundat in animam, quia cum decoquitur cibus in ventriculo, vapores petunt caput, & à frigiditate cerebri obſtruuntur venæ, & arterię, & ſic impeditur tranſitus animalis ad ſenſus particulares, iō quieſcunt, & quia operatio, quæ incipit ab anima, & redundat in corpus, eſt prior operatione incipiente à corpore, & redundante in animam, ideo prius de memoria agit, quàm de ſomno & vigilia, licet ſomnus & vigilia ſint operationes communiores, & vt ſic præcedere debet, abſolutè tamē operatio, quæ eſt ab anima & redundat in corpus, debet præcedere.

Opinio Praeceptoris.

Lectio II.

SATIS abunde diximus de ordine huius libri ad pręcedentem librum librum de ſenſu & ſenſ. Reliquum eſt, vt exponamus titulum huius libri, ſcilicet, de memoria & reminiſcentia, ſenſus duplicis ſunt ordinis, ſcilicet, ſenſus exteriores, qui ſeparantur ab inuicem inſtrumentis & genere ſenſibilium, Alii ſunt ſenſus interiores, qui accipiunt cognitionem ſuam à ſenſibus particularibus, de numero verò ſenſuum interiorū ſunt diuerſi iam Latini quàm Arabes & Gręci, Vgo & Men. ſecundo tegni dicunt, quòd eſt vna virtus, ſcilicet, re & eodem inſtrumento vtens, & tēperamento, differt verò ſolum ratione, & operatione, & talis virtus aliquādo dicitur ſenſus communis, aliquando phantaſia, aliquando memoria, ſed iſta operatio fuit reprobata à nobis in ſecūdo de anima, quia ſi eſſet vna virtus re, vtens eodem temperamento & inſtrumento, ergo lęſa vna lęderentur omnes virtutes, & ſic lęſo vno ſenſu interiori lędeṙetur omnes, oppoſitum tamen quinto de cauſis ſimpt. dixit Galenus, ideo alij dicunt, quòd ſenſus interiores ſunt duę virtutes re ſeiunctę, ſcilicet vna eſt quę comprehendit, alia, quæ non comprehendit, illa quę non cōprehendit dicitur memoria, quę dicitur eſſe in poſteriori parte cerebri, alia eſt virtus, quę comprehendit, & dicitur ſenſus communis & phantaſia, qui ſunt in parte anteriori cerebri. Sed hæc opinio habet manifeſtum errorem, quia dicit, ꝙ memoria non comprehendit, quoniam Ariſto. hic dicit, quòd memoria comprehendit futurum, ideo aliter Michael Epheſius, Alexander, & Themiſtius dicunt, quòd ſenſus tres, ſcilicet, ſenſus communis, phantaſia, & memoria, ſenſus communis dicitur, quia habet diſcurrere inter ſenſibilia diuerſorum generum, & mediante ſenſu communi nos ſcimus videre, ita & ille qui audit, ſcit ſe audire. Eſt deinde phantaſia ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod eſt apparere, id eſt, quia in illa virtute apparent ſimulachra, quemadmodum in tabella apparent figuræ depictę, Ariſt. in iij. de anima in fine dicit, quòd phantaſia dicitur à lumine, quia phantaſia accipit ſimulachra à ſenſibus exterioribus, & maxime à viſu, viſus autem non poteſt fieri ſine lumine, ideo phantaſia dicitur à lumine, & iſti tres ſenſus ſunt idē ſubiecto, quia omnes ſunt in corde. Alij vt Galen. & Auer. dicunt, quòd ſunt quatuor virtutes re ſeiunctæ, ſcilicet, ſenſus communis, phantaſia, exiſtimatiua, & memoria, dicitur exiſtimatiua ī brutis, cogitatiua

Numerus ſenſuum interiorū.

tiua in homine. Sed hæc expositio habet hanc difficultatem, quoniam Aristot. nullibi fecit mentionē de existimatiua ipsa, ideo non debet dari talis virtus. Ideo aliter Albertus Alema & D.Tho. pro parte ipsum secutus, dicunt, quòd quinq; sunt sensus interiores, scilicet sensus communis, phantasia, imaginatiua, existimatiua, & memoria, sensus cōis habet cōprehēdere sensibilia oīum sensuū interiorū, deinde reponit simulachra in phantasia, vt in absentia sensus cōis possit cōprehendere illa, quia phantasia non comprehendit nisi quæ reposita sunt in ea, deinde est tertia virtus, scilicet imaginatiua, quę fingit simulachra ipsa, vt hyrcoceruum & similia, deinde est existimatiua, quæ non comprehendit, sed elicit species insensatas ex sensatis, quemadmodum puer statim natus fugit vbera matris, quia elicit speciem conuenientem ipsi, ita agnus fugit lupum, quia elicit ex lupo speciē inimicitiæ, quæ quidem species inimicitiæ est insensata, sed ex sensatis elicitur, scilicet, ex accidentibus lupi, deinde est memoria, quæ reseruat istas species sensatas, & insensatas, sed no comprehendit ipsa memoria, sed hæc opinio, quot verba habet, tot sunt errata, quoniam ex Aristotele sensus communis tantū apprehendit in præsentia, ipsi tantum ponunt apprehendere in absentia. Secundo errant in alio, quia dicunt phantasiam tantum retinere, & non comprehēdere, cum tamen Arist. dicat ij. de anima, q̄ phantasia cognoscit quandoq; vera, quandoq; falsa, ergo comprehendit. Etiam quia dixit tertio de anima, contingit intelligentem phantasmata speculari, si contingit phantasmata speculari, ergo comprehendit. Etiā quia dicit infra, q̄ somnium est proprium phantasiæ, sed somnium est per cognitionem, ergo phantasia comprehendit. Etiam in de communi motu dixit, quòd phantasia est principium motus localis in animali, sed principium motus in animali comprehendit, ergo phantasia comprehendit. Errant tertio, q̄ sciungunt phantasiam ab imaginatiua, cum tantum nomine distinguatur, dicitur φαντασια à Græcis, imaginatiua à Latinis. Errant quarto, quia dicunt, q̄ existimatiua elicit species insensatas ex sensatis, vt species amicitiæ & inimicitię, contra, quia illæ species insensatæ sunt sensibiles per accidens, ergo non est virtus seiuncta, ideo ob has species non debet poni existimatiua, nec lupum fugit agnus, quia eliciat speciem inimicitiæ ex accidentibus lupi, sed ex naturali instinctu. Errant etiam, quia dicunt memoriam non comprehendere, quoniam dicit Arist. [illegible] memoria præteritum comprehendit, & sic reminiscentia.

[Di]fferētia [in]ter memoriā & [r]eminiscē[tia]m.

Differt memoria à reminiscentia, quia memoriæ est conseruare simulachra ipsorum sensibilium, etiam memoria comprehendit prēteritum contra prēteritum, reminiscentia verò restaurat partem memoriæ abolitam, reminiscētiæ opus est repræsentare ea, quæ ex memoria collapsa sunt, & reminiscentia est opus solū hominis, & fit ex inquisitione quadam, exēplū, quia heri cum cenarem apud amicum, tradidi pallium alicui, sed nescio cui, sed discurrere incipio à loco, à personis, à tempore, & sic tandem inuenio illum cui tradidi pallium, talis collatio dicitur reminiscentia, omnes ergo istæ virtutes sunt vna re, differunt tamen nomine, & omnes sunt in corde, vt in instrumento, & non in cerebro, ita quòd omnium illarum virtutū est cor instrumentum, & ita temperamentum cordis, sed varia ratione, quia vt molle est, facit pro phantasia, vt verò durum est, facit pro memoria, etiam ex Aristot. & omnibus medicis, omnes sensus vtuntur spiritibus animalibus, quia fiunt in corde spiritus vitales, qui non sunt sufficientes pro ipsis sensibus, & tales generantur in corde, deinde temperantur in cerebro, vnde spiritus vitales, qui temperati fiunt in primo ventriculo cerebri, sunt pro sensu communi, qui verò sunt in medio ventriculo, faciunt pro phantasia, qui verò in vltimo ventriculo ipsius cerebri, faciunt pro mēmoria & reminiscentia, vnde non sequitur, quòd si vnus sensus lędatur, quòd omnes lędantur, quoniam spiritus animales qui fiunt in diuersis partibus cerebri, faciunt pro illis sensibus, ideo cum sint diuersi, non sequitur, quòd si vnus sensus interior lędatur, quòd alij lędantur, ideo omnes illi sensus interiores, scilicet, sensus communis, phantasia, & memoria, sunt vnum & idem subiecto, differunt tantum ratione, & sic tantum sunt tres sensus interiores. Sed hic est locus dubitationis, quia cur ij. de anima, agens de sensu communi, & phantasia, nihil dixit de memoria, hic verò tantum dixit de memoria, & non de phantasia & sensu communi. Secundo, quia dixit, quòd cor est primum instrumētum omnium sensuum interiorum, quia Arist. dixit, quòd pueri & senes memoria carent, quia ipsi spiritus mouentur, in puero augentur, in sene diminuuntur, licet per accidens possit vigere memoria, per se tantum deficit, & dat exemplū, sicut in aqua si tardiuscule mouetur, apparet imago distorta, si celeriter ferè non apparet, cum ergo cor sit in continuo motu, quomodo ergo potest esse instrumentum sensuum interiorum?

Cur ij. de anima nō meminit de memoria & reminiscentia.

De primo dico, quòd ij. de anima nihil dixit de memoria, quia memoriæ sunt duę operationes. s. cōseruare simulachra rerum sensibilium, & comprehendere tempus præteritum vt præteritum. Dico, si cōsideremus memoriam vt ipsa conseruat simulachra, quia pendet ex siccitate, quia sicci est retinere, ideo pertinebat ad instrumentum corporale, & quia comprehendere tempus præteritum vt præteritum, est operatio particularis, secundo de anima agit de operatione sensus interioris in communi, & talem actionem attribuit phantasię, ideo de phantasia egit, & nō de memoria, quia memoriæ est operatio particularis, etiam quia phantasia est eadem virtus cum memoria.

De secundo dicemus infra vbi examinabimus hāc quæstionem. *De memoria autem & reminiscentia.* Hic Aristot. ponit tria problemata à nobis perscrutanda, primum quid sit virtus memorādi & virtus reminiscendi. Secundo propter quid istæ virtes insunt animalibus. Tertiò cuius nam partis animæ sunt istę passiones, scilicet, memoria & reminiscentia, & per partes animæ intelligit id, quod Plato in iiij. de rep. ita quòd vtitur partibus animæ vt Plato, etiam appellat has operationes passiones, quia quemadmodū secundo de anima dixit, sentire est quoddam pati, & di-

& dicit Ariſtoteles, quòd memoria & reminiſcentia diſtinguuntur, cuius ſignum eſt, quòd qui ſunt hebetis ingenij, ſunt memores, qui verò bene reminiſcuntur, ſunt acutiori ingenio, & licet Ariſtoteles non ponat cauſam huius problematis, poſſumus dicere, ſicut ſecundo de anima dicunt expoſitores, quòd molles facile recipiunt, ſed non retinent, & illi ſunt molles, qui habent ſpiritus animales molles & leues, illi verò ſunt memores, qui habēt carnem duram, ideo ſi inſtrumentum iſtarum virtutum ſit durum, viget memoria, & deficit ingeniū, ſi verò fuerit molle, viget ingenium, & deficit memoria, hanc opinionem habuit Plato in Thebeto, vbi aſsimilat memoriam ceræ, quia inquit, ſi facile recipit, eſt mollis, & non retinet, ſi verò dura, retinet, ſed non facile apprehendit, ideo reprehendit Homerum laudantem hominem habentem cor durum, dicit quòd non, quia non facile apprehendit, & Ariſtoteles videtur tacite tertio de partibus animalium taxare, cum inquit, habentes cor durum, ſunt hebetes ingenio, ideo ſi habent inſtrumentum durum, ſunt memores, ſed ad hoc, vt ſint acuti ingenio, oportet, quòd ſint molles, ſed diceris, cum anima intellectiua ſit ſupra corpus, quomodo ergo qui ſunt molles carne, ſunt apti ingenio. Dico, ex quo anima intellectiua non poteſt intelligere ſine ſenſibus, ſenſus autem requirit temperamentū molle, vt ſit exquiſitus, ideo anima intellectiua, vt valeat ingenio, requirit temperamentum molle.

Inquit Ariſtoteles, tractaturi de memoria oportet prius de memorialibus tractare, quia potentiæ innoteſcunt nobis ex actibus, actus ex obiectis, ideo prius de memorialibus, quæ ſunt obiecta memoriæ, & inquit, memorabile eſt præteritum cōtra præteritum tempus, quia inquit, memoria non eſt futuri, nec præſentis, probat quòd non ſit futuri, quia inquit, ſpes & opinio eſt futuri, & ita ſcientia per diuinationem, ſed memoria diſtinguitur ab illis, ergo memoria non eſt futuri, nec eſt præſentis, quia nullus dicit, cum aliquam rem ſentit illa rememorari, ideo memoria eſt præteriti contra præteritum, ex quo elicit diffinitionē memoriæ, ſcilicet quòd memoria eſt habitus, ſeu potentia actus ipſius ſentiendi, aut intelligendi, cum intercidit tempus, inter ipſam, & actus, & debemus notare omnia verba, primo dicit, eſt habitus, vel potentia, loquitur diſiunctiue, quia memoria poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet, pro virtute & operatione, ſi ſumitur pro virtute, ſic memoria dicitur paſsio, ideo vt memoria de vtroq; dicatur, locutus eſt diſiunctiuè. Dixit autem, habitus actus ſentiendi, aut intelligendi, quia memoria principaliter eſt circa actus intelligendi, ſed duplex eſt obiectum, ſcilicet, primarium, & ſecundarium, obiectum primarium eſt actus, qui præfuit in tempore, obiectum ſecundarium eſt id, ad quod terminatur tempore ſenſus, vt puta, ego recordor me vidiſſe te heri ibi ſcribentem, ego recordor, quia ille actus in me præfuit, & ille actus eſt obiectum primarium, tu verò qui terminaſti viſum meū,

Quid ſit memoria.

es obiectum ſecundarium, etiam inquit, quòd non omnis præteriti eſt memoria, ſed tantum illius præteriti, cuius actus præfuit in memoria, vnde non recordamur, quòd mundus fuit creatus, quia nullus actus in nobis præfuit.

Lectio III.

HERI Declarabamus, quid nam eſſet obiectum ipſius memoriæ, dixit Ariſtoteles, quòd non erat futurum, nec præſens, ſed præteritum, & dixit, quòd futuri non eſt memoria, quia futuri eſt opinio, ſpes, & ſcientia diuinandi, id eſt cum diuinamus aliquid, quod habeat ſpem, ſed cum iſti habitus ſint diuerſi, ergo & obiecta ſunt diuerſa, memoria ergo non eſt futuri, cum alij habitus ſint futuri, nec eſt præſentis, quia nullus dicit ſe memorari eorum quæ ſunt præſentia, ſignificata autem nominata ſummuntur ex communi vſu, ſequitur, quòd memoria ſit præteriti, ſicut quòd fuit actus in me, quòd triangulus haberet tres angulos, deinde recordor illius actus, qui iam præfuit in me, & ſic memoria eſt præteriti contra præteritum, ex quibus colligit diffinitionem memoriæ, ſcilicet memoria eſt habitus, aut paſsio, actus intelligendi, vel ſentiendi, cum intercedit tempus inter actum, & memoriam, & dixit, habitus, quia ſi ſumatur memoria pro virtute, eſt habitus, ſi pro operatione, eſt paſsio, & dicitur operatio.

Proximum obiectum memoriæ eſt actus ſentiendi, qui tranſit in tempore præterito, memoria tantum eſt eorum, ſuper quibus cadit actus ſentiendi, vnde non omnis præteriti eſt memoria, obiectum verò remotum eſt illud, quod fuit apprehenſum ab illo actu ſentiendi, memoria verò eſt circa actus intelligendi per accidens tantum, quia per ſe eſt circa actus ſentiendi, ideo dixit, quatenus inter illum actum ſentiendi, & memoriam intercidat tempus, quod apprehendatur à nobis, ideo actus recordationis, tempore ſuccedit illi actui ſentiendi, ex quo fit memoria, ideo dixit, quòd non omnis præteriti eſt memoria, ſed tantum præteriti, cuius actus præfuit in nobis, vnde non eſt memoria, quòd mundus fuit creatus, quia nullus actus in nobis præfuit, & ita non eſt memoria temporis, in quo natus fui, quia in nullo nobis præfuit actus ille.

Deinde dixit, quòd ſola animalia habent memoriam, qua apprehendunt tempus, & ſolum ea virtute ſunt memoratiua, qua comprehendunt tempus, quia memoria eſt temporis præteriti qua præteritum.

Sed hic eſt locus dubitationis, quia dicit, quòd memoria eſt eius, quod ſpeculatus ſui alia die, vt puta, quòd triangulus habet tres, eſt ſenſibile, ergo quòd memoria non eſt tantum ſenſibilium, ſed etiam intelligibilium, & ſcibilium.

Secundo, quia si solum illa animalia habent memoriam, quæ apprehendunt tẽpus, sed quarto physicorum comprehensio tẽporis est solius hominis, quia tempus ipsum est primus motus, vt mensurat alios motus, sed tantum homo comprehendit primum motum, ergo tantum homo comprehendit tẽpus. Etiam quia sunt duæ partes temporis, scilicet, præteritum & futurum, solus homo comprehendit futurum, ideo comprehensio temporis est propria homini, ideo cęcus à natiuitate non habet memoriam, quia non videt primum motum, quia primus motus est tempus, vt diximus, secundum naturam, quia apud nos ille motus dicitur tempus, quia mensurat alios motus, vt motus horologij dicitur tempus, cum ergo comprehensio temporis sit propria homini, quid ergo dicit Aristoteles? quòd tantum illa animalia habent memoriam, quæ comprehendunt tempus, etiam quia dicit, quòd futuri est scientia diuinandi, videtur dubium, quia scientia primo Posteriorum est necessariorum, ergo futurum est contingens.

De primo dicam infra, an memoria sit actus intelligendi, Scotus dicit quòd sit, D.Th. dicit, quòd non nisi imperfectè. Dico, quòd actus intelligendi non est memoria, nisi per accidens, quia actus intelligendi non potest fieri sine phantasia, id est, sine phantasmatibus existentibus in phantasia, & quia phantasia & memoria est vna virtus, ideo memoria est actus intelligendi per accidens, & de hoc infra magis dicemus.

Temporis comprehẽsio solum homini cõuenit. De secundo dico, quòd comprehensio temporis est duplex, vna distincta & perfecta, & sic comprehensio temporis est tantum propria homini, alia est comprehensio temporis indistincta, vt comprehensio successionis, & sic ista conuenit aliis animalibus, & de hac loquitur Aristoteles, vt exemplo, si asellus heri cecidit in foueam, vadens per eandem uiam euitat foueam, quia seruauit illam successionem temporis inter heri & hodie, & sic comprehensio tẽporis imperfecta conuenit etiam animalibus.

Futurum triplex. De tertio dico, quòd triplex est futurum, contingens, necessarium, quod habet causam determinatam, vt cras futurum esse solem oriri, hoc est futurum necessarium, & de tali habetur scientia, aliud est futurum contingens, vt in pluribus, & sic habet causas determinatas, & de tali futuro contingenti habetur scientia non simpliciter, & sic effectus naturalis vt plurimum est, & sic Astronomia iudicialis est sciẽtia, quia ipsa iudicat ex configuratione astrorum, quia ex tali configuratione indicatur temperamentũ existens in corpore nostro, ex quo temperamento sequuntur mores, vt declarant Plato, Aristoteles, & Galenus, qui fecit proprium libellum, & quia anima nostra dependet vt plurimum à sensu, ideo iudicat futuros euentus (dixi vt in pluribus, quia intellectus aliquando sensui dominatur, ideo dicitur, quòd solus sapiens dominabitur astris) & huiusmodi est phisionomia, quæ iudicat, vt in pluribus verum est habitudine membrorum ad inuicem, chiromantia est etiam ita, quæ loquitur de lineis, non dico, sicut isti deceptores fingentes montem Iouis & Lunę, sed vt decima parte problematum, & primo de hystoria animalium, dicit enim, quòd qui habent lineas longas & cauas, sunt longioris vitæ, & causa huius est, quia si natura potuit in membra exteriora, ergo magis rectè ordinauit interiora membra, econtrario, si sint lineæ paruæ & superficiales. Aliud est futurum raro, vt Necromantia, quæ videt per signa mortuorum, & signa apparentia in aere, futuri necessarij est scientia per se, ita futuri, vt in pluribus, futuri raro vili impropriè est scientia.

His expeditis vult soluere tertium dubium, an scilicet memoria sit pars sensus, an intellectus, quia visus est suprà indicare, quòd memoria esset partis sensitiuæ & intellectiuæ, & supponit ea, quæ declarauit in secundo de anima de phantasia, dixit, phantasia est motus factus à sensu exteriori, & tertio de anima dixit, necesse est intelligentem phantasmata speculari, intellectus ergo dependet à phantasia, quia intellectus in esse dependet à phantasia, ergo & in operari, licet Augustinus dicat, quòd fuit colligatus intellectus cum phantasia propter peccatum primi parentis, Scoto non placuit hæc opinio, & dicit, quòd istæ potentiæ ex naturali ordine in statu isto colligantur, & Aristoteles dicit, quòd accidit intellectui in intelligendo, quemadmodum Geometræ in demonstrando, Geometer in demonstrando, cum demonstrat triangulum habere tres, nullam speciem trianguli demonstrat, sed vniuersaliter, semper tamen ante oculos præscribit vnam speciem trianguli, ita intellectus intelligit omnia nouem prędicamenta sine quantitate, præscribit tamen sibi ante oculos quantitatem, quia ex quo contingit intellectum phantasmata speculari, & illa prædicamenta sunt cum quantitate, ideo semper præscribit quantitatem ante oculos, quia sine his non potest intelligere, & dicit Aristoteles, si intellectus intelligit quantitatem, non sine termino intelligit, præscribit tamẽ ante in phantasia quantitatem terminatam, quia phantasia percipit lineam determinatam, intellectus verò indeterminatam. Sed Aristoteles ponit duas opiniones, quia inquit, dixit, quòd formæ naturales, ex quo cum magnitudine & tempore sunt, nõ pñt intelligi sine magnitudine & tempore, licet intellectus ex sui natura illas possit intelligere, quia autem non potest intelligere sine sensu, sensus autem percipit illas cum magnitudine & sensu, cur formæ omnino seiunctæ à materia, & per consequens à magnitudine, & à tempore, non intelliguntur? etiam sine magnitudine & tempore? Aristot. supponit hic vos intelligere illas substantias cum magnitudine & tempore ex experientia, quia vnicuique patet, qui vult intelligere illas substantias abstractas, intelligit cum magnitudine & tempore, soluit Aristoteles, & dicit, quòd solutio dubitationis dicta est in alio loco, vbi Albertus Alemanus dixit in tertio de anima, vbi dixit, intellectus non potest intelligere sine phantasia, phantasia autem non

memoria an sensus, an intellectus sit pars.

non percipit ſine quantitate, D. Tho. dixit in Meth. vbi declaratum eſt, quòd duplex eſt intellectus, vnus ſimpliciter, qui intelligit ſine magnitudine & tempore, alius eſt intellectus non ſimpliciter, ſed non intelligit ſine ſenſu, ideo talis intellectus, vt eſt, videtur, non poteſt ſine magnitudine & tempore intelligere.

hantaſia ſenſus bis idem ant.

Eſt ſecunda dubitatio, quæ nam ſit illa virtus, quę præſcribit intellectui magnitudinem & tempus, quia dicit, quòd intellectus intelligit res ſine magnitudine & tempore, ſed præſcribit quantitatem ante oculos, qua virtute? Reſpondet Ariſtoteles ſenſu communi, & ſic videtis, quomodo Ariſtoteles nominat per phantaſiam ſenſum communem, & vt dixi, confundit, quia ſunt idem re, dicit ergo, talis virtus eſt ſenſus communis, cuius paſsio eſt phantaſia & memoria, dicit ergo Ariſtoteles, iſta tria ſe cōſequuntur, ſcilicet, tempus, motus localis, & magnitudo, quia ſicut magnitudo eſt diuiſibilis in partem priorem & poſteriorem, ita motus localis eſt diuiſibilis, ita & tempus, quia tempus ſequitur motum localem. Ex quo iſta tria ſe conſequuntur eſt vna virtus, quæ comprehendit iſta tria, & talis eſt ſenſus communis, quòd verò ſenſus communis apprehendat, patet, quia motus eſt ſenſibile commune, ideo illum comprehendit, quòd etiam comprehendat tēpus, patebit infra, ideo talis virtus eſt ſenſus communis, qui comprehendit magnitudinem, ex quo ſoluit dubitationem, & inquit, quòd ſcibilium, intelligibilium, & ſenſibilium eſt memoria, quia actus intelligendi dependet à phantaſia, & quia phantaſia eſt eſt eadem cum memoria, ideo etiam intelligibilium eſt memoria, ſed per accidens, quia ſenſibilium eſt memoria per ſe, quòd verò intelligibilium tantum non ſit memoria, declarat Ariſt. quia inquit, ſi intelligibilium tantum eſſet memoria, ſolum homini competeret memoria, quia forte tantum homini eſt ratio, ſed memoria conuenit etiam aliis brutis, quia comprehendunt ſucceſsionem temporis, nō tamen oībus animalibus eſt memoria, vt ſunt Zoophita animalia imperfecta, vt oſtrea & ſpongiæ, his.n. non eſt memoria, ideo memoria eſt ſenſibilium, & ne dum intelligibilium, & epilogat, & inquit; *Cuius igitur animæ partium eſt Memoria, palam eſt etc. & concludit manifeſtum eſſe*, ꝙ memoria eſt partis ſenſitiuæ per ſe, intellectiuæ per accidēs, & ſic per ſe memoria eſt ſenſibilium, per accidens autem intelligibilium. Notandum autem, quòd omnia verba incipiendo *ab accidit*, vſque ad *quare intellectus*; ſunt per parentheſim dicta (*Dubitabit autem aliquis propter quid etc.*) In iſtis verbis ponit primam dubitationem, vbi autem dicit (*imaginem autem*) ponit ſecundam, Tertio cum dicit, (*mortaliū*) intelligit irrationabilium animalium, vt exponit Michael Epheſius.

Lectio IIII.

SVPER lectione heſterna ſunt dubitationes quedam, prima eſt, quia dicit Ariſtoteles, ſi memoria ſpectaret parti intellectiuę, fortè nulli mortalium inerit memoria, exponit Michael, id eſt, nulli irrationali animali inerit memoria, cur dixit Ariſtoteles *forte*, quia ſi memoria ſit partis intellectiuæ ſimpliciter, nulli irrationali erit memoria, quia nullum irrationale habet intellectum, Albertus videns hanc difficultatem, inquit, quòd ideo Ariſtot. dicit *forte*, quia ſunt quędam animalia quæ irrationabilia ſunt, exiſtimantur tamē rationalia eſſe, ideo dixit fortè propter hæc animalia, quia ex quo putantur rationalia eſſe, putare etiam quis poſſet, quod memoriam haberent, ideo dicit Ariſtoteles, ſi memoria parti intellectiuæ ſpectaret, fortè nulli irrationalium inerit memoria, & quæ ſunt iſta animalia; dico (dicit Albertus) ſunt vt pigmęi, qui ſunt animalia re uera irrationalia, putantur tamen rationales eſſe, ideo de his loquens Ariſtoteles dicit, forte nulli irrationalium inerit memoria, ſi parti intellectiuæ ſpectet, & dicit Albertus, quòd hi pigmęi, de quibus etiam locutus eſt in vigeſimotertio libro de animalibus, qui viuunt octo annis, & generant ſibi ſimilem in tertio anno, eandē ſententiam ſecutus eſt Conciliator ſectione vij. xij. problemate, quòd pigmęi ſunt animalia irrationalia, putantur tamen rationalia, ſed oppoſitum ſenſit Plinius ſeptimo libro naturalis hyſtoriæ; vbi habet, ꝙ re uera ſunt homines iſti pygmei, qui etiam appellātur Spitamei, & Troglodithę, quia incuruæ ſunt figuræ, Spitamei tamen dicti ſunt, quia ſunt trium palmorum, Troglodithæ autem ab Ariſtotele, quia in cauernis habitant, o, quid curandum de Plinio, Ariſtoteles octauo libro de hyſtoria animalium loquitur de his pygmeis dicens, quòd ſunt homines, et appellat ipſos Troglodithas ex ratione dicta, & cōtra grues ipſos pugnare ſabuloſum non eſt, inquit Ariſtoteles, & à gruibus ſuperantur, & puſillum eſt genus animalium, inquit Ariſtoteles, quemadmodū dicit Homerus tertio libro Iliad. ratione & hoc poteſt confirmari, quia habent figuram hominis, vt iiij. de partibus dicit Ariſto. figura eſt quid eſſentiale viuenti, omne enim viuens propriam determinat ſibi figuram, etiam quia habent manus, manus ſoli homi conuenit, eſt enim organum organorum iiij. de hiſtoria animalium ob ipſius prudentiam, etiam quia vtūtur diſcurſu, ſingulis enim annis ineunte vere exeunt ex cauernis, vt diſsipent nidos & oua gruū, ne interficiantur ab ipſis creſcentibus, habitant enim iuxta paludes, quid ergo? Dico, ſentiendum eſt cū Ariſtotele, errarunt Albertus, & conciliator, qui re uera rationabiles ſunt, & eſt puſillum genus hominum, quemadmodum etiam datur puſillum genus equorum, ſalſa eſt ergo expoſitio Alberti, quòd dixerit Ariſt. forte nulli rationali inerit memoria propter pygmeos. Cur ergo dixit forte, ſi erat ſimpliciter verum, quòd ſi memoria eſſet partis intelle-

Memoria ſenſus an intellectus ſit.

ctiuæ absolutè, ergo omne brutum cum irrationale sit, caret memoria. Dico sorte, vt dicit Albertus, quare posset quis opinari esse animalia quædam irrationalia, quæ putarentur rationalia, & per consequens ipsam memoriam haberent, cum memoria ei parti attineat.

Secunda dubitatio est, quare intellectus intelligēs formas naturales vt formas nouē prædicamētorum aliàs ā quātitate cum quantitate existentes, tamen eas sine quantitate intelligit homo, tamen intellectus præscribit sibi quantitatem, & apprehendit eas cum quantitate, hoc non videtur verum, scilicet, quòd intellectus intelligens formas naturales sine quantitate, apprehendat, quare modus intelligendi sumitur à modo essendi, ita enim res intelliguntur vt vt sunt, si ergo formæ naturales habent esse cū quantitate, si apprehenduntur ab intellectu, cum quantitate apprehendentur, quare si aliter intelliguntur, falsò intelliguntur, quomodo ergo dicit Aristoteles? intellectus intelligens quantitates existentes sine quantitate intelligit, homo tamen intelligēs ex parte sensus præscribit sibi quantitatem, quare phantasmata ipsius apprehendit cum quantitate.

Secundo, quia dixit, quòd phantasia nullam formam naturalem sine quantitate apprehendit, intellectus autem sine quantitate, Auerroes secundo de anima dicit oppositum, vbi habet, quòd phantasia hominis ob sui perfectionem apprehendit sine quantitate, quia deseruit humano intellectui, vtitur discretione omnium formarum, ideo intellectus in homine non operatur, nisi cum homo peruenerit ad annos discretionis, vt ad annum quartumdecimum, venit enim indiuiduum conceptum à sensibus interioribus mediantibus exterioribus confusum ad intellectum, quem non intelligit intellectus nisi phantasia discernat ipsum à qualitate, & omnibus sensibilibus tam propriis quàm communibus, spoliat ergo phantasia indiuiduum substantiæ per se seorsum, & accidentia seorsum, conuenit ergo etiam sensui apprehendere formas naturales sine quantitate, soli ergo intellectui hoc non conuenit, vt dicit Aristoteles. Dico, quòd duplex potest haberi apprehensio substantiæ in nobis etiam sensibilium, formæ enim naturales dupliciter intelligi possunt, confusè & distinctè, perfectè & imperfectè, si loquamur de imperfecta cognitione, & apprehensione, sic cum quantitate apprehenditur ab intellectu, quare in sensu est phantasma, quod coniungitur cum accidentibus propriis & communibus, & sic etiam apprehenditur ab intellectu, sed ista apprehensio imperfecta est, & confusa, sed si loquamur de perfecta cognitione sine quantitate, intelligi possunt formæ naturales, ex quo in sui ratione formali non includunt quantitatem, primo modo loquitur Aristoteles, quòd dicimus, quia sic falsum intelligeret, quia intelligit formas aliter quàm sunt in re. Dico, negando argumentum, vt dicit Aristoteles secundo phys. vbi habet abstrahentium non est mendacium, ista est abstractio, quia intellectus abstrahit formas à materia, quid est dictu, abstrahit? id est, concipit intellectus formas naturales non comprehensa quantitate, non dico, quòd formet propositionem negatiuam, quòd fit per secundam operationem intellectus, sed abstrahit per primam intellectus operationem, quæ est simpliciū apprehensio, in qua nec veritas nec falsitas, quòd si per secundam abstraheret, sic falsum diceret.

Tertia dubitatio est, quia dicit, quòd alio modo sensus & intellectus apprehendunt quantitatem, quia intellectus quantitatem simpliciter apprehendit, vt lineam apprehendit non bicubitam, aut tricubitam, eodem modo & superficiem, & corpus, sensus verò cooperans intellectui sub determinata mensura apprehendit quantitatem, quare si apprehendit lineam, apprehendit vt bicubitam, vel vt tricubitam, aut sub alia certa mensura, hoc non videtur verum, quia intellectus format hanc propositionem, linea pedalis est linea, ista est propositio vniuersalis, sensui ergo conuenire non potest, intellectui ergo, apprehendit ergo intellectus quantitatem sub determinata mensura. Dico, re uera intellectus facit illam propositionem, & determinatam quantitatem certa mensura apprehendit, o, oppositum dicit Aristoteles, dico, hæc est differentia inter sensum & intellectum, quare sensus non potest apprehendere quantitatem, nisi actu sit, hæc autem particularis est, & per consequens determinatæ mensuræ, intellectus autem potest apprehendere sub mēsura determinata, & potest sine mensura aliqua quantitatem apprehendere, non dico, quòd hoc semper fit, vt cum diffinit lineam, aut superficiem, tunc enim apprehendit quantitatem absque certa mensura, quomodo autem intellectus apprehendat singularia, quæstio ista debet pertractari in libris de anima, an scilicet ratione vniuersali, an alio mō singulare apprehendatur ab intellectu.

Apprehēsio sensus & intellectus i quo differunt.

Quarta dubitatio est, quia dixit, quòd formæ abstractæ à materia non possunt intelligi à nobis nisi cum quantitate, & tempore, quare sensus non potest eas apprehendere nisi cum quantitate & tempore, hoc non videtur verum, quia, vt Auerroes declarauit tertio de anima, possunt apprehendi substantiæ abstractæ per se sine sui materia, qualis est cognitio harum substantiarum in nobis, cum erimus in vltimo beatitudinis, scilicet, cum omnium scientiarum cognitionem adepti erimus, tunc enim intellectus potentia non erit amplius in potentia ad notiones, sed factus erit actu, & ei vnietur, & aderit intellectus diuinus, vt sui forma, sicut intellectus adest intelligentibus, qualis etiam est cognitio substantiarum abstractarum de Deo, & cum inquit Auerroes, apprehendentur substantiæ abstractæ à nobis sine quantitate, & confirmatur, quia potest intellectus intelligere substantias materiales sine magnitudine, & tempore, patet, quòd sine tempore, quia diffinit hominem, apprehendit ergo hominem & sine tempore, quia non cadit tempus sub ratione hominis, ergo à fortiori poterit substantias separatas à materia sine magnitudine & tēpore apprehēdere. Dico, si ita verum sit, quod dicit Auer. φ ista sit fœlicitas vltima hominis cognitio substantiarum abstractarū per propriam substantiā, sicut est cognitio substātiarum

Substātiæ abstractæ quomodo intelligūtur.

tiarum separatarum de Deo, quæ recipit vt intellectionem primi entis tanquam sui amorem & perfectionem, si concedamus hoc Auerroi, quia hoc à multis negatur. Dico, re uera comprehendit sine magnitudine & tempore intellectus noster substantias abstractas à materia, o, ad Aristotelem dico, quòd duplex est cognitio quædam perfecta & distincta, alia est imperfecta & indistincta, si de perfecta loquamur, certum est, quòd sine magnitudine poterimus eas apprehendere, & de hac cognitione non loquitur hic Aristoteles, si loquamur de cognitione confusa, sic non est sine quantitate, quare necesse est, quòd fingamus eas, si volumus ipsas intelligere, ideo quot sunt homines, tot sunt modi, quibus apprehenditur Deus ab intellectu secundum varium modum quantitatis, sub quo ipsum fingimus, quod addis, substantia materialis sine magnitudine & motu potest apprehendi, vt cum diffinitur, ergo à fortiori & substantia, quæ seiuncta est à materia. Dico, si fuerit perfecta cognitio, verum est, quòd intellectus apprehendit substantiam materialem sine magnitudine, quòd si fuerit cognitio imperfecta, non est ita, quia non potest apprehendi substantia ab intellectu, nisi ex sensibilibus propris & communibus, ideo & cum motu, & magnitudine, & quiete apprehendi debent, motus enim & magnitudo sunt accidentia communia, ergo & cum tempore, cum non differant tempus & motus, est enim tempus mensura motus, id est, est primus motus, vt per ipsum alij motus mensurantur.

An memoria & phantasia sint idem.

Alia dubitatio est, quia dicit, quòd phantasia & memoria sunt passio sensus communis, quod non videtur verum, quia sunt virtutes distinctæ, sensus communis, phantasia, & memoria, quomodo ergo phantasia & memoria possunt esse passiones sensus communis? Dico, duobus modis possumus accipere memoriam & phantasiam, pro actu memoriam, & phantasiam pro virtute, & pro actu secundo, id est pro operatione, si intelligamus memoriam & phantasiam pro virtute, sic sunt passiones sensus communis improprie, quia sunt posteriores & imperfectiores ipso sensu communi, & in eodem subiecto sunt, ideo videntur esse passiones sensus communis memoria & phantasia, quæ scilicet sunt virtutes perfectiores aduenientes eidem subiecto post sensum communem, vtuntur enim eodem organo, & qualibet parte illius secundum quandam confusionem, hæ tres virtutes sunt permixtæ ad inuicem in toto corde, & totæ sunt simul in quauis particula cordis.

Vltima dubitatio, quia dicit, quòd memoria per se est pars sensitiuæ, per accidens verò partis intellectiuę, quod non videtur verum, quia intellectus cum intelligit sensibile mediantibus sensibus interioribus & exterioribus, vt visibile, vt albedo, in ipso remanet simulachrum albedinis, quia si non remaneret simulachrum albedinis post intellectionem, ita ergo esset in potentia ad receptionem simulachri albedinis, sicut antequàm recepisset, cuius oppositum dixit Aristoteles, remanet ergo simulachrum post intellectionem ab intellectu, poterit ergo vti illa specie intellectus, & rememorari albedinis, habet ergo rationem memorandi intellectus, memoria ergo per se parti intellectiuæ spectat, propter hoc argumentum D. Tho. dixit, quòd in intellectu erat ratio memoriæ imperfecta, quia si reseruabat sibi simulachra sensibilium, sicuti memoria reseruat, deest tamen intellectui alia conditio, quia memoria apprehendit tempus præteritum signatum, quod nō facit intellectus, quia intellectus abstrahit ab hoc, & nunc apud me, quare Aristoteles nullo modo ponit rationem memoriæ in intellectu, quare credo, quòd per se non sit in intellectu, quemadmodum in sensu, sed sit per accidens tantum. De hoc tamen in examine dicam vobis.

His expeditis cum declarauit nobis Aristoteles, quod nam esset obiectum memoriæ, & quòd memoria per se est partis sensitiuæ, vult declarare, quid sit memoria & actus eius, ad huius declarationem adducit dubitationem, ex cuius dubitationis dissolutione apparebit, quid sit memoria & actus eius, ibi, scilicet in textu. *Dubitabit autem aliquis*; Hæc dubitatio talis est, cum omnis memoria fiat per impressionem imaginis sensibilis etiam absente sensibili, cur magis memoria est sensibilis absentis, quàm simulachri illius sensibilis, quod simulachrum præsens est memoriæ? Exemplum, dum viuebat pater meus remansit simulachrum ipsius in memoria mea, eo mortuo, vtor eo simulachro, & per ipsum apprehendo patrem meum, qui non est præsens, quęrit Aristoteles, cum duo hic sint, est enim simulachrum rei absentis, & res absens, cum memoria potius versetur circa obiectum absens, quàm circa obiectum ipsi præsens, & quia posset quia dubitare, quomodo fiat memoria per apprehensionem simulachri sensibilis in ipsa memoria, hoc declarat Aristoteles, tum exemplo, tum à signo, scilicet, quòd sic fiat memoria, ita est de memoria, vt de cera inquit Aristoteles, assimilat memoriam cerę, quemadmodum fecit Plato in Thymeo, si enim cera mollior fuerit, facile enim recipit impressionem, & facile etiam deprehendit, quòd si sit dura, difficulter deprehendit, & facile retinet, dicit ergo Aristoteles, sicuti sigillum imprimit sui imaginem in cera, quæ imago remanet in ipsa cera absente sigillo, ita sensibile imprimit sui imaginem in memoria, quia restat etiam absente sensibili, & habitus horum simulachrorum, idest, permanentia horum simulachrorum appellatur memoria, dicit ergo, memoria fit, sicuti fit impressio sigilli in cera.

Secundo hoc idem ostendit à signo, quia cum vehementer laborant homines agitatione forti, aut nulla fit memoria, aut labilis, præcipue si fiat agitatio instrumenti ipsius memoriæ, quia aut nulla fit impressio simulachri sensibilis, aut si fit, debilis est, & difficulter fit, & ita aut nulla fit memoria, aut si fit, labilis fit, exemplum, quemadmodum aquæ currenti in fluuio, aut nulla fit impressio, aut si fit, statim aboletur, ita est in nobis, quia si fit agitatio corporis, & præcipue organi ipsius memoriæ, aut nulla fit impressio, aut si fit, labilis est, ita & de memoria,

 exem-

exemplo clarius ostendit, quæ sunt istæ perturbationes, quæ aut impediunt memoriam, aut delent, sicuti ex morbo, vt dixit Galenus tertio de causis simp. secutus Tucydidem, qui dixit, quòd in peste illa maxima Græcorum homines obliti sunt nominum suorum, quòd etiam Aristoteles alibi dixit, etiam ex vehementi ebrietate, quia fit maxima agitatio à fumis continue caput petentibus, etiam alio modo fit perturbatio ex passionibus animæ, vt ira aut timore, tum etiam in ætate vehementer puerili, aut valde senili, vt est decrepitas, decrepiti enim senes nullius sunt memoriæ ex continua agitatione, pueri quidem ex continuo augmento, senes verò ex continuo decremento, & ex alia causa senes sunt etiã labilis memoriæ, inquit Aristoteles, propter frigiditatem, habent enim cor valde siccum propter ipsam siccitatem intensam, aut non apprehendunt simulachra, aut si apprehendunt, difficulter apprehendunt, exẽplo vtitur Aristoteles, quia ita est de senibus aut de corde senum, sicut de parietibus domus antiquæ, quæ non recipit dealbationem calcis, aut si recipiunt, non retinent figuras, & delineationes ob vetustatem deperdunt, exemplo etiam vtitur satis accommodato, quod videtur contradicere ex superius dicto, hac de causa inquit Aristoteles, & acuti, & hebetes ingenio male memores sunt, oppositum dixit Aristoteles superius, quòd qui acutiores sunt ingenio, malæ memoriæ, sunt, & bene reminiscuntur, qui autem hebeti sunt ingenio, male reminiscuntur, cito autem memorantur, hic dicit, quòd & acuti ingenio, & hebeti male memorantur, & reddit causam, quia qui acuti sunt, malè memores sunt propter nimiam humiditatem, cito enim recipiunt, ex quo sunt acuti ingenio, & sicut ob nimiam humiditatem cito recipiunt, cito etiam & ipsis simulachra delentur, econtra qui hebeti sunt ingenio, sunt labilis, aut nullius memoriæ, quia propter maximam cordis siccitatem aut nulla fit memoria, aut fit debilis & labilis propter difficilem simulachrorum receptionem, sed vos dicetis, non ne pueri tenacissimæ sunt memoriæ, cum recordantur eorum quæ à principio ætatis suæ fecerunt, aut aliquo sensu perceperunt. Secundo, quia Aristoteles sibi aduersatur, quoniam supra dixit, quòd qui acuti sunt ingenio, bene reminiscuntur, malè verò rememorantur, qui hebeti sunt ingenio male memorantur, difficilis tamen sunt reminiscentiæ, hic autem dicit, quòd qui hebeti sunt ingenio & acuti, malæ sunt memoriæ. Tertio, quomodo ergo si vehemens motio corporis aut organi sensus interioris impedit operationem memoriæ, quam Aristoteles posuit in corde, tanquam in primo instrumento, cum cor sit in continua motione, & ex generatione sanguinis & spiritus, & ex eorundem emisione, cum ergo ea pars cerebri, quæ ab Aristotele cerebellum vocatur, quiescat, videtur rectius à Galeno positam fuisse eam partem primum instrumentum memoriæ memoriæ.

Quòd pueri sūt Dicatis de primo, quòd pueri sunt tenacis memoriæ per accidens, quia ex quo ipsis nouiter natis omnia noua sunt, ideo cum forti admiratione simulachra sensibilium fortius recipiuntur, quæ reseruantur ex illa forti admiratione, & dixit Arist. quòd labilis sunt memoriæ, hoc dixit per se, cum pueri sint in continuo motu augmenti. Quod dicimus secundo, quòd aduersatur sibi Aristoteles, quia supra dixit, quòd qui hebeti sunt ingenio sunt optimę memoriæ, hic dicit, quòd sunt malæ memoriæ. Dico, possumus dissoluere dubitationem ex verbis suis, in memoria enim duo sunt consideranda, receptio scilicet simulachri sensibilis, & conseruatio eiusdem, si consideremus receptionem simulachri sensibilis, qui hebeti sunt ingenio, quia habent organum memoriæ siccum, ideo difficulter memorantur, quia vt dicit Aristoteles tertio de partibus animalium, animalia quę habent partem cordis duriorem, sunt hebetioris sensus, si verò cōsideremus memoriam quo ad conseruationem simulachri, Dico, qui hebeti sunt ingenio, magis pollent memoria, quia tales habent organum memoriæ magis siccum, quod aptum est retentioni, quemadmodum patet de cera existente dura. Quod dicimus tertio, quomodo Aristot. ponit memoriã in corde, si vehemens agitatio cordis impedit memorationem in corde, sit continua motio, rectius ergo cerebri posteriori parte locasset instrumentum primum memoriæ, & hic est locus quem vobis supra citaui, dicemus in examine de organis istius virtutis, & pulchra sum vobis dicturus, ideo reseruo quæstionem istam vsq; ad examen. tenacissimæ memoriæ.

Lectio V.

SED siquidem tale accidens. lectio difficilis est tum in verbis, tum re ipsa, erat quæstio tacta ab Arist. ad inquirendum quidditatem memorię, vt sciremus quis esset actus memoriæ, ad huius autem ostensionem, mouit dubitationem, & ipsam declarauit, quæ fuit ista, cum omnis memoria fiat per impressionem simulacri rei sensibilis, quod remanet in memoria re absente, erat dubitatio, cur magis memoria esset rei absentis quàm simulachri ipsius rei existentis in ipsa memoria, quòd memoria fieret per impressionem simulacri rei sensibilis reseruatæ in memoria absente re sensibili, declarat tum exemplo, tum signo, exemplo, sicut sigillum imprimit sui simulacrum in cera, quod remanet amoto sigillo, ita fit memoria per simulacrum impressum in memoria rei sensibilis, quod absente re sensibili seruatur, declarauit etiam à signo, quia homines vbi vehementi corporis passione mouentur, aut timore, aut ira, aut ebrietate, aut in ætate nulla fit memoria, aut labilis, quia aut non fit impressio simulacri, aut si fit impressio, facillimè abolescit, & hocmodo dixit quòd pueri erant labilis memoriæ ob continuum eorum motum augumenti, senes autem ob continuum motum decrementi. Repetit quæstionem Arist. concluditur absente re sensibili & simulacro rei sensibilis existente in memoria, memoria magis sit rei absentis quàm simulachri præsen-

præſentis, inquit ergo Ariſt. cum memoria nil aliud ſit niſi habitus, aut reſeruatio ſimulacri rei ſenſibilis, vt picturæ cuiuſdam, eſt dubitatio, nunquid memoria ſit ſimulachri præ præſentis, an rei ſenſibilis, quæ non adeſt, & oſtendit difficultatem quæſtionis ad vtranque partem, ſi dicamus ꝙ imaginis ſit, & ꝙ ſolius obiecti, & aduertatis (quia mira eſt ambiguitas verborum Ariſt.) quòd ſi dicamus inquit Ariſt. quòd memoria ſit imaginis præſentis, ſequitur duplex abſurdum, primo quòd memoria non erit rei abſentis, cum hoc tamen falſum ſit, quia memoria eſt præteritorum, & abſentium, ſimulachrum autem illud eſt præſens. Secundò ſequitur, quòd memoria non erit ſenſus communis tantum, ſed ſenſus particularis, quia in viſu ſunt ſimulachra uiſibilium, & in auditu ſunt ſimulachra audibilium, ſicut ergo memoria eſt imaginis in ſe ipſa exiſtentis, ita viſus & auditus erunt imaginum, quæ in ipſis ſunt, ſicut ergo actus recordandi conuenit memoriæ, ita eſt in ſenſibus particularibus, quod tamen falſiſſimum eſt, etiam viſus videret in abſentia viſibilis, & auditus audiret in abſentia audibilis, quod eſt falſum, ſi dicamus ex alia parte quòd memoria eſt ſolius obiecti repreſentati per imaginem ſenſibilem, accedunt enim res ad animam per ſui ſimulachrum, ſicut fit in ſpeculo, videtur enim res in ſpeculo per ſui imaginem, ſi ergo dicamus quòd memoria ſit ſolius obiecti repreſentati per imaginem, quid ſequitur? Dico, dicit Ariſt. abſurdum videtur, ꝙ virtus memorandi ſit eius, quod non ſentitur in ipſa, & non ſit eius, quod ſentitur in ipſa, quod autem ſentitur in ipſa eſt imago, quod non ſentitur in ipſa eſt res ſenſibilis, & ita abſurdū eſt, quòd memoria ſit obiecti quod eſt extra ipſam, non imaginis quæ in ipſa ſentitur, intuetur enim imaginem præſentem non rem ſenſibilem abſentem in ipſa memoria, quæſtio ergo pro vtraque ſui parte difficilis eſt. Reſpondit & ſoluit dubium, dico inquit Ariſt. quòd memoria eſt vtriuſque, & imaginis & ipſius rei ſenſibilis ſimul repreſentatæ per ſimulachrū, ſed diuerſimode, & declerat exemplo, quia ita eſt de memoria inquit Ariſt. vt de viſu, viſus autem ita ſe habet, quòd intuetur imaginem vt picturam leonis, quam duobus modis concipere poteſt, primo picturam illā in ſe vt deceter factam, & ſic comprehendit ipſam ſecundum ſe, aut poteſt comprehendere ipſam vt imaginem leonis, ita imagines rerum ſenſibilium in memoria dupliciter conſiderari poſſunt, vnomodo vt res quædam in ſe ſunt, & obiecta, allomodo vt imagines rerum ſenſibilium, ſi vt res in ſe ſunt, conſiderentur, dico hoc pacto, habent illæ imagines rationem alicuius ſpeculabilis, & eorum contemplatio appellatur imaginatio, & vltra inquit virtus contemplans appellatur imaginatiua. i. phantaſia, ſi vero conſiderentur hæ imagines non vt res in ſe, ſed vt imagines ſunt rerum ſenſibilium, non habent rationem ſpeculabilis, ſed memorabilis, & virtus comprehendens eas non eſt imaginatio ſed memoria, & earum ſpeculatio & contemplatio dicitur memoratio, ita ergo memoria eſt obiecti, & imaginis ſimul, non quidem imaginis ſecundum ſe, ut eſt rei ſenſibilis, quid velit dicere Ariſt. obſcurus eſt, videbitis in ſequentibus, verba enim obſcuriſſima ſunt, iſta ergo eſt ſolutio dubitationis, quòd verum eſt, quòd memoria ſit per impreſſionem ſimulachri rei ſenſibilis in memoria, & illud ſimulachrum comprehenditur vt obiectum, & imago rei ſenſibilis à memoria tamen non comprehenditur vt obiectū, & ut res quædam in ſe, ſed ut imago eſt, & ſimulachrum rei ſenſibilis, vt eſt de imagine leonis inſpectata ab homine, ſi ergo conſideretur ut res quædam, & ut obiectum ſic non apprehenditur à memoria, ſed ab imaginatiua. i. à phantaſia, ſi vero conſideretur vt eſt imago leonis ſic apprehendit à memoria. *Erit enim utiq;.* hæc verba non referuntur ad immediatè dicta, ſed ad ſuperius dicta, vbi dicebatur, ſi dicamus quòd memoria ſit ſolius imaginis, ſequitur quòd ſenſus viſus, & auditus erit memoria, nedum ſenſus communis, ſicut ergo memoria in abſentia per ſimulachrū apprehendit, ita erit & viſus, & auditus ſenſibilis abſentis, quod eſt falſum, quia non operantur ſenſus particulares niſi cum præſentia ſenſibilium. *Et ob hoc aliquando neſcimus.* bene aduertatis omnia iſta verba, quia ex hac dubitatione intendebat nobis reddere diffinitionem memoriæ, inuenta perfecta diffinitione memoriæ, quia ex dictis hęc erit diffinitio ipſius memoriæ, memoria eſt habitus phantaſmatis. i. permanentia phantaſmatis in memoria ſecundum ꝙ phantaſma eſt, & ſimulachrum, ideo quia intendebat ex prædicta dubitatione venari diffinitionem memoriæ, & ex diffinitione inuenta diſſoluuntur omnes dubitationes contingentes circa diffinitum, ita ergo Ariſtote. ex ſolutione dubitationis, ex qua poſſumus elicere diffinitionem memoriæ, vult diſſoluere duo problemata, ſeu duas quęſtiones contingentes circa memoriam & actum ipſius, prima quæ habet tres partes, ſeu tria membra, primum problema proponit ibi in textu *& ob hoc aliquando*; cur eſt, quòd aliquando homo memoratur, & dubitat ſe memorari, aut neſcit, ſecundo, aliquando recordatur, & ſcit ſe recordari, aliquando non recordatur, & tamen putat ſe recordari, primum membrum eſt hoc, quòd quis re vera recordatur dubitat tamen, vel neſcit ſe recordari, & quando eſt hoc? facillimè declarari poteſt, ſicut ego didici tempore iam dudum elapſo à præceptore, ꝙ omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, reſeruaui ſimulachrū harum rerū in memoria, & per hęc hodie recordor, & repeto, quòd triangulus habet tres, dubito tamen ſum, nunquid prius didicerim hanc concluſionem à præceptore, an ex me ipſo nunc inuenerim talem ſpeculationem per demonſtrationem? inquit Ariſt. iſte recordatur, dubitat tamen, & neſcit ſe recordari, recordatur enim, vt patet, ambigit tamen ſe recordari, quia ambigit, nunquid hoc prius à præceptore didicerit, an per ſe inuenerit hoc inuentum. Aliquando autem aliquis recordatur, & ſcit ſe recordari, ſicut in propoſito exemplo, ſi quis longa inueſtigatione facta tandem deuenerit in cognitionem huius, quod multo ante didicerit hoc à præceptore, & ſcit ſe non habere hanc notitiam ex ſe, ſed ipſam habuiſſe in tem

pore

pore præterito, vt in tempore præterito recordatur, quia hoc iam præteritum est, & scit se recordari, quia scit se prius illud didicisse. Aut tertio non recordatur, sed putat se recordari, ut quado quis videt Socratem de nouo, aut audit, putat tamen se prius vidisse, aut audiuisse, cum tamen neque alias viderit aut audierit Socratem, in casu putat quis recordari & non recordatur re vera, quia in præterito non habuit re vera hanc notitiam, quia tamen putat se vidisse in præterito, aut audiuisse Socratem loquêtem putat se recordari cum ipsum videt, exemplum inquit Arist. sicut accidit Antipherôti Oreitæ siue Oreitano, & quid accidit? de hoc autem & Arist. iij. lib. Metheororum dicit, & hic Michael Ephesius citat verba Alexandri ex tertio Metheororum putabat iste cum non recordaretur recordari se vidisse ea, quę videbat, cum tamen non recordaretur re vera, qa omnes homines quos videbat putabat se prius vidisse, cum tamen non vidisset, ideo putabat se recordari, cũ tñ non recordaretur, & Michael reddit cãm huius ex Alexãdro, & fuit causa sumpta ex Arist. s. ob debilitatem visus aliud exemplum affert Arist. dicens, sicut accidit his, qui patiuntur ecstasim. i. egresionem à se ipsis, aut alienationem mentis, possunt autem homines pati alienationem mentis dupliciter, aut ex vehementi pasione corporis, vt ex ebrietate & timore, & ob vehementem cœlestium speculationem, & ista est quasi veluti quædam abstractio animæ à corpore, quemadmodum dixit Dyonisius in lib. de hierarchijs cœlestibus, accidit autem his quòd quæ vident & sentiunt putant se aliàs vidisse & sensisse, & sic cũ isti non recordentur putant se recordari, hoc ergo & Antipheronti accidit, & his qui ecstasim patiuntur, ꝙ putant se recordari cum tamen non recordentur, & quæ causa huius? reddit causam Arist. obscurissimam tamen, & si vos intelligetis bene erit, ego non intelligo, reddit ergo causam primi, secundi, & tertij mẽbri, & dicit, ꝙ est vna causa eadem primi & tertij mẽbri, primi quidem. s. quidam, qui recordatur, dubitat & nescit se recordari, & causa est ista, quia vtitur simulachro rei sensibilis, non vt simulachro rei sensibilis, sed vt res quædam, & obiectum est, ideo re vera cum recordetur dubitat se recordari, aut nescit.

Sed tu dices quomodo? intelligatis vos, hæc eadẽ est causa tertij membri, sed domini hæc sunt verba, vbi dicit, quidam cum non recordentur putant tamen se recordari, hoc ideo est, quia vtuntur simulachro rei sensibilis recepto non vt simulachro, sed vt quodam obiecto, & re in se, & quomodo fit istud? quomodo vos potestis intelligere, de hoc erit difficultas, causa secundi membri inquit Arist. s. quòd sæpè homo recordetur & sciat se recordari, est, quia vtitur simulachro reseruato in memoria, nõ vt res quędam, sed vt simulachrum rei sensibilis, & ex hoc vult habere, quòd memoria est habitus simulachri rei sensibilis vt simulachrum est, non vt res quædam, hoc est primum problema habens tria membra, quod nobis soluit Arist. si solutio sit ea, quam adduxit, secundum problema inquit ipse est, quòd cogitationes meditationes dicit tex. conseruant memoriam verbum græcum dicit μελέτη. i. crebra cogitatio eiusdem rei conseruat memoriam eiusdem rei & auget, & exemplo inquit Michael hoc manifeste patet sicuti, ex actibus virtutis moralis generatur habitus quidam, ex actibus enim dandi cum oportet, quot oportet, & cui oportet, generatur habitus liberalitatis, fit enim habitus ex frequentatis actibus, qui difficile remouibilis est, ita ex actibus meditandi generatur habitus quidam memoriæ, ideo dicit Michael, aliqui dixerũt ꝙ memoria nihil aliud est nisi repetita cogitatio in phantasia, nihil aliud est nisi repetita cogitatio in phantasia, quia ex repetita cogitatione conseruatur & augetur memoria rerum, ideo inquit ipse senes tenaciori memoria tenent ea, quæ diu didicerũt & viderunt, quã ea, quæ modo vident, quia ex siccitate organi difficilis fit impresio simulachrorum eorum, quæ modo vident, absentium vero & præteritorum habent facilem memoriam, quia illarum rerum habuerunt crebram cogitationem, ita ergo inquit Arist. meditationes. i. frequens meditatio rei conseruat illius rei memoriam, cuius habetur frequens meditatio, & tũc epilogat Arist. quia finis est sermonis de memoria, dicens ex his patet quid sit memoria & actus eius, memoria enim est habitus phantasmatis, ex hoc loco deceptus fuit Drusianus longo errore. i. permanentia phantasmatis non vt res quædam, sed ut est imago rei sensibilis, omisi vnum, quod in secundo problemate dicit Arist. quòd frequens cogitatio conseruat memoriam, & hoc dicit Arist. si simulachra, quæ in cogitatione repetuntur sumantur ut simulachra rei sensibilis, non vt res quædam, aliter non esset verum quod diximus. Secundo patet cuius partis animæ sit memoria, quia partis sensitiuæ per se solum est memoria, quidquid dicant Theologi, partis autẽ intellectiuæ non nisi per accidens ratione sensuum, & vltra nedum patet cuius partis animæ, sed cuius potentiæ sit memoria, & cuius dicit sensus communis, vos videtis quomodo Arist. appellat memoriã pasionem sensus communis aliquando phantasiam appellat, & hoc ideo est, quia hæ virtutes secundum Arist. non distinguntur, & vtuntur (secundum ipsum) eodem instrumento, primo corde. s. & qualibet parte cordis, confusæ enim sunt hæ virtutes in corde, distinguntur autem ex operibus, & etiam ex instrumento secundario quo vtuntur spiritu. s. animali, quia alio spiritu animali eget, sensus enim communis eget spiritu genito in anteriori parte cerebri, phantasia vero spiritu completo in media parte cerebri, memoria autem vtitur spiritu genito in posteriori parte cerebri, & hinc est quòd læsa ea parte, læditur memoria, læsa autem media parte cerebri offenditur phantasia, læsa autem anteriori parte læditur sensus communis, pendent ergo hæ virtutes secundario à cerebro, et hoc est quod voluit Arist. secundo de partibus animalium, non enim solui posset argumentum Galeni aduersus Arist. quomodo si hæ virtutes sunt in corde, applicamus tamen remedia cerebro, cum operationes harum virtutum lędantur, nam dicebat Galenus, quod etiam fatetur Arist. ꝙ mania, quæ est phantasiæ est pasio cerebri, quomodo

modo ergo in corde est phantasia, fit enim mania in ardentissima febre ascendentibus spiritibus nimiũ super, calefactis à corde ad cerebrum, & cum nõ possit eorum excedens caliditas contemperari, non possunt fieri spiritus apti pro operatione phantasiæ, & caussatur maniaca passio. Sequitur examen in quo sum pulchra dicturus vobis nisi sitis impatientes.

Lectio VI.

IN externa lectione sunt dubitationes circaliterã, prima est dubitatio circa verba Arist. quia dixit ꝙ virtus memoratiua in actu memorandi non utitur phantasmate rei sensibilis, vt res quædam est, sed vt imago rei sensibilis. Est dubitatio, quia si virtus memorandi in actu suo vtitur phantasmate non secũdum se, sed ut imago rei sensibilis, omnis ergo actus memoriæ est reflexus super imaginem s. reseruatam rei sensibilis, non habet ergo operationem suam memoria absque hoc quòd reflectatur super imaginem existentem in ipsa, quod falsum esse experientia patet, quia quilibet experitur in se ipso, quòd habet memoriam alicuius, s. patris præteriti nulla adhibita cõsideratione imaginis reseruatæ ipsius patris, quomodo ergo dicit Arist. ꝙ memoria in actu memorandi vtitur phantasmate, non vt res quædam est, sed vt imago rei sensibilis.

Secunda dubitatio est, quia ex verbis Arist. sequitur ꝙ memoria erit siue comprehensione temporis præteriti, quia si memoria vtitur ad memorandum simulachro reseruato in re ipsa, hic nullum intercidit tempus, erit ergo memoria sine præteriti temporis comprehensione, cuius oppositum determinatum est supra secundum Arist.

Tertio & fortius, quia inquit quòd sensus potest vti simulachro rei sensibilis reseruato, aut in eo quod res quædam est, & sic est virtutis imaginatiuæ, aut in eo quòd imaginatio est rei sensibilis, & sic est memorię, hoc videtur falsum, nullo. n. modo potest vti memoria aut sensus communis, aut phantasia imaginatione, vt res quædam in se, quia illa imago secundum se non potest absolui ab illa significatione, ideo non potest apprehendi quin apprehendatur vt imago, quia ex sui natura significat rem, cuius est imago, differũt enim intentiones, seu termini vocales, & scripti ab intellectualibus, quia vocales & scripti sunt ad placitum, intellectuales vero non sunt ad placitum, ista enim vox homo taliter hominem significat, quòd potest significare aliam rem, conceptus tamen & simulachrum ipsius hominis aliud significare non potest. Dico de primo, quia difficiles sunt dubitationes, quòd re vera si verba Arist. secundum superficiem intelligantur vnde falsa, nec apparet quomodo dubitationes has euadere possit, sed iste videtur sensus verborum Arist. quia Aristoteles ad hoc proposuit dubitationes, vt ostenderet quòd memoria non erat rei præsentis, sed præteritæ, & ideo cum dicit, ꝙ memoria in actu memorandi utitur imaginatione rei sensibilis, vt imago est, non ut obiectũ, vbi videtur innuere actum reflexum ipsius memorię, ita ꝙ non possit fieri actus memorandi, nisi fiat reflexio super imaginatione reseruata in memoria, cuius oppositum ostensum est, videtur hic sensus, ꝙ sensus communis, qui & phantasia & memoria appellatur, non enim differunt, sed sunt vna & eadem res in corde, solum opere & ratione distinctæ ut rectè dixit Michael, & Alexan. & Themistius, ideo modo dicit Arist. ꝙ memoria est actus sensus communis modo phantasiæ, quia sunt vna uirtus, & cor est primum organum harum virtutum, non dico secundum diuersas partes cordis, sed secundum eandem partem, dixi tamen, quomodo utuntur spiritu animali genito in diuersis partibus cerebri, & ita uidebatur esse organum harum uirtutum, sicut etiam voluit Arist. secundo de partibus animalium, aliter enim non possent solui rationes Galeni aduersus Arist. quomodo læsis his uirtutibus remedia cerebro apponerentur. Dico ergo ꝙ iste uidetur sensus uerborum Arist. ꝙ sensus communis imagine reseruata bifariam vtitur, vnomodo, vt est imago rei sensibilis representans rẽ sensibilem sine tempore, & sic absolute ipsam apprehendit in nullo tempore determinato, & talem apprehensionem appellat Arist. apprehensionem imaginis, vt res quędam est, ut sic, eius non est memoria, quia representat sine tempore, vt sic ergo, hoc simulachrum non est memorię, sed phantasię apprehendere. s. rem ipsam per imaginem sine tẽpore prędterito, non enim est operatio memoriæ nisi cum pręterito qua prętentum est, aliomodo potest illud simulachrum sumi, vt representat res sine tẽpore prędterito, & sic spectat ad memoriam, ut dicit Arist. vertitur enim memoria circa preteritum, & hoc est accipere simulachrum rei sensibilis sub tempore prępterito, nescio aliter soluere, si vos scietis melius respondere, dicatis, & mihi placebit, quia sic concedo quòd possit esse actus memorię sine reflexione, quomodo ergo dicit Arist. quòd si apprehenditur simulachrũ vt simulachrum rei sensibilis. i. vt in tempore prępterito, non apprehendit autem ipsum ut res i. ut in nullo determinato tempore, eodem pacto dissoluitur secunda dubitatio, quia dicebatur poterit, ergo esse memoria per speciem reseruatam sine comprehensione temporis, si fit memoria ex hoc quòd utitur simulachro rei sensibilis, vt simulachrum est, dicebãt hic nullum intercidit tempus, fiet ergo actus memorię absque temporis apprehensione, quod non est dicendum ex supradictis, iam exposuimus, quòd iste est sensus verborum Arist. actus memorię est quando sensus communis apprehendit simulachrum rei sensibilis sub tempore prępterito, non quòd uelit fieri actũ memorię per solam simulachri comprehensionem, & ita soluitur tertia dubitatio, quia dicebatur nõ potest absolui à suo significato imago illa, suum autem significatum est representare rem, cuius est imago, quomodo ergo potest sumi imago, ut non imago, sed vt res quędam, iam diximus quòd illę non est sensus verborũ Arist. sed iste, quòd põt apprehẽdi illud simulachrũ absolutè, ut ĩ nullo determinato tpe.

Secunda dubitatio est valde difficilis, quia inquit Arist. in primo problemate in primo membro, quòd homo aliquando memoratur, & tamen dubitat se memorari, aut nescit, sicut in exemplo suo, multo tempore ante didici hanc propositionem à præceptore, ꝙ omnis triangulus habet tres, & hodie iterum speculor hanc propositionem; dico ipsius recordari, quia multo tempore ante ipsam didici, dubito tamē & nescio, nunquid istam notitiam de nouo ex me habeam, an prius à præceptore acceperim, est dubitatio; quia non videtur verum quod dicit Arist. ꝙ quis dubitare posit, & dubitet se recordari, quia nō videtur quòd talis homo recordetur, quia recordatio præsupponit duas apprehensiones eiusdem rei inter quas cadit tempus intermedium, & cum hoc apprehendatur illud tempus præsens, hic vero inter primā & secundam apprehensionem nullum tempus intercidit, quod apprehendatur, imò dubito nunquid tempus interciderit, ita quod hanc notitiam prius à præceptore acquisiuerit, an sit nouum inuentum ipsius, quomodo ergo recordatur iste homo?

Secunda dubitatio est in tertio membro, quia dicebat aliquando quis non recordatur, putat tamen se recordari, sicut accidit, qui Ecstasim. i. alienationē mentis patiuntur ex passione corporis, vt ex timore, aut ex ebrietate, aut sicuti dicebat ille ex fotu imaginatione, sicut accidit his patribus, qui res diuinas cōtemplantur, ecstasim enim patiuntur, apparet enim separari anima à corpore, & do exemplum sicut ego nunc video Socratem de nouo, puto tamen me prius vidisse illum, non recordor tamē, cum re vera prius non viderim, vt dicebat Arist. quia non recordatur, putat tamen se recordari, sicut accidit his qui ecstasim patiuntur ex aliqua dictarum causarum, sicut etiā accidit Antipheronti Orcitano. i. ex Oreto ciuitate Euboæ, & quomodo hoc est verum, causam reddit Arist. dicens quòd ista erat causa, quia vtuntur simulachro rerum sensibilium, nō vt simulachrum est, sed vt res quædam, quo nam pacto contingit ꝙ ebrius non recordetur, putet tamen se recordari, ex hoc ꝙ simulachra rerum sensibilium non vt simulachra apprehendit, sed vt res quædam. Est alia dubitatio in alio exemplo de Antipheronte Orcitano, de quo loquens Arist. dixit hoc idem. s. non recordari, & putare se recordari, accidit Antipheronti, quia putabat omnia, quæ videbat alias se vidisse, & sic putabat se recordari, cum tamen non recordaretur, causam attulit Michael ex tertio Metheororum ex Alexandro, quæ tamen fuit causa Arist. ibidem. debilitas s. visus, sed quomodo per imbecillitatem visus potest accidere hoc Antipheronti, quòd ea quæ nunquā vidit putet se alias vidisse, & sic cum non recordetur, putet se recordari, & quia nō accipiebat simulachra rerum sensibilium, vt simulachra rerum sensibilium, sed vt res, quomodo ergo vtrunque verum est, scilicet quòd hoc fit aut ex debilitate visus vt tertio Metheororū, aut quia non apprehendebat simulachra, vt simulachra rerum sensibilium, sed vt res quædam, vt hic dicit. Vlterius est dubitatio, quia hoc idem est causa primi membri, dixit Arist. eandem enim causam attulit tertij & primi membri, quod fuit, ꝙ quis recordatur, & dubitat se recordari, & quæ est causa huius, dixit Arist. hoc ideò est, quando quis vtitur simulachris rerum sensibilium non vt simulachra sunt, sed vt res quædam, dicis tu, quomodo potest esse in primo & tertio membro eadem causa, cum contraria sint, ex eadem enim causa dicis sequi eundem effectū, si in tertio membro sequitur, quòd quis putet se recordari cum tamen non recordetur, quia non vtitur simulachro rei sensibilis vt simulachro, quomodo poterit esse, quòd causa quare quis recordet & dubitet, aut nesciat se recordari, quod est oppositum tertio membro quòd sit eadem causa, quia. s. talis non vtitur simulachro rei sensibilis, vt simulachrum est, sed vt res quædam. Item est alia dubitatio in diuisione Arist. quia ponit problema, quod habet tres partes, seu tria membra, omisit Arist. quartum membrum; primum fuit, quando quis recordatur, & dubitat se recordari, secundum quando quis recordatur, & scit se recordari, tertiū quando quis non recordatur & putat se recordari, & aliud est non putati se recordari, illud enim est quoddā positiuum, hoc autem priuatiuum, dicam ad hoc vt sentiam, uos etiam melius cōgitabitis, & si melius inueneritis, ego sum contentus. Quod dicimus de primo, quia in primo membro dicit Arist. quòd quis recordatur tamen dubitat, & nescit se recordari, ut dicimus in exemplo Arist. iste q recordatur & dubitat se recordari non apprehendit iteratas eiusdem rei apprehensiones, nec tempus intermedium inter illas duas apprehēsiones, & ita nō videtur recordari, quia non dicitur quis recordari, nisi de eadē re iteratas habuerit apprehensiones, inter quas mediauerit tempus medium, quod etiam apprehensum sit, possumus dicere quòd talis homo apprehendit tempus, dubitat tamen an re vera ceciderit tempus intermedium, & ita non est vera recordatio, sed actus quidam similis recordationi, quia recordatio vera est, quando apprehenditur tempus intermedium, & ita hic cum certe non apprehendatur tempus intermedium, non debet dici recordari vere, sed tantum similem habere actum alicuius recordationis. Quod dicimus de tertio membro, quando quis non recordatur putat tamen se recordari, sicut accidit Antipheronti, quia Antipheron putabat omnes res quas videbat se prius uidisse, ideo putabat se recordari, cum tamen non recordaretur, & hoc ipsi contigisse dixit Arist. propter imbecillitatem uisus, quæ causa huius? ꝙ Antipheron omnes quos videbat prius se uidisse putabat, & sic cum non recordaretur putabat se recordari. Michael hic adduxit uerba Alexandri ex tertio Metheororum, & sunt uerba Aristot. uerum est quòd ibi non dicit Arist. ꝙ putaret Antipheron omnia quæ uidebat se prius uidisse, sed dixit quòd Antipheronti semper uidebatur ante ipsum ambulare hominem opposita facie, & dixit Arist. causam istius passionis. s. ꝙ ipsi uideretur homo opposita facie semper ante ipsum ambulare, erat debilitas uisus, sed problema, quod hic quærit Arist. non est illud problema, quod ibi quæsiuit, non dissoluit ergo problema Michael, neque aliud problema

blema soluit, & summam exemplum Arist. ibidem, vbi dixit quòd Antipheronti videbatur quòd ante ipsum semper ambularet homo opposita facie, causa huius (inquit Arist.) fuit debilitas visus, quomodo hæc passio accideret Antipheronti ex debilitate visus, vera causa est ea, quam ibi attulit Alex. & fortasse hoc etiam voluit dicere Arist. non enim illam causam Arist. acceptauit, & Antipheronti accidit (inquit Alexand.) sicut sæpe contingit homini, qui viderat muscas volantes aut stantes ante oculos variorū colorum, habes enim de imaginibus apud medicos, cuius imaginis visio prouenit, quando ascendunt humores & vapores melancolici ab infima parte ad superiorem, qui per pupillam transcendentes inficiunt pupillam eo colore cuius sunt, similiter si stent, eodem colore ipsam afficiunt, quo ipsi affecti sunt, ita dixit Alex. Antipheron patiebatur quendam humorē circa pupillam ipsius oculi. i. patiebatur suffusionē, quā isti catharactam appellant, qui humor quiescens in pupilla erat figuratus figura humana habente faciē è regione oppositam propriæ faciei, ideo representabat ille humor hominem semper ambulantem opposita facie, & propter hoc dixit Arist. accidere hanc passionem Antipheronti propter debilitatem visus, quia. s. alter ipsius oculus suffusionem patiebatur figuratam figura humana. Sed tu dices quomodo ex ista causa poterat putare Antipheron omnia quæ videbat se prius vidisse, & ita putare se recordari, cuius non recordetur, Dico rectè ex hac causa poterat Antipheron ea quę videbat putare se prius vidisse, nō tamen hoc verum est de omnibus visis ab ipso, sed tantum de hominibus, quos videbat, quia ex quo ille humor sub effigie faciei humanæ hominem representabat, cum multo tempore illa effigies egerit in oculum & in sensum communem impressit sui simulachrum in sensu communi, quod reseruatum fuit vna cum simulachro temporis præteriti, in quo toties iā illa effigies mouit & oculum & sensum communem, & quoties illud simulachrum imaginis mouebat Antipherontem, ita & simulachrum temporis præteriti, in quo iam illud simulachrū impressum fuerat, mouebat sensum communem, econtrario vero in oculo sano cum videbat Socratem aut quempiam alium hominem, cuius simulachrum per illum oculum ad sensum communem deferebatur, putabat se illum prius vidisse, ex hoc quia simul & vna cum simulachro Socratis nunquam nisi in tempore præterito mouentis sensum communem per oculum mouebat, & sensum communem simulachrum temporis præteriti, in quo facta est impressio simulachri faciei existentis in humore vna cum simulachro illius faciei, simul enim sunt illa duo simulachra, ideo cum vnum mouet sensum communem & alterum sicut contingit in canibus arte edoctis, qui tempore præterito ob carnis commestionem verberati sunt, & ita in ipsis reseruata sunt duo simulachra carnis. s. & verberum, ideo si quis postmodum offerat eis carnem, abstinent, quia cum simulachro carnis sensum ipsius mouente mouetur etiam simulachrum verberum & fortius, ideo à carne abstinent, ita in proposito contingit, cum simulachrum Socratis mouet sensum communem per oculum sanum, vna etiam & simulachrum faciei existentis in humore, & simulachrum temporis præteriti, in quo facta est impressio simulachri illius faciei mouent sensum communem, & ita faciunt Socratem apprehendi vt eum, qui alias apprehēsus sit, hinc ergo patet, quomodo ex ista causa sequatur, ꝙ omnes homines quos Antipheron videbat, putabat se prius vidisse, sed tu dices, quod dicemus de patientibus ecstasim & ebrijs, quomodo verificabitur exemplum Arist. quomodo apprehendunt præsentes res sub tēpore præterito, ita quòd putent ea quæ vident se prius vidisse? Dico ista videtur causa, quòd isti qui vehementem ecstasim patiuntur, aut ex passione corporis, aut ex ebrietate, aut ex forti speculatione, humores istorum sunt in cōtinuo motu, ideo sicut sunt in motu humores & simulachra rerum sensibiliū apprehendunt, ita etiam apprehendunt motum proprium, apprehenso motu apprehēdunt tempus, ideo quæcunque sensibilia eis offeruntur in tempore, & sic omnia quæ vident putant se vidisse prius. Quod dicimus quo pacto Arist. non exprimit illam causam, sed sola aliam, dicens, ꝙ hoc ideo accidit vt Antipheronti, & his qui ecstasim patiuntur, quia nō apprehendunt simulachra rerum sensibilium, vt simulachra sunt, sed vt res quædam, dico, iam exposui quomodo Arist. intelligat vsum simulachri rei sensibilis, vt res quædam, & vsum simulachri vt simulachrum absolute tamen, & non in determinato tempore. Secundo intelligit, cum simulachrum apprehenditur ut simulachrum, & cum hoc ut in tempore præterito. De quarto membro, quia datur quartum membrū, quod omisit Arist. dico re vera omisit, sed videtur comprehendisse ipsum sub primo, quod dicit aliquando aliquis recordatur, & dubitat se non recordari, istud quartum dicit quis recordatur & non putat se recordari, differt autem hoc ab illo, quia illud dicit quid positiuum, hoc autem quid priuatiuum.

Lectio VII.

DISSOLVI vobis illam dubitationem, quæ erat in tertio problemate Arist. de Antipheronte, & de his, qui patiebantur ecstasim, qui cum non recordarentur putabant tamen se recordari, quia vt dixi de Antipheronte, satis diximus quomodo putabat se omnes homines vidisse prius quos videbat, & hoc ideo contingebat, dixit philosophus tam Antipheronti, quàm his, qui ecstasim patiuntur, quia vtebantur simulachris rerum sensibilium, non ut simulachra sunt, sed ut res quædam, sed hic est difficultas, quomodo dicat Arist. quòd causa huius est, quia vtūtur simulachro rei sensibilis non ut est simulachrum, sed ut est res quædam, ego exposui, ꝙ uti simulachro rei sensibilis, ut res quædam est, est uti simulachro rei sensibilis, vt præsens est representans rem sensibilem ut præsentem, uti uero simulachro, ut simula-

chrum

chrum est rei sensibilis, est uti illo quatenus represen tat nobis rem sensibilem in tempore præterito, huic responsioni videtur obstare, quia Antipheron de omni homine, qui præsens erat, & nunquam alias fuit, videtur recordari, cum non recordaretur, quia apprehendat ipsum per simulachrum temporis præteriti mouentis sensum, vt visum in tempore præterito, ideo putabat se recordari cũ non recordaretur, apprehendebat, ergo illud simulachrũ, non vt res quędam, sed vt simulachrum, quod ostendo, quia apprehendere aliquod simulachrum rei sensibilis, vt est simulachrum, est apprehendere vt in tempore præterito, & sic fit hic per Arist. quomodo ergo dicit qd Antipheron putat, se recordari, & non recordatur, quia vtitur simulachro rei sensibilis, non vt simulachrum est, sed vt res quædam, dico ego cogitans, nõ video adiumentum ab expositoribus, nec à Michaele nec à Themistio, neque ab his Latinis, nisi tãtum nugas, ex verbis solum Alexandri tertio Metheororum possumus adiuuari, possumus ergo dicere, ꝙ re vera omnis homo, qui representabatur Antipheronti, representebatur, ac si eum vidisset prius, & sic simulachrum representebatur sub tempore præterito, & sic vtebatur simulachro Antipheron, vt simulachrum est, non vt res, dico hoc verum est, sed per accidens representabat sub tempore præterito, qa erat comunctum eum simulachro illius faciei, quod representat sub tempore pręterito, dico ergo, quòd simulachrum cuiusuis hominis erat quædam res in se ut præsens, & vt res representabatur, per accidens tamen representabatur vt in tempore præterito ex coniunctione sui simulachri cum simulachro faciei existentis in humore & tempore præterito.

Erat tertia dubitatio super secundo problemate, quia Arist. dixit ex diffinitione ista memoriæ soluetur aliud problema, cur est quòd ex meditationibus, idest (exposuimus) ex erebra cogitatione eiusdem rei conseruatur memoria, & dixit quæ frequens cogitatio conseruat memoriam, si accipiamus simulachrũ vt simulachrum est, non vt res quędam, est dubitatio quia qualitercunque sumatur illud simulachrum semper talis crebra cogitatio conseruat memoriã, quia ex iteratis actibus fit habitus, dico re vera ita est, qualitercunque accipiamus simulachrum, semper ex crebra eiusdem meditatione conseruatur memoria, cur ergo dixit Arist. quòd si accipiatur ut simulachrũ conseruat memoriam, dico quia vt simulachrum, est obiectum memoriæ, non vt quædam res est.

Quarta & vltima dubitatio est, quia diffiniens memoriam dixit est habitus phantasmatis, phantasmatis dico, non vt res quædam, sed ut simulachrum est rei sensibilis, hoc non videtur verum, quia virtus est habitus, memoria non est virtus, quia virtus proprie dicitur moralis, ergo memoria non est habitus, etiã habitus phantasmatis spectat ad phantasiam, quòd si per Arist. spectat etiam ad memoriam, non ergo distinguentur aliquomodo memoria, & phantasia ab inuicem. Dico de primo iste est sensus verborum Arist. dimittamus verba, memoria est virtus conseruans simulachra rerum sensibilium, quæ representant sub tẽpore præterito, memoria vero habet duas operationes, vnam, quæ est cõseruare simulachra, & apprehendere ipsa quatenus representant res sensibiles sub tempore præterito, dixit habitus phantasmatis, dico habitus. i. permanentis phantasmatis, ò, phantasmata spectant ad phantasiam, dico sunt vna & eadem virtus & memoria, & phantasia, vt dicunt Michael & Themistius & Alexand. & sunt omnes in corde secundum Arist. in cerebro autem secundum Galenum. His omissis reuertor ad totum cap. in quo sunt pulcherrimæ & difficiles dubitationes, prima dubitatio est, quia virtutes animæ prima diuisione distinguntur per actiuam & passiuam, tertio de animæ dixit Auicẽ. virtus actiua est cuius operatio est actio vt sunt virtutes loco motiuæ, passiuæ vero cuius operatio est passio, vt sunt oẽs virtutes sensitiuæ, quæritur ergo nunquid hæc virtus, cuius est memoria sit virtus actiua, an passiua? hic est triplex modus dicendi Latinorum expositorum, primus est Ioannis Gandauẽsis quòd hæc virtus est passiua, quia declaratum est secundo de anima ab Arist. quòd omnis virtus sensitiua est virtus passiua, quia eius operatio est sentire, sentire autem est pati, cum ergo memoria sit virtus sensitiua interior erit virtus passiua. Contra istum modum insurrexit Drusianus secundo artis med. commen. 17. quòd nõ sit virtus passiua, sed omnino virtus actiua ipsa memoria, duobus argumentis, primo inquit ipse, quia si hæc uirtus debet appellari passiua, hoc ideo esset, quia acciperet & conseruaret simulachrum, sed hæc non est ratio memoriæ, & operatio ipsius propria est apprehendere præteritũ qua præteritum, apprehendere autem præteritum qua præteritum, non est, nec recipere simulachrum, nec ipsum conseruare põt, non potest ergo poni memoria uirtus passiua, sed actiua uirtus ponenda est. An memoria sit virtus actiua an passiua.

Secundo, quia recipere & conseruare simulachra est operatio phantasiæ, quia nil aliud est conseruare simulachra, nisi detinere & continue intueri ipsa, ut utar uerbis ipsius, ista ergo operatio non est memoriæ, non ergo debet poni memoria uirtus passiua, & conseruatiua simulachrorum ex sui ratione, ideo aliter dicit ipse, ꝙ uirtus hæc actiua simpliciter est, quomodo? dicit ipse appellatur uirtus actiua memoria, quia est renouatiua, aut reformatiua actus iterati de eadem re, vt ego prius apprehendi Socratem, postea intercidit tempus rursus habeo cognitionem de Socrate, virtus illa, quæ reiterat cognitionem Socratis appellatur memoria, hæc operatio est illa, quæ appellatur operatio memoriæ, prius ergo per phantasma habui cognitionem Socratis, postea intercidit tempus, iterum apprehẽdo Socratem, ista operatio, quę est reiterata cognitio Socratis est operatio memorię, sed tu dices quomodo renouatur iste actus, & ista cognitio Socratis à quo? dicit, ꝙ simulachrum prius impressum in phantasia representat Socratem phantasiæ obliterat illud phantasma, antequam autem obliteretur, relinquitur in phantasia habitus quidam, uirtus autem ista memorandi cum isto habitu regenerat habitum considerandi Socratem, & ista cognitio recordatio appellatur, & uirtus talis est memoria, est

ergo

ergo virtus actiua, quia renouaret actum, & cognitionem mediate habitu derelicto, obliterato phantaſmate, innititur hæc opinio verbo Ariſtotelis, qui dixit φ memoria erat habitus phantaſmatis, non ut obiectum, ſed vt ſimulachrum rei ſenſibilis, ſed aduerſus iſtam opinionem facile demonſtro, cum hoc quòd noua opinio eſt falſa, & domini opiniones iſtę nouæ vt plurimum falſæ ſunt, cum tot præterierint, fere impoſsibile eſt, quòd ab ipſis opiniones ſi veræ fuiſſent nõ fuiſſent adductæ, primo quia apud Ariſt. ſecundo de anima ſenſiua vniuerſaliter eſt virtus ſimpliciter paſsiua, quia operatio ſenſus ſimpliciter eſt ſenſus, ſentire autem eſt pati, cum ergo memoria ſit virtus ſenſitiua erit virtus omnino paſsiua.

Secundo, quia hæc opinio ponit quòd memoria mediante illo habitu generetur, & renouet in ſe ipſa cognitionem Socratis, quod aduerſatur Ariſtot. tertio & octauo Phy. vbi dixit nihil mouet ſe ipſum primo quauis motione nec partialiter nec ſecundũ totum, nec reali, nec ſpirituali ex ratione Ariſtotelis octauo Phy. quia idem ſimul eſſet in actu & in potentia reſpectu eiuſdem, actu vt mouet, in potentia vt recipit, iſta potentia reſpectu eiuſdem eſſet in actu & in potentia, in actu vt cauſat illam motionem, in potentia vt recipit, ò, de voluntate, dico ipſa nõ mouet ſe ipſam, eſt.n. paſsiua virtus, & actus ſuus dependet ab alio, quomodo ergo eſt libera? iam declaratum quomodo libertas non ſit ex parte voluntatis, ſed intellectus, ſi ergo ratio Ariſtotelis habet ibi vigorem, ita hic, ſi non hic, nec ibi, loquitur enim ibi Ariſtoteles de cœlo, & oſtendit quòd cœlum conſtet ex duplici natura altera monẽte & altera mota, quare impoſsibile eſt primo & per ſe moueri cœlum ex ſe ipſo, ideo ibi damnat Platonem dicendem quòd anima erat numerus ſe ipſum mouens, & Auerroes ampliauit dictum ſuum ad omnes ſpecies motus, & rectè, tum ſecundo, quia Ariſt. inquit quòd memoria eſt circa imagines rerum ſenſibilium vt ſunt imagines, virtus ergo memoratiua, quia eſt circa præterita reſeruat ergo illa ſimulachra, non ergo pereunte ſimulachro gñatur habitus ille, ſed remanent ſimulachra rebus ſenſibilibus abſentibus, etiam quia ille habitus, quem dicit derelinqui, non. eſt imago obiecti v.g. erat imago Socratis ille habitus, qui genitus eſt deleta Socratis imagine, non poterit iterum Socratis cognitionem generare, quia illa cognitio aut eſt eadem cum ſpecie intelligibili, aut ab ipſa generatur, nihil enim producit cognitionem obiecti, niſi obiectum aut ſimulachrum obiecti, cum ergo ille habitus non ſit ſimulachrum obiecti, non ergo poteſt generari ſecunda cognitio à memoria mediante habitu illo, vltimo, quia ponitur in ratione memoriæ obliuio, & ita ponit vnum contrarium in ratione alterius, quia dicit quòd poteſt fieri memoria ſine obliuione, quod eſt falſum ex hoc enim quiſquis cognitionem habet de Socrate per ſui ſimulachrum, quod receptum eſt in phantaſia, deinde obliterato ſimulachro memoria una cum habitu derelicto antequam obliteretur ſimulachrum renouat cognitionem de Socrate, ponit ergo obliuionem in ratione memoriæ, quia dicit nihil aliud eſt memoria niſi iteratus actus genitus ab habitu pereunte phantaſmate, iam ergo obliuio ſpectat ad rationem memoriæ, quod eſt falſum, vnum enim contrarium non ſpectat ad rationem alterius, ideo aliter dicit Albertus Alemanus in libro ſuo de homine, inquit quòd hæc virtus (& opinio Alberti mediat inter has duas opiniones) eſt partim actiua & partim paſsiua, quia habet duas operationes, prima eſt recipere & conſeruare ſimulachra, & quo ad hoc eſt virtus paſsiua, quia habet duas operationes prima eſt recipere & conſeruare ſimulachra, & quo ad hoc eſt virtus paſsiua, quia recipere eſt pati, alia eſt ipſius operatio comprehendere ſcilicet præteritum qua præteritum, id eſt iudicare ſe aliàs comprehendiſſe illud, iudicare autem eſt agere, merito ergo iſtius operationis memoria eſt virtus actiua, ſed Alberto obſtat ratio, quia omnis virtus ſenſitiua paſsiua eſt, ſentire eſt pati, memoria ergo cum ſit virtus ſenſitiua erit virtus paſsiua, quod dicit ipſe iudicat virtus ſenſitiua quòd hoc vidit ſub tempore præterito, hoc dicere eſt agere, falſum eſt, quia iudicatio iſta eſt cognitio, cognitio ipſius virtutis ſenſitiuæ eſt paſsio, ſicut cognitio intellectiuæ virtutis eſt paſsio, loquor de intellectu hominis, ſecus eſſet actiua, produceret ergo iſtum actum in ſe, patet quia ſi hæc virtus reſpectu iſtius eſſet actiua, produceret ergo iſtum actum in ſe, & ſic in ſe ipſam produceret & reciperet eundem actum, & ſic ſimul eſſet actu & potentia, quid ergo dicendũ? ut dicit prima opinio Ioan. quòd virtus ſimpliciter paſsiua eſt, quia omnis virtus ſenſitiuã ſimpliciter paſsiua eſt, operatio enim ipſius eſt ſentire, quod eſt pati, ad argumentum, iam ſolutum eſt illud argumentum, quia iudicare quòd illud prius vidimus eſt paſsio, quia eſt cognitio, omnis autem cognitio paſsio eſt eius cuius eſt cognitio. Ad argumenta Druſiani, quia dicebat ſi hæc virtus paſsiua eſſet, hoc ideo eſſet, quia reciperet, & conſeruaret ſimulachra, ratio autem memoriæ eſt comprehendere præteritum qua præteritum, comprehendere aũt præteritũ qua pręteritũ nõ eſt recipere nec conſeruare ſimulachra, ideo rememoratiua duo habet in ſui ratione, vnum eſt recipere & conſeruare ſimulachra, aliud eſt iudicare, & comprehendere præteritum qua præteritum. licet ſecunda operatio non ſit recipere & conſeruare ſimulachra, eſt tamen hæc virtus paſsiua ratione vtriuſq; operis ſui, vt declaratum eſt. Ad argumentum ergo ipſius ſic reſpondeo, & ſi hæc non ſit completa ratio memoriæ recipere. ſ. & conſeruare ſimulachra, ſpectet tamen ad memoriam, & eſt incompleta ratio memoriæ, ipſe autem decipitur, quia credit quòd completa ratio memoriæ ſit in comprehendendo præteritum qua præteritum, quod non eſt verum, quia nec in hoc ſecundo, nec in illo primo ſtat completa ratio memoriæ, ſed in vtriſque ſimul.

Quod dicimus ſecundo, quia hæc operatio eſt phantaſiæ, non ergo memoriæ, quòd ſit phanta-

siæ patet, quia recipere, & conseruare simulachra est opus phantasiæ, dico quòd recipere phantasmata in eo quod phantasmata, est opus phantasiæ, conseruare autem non est opus phantasiæ, sed memoriæ, sed per illa apprehendere res sub præterito tempore, operatio est ipsius memoriæ. &c.

Quod dicebat ex Aristotele quòd memoria erat habitus phantasmatis, dico non propriè accipit Aristoteles habitum ut sit qualitas fixa derelicta ex phantasmate, sed accipitur habitus hic, idest conseruatio simulacrorum. Alia dubitatio est ex quo hæc virtus passiua est non actiua, nunquid cognoscat & comprehendat? Hic etiam discordes sunt inter se expositores, ex una parte videtur quòd non, quia operatio memoriæ est conseruare & recipere simulachra rerum sensibilium, virtus autem quæ conseruat indiget siccitate organi, virtus comprehensiua eget humiditate organi, non ergo potest memoria comprehendere, cum exigat organum siccum, apprehensio autem humidum organum præreqirit vt dixit Arist. ob hoc. n. dicebat molles carne apti mête sunt, ex aduerso est Aristoteles qui dixit ea virtute memoramur qua comprehendimus, memoria ergo virtus comprehensiua est, ideo aliqui dicunt ut Albertus, quam opinionem etiam secutus est Ioannes Scotus 45. distinctione tertia quæstio. quarta, & iste Suess. quòd virtus memoratiua non est simpliciter vna virtus sed duæ, sicuti sunt duæ ipsius operationes, prima operatio memoriæ est recipere & conseruare simulachra rerum sensibilium, & quo ad istam operationem non est virtus comprehensiua, alia est operatio ipsius comprehendere res sub tempore præterito, quarum simulachra reseruata sunt, & hæc virtus phantasia est, & côprehensiua est. Sed hæc opinio manifestę repugnat Aristoteli, quia agit hic de memoria sub ratione propria, ut distinguitur à sensu communi & nô ut est sub phantasia, & sub sensu communi de memoria loquitur, latius de hoc in libris de anima disseruit, loquitur ergo hic de memoria secundum propriam sui rationem, propria autem ratio memoriæ est comprehendere præteritum, si est comprehendere præteritum, eius ergo operatio est comprehendere.

An memoria comprehêdat.

Secundo ex verbis eiusdem, quia declarans, quod nam esset obiectum memoriæ, dixit quòd hæc virtus uersatur circa simulachra rerum sensibilium nô ut obiecta, sed ut simulachra sunt, & vt simulacra repræsentat, si hæc virtus non comprehenderet, nihil ei repræsentaretur. Tertio, quia dixit meditationes conseruant memoriam. i. crebra cogitatio eiusdem rei cô seruat memoriam, & exposuit Michael sicuti in virtute morali ex actibus generatur habitus, ita in proposito ex pluribus actibus generatur habitus, modo actus, qui generant habitum sunt in eius potentia cuius sunt actus, si ergo crebra cogitatio conseruat memoriam, & generat habitum in memoria, ergo generabit habitum in memoria, memoria ergo comprehensiua est. Item quia reminiscentia & memoria sunt vna & eadem virtus, sed reminiscentia est virtus comprehensiua, ergo & memoria, quòd reminiscentia sit virtus comprehensiua patet, quia reminiscentia fit cum discursu, virtus aût quę discurrit côprehendit, qnia omnis discursus est à notiori ad ignotius, vbi autem talis fit discursus, ibi est comprehensio, quod sit vna & eadem virtus dixit Michael, & Auer. in homine, dico eadem est virtus reminiscêdi & rememorâdi, qa in brutis non est virtus reminiscêdi, sed soli homini propriaest, cû per discursum fiat. Ideo Arist. infra dicet memoria est finis reminiscentiæ, si sic, reminiscentia ergo ex quo est cum discursu, est ergo cum cognitione, ita & memoria, erit cum cognitione & comprehensione. Ideo aliter Auicenna prima primi, & sexto naturalium, quòd hæc virtus est vna, sed quærere inquit nunquid hæc virtus comprehendat aut non, hoc est alienari à medico, vna tamê videtur, quia cum læditur operatio vnius læditur operatio alterius, & medicamenta proficientia vni & alteri, ideo secundum sensum non apparet quòd sint plures sed vna, quid tum dicendum, quòd non comprehendit inquit ipse, & adducit rationem, primo eam quam diximus quòd virtus comprehendens & conseruans requirit diuersum temperamentum organi, nec ergo possunt esse vna & eadem uirtus comprehensiua & conseruatiua.

Secundo aut hæc virtus quam ponis memoriâ distinctam à phantasia aut est perfectior, aut imperfectior, aut æquè perfecta est cum phantasia, si dicas quòd æque perfecta sit, altera ergo superflua est, si dicas quòd memoria sit perfectior phantasia, hoc non videt uerum, quia phantasia immediate deseruit operationibus intellectus, memoria autem non, si dicas quòd phantasia sit perfectior memoria, sicuti ergo pręsens comprehendit & futurum, ergo & præteritum, superfluit ergo memoria quo ad hoc. Ideo est argumentum difficilius si hæc virtus comprehendit & conseruat, semper ergo comprehendit omnes eas res, quarum simulachra recipit & conseruat, hoc est impossibile, qnia infinita ferè sunt simulachra in memoria, non tamen omnia ea comprehendit, quorum simulachra reseruantur, ideo inquit hæc virtus non comprehendit, sed recipit tantum simulachra rerum sensibilium, sed contra sunt verba Aristotelis supra vbi dixit, memorię operatio propria est comprehendere pręteritum. Iterum cum dixit meditationes conseruant memoriam. i. crebra meditatio de eadem re conseruat memoriam, quia ex illis actibus generantur in memoria habitus, comprehendit ergo, & sic omnia argumenta quę contra primam positionem procedunt, procedunt contra istam, etiam non est uerum specialiter arguendo, quia memoria esset virtus actiua, quia inquit quòd simulachris reseruatis in memoria mediantibus illis memoria in phantasia cognitionem producit rerum sensibilium, memoria ergo uirtus actiua esset, cuius oppositum diximus, etiam ut dixit Galenus tertio de causis simp. nunquâ superior potentia natura mouet inferiorem, sed ecôtra, modo sedm ipsum memoria phâtasia mouet. Ideo est alia opinio de qua in sequêti dicemus.

Lectio

Lectio VIII.

EXAMINABAMVS opinionem Auicennæ, quę erat quòd memoria ſit vna virtus non duæ, vt Albertus ſentiebat, & alij, ſed eſt vna virtus, quæ non comprehendit nec cognoſcit, ſed tantum conſeruat ſimulachra rerum ſenſibilium. Obieci huic opinioni argumẽtis ante oppoſitis, quibus & primę opinioni obiecimus, quæ dicebat quòd hæc virtus non comprehendebat, adduxi verba Ariſt. repugnãtia huic opinioni, iudicat.n.de tempore præterito, & verſatur circa imagines vt imagines ſunt, & cũ hoc eſt eadem virtus cum reminiſcentia, reminiſcentia aũt eſt virtus apprehendens & cognoſcens, adhũc inſtabatur rationibus ſpecialibus procedentibus cõtra iſtam opinionem, quia ſic memoria eſſet virtus actiua, quod eſt ſalſum, cũ ſit virtus ſenſitiua, omnis autem virtus ſenſitiua eſt virtus paſsiua, quòd hoc ſequatur patet, quia dicebat quòd operatio memoriæ eſt recipere & conſeruare ſimulachra, quæ ſimulachra reſeruata in memoria mouent phãtaſiam ad cognitionem rerum ſenſibilium, erit ergo virtus actiua, quia cum habeat ſimulachra in ſe, quibus mediantibus in phantaſia producitur cognitio rerum, memoria, ergo erit virtus actiua, & iſtius cognitionis productiua. Secundo argumentator quia ordine naturæ nunquàm ſuperior virtus mouet inferiorem, ſed inferior ſuperiorem, ſenſus communis mouet phantaſiam, phantaſia memoriam, non econtra, ita ꝙ memoria moueat phantaſiam, ſed iſte eſt ordo, quia ſenſus exteriores mouent ſenſum communem, ſenſus cõmunis mouet phantaſiam, phantaſia memoriam. Auicenna autem ponit ꝙ memoria, quæ eſt virtus ſuperior mouet phantaſiam, quæ eſt virtus inferior, dixi ordine naturæ; quia dicemus de ſomno & vigilia, quia quandoque ſenſus interior mouet exteriorem, ſimulachra enim reſeruata in memoria tempore ſomni mouent ſenſum communem, & viſum. Item ex vigilia & forti imaginatione contingit quòd illa ſimulachra reſeruata in memoria moueãt ſenſum cõmunẽ, & ſenſum viſus. Ideo aliter dico iuxta verba Ariſt. ꝙ comprehenſiua uirtus eſt, quæ cognoſcit præteritum qua præteritum, duæ enim ſunt operationes memoriæ, vna eſt recipere & conſeruare ſimulachra rerum ſenſibilium, alia autem eſt apprehendere præteritũ qua præteritum eſt, reſtat vt ſoluamus argumẽta Auicennæ, primũ erat, quia virtus, quę cõſeruat, & quæ comprehendit requirũt varium temperamentũ ex parte organi, quia virtus comprehenſiua requirit organũ humidum, conſeruatiua ſiccum, non ergo poteſt eſſe, quòd eadem virtus comprehenſiua & reſeruatrix ſit ſimulachrorũ, memoriæ ergo operatio cũ ſit recipere & conſeruare ſimulachra, ipſa nõ poterit dici apprehenſiua. Dico facillimẽ hæ duæ virtutes comprehenſiua ſcilicet & reſeruatiua ſimulachrorũ ſunt vna virtus, ô, requirunt contrarium temperamentum ex parte organi, non ergo eodem vtuntur organo, nec ergo ſunt vna & eadem uirtus, dico, ſequuntur idem temperamentum & organum diuerſa ratione, quia memoria ſequitur illud temperamentum ratione ſiccitatis, virtus autem comprehenſiua merito humiditatis, dabam exemplum, dicimus, ꝙ odor et ſapor ſequuntur eandem complexionem ſicci ſcilicet, & humidi, dicebat Ariſtiſtoteles ratione diuerſa, quia odor illud ſequitur ratione ſicci, ſapor vero ratione humidi, ita hæ duæ virtutes ſequuntur eandem temperaturam ratione diuerſa, quia conſeruans ſequitur illam ratione ſiccitatis, comprehendens autem ſequitur ratione humiditatis, ſicuti eſt de odore & ſapore, & ita non obſtat quòd non poſsit eſſe vna & eadem virtus comprehenſiua, & reſeruatiua, & ſi diuerſum requirat organi temperamentum.

Arguebatur ſecundo, quia hæc virtus quæ comprehendit, aut eſt perfectior phantaſia, aut æquẽ perfecta, aut phantaſia eſt ipſa perfectior, ſi æque perfecta, altera ergo ſuperfluit, quia operatione a vnius altera exercet, ſi memoria ſit perfectior hoc non videtur verum, quia phantaſia immediate deſeruit intellectui, quia neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari, memoria, vero non immediate deſeruit intellectui, ſi dicas quòd minus eſt perfecta phantaſia, ergo apprehendit id, quod apprehendit memoria, quia potentia ſuperior, & perfectior apprehendit omne id quod apprehenditur ab imperfectiori, tempus autem præteritum per te apprehenditur à memoria, ergo & à phantaſia, ſuperflueret, ergo memoria, quo ad hoc, quia operabitur phantaſia illud opus, Dico quòd ſecundæ duæ virtutes ſunt vna & eadem re & organo ipſo, ratione & operatione differunt, ut dicemus, quia propria operatio memoriæ eſt apprehendere præteritum qua preteritum, phantaſiæ eſt apprehendere rem vt abſentem abſolutè, ideo merito operationis diſtinguntur, quę eſt perfectior reſpectu huius, dices tu, dixit Auicennas ſecundo de anima quòd memoria eſt perfectior, quia abſtrahit magis à materia, omnis autem potentia, & virtus quæ magis abſtrahit à materia perfectior eſt ea, quæ minus abſtrahit à materia; plures ſunt gradus abſtrahendi à materia, primus gradus eſt ſenſus particularis, abſtrahunt enim ſenſus particulares à materia, quia per ſimulachra res recipiunt, ut uiſus recipit albedinem per ſui ſimulachrum, ſed non recipiunt ſimulachra niſi in præſentia ſenſibilium, & ideo hi ſenſus particulares non abſtrahunt à præſentia materiæ, ſenſus communis apprehendit ſimulachrum ſpirituale omnino, & ſic abſtrahit à materia, non tamen à pręſentia materiæ, eſt enim eiuſdem ordinis cum ſenſibus exterioribus, ſicuti enim ſenſus exteriores non apprehendunt, niſi in abſentia ſenſibilium ita & ſenſus communis, phantaſia abſtrahit à materia, & à præſentia materiæ, quoomodo? quia etiam abſentia comprehendit, non tamen ex ſui ratione, ſed ratione memoriæ, apprehendit enim abſentia, quia reſeruauit ſimu-

lachra, est ergo una & eadem virtus memoria & phantasia secundum rem, quatenus vero diuersam habent operationem, sic differunt, & vt sic memoria est perfectior, quia abstrahit à materia & à præsentia materiæ, phantasia autem & si abstrahat à materia, non tamen à præsentia materiæ nisi ratione memoriæ, ô tu arguis, quia phantasia immediatius, quamuis enim ex illa ratione phātasia esset perfectior quo ad hoc, tamen est imperfectior simpliciter, quia minus abstrahit à materia, intellectus autem noster habet gradum abstractionis, quia cum hoc quòd abstrahit à materia, abstrahit à præsentia materiæ, & ab hic & nunc. Erat tertium argumentum, quia si simulachra reseruauit, si ego centum rerum reseruaret simulachra, centum comprehenderet, & cognosceret, dico negando argumentum, concedo quòd est virtus, quæ cognoscit, non tamen ob hoc sequitur, quòd omnia ea, quorum simulachra conseruar, ea omnia comprehendat & cognoscat, & quæ causa huius dices tu? Dico hoc est ex impedimento, multa autem possunt esse hæc impedientia, aut quia diuertitur notitia illarum rerum à sensibus exterioribus mouentibus sensum merito rerum præsentium, ideo non omnium habet comprehensionē, etiam vnum sensibile fortius mouet sensum quàm aliud, ideo diuertit memoriam, & phantasiam à notitia aliarum rerum, & quare vnum sensibile magis mouet sensum, quàm aliud dices tu? Dico ex multis hoc contingere potest, primo ex maiori cogitatione simulachrorum fortius mouet, etiam aliquando ex vehementi nutu humorum corporis impediuntur motiones aliorum sensuum, etiam quia simulachra, quæ offeruntur sensibus, vnum mouet, aliud nō mouet, quare deferuntur simulachra spiritibus animalibus à cerebro ad cor, aliquando spiritus animalis cui infixum est simulachrum directiori via respicit, & tendit ad cor, ideo illud simulachrum fortius mouet sensum, non valet ergo argumentum Auicennæ quod putabat insolubile, remanet ergo quòd virtus hæc comprehensiua sit, dicebat enim Arist. eadem virtute memoramur, qua tempus præteritum cōprehendimus. Secunda dubitatio est, ex quo sensus interior est virtus comprehensiua, Arist. enunciauit duas tantum uirtutes comprehensiuas, sensum communem, & phantasiam secundo de anima, hic autem dixit solum quòd memoria virtus comprehensiua erat, nihil meminit de sensu communi & phantasia, est dubitatio nunquid memoria sit eadem virtus cum sensu communi, an cum phantasia? cum modo Arist. ipsam videatur innuere eandem esse cum phantasia, aliquando eadem cum sensu communi, & videtur quòd re distinguantur, quia virtutes, quarum obiecta prima distincta sunt, & opera & organa, ipsæ etiam secundum rem distincta sunt, sensus communis, & phantasia & memoria sunt huiusmodi uirtutes, ergo, ostendo quòd obiecta sint distincta, obiectum sensus cōmunis sunt sensibilia propria & communia, ipsius enim est distinguere inter ipsa, operatio sensus communis est distinguere inter sensibilia propria sensuum particularium, non enim ponit uisus differentiam inter albedinem & sonum, nec sensus aliquis particularis distinguit propria ab iis à non proprijs, obiectum memoriæ est præteritum qua præteritum, obiectum phantasiæ est quoduis phantasma in genere & absens & præsens, operatio eius est apprehendere sensibilia eorum absolutè & in nullo determinato tempore, organo etiam seiunguntur, organum phantasiæ & sensus communis est cor, memoriæ non, sed organum memoriæ primum est cerebrum, ea scilicet pars cerebri quam Aristot. uocat cerebellum, quæ est posterior pars cerebri & siccior, quod ostendo, primo quia læsa ea parte læditur memoria, cum incolumis est ea pars, virtus ea incolumis est, in ea enim parte est virtus, quæ læditur ad læsionem illius partis, quomodo enim cognoscimus quòd virtus visiua sit in oculo, ex hoc quia læso oculo læditur virtus visiua, incolumi existente oculo, incolumis est ea virtus, tum fortius, quia posterior pars cerebri omnino quiescit, de ratione memoriæ si debet conseruare debet carere omni motu, dicet Arist. infra, si aqua tardiuscule moueatur non apparent imagines distinctæ in ipsa, quòd si citissime moueatur nullo modo apparent, hoc idem etiam dixit supra de senibus & pueris quòd sunt malæ memoriæ ob continuum motum ipsorum, cum ergo pars illa cerebri quiescat, cor sit in continua motione dilatationis, & constrictionis, & generationis, & emissionis sanguinis ex verbis ergo Arist. organum memoriæ erit ea pars cerebri, quæ cerebellum dicitur, sequitur ergo quòd hæ virtutes re distinctæ sint, quod erat probandum. Ex alia parte est Aristoteles, qui aliquando dicit quod memoria est phantasia, aliquando dicit quod est sensus communis, quid ergo dicendum? Dico omittendo alias opiniones & medicorum & aliorum, & sequor eam, quā puto esse Aristotelis ex Michaele hic, & ex Themistio, & Alexandro in paraphrasi sua de anima, quòd hæ uirtutes interiores sunt una & eadem uirtus & habent idem organum, sola tamen ratione & opere differunt, vtuntur eodem organo corde scilicet non secundum sui partes diuersas, ita quòd vna virtus sit in una parte cordis, & vna in alia, sed sūt cō fusæ inuicē istæ uirtutes in quauis particula cordis, secundum Aristotelem ita debetis dicere, Dico ergo quòd sunt una & eadem virtus ut iudicat differentias sensibilium propriorum appellatur sensus communis, ut apprehendit in absentia sensibilium dicitur phantasia, vt non apprehendit præteritum qua præteritum est, sic dicitur memoria, & sic est una & eadem virtus, quæ omnia ista operatur, sed uos dicetis, cur Aristoteles si sunt una virtus secundo de anima non numerauit nisi duas phantasiam & sensum communem, hic autem tantum memoriam, numerauit, & fuit dubitatio tacta superius, tum etiam, quia Auerroes numerauit quartam virtutem, sensum communem, phantasiam cogitatiuam hominis, cuius est discurrere, cui in brutis correspondet extimatiua, quæ non discurrit, sed

An memoria sit eadē cū sensu communi, vel phātasia.

ſed vtitur quadam collatione ſenſibiliũ vltra poſuit memoriam, & Galenus eſt cum Auicen. in hac opinione, tertio de cauſis ſimp. qui enumerauit quatuor virtutes, & omiſsit ſenſum communem.

De primo, quòd tantum duas virtutes in ſecundo de anima memoratus eſt Ariſtot. phantaſiam ſcilicet, & ſenſum communem, quia ibi loquitur generaliter de virtutibus ſenſitiuis ſecundum quòd diſtinguntur ex modo ſentiendi, quia ſenſus exteriores, & ſenſus communis apprehendunt ſenſibilia citra materiam, ſed tamen non comprehendunt ſenſibilia & ſimulachra niſi eis ſenſibilibus præſentibus, alia eſt virtus ſenſitiua, quæ cum hoc quòd abſtrahit à materia, & à præſentia materiæ abſtrahit, apprehendit enim ſimulachra ſenſibilium ſine materia & abſentia, quæ eſt phantaſia, quia ergo loquebatur generaliter de virtutibus ſenſitiuis, vt diſtinguntur ex modo ſentiendi, ideo tantum numerauit duas virtutes comprehenſiuas interiores ſecundo de anima, hic vero tertiam numerauit memoriam, quia ſcilicet memoria eſt operatio ſpecialis phantaſiæ, & nil aliud eſt quam phantaſia ipſa, ſed phantaſia dicitur, & diſtinguit inter ſenſibilia omnia, & iudicat in tempore præſenti & futuro, quatenus vero apprehendit præteritum, & conſeruat ſimulachra appellatur memoria, quia ergo hæc erat ſpecialis operatio phantaſiæ, hic de ipſa meminit, ac ſi memoria ſit diſtincta virtus à phantaſia re.

Quod dicimus Auerroes numerauit quartam, Dico Ariſtoteles non numerit niſi tres, nunquid rectè fecerit Auerroes, poſſumus concedere quòd recte fecerit, quia Ariſtoteles etiam numerauit duas virtutes, quæ non ſunt niſi vna memoria ſcilicet, & reminiſcentia, in homine enim eſt eadem virtus memoria, & reminiſcentia re, diſtinguntur tamen, quia memoria eſt ſine diſcurſu, reminiſcentia eſt cũ diſcurſu, ita Auerroes potuit appellare & ponere quatuor virtutes, phantaſiam vt apprehendit in abſentia ſenſibilium, cogitatiua vero vt in homine diſcurrit, in brutis iſta virtus, quæ æſtimatiua in ipſis dicitur non diſcurrit, ſed tantum collatione quadam ſenſibilium vtitur. Ex his diſſoluuntur dubitationes, primo dicebas, illæ virtutes re diſtinctæ ſunt quarum obiecta ſunt diſtincta opera & organa, Dico verum dicis, quòd illæ virtutes re diſtinguntur, quarum obiecta operationes & organa diſtincta ſunt, ſed hæ virtutes interiores habent organa diſtincta, nego, ſi enim haberent organa diſtincta de facto eſſent virtutes diſtinctæ re, ò, tu probas, quia ſenſus communis & phantaſia ineſt cordi, memoria autem ineſt poſteriori parti capitis, ego nego, & dico quòd omnes ſunt in corde, o tu probas, quia læſa ea parte læditur hæc virtus, incolumi exiſtente ea parte incolumis exiſtit ea virtus, hoc eſt argumentum Galeni aduerſus Ariſtotelem, dico negando argumentum læſa poſteriori parte cerebri læditur, & incolumi exiſtente incolumis exiſtit memoria, ergo virtus memorandi eſt in illa parte, ego nego argumentum, o, quomodo probas tu, quòd virtus videndi ſit in oculo? hoc pacto, quia læſo oculo læditur virtus viſiua, incolumi exiſtente incolumis remanet virtus viſiua. Dico recte dixit Auerroes quòd peccat argumentum Galeni, per locum concomitantiæ, quia & pars cerebri deſeruit memoriæ, & ideo læſa ea parte læditur virtus, & incolumi exiſtente incolumis eſt virtus, dices tu quomodo? Dico diſſoluit nobis Ariſtoteles iſtam quæſtionem in ſecundo de partibus animalium cap. ſeptimo, quia dicebat Galenus vis videre quòd phantaſia eſt in cerebro, quia ſuperca lefacta media parte cerebri cauſatur mania, tamen mania eſt paſsio phantaſiæ, ergo phantaſia eſt in cerebro, dico ut ibi dixit Ariſtotles in propoſito, quia omnis operatio ſenſitiua non poteſt fieri niſi mediante ſpiritu animali, qui fit ex ſpiritu vitali aſcẽdente à corde ad cerebrum, ideo cum ſenſus communis non poſsit operari niſi mediante ſpiritu animali, qui debet generari in anteriori parte cerebri, ideo læſa ea parte læditur virtus ſenſus communis, & ſi ſit in corde, non tamen negandum eſt dixit quòd nocumentum poſsit accidere his virtutibus merito cordis, quia dicebat Archigenes his virtutibus læſis remedia cordi applicanda ſunt, ita ergo de phantaſia, quia eget ſpiritu animali contemperato media parte cerebri, memoria uero ſpiritu contemperato in poſteriori parte cerebri, ideo ſi illis partibus accidant nocumenta, his virtutibus accidit, & ſi illæ partes incolumes ſunt, & hę virtutes, ob hoc tamen non ſequitur, quòd ſit in cerebro vt in ſuo organo primo.

Dicebas ſecundo, quia illa pars debet eſſe quieta ſi memoria debet conſeruare ſimulachra, exemplo Ariſtotelis de aqua, ſi enim tardiuſcule moueatur ſimulachrum, recipitur indiſtinctũ, ſi vero citius moueatur nullomodo apparent ſimulachra, cum ergo ea pars cerebri quieſcat, cor autem ſit in continua motione, ponenda eſt illa poſterior pars cerebri organum memoriæ, non cor, Dico neſcio aliter dicere, quòd etſi cor multa motione moueatur, nihil minus hę motiones non impediunt conſernationes ſimulachrorum, nos videmus quòd vehemens eſt ille motus, Dico & ſi vehemens ſit ille motus, non tamen ita quòd impediat reſeruationem ſimulachrorum, & quomodo dices tu? Dico quia ſimulachra rerum ſenſibilium reſeruata in ſpiritibus animalibus, qui deferuntur à poſteriori parte cerebri ad cor, ſicut & reliqua ſimulachra, defertur enim ſimulachrum viſibilis per oculum mediante ſpiritu animali ad cor, poſſumus ergo dicere, quòd cum illi ſpiritus deferentes ſimulachra à poſteriori parte cerebri ſint ſicciores, cum ea pars in qua contemperantur ſit ſiccior, ideo etiam facile reſeruari poſſunt ſimulachra, neſcio aliter dicere, ſi uos melius ſcitis, doceatis me. Sequitur alia dubitatio nunquid memoria ſit ex parte intellectus an ſenſus, de qua in ſequenti dicemus.

Lectio. VIII.

VIDIMUS in præcedenti lectione an memoria esset virtus actiua vel passiua, & si passiua, an comprehensiua, & si comprehensiua, an esset sensus interior, scilicet sensus communis, & phantasia, & dixi, quòd erat sensus interior, scilicet sensus communis & phantasia, quia sensus interiores re non distinguntur, & memoria est sensus interior ideo. Remanet alia dubitatio, an solius partis sensitiuæ sit memoria, an & ex parte intellectus reperiatur memoria, argumentatur primo, quòd ex parte intellectus sit memoria, quia memoriæ est duplex operatio, prima est conseruare simulachra rerum sensibilium. Secunda est comprehendere præteritum qua præteritum, sed istæ duæ operationes insunt in intellectu, ergo ex parte intellectus est memoria accidentis, prima pars, scilicet quòd intellectus conseruet simulachra sensibilium, probatur ex Aristotile secundo de anima, quia anima est locus specierum sensibilium per sensum, & intelligibilium per intellectum, sed de ratione loci est quod conseruat locatum, ergo ex parte intellectus est potentia quæ conseruat species intelligibiles, quæ sunt simulachra sensibilium in animali.

An memoria sit tantù ex parte sensus.

Secundo, quia si ex parte intellectus non esset memoria, ita esset nudus intellectus postquàm intellexit, sicut antequam intelligeret, sicut ergo antequam intelligeret non poterat intelligere cum vellet, ita & cum intellexit res, non poterit intelligere cum vellet, tamen Aristot. secundo de anima dixit intellectus in habitu. i. cum intellexit, potest intelligere cum vult, quia si memoria non est in intellectu, non conseruabit ergo species intelligibiles, & sic erit nudus vt prius, antequam intelligeret, quomodo ergo intellectus dicetur esse in habitu, ita ꝙ intelligat cum vult. Secundo, intellectus conseruat habitus scientiarum, etiam si cessat ab omni operatione, vnde mathematicus & si dormit habet habitus geometriæ, ita philosophus cum dormit habet habitus philosophiæ, si ergo intellectus conseruat habitus scientię, ergo habet memoriam. Secunda opinio, memoriæ est comprehendere præteritum qua præteritum sed intellectus comprehendit præteritum, quia ego experior in me ipso, quòd ego recordor, quòd heri dixi, quòd omnis triãgulus habet tres, ideo memoria comprehendit præteritũ ex parte intellectus, de ratione ergo intellectus est, quòd comprehendat pręteritũ ut pręteritũ, & ꝙ cõseruet simulachra rerum sensibiliũ, ergo in intellectu reperitur memoria, quia vtraque conditio memoriæ reperitur in intellectu. Et confirmatur ex Arist. in prohemio Metaphysicæ, quia dixit quòd prudentia quæ est recta ratio agendi oritur ex memoria, quomodo potest oriri ex memoria prudentia, cum spectet ad intellectum, nisi in intellectu sit memoria, in oppositum sunt verba Aristot. qui inquit quòd sensus est per se memoria, intellectus per accidens, ideo in hac difficili quæstione sunt tres modi dicendi, primus est Scoti quæstione 45. quarta distinctione tertia dicit, quòd duplex est memoria, vna ex parte intellectus, alia ex parte sensus, & verior est memoria illa, quæ est ex parte intellectus, quia duplex est memoriæ operatio, scilicet ut conseruat simulachra rerum sensibilium, secunda est ut comprehendat pręteritũ, sed memoria intellectus melius cõseruat simulachra, quàm illa ex parte sensus, quia intellectus conseruat simulachra denudata à corporalis natura, quę quidem res corporea impedit memoriam, ideo dicebat Arist. ꝙ in pueris & senibus non est perfecta memoria, quia fluxus materię impedit memoriam in pueris, quia semper materia eorum augetur, in senibus quia semper diminuitur, & dat exemplũ de aqua vehementer agitata, in qua simulachra distorta recipiuntur, ideo cum memoria intellectus conseruet simulachra spoliata à materia, ideo perfectior est, in intellectu, quàm in sensu, quia memoria sensus conseruat simulachra sensibilium materialium, quę impediunt memoriam. Secunda operatio erat cõprehendere pręteritum, qua pręteritum, sed intellectus magis apprehendit pręteritum quàm sensus, quia intellectus comprehendit actus pręteritos ipsius sensus, & etiam actus proprios comprehendit intellectus, sensus vero tantum actus præteritos proprios comprehendit, ideo memoria est in intellectu. Et cõfirmatur, quia quidquid cõpetit potētię inferiori, competit & superiori, cum ergo sensus, qui est potentia inferior competat memoriæ, & comprehendere præteritos actus significatos, ergo & intellectui idem competet, cum sit potentia superior.

Ad verba Aristotelis, quia dicebat, quòd memoria erat sensus per se, intellectus per accidens, respondit ipse, quòd ratio memoriæ primo competit sensui, ideo Arist. dicit per se memoria est sensus, per accidens intellectus, idest secundario intellectus, quia ergo ad vtranque operationem memoria intellectus dependet a memoria sensus, quia intellectus non potest conseruare simulachra rerum sensibilium, nisi prius sensus conseruauerit, quia necesse est intelligentem phantasmata speculari, ita secunda operatio, quę est comprehensio pręteriti non potest esse in memoria ex parte intellectus, nisi prius fuerit ex parte sensus, quia nisi sensus comprehenderit hoc tempus pręteritum, intellectus memoria non poterit comprehendere, licet ergo memoria secũdario sit in intellectu, per se tamen in intellectu est. Et si dicas Scoto, si memoria competit per se intellectui sicuti sensui, cur non expressit Arist. Respondit Scotus & etiam Ioan. Gandauensis, ꝙ Arist. hic non vult tractare omnes operationes animæ, sed tantum operationes, quæ fiunt mediante organo corporali, & quia memoria intellectus non vtitur organo corporali, ideo de ea non facit mentionem. Sed aduersus hanc opinionem instetit Albertus in libro de homine, & D. Tho. in prima parte, quæst. vij. & D. Tho. accepit omnes expositiones ab Alberto,

Alberto, vtuntur ergo hoc argumento, & dicunt, quòd memoria est comprehensio temporis præteriti determinati ac signati, sed intellectus non comprehendit tempus determinatum ac signatum, ideo ex parte intellectus non est memoria, quòd verò intellectus non comprehendat tempus signatum, ostēdit D. Tho. quia intellectus ex quo est virtus separata à materia, ideo singularia non potest comprehendere, sed tantum vniuersalia, quia abstrahit à singularitate ab hinc, & à loco determinato. Ideo D. Tho. dicit, cum duplex sit operatio memoriæ, vna vt conseruet simulacra rerum sensibilium, sic intellectus habet memoriam, quia conseruat simulachra rerum sensibilium, sicut & sensus conseruat simulachra rerum sensibilium in particulari, ita & intellectus cōseruat simulachra rerum sensibilium in vniuersali, alia est operatio memoriæ, vt comprehendat præteritum signatum, & sic quo ad hanc operationem memoria non est in intellectu, quia intellectus non comprehendit singularia, & sic memoria partim dicitur esse in intellectu, partim non, & sic dicitur intellectus, nam recordatur tempore præterito signato, sed non tempore præterito indeterminato. Sed insto aduersus D.Th. quia iij. de anima Arist. inquit, intellectus mouetur ad actum secundum. i. ab operatione phantasmatis eiusdem rei in phantasia, quæro, quem actum acquirit intellectus ex phantasmate, an recipit species intelligibiles, vt puta, ipsius albi, an actum intelligendi. s. intellectionem albi, quia apud D.Th. species intelligibilis re distinguitur ab actu intelligēdi. i. intellectione, quia ipsa intellectio causatur à specie intelligibili, cum ergo intellectus mouetur ad actum secundum intelligendi à phantasmate, quem actum recipit intellectus à phantasmate? si dicas, q̄ recipit species intelligibiles, hoc non potest dici, quia cum intellectus secundum D.Tho. conseruat simulachra rerum sensibilium in vniuersali, ad quid ergo intellectus recipit simulachra illa in vniuersali, quæ sunt species intelligibiles à phantasmate, cum iam sint in intellectu, si dicas, quòd recipit actum intelligendi, hoc nō videtur verū, quia species intelligibilis cognatior est actui intelligendi, quàm phantasma, quomodo cognatior, quia propinquior eius naturæ, quia vtraque est vniuersalis, cum ergo species intelligibilis sit cognatior actui intelligendi, q̄ phantasma, ex ipsa ergo specie intelligibili fiet actus intelligēdi, quomodo ergo intellectus in habitu mouebitur à phantasmate, cum nullum actum recipiat à phantasmate. Secundo, quia D.Th. distinguit speciem intelligibilem, ab actu intelligendi, hoc est falsum, quia apud omnes Græcos species rei non distinguitur ab operatione nisi ratione, quia dicitur imago albi, vt repræsentat obiectum, dicitur visio, vt est operatio sensus, errat ergo, quia species intelligibilis non distinguitur ab actu intelligēdi, & si distinguitur, remanet argumentum supra allatum, quomodo intellectus moueatur à phantasmate. Secundo experior in me ipso, quòd heri didici, quòd omnis triangulus habeat tres angulos, ita quòd ex intellectu recordor, quòd didici heri triangulum habere tres, intellectus ergo ne dum tempus præteritum indeterminatū comprehendit, sed etiam tempus signatū ac determinatū.

Tertio Theologicè, quia August. dicit, quòd mortui habent memoriam nostrum, ideo in intellectu est memoria. Etiam quia dicit, quòd peccatores memorantur peccatorum, iuxta illud Dauidis, In eternum cantabo misericordias tuas, quomodo possunt cantare misericordias, nisi recordētur peccatorum, ideo agunt gratias de remissione peccatorum, etiam non est verisimile, quòd angelus lucis quomodocunque peccauerit, postquàm peccauerit non recordatus sit peccato, quod cōmiserit, et si recordatus, sic est in intellectu, ergo erit memoria, sic contra D. Tho. ne dum sunt argumenta naturalia, sed etiam Theologalia. Ideo dico cum Aristotele, quòd memoria per se est ex parte sensus, per accidens verò ex parte intellectus, quia cum duplex sit operatio memoriæ, vna conseruare simulachra rerum sensibilium, altera comprehendere præteritum contra præteritum, istæ duæ operationes non competunt intellectui nisi per accidens, primo, quòd intellectus non conseruat simulachra rerum sensibilium, quia intellectus in intelligendo non moueretur à phantasmate, quia si intellectus conseruaret species intelligibiles, ad quid moueretur à phantasmate, & si dices, intellectus quomō intelliget, cum volet? Dico ex phantasmatibus reseruatis in sensu, vt etiam magis declarabo, nec secunda operatio memoriæ conuenit intellectui, nisi per accidens, secunda operatio memoriæ erat comprehendere præteritum signatum, intellectus autem non comprehēdit tempus signatum, & singulare, nisi per accidens, vt coniunctus est sensui, & quomodo per accidens intellectus cōprehendat singulare, est quæstio disputanda iij. de anima, satis est, quòd intellectus non comprehendit tempus præteritum signatū, nisi per accidens, vt contingit sensui, ideo memoria non dicitur esse in intellectu, nisi per accidens.

His stantibus dico ad argumenta, cum dicimus, vtraque opinio connenit intellectui, nego, dicebas, anima est locus specierum intelligibilium, de ratione loci est, quòd conseruat locatum. Dico, quòd hęc præpositio est falsa simpliciter, quia est aliquis locus, qui destruit locatum, cum Auer. dixit, quòd locus conseruat locatum, loquitur de loco naturali, & per se anima non est locus proprius specierum intelligibilium, ideo illas non conseruat, licet ergo Arist. dixerit, anima est locus specierum sensibilium per sensum, intelligibilium per intellectum, non est tamen proprius locus, ideo non est necesse, quòd in intellectu sit memoria, quæ conseruet species intelligibilium. Ad secundum quòd est eorum Achilles, quia dicunt, si intellectus non conseruat speciem intelligibilem, quomodo intellectus in habitu intelligere poterit, cum vult? dico, quòd decipiuntur, quia intellectus dicitur in habitu, non quià habeat species intelligibiles in intellectu, sed ex phantasmatibus existentibus in memoria sensus, intellectus dicitur in habitu, & sic albi præteriti intellectus intelligit cum vult,

vult, cum dicimus, intellectus est ita nudus cum intellexit, sic ante quàm intelligeret, concedo, cum infera deinde, sicut prius nõ poterat intelligere cum vellet, ita postquam intellexit. Dico, ꝙ non sequitur, quia postquam intellexit, sunt phantasmata illa in sensu, quæ mouet intellectus cum vult, antequam intelligeret illa phãtasmata, nõ erat põa mouere ĩtellectus.

Ad tertiũ, quia intellectus conseruat habitus sciẽtiarum, quia mathematicus dum dormit, habet habitum suæ scientiæ, dico, quòd ille habitus scientiæ non spectat ad memoriam, quia operatio est ꝙ conseruet simulachra rei sensibilis, intellectus autem licet conseruet habitus scientiæ, tamen ex hoc non ponitur memoria ex parte intellectus, quia ille habitus non spectat ad memoriam, cum probabas secundo, quia secunda operatio memoriæ inesset intellectui, quia intellectua comprehendit præteritum contra præteritum signatum. Dico, quòd intellectus per accidens comprehendit præteritum signatum, vt secundo de anima dicit Aristoteles, quia inquit, intellectus comprehendit hoc album per accidens, vt colligatus est sensui, & quia sensus comprehẽdit hoc album, ideo intellectus per accidens comprehendit tempus præteritum signatum, vt colligatur sensui. Cum dicebas ex proœmio methaphysicę, prudentia, quę est certa ratio agẽdi, oritur ex memoria, verum est, sed prudentia est intellectus, concedo, ergo oritur ex memoria intellectus, nego, quia prudentia fit ex memoria sensus, eo quòd cum videtis, talis, qui parauit arcem in ciuitate, factus est tirannus, ideo dicas, Socrates constituit arcẽ in ciuitate, ergo vult parare tyrannidem, ita ex istis memoriis sensus causatur prudentia, quia ex illis propositionibus particularibus elicitur vna vniuersalis, scilicet, quòd omnis constituens arcem in ciuitate tyrannidem parit, sicut & facimus, cum videmus, quòd hoc reubarbarũ purgat choleram, & hoc, & hoc, & sic de aliis elicimus propositionem vniuersalem, quòd omne reubarbarum expurgat choleram. Ad id quod dicebat Scotus, quòd veriori modo reperitur memoria in intellectu quàm in sensu, nego, cum dicebat, vtraq; operatio memoriæ perfectiori modo competit memoriæ intellectus quàm sensus, nego, imò neutra operatio competit intellectui, nisi per accidens probatur, quia quidquid competit potentię inferiori, cõpetit & superiori. Dico, quòd hæc propositio nisi rectè intelligatur, non est simpliciter vera, ita debet intelligi, quòd quidquid competit potentiæ inferiori ob sui perfectionem, competit & superiori, quia omnis perfectio, quæ est in potentia inferiori, est etiam in potentia superiori, si non id conueniat potentiæ inferiori ob sui imperfectionem, competit & superiori, quia omnis potentia, quæ est in potentia inferiori, est etiam in potentia superiori, si verò id conueniat potentiæ inferiori ob sui imperfectionem, nõ debet conuenire potentię superiori. & sic est memoria, & comprehensio signati respectu sensus, quia conuenit memoria sensui, quia utitur organo corporali, & quia intellectus non vtitur organo corporali, & per hoc distinguitur à sensu, ideo non valet, memoria est ex parte sensus, ergo ex parte intellectus, quia memoria conuenit sensui ob sui imperfectionem.

Lectio IX.

REMANET alia dubitatio, an obiectum primum memoriæ sit præteritum, ex vna parte videtur ꝙ non, quia Auic. prima primi, & D. Th. & Albertus Alemanus dicunt, ꝙ operatio memoriæ non est nisi conseruare species insensatas elicitas ex sensatis, sicut agnus ex accidentibus lupi elicit species inimicitiæ, ita agnus nuper natus fugit vbera matris, & si amplius non viderit matrem, quia elicit species amicitiæ ex antecedentibus, cum ergo memoria versetur circa species insensibiles, quomodo ergo præteritum est primum obiectum memoriæ. Secundo ex verbis Aristotelis, quia inquit, memoria est circa imagines rerum sensibilium, non vt res sunt, sed vt imaginea sunt sensus memoriæ, ergo memoriæ obiectum nõ est præteritum. Tertio, quia iiij phy. soli homini cõuenit comprehensio temporis, quia tempus est numerus motus, numerare conuenit soli homini, ideo comprehensio temporis soli homini conuenit, sed memoria est in brutis, quia equus cadens in foueam, alia vice accedens ad foueam fugit illam, quia recordatur casus, ergo memoriæ obiectum non est præteritum tempus. Quarto, si obiectum memorię primum est pręteritum, & quòd primum est per se, & quod est per se, de omni est, vt patet j. Posteriorum, si ergo pręteritum est per se obiectum memorię primum, ergo & omne pręteritum est obiectum memoriæ, quod falsum est, quia præteritum tempus in quo natus fui, non recordor, quia nullus actus sentiendi in me infuit circa hoc, ita etiam non recordor tempore, in quo mundus fuit factus, & si fuerit factus, non ergo omne pręteritum est obiectum memoriæ, ergo nec pręteritum est obiectum memorię.

An obiectum memoriæ sit pręteritũ.

In oppositum est Aristoteles, quia dicit, sensus est pręsentis, spes & opinio futuri, memoria verò pręteriti, & paulo infra dicit, quòd recordatur in anima sua quòd vidit, aut audiuit, memoria ergo est pręteriti, etiam dicit infra, memoria est post tempus, ergo memoria est pręteriti, pręteritum ergo est obiectum memoriæ. Pro solutione huius difficultatis dico, quòd duplex est obiectum memorię, vnum proximum, alterum remotum, obiectum proximum est actus aliquis qui infuit ipsi recordanti, & cum aliquis sit actus uegetatiuę, vel secundum locum motiuę, vel intellectiuę, vel sensitiuę, memoria non est actus vegetatiuę, nec secũdum locum motiuę, nec intellectiuæ, quia intellectua non est memoria, nisi per accidens, ideo memoria est actus sensitiuę, & maxime sensus exterioris, vnde inquit Aristot recordatur quis, quia in anima habuit, quod uidit & audiuit, ideo memoria est partis sensitiuę, vnde non possum recor-

recordari te heri hic ſediſſe, niſi prius recordor me te vidiſſe ſedentem, vnde ſi intellectus recordatur, vt.ſ. quòd triangulus habeat tres, eſt, quia prius recordor ex ſenſu interiori, quòd iſte triangulus habet tres, ideo primum obiectum memoriæ eſt actus ſentiendi, obiectum verò ſecundarium eſt obiectum cauſans illum actum, ex quo ſequitur, quòd memoria non eſt omnis præteriti, ſed tantum præteriti, in quo cadit actus ſentiendi, vnde non recordor diei, in quo natus ſum, quia nullus actus ſentiendi illam diem pręfuit in me, ita non recordor mundũ fuiſſe factum, quia nullus actus ſentiendi pręfuit in me de illo, quia obiectũ proximum memoriæ eſt poſt tempus, quia recordatio tempore ſequitur actum ſentiendi, quia cum recordor, inter actum ſentiendi & recordationem cadit tempus, & ille, qui recordatur, percipit illum fluxum temporis, qui eſt inter actum ſentiendi & recordationem, ideo dixit Ariſt memoria eſt poſt tempus, id eſt, tempore ſequitur actum ſentiendi. Ex quo tertio ſequitur, quòd memoria partim eſt circa præſentia, partim circa pręterita, dicitur eſſe circa præſentia, vt eſt circa phantaſmata ſibi præſentia, eſt verò circa futura, vt phantaſmata illa repræſentantur, vt deſignant tempus pręteritum, & expoſui vobis dictum Ariſtotelis, quomodo memoria eſt circa imagines rerum ſenſibilium, non vt res, ſed vt imagines, quia eſt circa imagines ſenſibilium, vt deſignãt tempus præteritum, quia imagines ſunt ſemper imagines, ſed dicit Ariſt. memoria eſt circa imagines, non vt res. ſ. non vt præſentes, ſed vt pręteritum denotãt. Ex his facile ſoluuntur argumenta, primo ad Auicennam dico, quòd falſum dicit, quòd ſint in memoria ſpecies inimicitiæ, & amicitiæ, contra, quia amicitia & inimicitia ſunt relatiua, relatiuorum verò ſunt imagines, quia aliter vnuſquiſq; poſſet diſtinguere verũ patrem à nõ vero patre, cum ſint relatiua, quomodo ergo habent ſpecies, etiam admittamus dictũ eorum, dico, quòd propter hoc non ſequitur, quòd obiectum memoriæ non ſit præteritum, quia cum ipſi dicunt, quòd memoria verſatur circa ſpecies inſenſatas, intelligunt vt tempus præteritum connotant.

Ad ſecundum dico, quòd memoria verſatur circa præſens, & pręteritum, verſatur circa pręſens, vt verſatur circa imagines reſeruatas, verſatur circa præteritum, vt illas imagines comprehendit, vt tẽpus præteritum denotant, & ſic Ariſtote. intelligit, quòd memoria non eſt circa imagines ſenſibilium, vt res, ſed vt imagines. Ad tertium, quia comprehenſio temporis ſoli homini conuenit iiij. phyſ. quia tempus eſt numerus motus, brutum verò comprehendit multitudinem, ſed non comprehendit numerum, dico vt dixi, quòd duplex eſt comprehenſio temporis, vna perfecta & diſtincta, vt cum comprehendimus tempus vt eſt numerus motus. i. tempus non eſt, niſi vnus motus, vt alium mẽſurat. i. vt alium de ſua quantitate certificat, & ſic motus ſolum ab homine comprehẽditur, ideo ſic diſtincta comprehenſio temporis ſolum homini conuenit, alia eſt comprehenſio temporis indiſtincta, & eſt comprehenſio fluxus temporis inter duo indiſtincta, & hunc fluxum percipit brutũ, quia equus cadens in foueam, alia die fugit illam, quia recordatur caſu, & percipit illum fluxum temporis, & ſic memoria bruto conuenit. Eſt tamen difficultas, inquit Scotus quadrageſimaquinta quarti ſentẽtiarum, quæſtione iij. inquit, difficultas eſt, quia memoria perfecta non eſt in brutis, quia cum duplex ſit operatio memoriæ, vna eſt cõſeruare ſimulachra rerum ſenſibilium, & ſic quo ad hanc operationẽ memoria manifeſte eſt in brutis, quia equus cadens in foueam, cum ad illam peruenit, fugit, quia recordatur caſu, ita formica ex eodem cumulo ad eũdem locum ex memoria portat granum. Alia eſt operatio memoriæ, quòd comprehendat præteritum vt præteritum, quia non eſt nobiš manifeſtum, quòd in brutis ſit memoria quo ad hanc operationem, quia cum dicit, equus cadens in foueam, cum alia die vadit ad illam foueam, fugit illam, quia recordatur, dicit ipſe, nõ recordatur illo caſu in foueam, vt pręteritum eſt, ſed illo recordatur vt triſtis, quia cum cadit in foueã, conſeruat ſimulachrum caſus, & quia cum illo caſu ſeruauit triſtitiam, ideo cum occurrit fouea, recordatur caſu, & triſtitia illa, non quòd recordetur illo caſu vt pręteritum, ſed vt triſtis, ideo dicit, ſi quis vellet eſſe proteruus, poſſet dicere, quòd in brutis non eſt memoria niſi imperfecta. ſ. quo ad primam operationem, quia quo ad ſecundam operationem nõ eſt memoria, ſi verò ſimpliciter loquamur quo ad vtrãq; operationẽ, dicere debemus, ꝙ memoria ſit in brutis.

Ad vltimam dubitationem, quia ſi pręteritum eſt per ſe primum obiectũ memorię, ergo & omne pręteritum, iam diximus, quòd primum obiectum memorię eſt actus ſentiendi, qui infuit recordanti, obiectum ſecundarium eſt id obiectum, quod cauſauit illum actum ſentiendi, vnde memoria non eſt omnis pręteriti, ſed tantum illius pręteriti, cuius actus ſentiendi infuit in recordante, vnde non recordor, quòd mundus fuerit factus, quia actus ſentiendi circa hoc in me non fuit, vnde inquit Ariſt. anima mea recordatur, quòd vidit, & audit. Eſt alia dubitatio de habitu memoriæ, quem habitum ſeruat frequens meditatio, inquit Ariſt. hoc habet dubium, quia meditatio ſpectat ad intellectum, quia meditari eſt intellectus, memoria verò eſt ſenſus, quomodo ergo frequẽs meditatio cum ſit operatio intellectus, ſeruat memoriã? Secundo, quia dicit, quòd habitus eſt in memoria, contra, quia habitus eſt qualitas de difficili mobilis, qua vtimur quo volumus, ſed memoramur etiã eorum, quæ non volumus, vnde habemus aliquando res triſtes, & nollemus recordari, & tamen recordamur, etiam quia dicit, quòd in memoria eſt habitus, cum habitus ſit qualitas quo vtimur cum volumus, & cũ voluntas non feratur ſupra incognitum, cum ergo volumus recordari aliqua re, vt puta, imagine patris mei, oportet, quòd voluntas illas cognouerit, aliter non mouebitur ad illas, cognoſcam ergo illas imagines ex voluntate antequàm cognoſcam ex recordatione. Ad primum dico, quòd per mediationem nõ intelligimus operationem intellectus, ſed operationes ſenſus interioris. ſ. cogitatiuę, & ſic frequens cogitatio conſeruat memoriam, & non frequens meditatio

tatio intellectus. Ad secundum dico, ꝙ verba Aristotelis si rectè non sumantur, habēt malum sensum, quia Arist. non vult dicere, quòd vtimur illo habitu, cum volumus cooperante actu voluntatis, sed intelligit, quòd vtamur illo habitu, cum volumus. i. nullo extrinseco concurrente, quia si quis habet memoriã alicuius rei, recordatur, cum vult. i. nullo extinseco adiuuante, non quòd actus voluntatis concurrat, & tu arguis, sed non est ad propositum.

Lectio X.

An senes & pueri sint difficillimæ memoriæ.

RESTABAT vltima dubitatio de eo quod dicebat Aristoteles, quòd senes & pueri sint difficillimæ memoriæ. In oppositum argumentor, quia cum memoriæ sit conseruare imagines rerum sensibilium, & conseruatio imaginis rerum sensibilium magis fit in sicco, vnde imago magis conseruatur in cera sicca quàm humida, cum temperatura senis sit siccissima, ergo in ea debet fieri conseruatiõ imaginis rerũ sensibilium perfectior. Etiam ex verbis Aristote. ij. lib. Rethoricorum habetur, quòd senex viuit prudentia & memoria, iuuenis verò viuit sensu, senex viuit prudētia ex rebus transactis, viuit etiam memoria, iuuenis verò viuit sensu. i. circa præsentia versatur, & nõ discurrit à præteritis ad futura, etiam quia dixit Aristoteles, quòd qui sunt tardioris ingenij, sunt memoriæ perfectioris, cum ergo senes sit tardi ingenij, est ergo tenacissimæ memoriæ, etiam de pueris, quia ipsi habent tenacissimam memoriam, vnde recordantur eorum, quæ à pueritia in memoria habuerunt, quomodo ergo pueri sint difficilis memoriæ, cũ habeant tenacissimam memoriam iuxta prouerbium. Ad hãc difficultatem dico, cum duplex sit operatio memoriæ, vna, quæ est conseruare simulachra sensibilium, altera comprehendere preteritum, Arist. hic loquitur de memoria quo ad primam operationem, & nõ quo ad secundam operationem, sed prima operatio adhuc habet duplicem considerationem, vna est per receptionem imaginis rerum sensibilium, & sic memoria imperfecta est in sene, quia cum senex sit siccus, difficulter recipit imagines, & sic Aristot. dicit, quòd in sene non est perfecta memoria. s. per receptionem imaginis, alio modo consideratur memoria, vt habet conseruare simulachra rerum sensibilium, & sic memoria est perfecta in senibus, quia ex quo senex est siccus, ideo magis conseruat simulachra, quia sicci est retinere, & sic non loquitur Aristot. de memoria. Quod dicimus de pueris, quòd ipsi habent tenacissimam memoriam. Dico, vt inquit Auerroes, ꝙ pueri ratione organi, quia sunt humidi, habent difficilem memoriam. i. difficulter conseruant imagines, quia humidum difficulter retinet, si verò pueri habeant memoriam tenacem, est per accidens, quomodo per accidens? inquit Auer. ob admirationem, quia pueri admirantur maxime, ideo ob admirationem rerũ, quæ apparent eis nouæ, retinent maxime imagines illarum rerum, sed quid est dictu, quòd ob admirationem retinent, ob obiectum verò non retinent? quia est humidum. Credo domini, quòd omnes operationes animales egent spiritu animali, qui generatur ex spiritu vitali, spiritus vitalis generatur ex vapore subtiliori sanguinis in corde, qui transmittitur ad omnia membra, & quia sua intensa caliditate non est cõueniens instrumentum, ideo transmittitur calor vitalis per arterias ad cerebrum, & fit spiritus animalis, qui quidem spiritus animalis fit pro omni operatione animali, sic ergo ob admirationem fit maior attentio, ex qua attentione sequitur maior vnio spiritus animalis, ideo per accidens fit maior retentio, quia fit maior attētio, & sic maior vnio spiritus animalis, in qua quidē vnione spiritus fit maior retētio, ideo ꝑ accidēs est tenax memoria in pueris ob maiorem attentionem. *Reliquũ aũt est, ut de reminiscentia dicamus etc.* Sequitur de reminiscētia, quę est secũda pars & difficillima, & q̃a litera est difficilis, iõ prius quod dicit Michael Ephesius, explicabo, quia facit hic pulchram digresionem, primũ debetis scire, quòd reminiscentia nõ est nisi renouatio aut recuperatio quędam memoriæ secundum partem collapsæ, & quomodo renouatio aut recuperatio, dico inuestigatione quadam syllogismo quodam, exemplum, in memoria mea impressa est imago istius totius carminis, Arma virumq; etc. & per sensum communem intelligo memoriam, quia memoria re non distinguitur à sensu communi, si ergo in memoria integra fuerit conseruatio totius carminis, deinde intereat notitia, tunc illa appellatur memoria, si verò cõtingat, quòd tota imago carminis deleatur, deinde veniam in notitiam eiusdem carminis per auditum & visum, tunc illa non dicitur memoria, nec reminiscentia, sed sciētia vel disciplina, si verò imago totalis illius carminis non sit deleta, sed tantum sit deleta medietas imaginis, & recuperetur illa pars abolita ex parte carminis reseruata, tunc illa vocatur reminiscentia, quia reminiscentia est renouatio memoriæ secundum partem collapsæ, & illa pars deleta à memoria inuestigatione quadam recuperatur, exemplum de pictoribus, quia cum vident imaginem alicuius, vel Herculis, vel Apollinis dilaceratam secundum partem, ex illa parte, quæ remansit, recuperatur tota imago vel Herculis, vel Apollinis, & sic pars deperdita ex parte præsenti recuperatione quadam recuperatur. Ex quo sequitur, quòd omnis reminiscentia est cum memoria, reminiscentia tamen non est memoria, est tamē reminiscentia cum memoria, quia reseruatur pars imaginis, & sic est memoria, quatenus verò ex parte illa imaginis recuperatur pars illa deperdita, sic dicitur reminiscentia, sic reminiscentia est cum memoria, nõ est tamē ipsa memoria, quia re distinguitur. Ex quo sequitur, quòd reminiscentia potest esse rerum & vocum, & plurium vocum, & vnius vocis, exemplum, ego habeo in memoria, quòd illa ciuitas appellatur Roma, si deleatur secunda syllaba, ex imagine primę syllabæ reseruatæ recuperatur secunda syllaba, quæ recuperatio dicitur reminiscentia, & sic reminiscentia est vocum & rerum, & vocis simplicis.

Reminiscentia quid.

Sed dicetis, ego intelligo, sed hic sunt difficultates, quia

quia ſi iſta reminiſcentia eſt renouatio ex inueſtigatione quadam ex ſimilibus, vel ex contrariis, ſed omnis diſcurſus terminat ad complexum, quomodo ergo poteſt eſſe reminiſcentia circa vnam ſyllabam, & vnam vocem, cum ſint res ſimplices, & omnis diſcurſus ad complexum eſt. Secundo nulla virtus mouet ſe ipſam primo, ideo dixi, quòd actus voluntatis non eſt à voluntate, ſed ab obiecto, ideo dixi, ꝙ ratio uoluntatis apud Ariſtotelem fundatur in intellectu, qui ponunt primam rationem libertatis in voluntate, debent dicere, quòd voluntas in ſe ipſa cauſaret actum volendi & nolendi, cum nihil poſsit ſe ipſum mouere, quia idem eſſet in actu & in potentia reſpectu eiuſdem, ſi ergo reminiſcentia recuperat partem abditam ex parte reſeruata in memoria, ſenſus ergo communis produceet illum actum in ſe ſcilicet imaginem partis abolitæ, & ſic idem aget in ſe ipſum, hoc tamen eſt inconueniens, quia nihil idem agit in ſe ipſum. Dico, ego ponderaui verba Themiſtij, dicit, quòd reminiſcentia fit inueſtigatione quadam, & dicit, fit reminiſcentia per quandam adunationem imaginationũ, an illa pars, quæ recuperatur ſit omnino abolita, & ſi eſt abolita, quomodo poteſt recuperari niſi diſcurſu, & omnis diſcurſus eſt ad cóplexum, ideo videtur dicere Themiſtius, quòd pars illa abolita non ſit omnino abolita, nec diſcurſu recuperatur ſecunda illa imaginis pars, ſed per collationem quandam imaginum duarum illarum partium, ideo clarius Albertus dicit, quòd memoria differt à reminiſcentia, quia inquit, memoria eſt motus continuus, reminiſcentia eſt motus interruptus, quia ſecunda illa pars abolita non eſt omnino abolita, ſed eſt diſcõtinuata, & ſic fit reminiſcentia, ego cõſidero, ꝙ hæc ſecunda pars ſequitur ad primam, ita quòd reminiſcentia non recuperatur pars abolita, quia non eſt abolita, ſed recuperatur ordo illarum partium, ideo dicit Ariſtoteles, quòd reminiſcentia eſt renouatio memoriæ partis collapſæ, id eſt, illius ordinis, & ordo illarum partium per collationem acquiritur, & per hoc ſoluitur ſecundum argumentum, quia ſenſus communis nõ producit per diſcurſum illum actũ ſecundum in ſe ipſo, quia nulla virtus agit in ſe ipſa, ſed tantum recuperat ordinem illarum partium, quia illa pars quę dicitur abolita, non omnino eſt abolita.

Lectio XI.

De ipſo autem reminiſci; Poſtquam Ariſto. egit de memoria, reliquum eſt, vt proſequatur de reminiſcentia, & primo proponit intentionem, ſecundo proſequitur intẽtũ, dicit ergo, intentio eſt tractare de reminiſcentia, hoc verò ordine procedemus, primo ſupponendo ea, quę dicta ſunt in argumentatiuis ſermonibus, Themiſtius exponit in argumentatiuis ſermonibus. i. in particularibus problematibus de reminiſcentia, Michael exponit clarius, quaſi exponens verba Themiſtij, dicit in particularibus problematibus de reminiſcentia. i. ſupponemus ea, quæ dicuntur in quæſtionibus diſputatis à vulgaribus de reminiſcentia, & hoc, quia ſignificationes ſumuntur ex cõmuni vſu loquendi, vnde non poteſt probari, ꝙ homo ſignificat hominem, niſi quia impoſitum eſt ita ſignificare, & quia reminiſcentia, memoria, & doctrina ſunt nomina quorum ſignificata ſumuntur ex communi vſu loquendi, ideo inquit Ariſto. ſupponamus, quæ à vulgaribus dicuntur. Et quod eſt illud, quod debemus ſumere, primum eſt, quòd reminiſcẽtia nõ eſt reſumptio ipſius memoriæ, ſecundo, quòd reminiſcentia non eſt noua comprehenſio rei ſenſibilis, & vtrũq; declarat Ariſto. primo, quòd reminiſcentia non ſit reſumptio memoriæ. i. quòd non eſt iterata cogitatio per memoriam, & hoc probat, quia nemo dicit, & hic recurrit ad communem vſum loquendi vulgarium, dicit ergo, nemo dicit, quòd ego recordor rei. oſtẽdit ſcđo, ꝙ nõ ſit noua rei cõprehenſio, q̃a hęc noua rei cõprehẽſio nõ eſt nec memoria, nec reminiſcẽtia, ſed eſt doctrina, vel diſciplina, q̃ fit ꝑ auditũ, vel viſum, hæc ergo duo accipimus à vulgaribus, quòd reminiſcẽtia nõ ſit reſumptio memorię, id eſt, non eſt iterata cognitio eiuſdem rei per habitum memoriæ, talis enim eſt memoria & non reminiſcentia, ſecundum etiam, quòd reminiſcentia non eſt nouæ rei comprehenſio, quia talis eſt doctrina, vel diſciplina, ſed eſt renouatio partis collapſæ per obliuionem ex parte reſeruata in memoria diſcurſu quodam. *Nulla facta eſt ante*. ſ. obliuio partis, quã didicimus. Ariſt. ſupponit nos ſcire ſenſum anteq̃ literam. Intelligamus, ***Cum hic factus eſt habitus***; hic eſt litera diuerſa, aliqui legunt ſicut iacet litera, Michael verò legit, cum autem factus eſt habitus uel paſsio, & melior eſt litera Michaelis, & in omnibus iſtis verbis Ariſt. vult declarare naturam memoriæ, & etiam naturam reminiſcẽtiæ, & dicit primo, quòd memoria eſt paſsio, aut habitus obiecti ſẽſibilis iam factus in ſenſu communi. Et declarat Ariſto. cur dixit paſsio aut habitus, dicit Ariſtot. dixi habitus uel paſsio, dicitur paſsio memoria, ut ipſa recipit imagines, & quia recipere eſt pati, ideo memoria pro receptione imaginis dicitur paſsio, dicitur uerò habitus vt imago eſt fixa in ipſo ſenſu interiori. i. in phantaſia, quæ eſt eadem cum memoria. Secundo declarat Ariſtot. in ſenſu communi iam factus, dicit Ariſt. tripliciter conſideratur imago rei ſenſibilis, uno modo ut fit illa imago, & ſic dum generatur illa imaginis impreſsio, non dicitur memoria, ſed dicitur doctrina, uel diſciplina, poteſt conſiderari illa imago, ut in illo ultimo inſtanti, in quo perfecta eſt imago, unde Ariſt. innuit, quod dixit vj. phyſ. quòd generatur in tẽpore, in quo generatur nõ eſt, in ultimo uerò inſtanti, in quo complete generata eſt res, tunc res dicitur eſſe, & ab Ariſtotele 5. & 6. phyſ. habetur hæc duplex propoſitio, quòd omne quod fit, dum fit non eſt, & hoc uerum eſt in tempore generationis, habetur & quòd omne, quod fit, dum fit, eſt, & hoc accipiendo fieri pro illo ultimo inſtanti, in quo res eſt completa, & ſic imaginis in illo ultimo inſtanti, cum perfecta eſt, non eſt memoria, ſed eſt paſsio, aut habitus, uel ſcientia, dicitur paſsio ut ſenſus communis recipit illam

illam pasionem; dicitur habitus, vt fixa est, dicitur scientia impropriè, & lato vocabulo accipiendo sciētiam pro quodam communi pasioni & habitui, quia scientia ex se est habitus, sed accipitur scientia pro actu illo in quo acquiritur, & scientiæ non est memoria, nisi per accidens; quia diximus, quòd intellectus non est memoria, nisi per accidens, & quia sciētia vj. Ethicor. est habitus intellectus, ideo scientiæ est memoria per accidens, sed memoria est post illud vltimum instans, in quo perfecta fuit tota receptio imaginis, ita quòd in toto tempore sequenti, post illud instans est memoria, ideo dixit, memoria est pasio, aut habitus in sensu communi. i. in sensu interiori iam factus, sensus interiores re non differunt, sed tantum operatione, ideo accipit sensum cōmunem pro ipsa memoria. *Amplius manifestum*; secūdo loco declarat naturam reminiscentiæ, & pro hoc declarando ponit differentiam inter memoriam & doctrinam, & reminiscentiam, inquit, quod memoria præsupponit imaginationem integre ipsius rei conseruatam, doctrina verò præsupponit nouam comprehensionem imaginis totius rei, vnde disco triangulum habere tres, cum in me causatur integrū simulachrum de nouo illius propositionis, vt verò conseruaui totam imaginem illius propositionis, dicitur memoria, reminiscentia verò est quid medium inter memoriam & scientiam, quia reminiscentia est recuperatio partis abolitæ ex parte reseruata, reminiscentia autem dicitur memoria respectu partis seruatæ, quia fuit conseruata, dicitur verò doctrina, vt ex parte illa reseruata de nouo acquiritur imago partis abolitæ, & sic reminiscentia est quid medium inter memoriam & scientiam, quo ad verba Arist. vtitur inuolutione, quia primo cum dicit, *Amplius manifestum est meminisse*; accipit ibi meminisse pro recordari, deinde cum dixit, *reminisci*; accipit ꝓ memoria, vt hic dicit Michael, vt inuolueret more suo, *quod à principio autem*; ita debet iacere, litera nostra dicit, quod à principio, debet addi illa particula autē, vt Michael, *ipsum meminisse accidit*; & duo dicit Aristot. primo, quòd ex reminiscentia sequela quadam sequitur memoria, & dicit Michael, quòd Aristoteles dixit, accidit ex reminiscentia memoria sequela, quia accidētaliter ex reminiscētia sequitur memoria, non autem sequela essentiali ex reminiscētia sequitur memoria, quia non est necesse, quòd ex parte illa reseruata fiat memoria, & aduertatis, quomodo ex reminiscentia sequitur memoria, quia diximus, ex parte seruata acquiritur pars abolita, & quia respectu partis seruatæ est memoria, iō ex reminiscentia sequitur memoria, & reminiscentia constat ex memoria respectu partis seruatæ, & ex disciplina respectu partis abolitæ, vt acquiritur, ex hoc inquit Arist. conueniūt in hoc reminiscentia & disciplina, quia sicut disciplina fit ex præexistēti cognitione. i. ex principiis, ita ēt reminiscentia fit ex præexistenti principio, verum tamen est, quòd principium, ex quo fit reminiscentia; est pluris, quàm principium, ex quo fit doctrina, exponit Michael, & ita videtis quomodo oportet vaticinari, exponit ergo, ꝙ principium, ex quo fit reminiscentia, est pluris; quia est principium intrinsecū, quia ex parte imaginis reseruatę acquiritur pars imaginis abolitæ, & ex illis duabus partibus fit vna totalis imago, principium verò ex quo fit doctrina, est principium extrinsecum, quia processus qui est in doctrina à principio ad conclusionem, ex principio & conclusione non fit vnus.

Lectio XII.

F*IERI autem contingunt reminiscentiæ*; Cum declarauerit nobis Arist. naturam memoriæ & naturam reminiscentiæ, & in quo differat reminiscentia à disciplina & memoria, quia reminiscentia est similis memoriæ, & disciplinæ, primo hic vult declarare causam reminiscentiæ, secundo declarat modum quo fit reminiscentia, tertio ponit quædam documenta, declarat ergo Arist. primum modum quo fit reminiscentia, dicit quòd reminiscētia est ordo imaginum, vt vna mota, alia moueatur, vt inquit Michael in structura cathenæ, quia sicut vnus oculus cum mouetur, proximus mouetur, ita cum vna imago mouet sensum communem, altera mouetur, & inquit Aristo. ꝙ ordo imaginum in sensu communi duplex est, vnus necessarius, & secūdum naturam, alius verò est ordo secundum consuetudinem, qui non est necessarius, ordo secundum naturam est, cum vna imago mouetur, alia de necessitate mouetur, exemplum, sicut cū imago hominis mouet sensum communem, ita etiam imago animalis necessario mouet sensum communē, sicut etiam dicit Themistius, ignis imago mouet sensum communem, & necessario etiam imago caliditatis mouet sensum communem, quia necessario est, quòd ignis est calidus, & sic est ordo necessarius, alius est ordo imaginum secundum consuetudinem, vt consueui audire Coriscum cantantem Arma virum etc. lira vel cythara, cum video liram pictam, ex consuetudine imago liræ mouet, deinde etiam imago corisci mouet, & Themistius dat aliud exemplū, quia inquit, didici à præceptore meo, quòd omnis triangulus habet tres, cum video pręceptorem, imago præceptoris mouet sensum communem, deindę etiam imago illius propositionis mouet sensum cōmunem, & dicit Arist. tertio aliquando celerius vna imagine mota alia moueatur, aliquando tarde vna imagine mota alia moueatur, & hoc est ex duplici causa, vel inquit Arist. ex promptiori ingenio, vnde habentes ingenium acutum citius mouente vna imagine mouet alteram, in his verò, qui tardum habent ingenium opposito modo contingit, vel est, quia imagines ipsæ habent maiorem ordinem ad inuicem, vnde cum vna mouet, necessario altera mouet ob ordinem imaginum, vt sunt demonstrationes mathematicæ, secunda enim à prima depēdet, & sic successiue, tarde verò fit illa reminiscentia, cum non habent ordinem ita ad inuicem. Sed vos dicetis, quia dicit, quòd ordo imaginum est causa reminiscentiæ, quis est iste ordo, quia ordo imaginum potest esse tripliciter,

tripliciter, vel ſecundum poſitionem, vt vna ſit ſuperior, alia inferior, vel poteſt eſſe ordo ſecundum naturam, ita quòd vna ſit perfectior altera, alius eſt ordo ſecundum tempus, ita quòd vna imago priori tempore recipiatur, non poteſt dici, ꝙ ſit ordo imaginum ſecundum poſitionem, quia omnes illæ imagines ſunt in eadem parte ſenſus communis, quia obiectum, quod producit illas imagines, vt Coriſcus cãtans in lyra eſt in eodẽ loco, ſi dicas, quòd eſt ordo ſecundum naturam, ita quòd vna imago ſit perfectior altera, quid facit hoc ad reminiſcentiam, ſi dicas, quòd eſt ordo temporis, hoc etiam non poteſt dici, quia imagines omnes Coriſci cantantis in lyra ſimul recipiuntur in ſenſu communi, ergo remanet dubitatio, quis ſit iſte ordo imaginum. Secundo, quia dicit, quòd reminiſcẽtia fit cum vna imago mouet, altera mouet, deinde ergo in reminiſcentia nulla imago eſt abolita, ſed omnis imago eſt reſeruata.

Tertia dubitatio dicit, quòd priori imagine mouẽte ſenſum communem, deinde alia imago mouet, quid eſt hoc mouere? non eſt aliud niſi cauſare notitias obiecti in ſenſu communi, diſtinguitur ergo imago obiecti à notitia obiecti, quia imago eſt cauſa, notitia eſt effectus, cauſa autem ab effectu diſtinguitur, tamen oppoſitum diximus, ſcilicet quòd imago obiecti non diſtinguitur à notitia obiecti. Ad primum Michael dicit, quòd hic aliquando eſt ordo poſitionis imaginum, aliquando eſt ordo conſecutionis, quia ex vna ſequitur alia, ſed dictum Michaelis habet difficultatem, quia illa accidentia in coriſco ſimul mouent ſenſum communem, & ſunt in eadem parte ſenſus communis ſicut obiectum, ſcilicet coriſcus eſt in vno & eodẽ loco cum illis accidentibus, ideo confugiendum eſt ad verba Ariſtotelis. Dico, ꝙ talis ordo eſt ordo conſecutionis, non quòd vna imago tẽpore priori recipiatur, quàm alia, ſed ordo conſecutionis eſt talis rei neceſſarius, vel ſecundum conſuetudinem, vt dicit Ariſtot. Ad ſecundum, ſi reminiſcentia fit cum priori imagine mouẽte, ſecunda mouet, & ſic ſucceſſiue, non eſt ergo in imagine aliqua imago abolita, dico, quòd certe non perditur aliqua imago partis, ſed perditur ordo inter illas imagines, quòd non poſſit perdi imago in reminiſcentia, ita ꝙ ex parte reſeruata recuperetur pars deperdita, patet, quia notitia rei non poteſt fieri niſi ex imagine obiecti, vnde ſi debet cauſari in nobis notitia partis, quæ dicitur deperdita, oportet, ꝙ ex imagine acquiratur, ſic ergo dico, quòd pars imaginis non eſt abolita, ſed tantum ordo, & ſic ille ordo ex reminiſcentia recuperatur, & ad tertiũ dicemus infra. Hic ſecundo ponit modum quo fit reminiſcẽtia, & dicit, quòd remanente parte imaginis reſeruata imaginatione quadã recuperans partem collapſam imaginis, & hoc duobus modis fit, & hic ſunt verba obſcura, aliquãdo reminiſcẽtia fit ex præſente ſenſibili, vt cum lyra eſt depicta in muro, lyra in ſenſu communi mouet, & ſic deinde imago coriſci mouet ſenſum communem, & ſic principium reminiſcentiæ non eſt præſens ſenſui, ſed eſt remotum, vt inquit Michael, quia cum ſeruauit imaginem coriſci cantantis apud columnam, cum recordor imagine coriſci, quæ non eſt præſens ſenſui, reminiſcor etiam columna, & ſic principium reminiſcentiæ hic non eſt pręſens ſenſui, & dicit ꝙ reminiſcentia quomodocunq; ſit, tribus modis fit, vel ex ſimili, vel ex cõtrariis, vel ex proximis, exemplum dat Ariſtot, quia cum video imaginem Socratis, reminiſcor Socrate ex ſimilitudine imaginis, aliquando ex contrariis, vt eum video album reminiſcor nigro, & hoc, quia multoties vidimus album & nigrum ſimul, ideo cum occurrit album, reminiſcor nigro, aliquando ex propinquis fit reminiſcentia, vt cum reſeruata ſit in memoria pars carminis, ex illa parte reſeruata inueſtigatione quadam reminiſcimur parte carminis aboliti, & inquit Ariſt, licet ex propinquis fiat reminiſcẽtia. ſ. ex parte priori reſeruata, inquit Ariſt. ſemper præcedens, ex quo fit reminiſcentia, eſt maius ſequenti, cuius reminiſeatur, & Michael exponit hoc dictum dupliciter, primo quòd præcedens eſt maius, quia præcedens eſt principium, quo inueſtigatur ſubſequens, & quia principium virtute eſt maius ſequenti, ideo præcedens eſt maior virtute ſubſequenti, vel aliquando præcedens eſt maius ſecundũ quantitatem, quam ſubſequens, exemplum, ſi dedici 20. carmina, & obliterata ſint 4. carmina, 16. verò ſunt illa, quæ ſunt reſeruata, & ex illis 16. carminibus reminiſcimur aliorum 4. carminum, ſic tunc principiũ eſt maius ſubſequenti ſecundum quantitatem, ſic ergo patet, quomodo principium reminiſcẽtiæ eſt maius ſubſequenti. *Nihil autem oportet conſiderare*; Ponit modo documentum, & dicit, eſt ſimilis modus reminiſcentiæ, ſiue reminiſcamur eius quod nuper didicimus, vel eius quod multo ante didicimus, quia ſemper reminiſcentia fit ex eodem principio, vel ex ſimili, vel ex cõtrariis, vel ex proximis, & dicit Ariſt. ferè, aliqualiter eſt motus vtriuſq; reminiſcentiæ, & dicit aliqualiter, quia non omnino eſt idem motus, quia vt reminiſcamur eorum, quę multo tempore didicimus, oportet vti maxima inueſtigatione, vt verò reminiſcamur eius, quod paulo ante didicimus, parua indigemus inquiſitione, verum eſt, quòd aliqui textus non habent aliqualiter, ideo Michael non exponit verbum aliqualiter, ſed fuit verbum additum ab expoſitoribus. Secundo dicit Ariſtot. quòd motus memoriæ eſt perſimilis reminiſcentiæ, quia in memoria ſeruatur ordo imaginum, & etiam reminiſcẽtia, & hoc probat Ariſt. ex ſigno, & cauſis, ex ſigno, quia facilis eſt memoria eorum, quæ habent ordinẽ ad inuicem, & ita reminiſcentia eſt eorum, quæ habent ordinem, & cauſa eſt, inquit Ariſt. quia ſicut res habent ordinem ad inuicem, ita etiam imagines habent ordinem, ita cum vna moueat, altera deinde moueat, quia motus imaginum habent ordinem, vt ipſæ res. Tertio Ariſtoteles proponit aliud documentum, & inquit, quòd differt reminiſcentia à doctrina, quia omnis reminiſcentia ex ſe ipſa mouetur, doctrina ab alio mouetur, & ſi dicas, non ne poteſt fieri, quòd inueſtigatione noſtra in nobis fiat certum eſt quòd ſic, ideo oportet dicere, ꝙ omnis reminiſcentia eſt à nobis ipſis, non autem omnis diſciplina eſt à nobis ipſis.

Quõ fiat reminiſcẽtia.

Lectio XIII.

Reminiscentię & doctrinæ differentia.

IN Præcedenti lectione posuit differentiam inter reminiscentiam & doctrinam, quia partim conueniebant, quia reminiscentia erat partim memoria respectu partis seruatæ, erat etiam partim disciplina respectu partis recuperatæ, non est tamen simpliciter memoria, nec simpliciter doctrina, sed differt à memoria totali, & à doctrina totali, dicit ergo, differt reminiscentia à doctrina, quia qui didicit, ab alio mouetur, qui uerò reminiscitur, à se ipso mouetur, id est, à principio, quod est in nobis, & si dicas, non est aliquis homo, qui accipit disciplinas, à se ipso mouetur, vt cum didicit ex inuentione? dico, quòd sic, & ideo debemus dicere, quòd omnis reminiscentia mouetur à principio intrinseco, non autem omnis doctrina fit à principio intrinseco, sed ut plurimum fit ex extrinseco, scilicet, à præceptore, dicit secundo, aliquando ex eodem principio, id est, ex eadem imagine reseruata faciliter reminiscimur, aliquando non nisi difficulter, quia oportebit vagare per multas imagines, & declarabit infra Aristoteles principium verò quo reminiscimur est anima sensitiua ratione phantasiæ, quia phantasia quasi discurrit de vna imagine ad aliam, & talis est phantasia hominis ob sui perfectionem, ideo reminiscentia est passio sensus, & non intellectus, dicit tertio, quod est difficilius. s. q̃ reminiscentia est ex quodam principio, id est, ex inuestigatione quadam, & declarat exemplo Arist. quomodo omnis reminiscentia fiat ex quodam principio, & inquit, reminiscentia fit ex locis, & istud verbũ tripliciter exponitur, quia reminiscentia fit ex locis, id est, ex ꝓpriis modis inuestigandi, & isti modi sunt trea, à simili, vel à contrario, vel à permixtis, & sic per locoa intelligimus, sicut locos in dialecticia intelligimus & in rhetoricis sunt proprij loci, ita in reminiscentia sunt loci, qui sunt modi inuestigandi, & isti sunt tres, scilicet à simili, à contrario, & à permixtia, exponit secundo modo à locis, & per loca intelligit loca corporalia, & sic reminiscentia fit ex locis corporalibus, vt cum imaginamur in vno loco esse depictam vnam, in alio aliam etc. ex illis locis fit reminiscentia, & talis est artificialis, qua vtũtur Oratores, sed prima expositio est melior, & magis conuenieus Aristoteli. Tertio exponitur à D. Th. quòd Aristoteles per locos intelligit illos locos, in quibus actæ sunt res, vt apud columnam tẽpore æstatis cantauit Socrates, cum recordor loci, ex cognitione loci venio in cognitionem talis temporis, & quod Socra. cantauerit, sed prima expositio est magis conueniena Aristoteli, secundo addit eũm, cur reminiscentia fiat ex quodam principio, causa est, quia reminiscentia fit ex quadam inuestigatione, inuestigatio procedit ex principio, ideo memoria ex principio procedit, exẽplum affert Arist. quia si quis vul reminisci temporis autumnalis, in quo aliquid audiuit, ex principio quodam reminiscitur, vt puta, ex lacte ducitur in notitiã albi, ex simili, quia omne lac est album, & ex imagine ipsius albi venio in notitiam aeris, quia sicut aer est splendidus, ita lac est candidum, & ex aqua cum aere fit albedo, ex reminiscentia verò aeris uenio in notitiam humidi, quia ex proximis, quia omnis aer est humidus, ex imagine verò humidi uenio in notitiam temporis autumnalis, & Aristot. supponit hic, quòd autumnus sit frigidus & humidus, cum tamen sit frigidus & siccus, ideo sit pro exemplo illud dictũ, vel dicamus. quòd duæ sunt partes autumni. vna propinqua æstati, & talis est frigida & sica ratione propinquitatis cum æstate, alia est pars propinqua hyemi, & ista est frigida & humida, frigida rõne recessus solis, humida ratione propinquitatis cum hyeme, sic ergo ex imagine lactis inuestigatione deuenio in cognitionem autumni. *Videtur autem uniuersaliter*; tota hæc pars difficilis est, varia est litera apud Grecos, & apud Latinos, alij transferunt, assimilatur aũt uniuersaliter medium omnium principium, in græco verba sunt difficilia, secundum quod argui potest esse nominatiui uel alterius casus, vt in datiuo, duæ tamẽ sunt translationes meliores, quæ tamen in sententia conueniunt, prima translatio est, assimilatur autem vniuersaliter medium omnium principium, quod est dictũ, vniuersaliter. i. in pluribus & ferè semper assimilatur medium. i. medium ex quo reminiscimur, assimilatur principio demonstrationis, quia sicut ex principio demonstrationis venimus in notitiam ipsius conclusionis ignotæ, ita ex medio reminiscentiæ, qui est triplex vel à simili, vel à contrario, vel à coniunctis reminiscimur partis iam abolitæ à memoria, alij transferunt sic, *uidetur autem uniuersale principium & medium omnium*, hoc est dictu, medium omnium quo reminiscimur est vniuersale principium, sicut est principium demonstrationis, & isti volunt, quòd idem sit in reminiscẽtia mediũ vniuersale, & principium, Quomodo medium in reminiscentia vniuersale est, sicut principium demonstrationis, quomodo dicit, quòd illud medium est vniuersale est, cum reminiscentia sit sensus, sensus verò nõ comprehendit vniuersale, Michael dupliciter exponit, primo, quòd illud medium est vniuersale, non vniuersale in prædicando, sed est vniuersale secundũ consuetudinẽ, quia ex illo medio reminiscendi transferimur in cognitionem plurium, vt ex medio, vt puta ex imagine lactis ducimur in cognitionem albi & etiam dulcedinis, alio modo exponit medium vniuersale, non vniuersale in prædicando, vel secundum cõsuetudinem, sed per vniuersale intelligit locos communes, ex quibus sit reminiscentia, ita quòd intelligit per vniuersale illos locos, ex quibus fit reminiscẽtia, illi autem loci sunt tres, vel à simili, velà cõtrario, uel à coniugatis. i. permixtis. Vult modo declarare, quomodo medium reminiscentiæ habeat rationem principij. quia inquit Arist. licet ex imagine unius sequentis non possumus duci in notitiam posterioris imaginis sequentis, nihil minus tamen ex imagine prioris ducimur in notitiam sequentium, & si non duceremur sic in notitiam sequentium, periret in nobis omnis reminiscentia, & hoc declarat Aristot. quia inquit, supponatur quòd octo imagines descriptæ ꝑ

octo

octo lineas,& illæ imagines ſint medium, quo reminiſcimur alicuius rei obliteratæ, & inquit Ariſt. ſupponamus, quòd quatuor lineę poſteriores appellentur e.vt e.f.g.h.ſupponamus etiam,quòd primę quatuor lineę appellētur a. inquit ergo Ariſt. ſi ex e.volumus venire in cognitionem f.& g.& ſi non immediate,mediate tamen, quia ex e.venimus in notitiam h. & ex h.deuenimus in notitiam f.& g. & ſi e. nō eſt medium, quo deueniamus in cognitionem f. & g. medium erit g. & ſic ex e.deueniam in cognitionem f. & g. ſi verò deueniam in cognitionem ipſius a. & ex a.in cognitionem f.g.& ſi nō poſſum, ſic tolletur omnis reminiſcentia,D.Th.dicit,quòd Ariſt.accipit hic a.tanquam principium & medium, ſed non eſt verum, quia accipit e. vel c. ſed vos dicetis, quid vult Ariſtoteles? Themiſtius & michael verbis clarioribus exponit,& dicunt,volo reminiſci,quòd Socrates fuit percuſſus in conuiuio Platonis cum lyra, ſupponamus, quòd a. ſignificet Athenas, per b. intelligat regionem ipſius, per c.domum Platonis, per d.prima dies menſis, per e. ſimpoſium, per f.Socratem, per g.vapulationem, per h.liram,volo ex ſimpoſio, quod eſt medium venire in cognitionem Socratis,& vapulationis,ſi non veniam immediate, mediate tamen,quia ex ſimpoſio ueniam in cognitionem lyræ, ex lyra verò in cognitionem Socratis & vapulationis, ſi autem ſimpoſium non ſit medium, ſit domus Platonis, ex domo veniam in cognitionem Socratis & vapulationis, ſi non, veniam in cognitionem Athenarum,& ex cognitione Athenarum veniam in cognitionem Socratis,& vapulationis, ſi nō ſic, tolletur omnis reminiſcentia, litera debet dicere ex d. in e. & Ariſto. innuit nobis,quòd ex e.poſſumus deuenire in cognitionem literarum præcedentium e. quæ omnes appellantur nomine d. & etiam in cognitionem literarum ſequentium e. quæ appellantur omnes nomine e.

Lectio XIIII.


IVS *autem*; Dixerat nobis Ariſt. ꝙ omnis reminiſceutia eſt ex aliquo principio, quod eſt mediū reminiſcentiæ, quod eſt medium reminiſcentię,quod eſt imago reſeruata in memoria, ex qua recuperatur imago collapſa, addit Ariſt.documentum, dicēs ex eodem principio, aliquando faciliter reminiſcimur eiuſdem rei, aliquando difficulter.i.faciliter reminiſcitur ex eodem principio.i. ex eadem imagine reſeruata, aliquando difficulter reddit cauſam Ariſt. inquiens,ſi ſecundum naturam ex illa imagine transfertur in illam rem, tunc facilis erit reminiſcentia, ſi verò ſecundum conſuetudinem ex illa imagine trāſfertur in diuerſas res, difficilis erit reminiſcentia, exemplum non dat Ariſt. ſed Michael & Themiſtius dant exemplum, & dicunt, ſi ſecundum conſuetudinem ducimur ex imagine canis latralis ad canem cęleſtē, tunc faciliter ex imagine canis ducemur in notitiam canis cœleſtis, ſi verò ex imagine canis ſecundum conſuetudinem transferimur in diuerſas res, vt puta in caniſtrum, tunc difficilis erit reminiſcentia ipſius canis cœleſtis, ideo probat Ariſt. quia inquit, reminiſcentia eſt perſimilis naturæ,natura verò perſimilis conſuetudini, quòd verò reminiſcētia ſit perſimilis memoriæ, patet, quia natura habet ordinem, ſcilicet prius & poſterius,ita & reminiſcentia, quòd verò natura ſit ſimilis conſuetudini, patet, quia ex natura faciliter operamur, ita ex conſuetudine faciliter operamur,ideo inquit Ariſto.ex eodem principio,aliquando faciliter reminiſcimur eiuſdem rei,cū ſecundum conſuetudinem ex imagine illius transfertur in cognitionem rei faciliter, ſi verò ex illa imagine ſecundum conſuetudinem transferimus in diuerſas imagines,tunc difficulter reminiſcimur,& inquit Ariſtoteles, quòd aliquando ex eodem principio deprauate reminiſcimur, & ſic facimus ſolecismum,dicit Ariſt.quia ex nomine decipimur, exēplo Michaelis patebit, ſicut ex imagine leonis volumus reminiſci Leophanis ſimilitudine capti ipſius Leophanis non reminiſcimur,ſed Lenſtenis,tunc ex eodē principio, vt puta ex imagine leonis in errorem incurrimus,quia volebamus reminiſci leophanis,& reminiſcimur leoſtenis, & ſic vtimur ſolecismo, quia aliud nomen pro alio proferimus,& reminiſcimur.

Dixi quòd aliquando ex eodem principio deprauate reminiſcimur, & facimus ſolecismum, declarat cauſam eius Ariſtoteles,quia diximus, quòd conſuetudo eſt vt natura, & quia in natura error accidit, aliquando enim natura producit hominem cum ſex digitis ex abundantia materiæ, ita ex conſuetudine accidit error in reminiſcentia, & magis error accidit conſuetudinē quàm naturæ, quia conſuetudo non eſt ita ſtabilis vt natura, dicit, *quibus natura*, id eſt, ordo exponit Michael. *Maxime autem oportet cognoſcere tempus*; cum declarauit quomodo fit reminiſcentia, & quomodo fit reminiſcentia à memoria, & à doctrina, hic vult proponere communia memoriæ & reminiſcentiæ, interrumpit tamen, & ponit dubitationem,deinde reuertitur ad propoſitū, inquit ergo, commune eſt memoriæ & reminiſcentiæ cōprehenſio temporis prçteriti, & cognitio temporis præteriti,& cognitio temporis præteriti eſt duplex, vna diſtincta,alia confuſa,diſtincta vt ſi recordor me vidiſſe Socratem tertia hora diei,confuſa comprehenſio temporis eſt, cum recordor heri me vidiſſe Socratem, ſed neſcio qua hora, ſufficit, quòd cognitio temporis ſiue diſtincta ſiue confuſa cōmunis eſt memoriæ & reminiſcentiæ,& ponit dubitationem,quia inquit Ariſt.ſi comprehenſio temporis præteriti eſt communia memoriæ & reminiſcentiæ, quomodo memoria comprehendit tempus prætetitum, multū & paucum, cum aliquod ſit tempus prçteritum multum aliquod paucum, ſoluit Ariſto.& inquit,ꝙ memoria comprehendit tempus multum & paucum,ſicut virtus rationalis comprehendit imaginem maiorem & minorem,ſimiliter in diſtantis, ita memoria comprehendit tempus præteritum, ſed Ariſt. ponit aliam dubitationem. ſ. quomodo intellectus cōprehendat magnitudinem maiorem & minorem,in-

quit, ꝙ dupliciter, vno modo cõprehendit magnitudinem maiorem vel minorem, quia intellectus iudicat hãc magnitudinẽ cõtinere, illam vero contineri, & quę cõtinet, eſt maior, ꝗ cõtinetur, minor, & iquit Ariſt. nõ iudicat itellectus magnitudinẽ extẽdẽdo ſe ad magnitudinẽ, ſicut dicũt illi q dicũt, ꝙ viſio fiat ita p ſpiritus extra miſſos, qa illi ſpiritus vibrãt ſup totã ſuperficiẽ, quę debet videri, & ſic fit viſio, inqt Ariſt. ſi hoc eſſet verũ, ſequeretur, ꝙ intellectus tm̃ magnitudinem pſentem perciperet, cuius cõtrariũ experientia patet, qa intellectus iudicat ẽt magnitudinem abſentem, ideo inquit Ariſt intellectus indicat hãc magnitudinem eſſe maiorem, illã verò minorem, qa iudicat hãc cõtinere, & iſtã cõtineri, & quę cõtinet, eſt maior, vel ſcd'o mõ intellectus iudicat magnitudinem eſſe maiorem vel minorem, ex ꝓportione monetur, quia accipit ſimulachra ꝓportionabilia illis magnitudinibus, iõ ex illis intellectus indicat magnitudinem maiorem uel minorem, ex ꝓportione mouetur, *figuræ et motus ſunt ſimulachra, eſt aũt forte*; iſte eſt ſcd's modus rñdendi i. ſicut rebus corrñdent imagines diſtinctę, ita magnitudini maiori & minori corrñdent imagines diſtinctę *Sicut igitur*; hic declarat exemplo, qũo magnitudo maior & minor cõprehendat̃ ab intellectu ex ꝓportionali motu. i. ex ſimulachris ꝓportionalibus ipſis magnitudinibus, exemplum, inquit Ariſt ſupponamus, ꝙ intellectus vocet̃ a. & intelligat tres lineas, & prima vocet̃ b. e. quę ſit maior, ſcd'a ꝗ minor ſit vt c.d. alia minor quę ſit f.g. ſupponamus, ẽt, ꝙ iſtę lineæ ſint æquidiſtantes, & ſupponamus, ꝙ f.g intelligat̃ p imaginem deſcripta, quę ſit f. a, c. d. verò magnitudo pcipiatur ab intellectu p imaginem deſcriptã p lineam c. a, b. e. verò maior magnitudo apprehendatur ab intellectu p imaginẽ deſcriptã per lineã b. a, qd ſequitur? ſequitur ex 28. primi, Euclidis dicentis, ꝙ vbi linea recta eccideri p æquidiſtantem cauſat angulũ extrinſecũ æqualẽ angulo intrinſeco, fiunt ergo trianguli æquianguli, ex 4. primi oẽs trianguli æquianguli habent latera proportionalia, qualis ergo eſt ꝓportio magnitudinis maioris b.e, ꝗ dicitur b.a. ad magnitudinem c d. quę dicitur c.a, & ita ſient ſe habet c.d ad f.g. ita imago c. d. quę appellatur c.a. ad imaginem f.g. quę dicitur f.a. ſic ergo intellectus ex ꝓportione motus imaginum cõprehendit maiorem magnitudinem & minorem, ita vis reminiſcendi cõprehendit maius tempus & minus ex proportionali motu. i. ex imaginibus proportionatis illis temporibus, vt in hac figura patet.

Sint ergo iſtæ tres lineæ.

Sit linea recta cadens ſuper æquidiſtantes b.a, tũc ex 28. primi, cũ linea recta cadit ſuper æquidiſtantes, fiunt anguli extrinſeci æquales intrinſecis, angulus ergo f. extrinſecus erit æqualis angulo c. intrinſeco, & angulus c. æqualis angulo b, ergo reliq anguli ſunt ęquales ex 32. primi, oĩs triagulus habet tres ęquales duob' rectis, cũ ergo illi trianguli ſint ęquianguli, habẽt ergo latera proportionalia ex quarta ſexti, ſicut ergo ſe habet magnitudo b.c. ad f.g. ita ſe habet magnitudo b. a. ad magnitudinem f. a, & ſic vis reminiſcendi.



Et ſic ex proportionali motu, id eſt ex imaginibus proportionatis intellectua comprehendit maiorem & minorem magnitudinem, ita eſt de virtute reminiſcendi reſpectu tẽporis multi & pauci.


Adaptat modo exemplum, quomodo virtus reminiſcendi cõprehendit tp̃s maius, & minus, & reuertitur ad propoſitum, & inquit, ꝙ virtus reminiſcendi cõprehendit maius tempus & minus ex proportionali motu, id eſt ex imaginibus proportionatis illis temporibus, exemplum declarat Ariſtoteles, ſed accipiatur exemplum deſcriptum, quia eadem eſt ratio, licẽt Ariſtoteles vtatur diuerſis literis.

tempus maximum. m

tempus magnum. i.

tempus medium. h.

tempus minimum. l.



magnitudo maior b.e.

magnitudo media c.d.

magnitudo minor f. g.

Imago tẽporis maximi. f. m. n. eſt linea m K. Imago temporis. i. e. eſt linea i.K. Imago temporis h. d. eſt h.K. Imago temporis l. g. eſt linea l k. Et iſtę imagines habent proportionem, vt diximus ẽt de imaginibus magnitudinum.

Lectio XV.

DECLARABAT nobis Ariſtot. quomodo intellectus cõprehẽdat magnitudinẽ maiorẽ & minorẽ, diximus, ꝙ bifariã cõprehendit, vno modo, ꝙ hęc cõtinet, alia cõtinẽt, & vniuerſaliter iudicat, ꝙ cõtinẽs ſit maior cõtẽta, ſcd'o dicit, ꝙ cõprehẽdit magnitudinẽ maiorẽ & minorẽ ex ꝓportione motus.i. ex ſimulachris proportionalibus, ita virtus reminiſcendi cõprehendit tẽpus multũ & paucũ.ſ. ex imaginibus tẽporũ, quæ habent proportionem cũ ipſis tẽporibus, & tranſlatio cõis ſatis bona eſt. *Cum igitur ſimul;* Sed hic eſt dubitatio, q: Ariſt. dicit, ꝙ intellectus cõprehẽdit maiorẽ, & minorẽ magnitudinẽ ex proportione imaginũ illarũ magnitudinũ, hoc nõ videtur verũ, quia imagines magnitudinũ in intellectu ſunt ſpirituales, iõ carẽt oĩ magnitudine, quõ ergo illæ imagines habẽt proportionẽ, qa proportio 5. elementorũ vt dicit Euclides, eſt inter quãtitates eiuſdẽ gñis. Secũdo Ariſto. videtur ſibi aduerſari, quia dixit, ꝙ intellectus cõprehẽdit magnitudinẽ ĩ vniuerſali, ſenſus verò cõprehendit hanc magnitudinẽ, hic verò dicit, ꝙ intellectus cõprehendit hãc magnitudinem, vt puta b. e. ergo aduerſatur. Ad primũ dico, ꝙ re uera nõ ſeruatur ꝓportio ſcd'm rẽ ipſam, ſed ſcd'm repſentationẽ; quia ſimulachrũ magnitudinis maioris repſentat magnitudinem maiorẽ, & ita nõ ſeruatur proportio ĩter illas magnitudines ſcd'm rẽ, ſicut eſt proportio inter magnitudines, ſed ſeruatur ꝓportio tñ ſcd'm repræſentationem; quia illæ imagines in intellectu & in ſenſu interiori nõ ſeruãt ꝓportionẽ ſcd'm rem, quia carent quantitatibus, bene in viſu ſeruatur proportio, quia vt dicunt perſpectiui, rẽ maiorẽ cõprehẽdit uiſus ſub angulo maiori, minorẽ verò ſub minori angulo, & ſic in viſu ſeruatur proportio. Ad ſcd'm vidit Michael argumentum, & dicit, ꝙ intellectus põt cõſiderari dupliciter, vno modo ſimpliciter, & ſic comprehendit ẽt ſingularia, quia ex particularibus vt iij. de anima ẽt dicit Ariſt. elicit intellectus vniuerſale, vt ex hac albedine elicit ſpeciẽ vniuerſalẽ albedinis, ita ex illa ſpecie albedinis intellectus intelligit albedinẽ, & ſic nulla eſt cõtradictio. *Cũ igitur;* Ariſt. mõ reuertitur ad propoſitũ, quia Ariſt. intendebat declarare, ꝙ comprehenſio temporis præteriti erat communis memorię & reminiſcentię, & dicit, ſi comprehendit tempus cum re, aut rem cum tempore putat ſe memorari, & reminiſci, ſi verò cõprehendat rem ſine tempore præterito, aut tempus ſine re, tunc iſte non reminiſcitur, nec meminit, ſed putat ſe reminiſci, ſed decipitur, dicit primo, ſi comprehendit tempus cum re, aut rem cum tempore, tunc putat ſe mememiniſſe, & verè meminit, ratio eſt, quia ratio memoriæ & reminiſcentiæ eſt, vt comprehendat rem cum tempore pręterito, dicit deinde, ſi comprehenpat rem ſine tempore, vel tempus ſine re, tunc iſte putat ſe reminiſci, & decipitur, ſed quomodo comprehendit tempus ſine re memoria, & rem ſine tempore, exemplum, ſi ego heri vidi Socratem, & puto hodie me vidiſſe, tunc ſeparo rem à tempore, ſi verò hodie viderim Socratem, & putem me vidiſſe, tunc ſeparo tempus à re, ſi ergo quia memoria eſt comprehenſio tẽporis præteriti, cum tempus ſeparatur à re, amplius non eſt memoria, non eſt tamẽ poſsibile, inquit Ariſtoteles, quòd aliquis vere recordetur, & putet ſe nõ reminiſci, quia cum verè reminiſcitur, comprehendit rem cum tempore præterito, & ideo non decipitur.

Secundo dicit, quòd poſſumus recordari rei cum tempore determinato, vel cum tempore indeterminato, vt puta, ego reminiſcor, quòd heri uiderim Socratem, ſed reminiſcor eum tempore determinato, reminiſcor verò cum tempore indeterminato, vt cum dico, ego vidi Socratem, ſed non recordor tempore quo vidi, & dicit Ariſtoteles, quòd vtraque eſt reminiſcentia, quia vulgares dicunt, quòd vtraque eſt reminiſcentia, ſignificationes autem terminorum ex communi vſu ſumuntur, ideo quia ipſi vulgares cũ recordantur re ſine tempore determinato, dicunt ſe reminiſci. Sed dicetis, quid dicit Ariſtoteles? dicit, quòd comprehenſio temporis pręteriti eſt communis memoriæ & reminiſcentiæ. Sed hæc eſt communis memoriæ, quia eſt obiectum ipſius memorię comprehenſio temporis præteriti, ſed hoc non conuenit reminiſcentiæ, quia ratio reminiſcentiæ eſt renouatio imaginis collapſæ ex imagine reſeruata, in hac ratione non includitur tempus, quomodo ergo comprehenſio temporis eſt communis reminiſcẽtię? Secundo, quia dicit Ariſtoteles, ſi comprehendo rem cum tempore, reminiſcor, & non poſſum decipi, contra, quia ego poſſum reminiſci, quòd viderim heri Socratem, & re uera uiderim, viderim tamen in foro, cũ in tẽplo viderim, & ſic decipior, quid ergo dicit Ariſtoteles? Tertio, quia eſt alius modus deceptionis, quem tetigit Themiſtius, vt puta, cum recordor alicuius rei, ſed non aduerto me recordari ob fortiorem motum, dicit Themiſtius, cum dormio, in ſomno recordor rei, non tamen aduerto me recordari, cur ergo Ariſtoteles non poſuit iſtum modum deceptionis. De primo dico, quòd etiam reminiſcentia cõprehendit tempus præteritũ, ſic memoria, quia reminiſcentia eſt renouatio partis collapſæ vt collapſa, & vt collapſa eſt præterita, & ſic reminiſcẽtia recuperat partẽ imaginis collapſæ, vt collapſa in tẽpore pręterito. Ad ſecũdũ dicit Themiſtius, ꝙ re uera ſunt alij modi reminiſcentię, & Ariſtot. illos non tetigit, quia Ariſt. tantũ modum deceptionis tetigit, qui oritur à tempore, quia memoria eſt comprehenſio temporis pręteriti, iõ Ariſt. ſcd'm modum deceptionis, quæ nõ includit tempus, dimiſit, Dimiſit ẽt tertium modum deceptionis, qui prouenit ex nimia attentione, cũ recordor, & nõ animaduerto me recordari, ſed ego nõ video quõ iſte ſit error, quia et ſi nõ animaduerto me recordari, & tamẽ recordor quis error hic contingit, nullus certe. *Memoria autem reminiſcentia;* dicit mõ Differẽtia
Ariſt. ꝙ memoria differt à reminiſcẽtia, primo orga- inter memoriã &
no, qs reminiſcentia reqrit organũ ĩ humido, memo- reminiſcẽ
ria verò requirit organũ ĩ ſicco, tale organũ eſt cor, tiam.
quia cor eſt organum virtutis motiuæ & ſenſus, ideo inquit Ariſt, diximus, quòd hebetes ingenio facile

vtuntur memoria, difficulter autem reminiſcuntur, quia qui ſunt hebetes ingenio habent carnem cordis ſiccam, & quia memoria fundatur in ſicco, iõ prævalent memoria, qui verò ſunt ingenij acuti habẽt carnem cordis mollem, molles carne apti mẽte, & quia reminiſcentia eſt ex diſcurſu, ideo qui ſunt ingenio acuti faciliter reminiſcuntur. Secundo dicit, ꝙ memoria tempore præcedit reminiſcentiam, hoc patet, quia reminiſcentia eſt recuperatio memoriæ iam collapſę ſecundum partem, ideo memoria tempore præcedit reminiſcentiam. Sed vos dicetis, non ne reminiſcentia terminatur ad memoriam, quia ex reminiſcentia recuperatur memoria, ergo reminiſcẽtia præcedit memoriam tempore. Dico, ꝙ memoria integra præcedit reminiſcentiam tempore, reminiſcentia verò tempore præcedit memoriam imperfectam & collapſam, & ſic memoria eſt prior tempore reminiſcentia, & reminiſcentia eſt prior memoria, ſed ſecũdum diuerſas rationes, tertiam differentiam ponit Ariſt. quia inquit, memoria conuenit homini, & etiã aliis brutis, reminiſcentia verò conuenit ſoli homini, quia omnis reminiſcentia eſt cum diſcurſu, omnis autem diſcurſus eſt cum conſultatione, id eſt cum ſyllogiſmo practico, conſultatio enim non eſt niſi ſyllogiſmus practicus, dicit cum conſultatione, vel deliberatione, deliberatio eſt electio duobus propoſitis vnius electio, cum ergo reminiſcentia ſit cum conſultatione & electione, conſultatio verò eſt ſolus rationis, & cum ratio ſolum ſit in homine, ideo reminiſcentia eſt ſolius hominis, & dicit quòd reminiſcentia non conuenit aliis animalibus ex cognitis præter hominem, hoc dixit propter illos, qui ponunt demones, qui ſunt incogniti, ideo vt alluderet illos dixit illa verba. ſ. reminiſcentiam non conuenire animalibus incognitis præter hominem.

Lectio XVI.

An reminiſcentia ſit ꝓpria ſoli homini.

EST Dubitatio ſuper verbis Ariſto. quia declarans cauſam reminiſcentiæ dixit, ꝙ brutis conuenit memoria, & ea virtute conuenit memoria, qua comprehendunt tempus prçteritum, reminiſcentia verò ꝓpria eſt ſoli homini, & probat, quia oĩs reminiſcentia eſt cum inquiſitione, inquiſitio verò eſt cum diſcurſu, diſcurſus vero eſt cum conſultatione & deliberatione, conſultatio eſt propria homini, ideo reminiſcentia eſt propria homini, dixit, ꝙ reminiſcentia eſt cũ inueſtigatione, quia reminiſcentia inueſtigat partem memoriæ collapſam, inueſtigatio uero eſt cum diſcurſu, oĩs diſcurſus eſt cum conſultatione. i. ſyllogiſmo practico, omnis conſultatio eſt cum electione ex duobus propoſitis alterius præoccupatio, & electio eſt uoluntatis, conſultatio verò eſt intellectus, cum ergo omnis reminiſcentia ſit cum conſultatione, conſultatio verò ſit operatio intellectus, ideo reminiſcentia eſt paſsio tm̃ conueniens homini, cum intellectus tantum in homine ſit. Eſt dubitatio, primo, quia omnis diſcurſus eſt ad complexa, aliqñ reminiſcentia eſt incõplexi, vt ꝙ reminiſcentia ſit ſoni, tẽporis loci, ergo oĩs reminiſcẽtia eſt cũ diſcurſu. Secundo omnis diſcurſus eſt ex principus, quæ generant effectiue notitiam concluſionis, quidquid dicat Apollinaris j. Poſterior. nõ in oĩ reminiſcẽtia ex imaginibus prçcedentibus nã producitur imagines ſubſequentes, imò imagines ſequentes nõ pñt gñari niſi à re ipſa, nõ ergo pñt produci ab imagine reſeruata. Secundo, quia dicit, ꝙ omnis reminiſcentia eſt cum deliberatione. Nam reminiſcentia eſt cum deliberatione, quia reminiſcentia eſt operatio ſenſus, deliberatio verò eſt operatio voluntatis, qũo ergo deliberatio cõcurrit ad reminiſcentiam, & reminiſcentia intendimus cõprehẽdere id quod eſt ignotum, & habita cognitione ceſſamus à reminiſcentia, deliberatio verò oĩs eſt cũ cognitione, quia voluntas non fertur in incognitum, vt dicit Auguſt. inuiſa poſſumus diligere, incognita nequaquã, cũ ergo omnis deliberatio ſit cum cognitione, qũo ergo reminiſcentia eſt cum deliberatione? Soluam tm̃ primũ argm̃, alia dimittã, quomodo cũ diſcurſus ſit intellectus, reminiſcentia ſenſus. Dico, ꝙ duplex eſt diſcurſus, vnus, qui eſt intellectus, & eſt ab vniuerſali ad vniuerſale, eſt etiam diſcurſus in ſenſu, nõ in quolibet ſenſu ſed ĩ ſenſu interiori hominis, quia ipſe diſcurrit, quia ex quo intellectus cõiungitur cũ ſenſu, ſicut ergo intellectus diſcurrit & componit, ita ſenſus hominis ob ſui perfectionẽ, vñ intellectus in diſcurrẽdo nõ põt diſcurrere niſi ſenſus circa id diſcurrat, iõ nedũ ſenſus cõiunctus eſt cum intellectu in prima operatione, ſed ẽt in ſecunda operatione, iõ Ariſt. iij. de anima appellat phãtaſiam nomine intellectus, quia aſsimilatur intellectui, quia ipſa diſcurrit ut intellectus, & dixit Auer. ꝙ quadrupliciter dicitur intellectus. ſ. ꝓ intellectu agẽte, ꝓ intellectu paſsiuo pro ſpeculatiuo. i. ipſe intellectione, & ꝓ ſenſu, iõ dico, cum dicitur, diſcurſus eſt operatio rationis per rõnem intelligit ſenſum, ita cũ dixit vj. Ethicor. ꝙ deliberatio eſt operatio uoluntatis, dico, ꝙ duplex eſt deliberatio, vna exqſita, & hęc eſt intellectus alia magis cõis, & hæc ẽt cõuenit ſenſui, & ita licet oĩs reminiſcẽtia ſit cũ deliberatione, quia eſt deliberatio quę pertinet ad ſenſum, iõ ſemper reminiſcentia eſt paſsio ſenſus, & ſemper dubitaui, cũ in intellectu ſit libertas ratione diſcurſus, voluntas verò eligat id, quod dictauit intellectus, vñ ĩ intellectibus, qui non diſcurrũt, non eſt libertas, & ſic in Deo, apud Ariſt. nõ eſt libertas, qa ĩ Deo nõ eſt diſcurſus, imò quidquid agit Deus, & ſimiliter ſubſtantiæ abſtractæ ui naturæ agũt, vñ Deus neceſſario mouet cęlũ, & nõ põt nõ mouere apud Ariſt. cuius tñ doctrina ĩ hoc nõ eſt vera, cũ ergo ſenſus diſcurrat, cũ intellectus diſcurrit, ergo in ſenſu debet poni libertas. Dico, ꝙ re uera libertas ponitur in ſenſu, ſed nõ eſt perfecta libertas, ut illa, quę eſt ĩ intellectu. *Corporeum aũt*; cũ dixit, ꝙ reminiſcẽtia eſt cõis ſoli homini, quia eſt cum diſcurſu, diſcurſus eſt operatio intellectus, operatio aũt intellectus eſt incorporea, ita videtur, quòd reminiſcentia ſit paſsio incorporea, Ariſtot. ut remoueat hanc dubitationẽ, dicit, ꝙ reminiſcẽtia eſt paſsio corporea, & ꝓbat duplici rõne, primo, qa oĩs operatio

operatio, quæ fit cum motione corporis & agitatio ne corporis corporea eſt, & communicat cum memoria, ſed reminiſcentia eſt paſsio, quæ fit cum mo tione corporis, ergo reminiſcentia eſt paſsio corporea, maior eſt manifeſta ex primo de anima, minorẽ probat Ariſt. duplici ſigno, primo quia qui volunt reminiſci & non poſſunt, uexantur, & mouentur cor pore, ergo reminiſcentia eſt cum corpore & quomodo qui non poſſunt reminiſci uexantur corpore, declarat Themiſtius, quia inquit, ſi quis legerit aliquid in libro, & voluerit id inuenire reuoluit, & reuoluit chartas, ita cum non poſſumus reminiſci organum reminiſcẽtiæ, quod eſt cor vexat ſpiritus quibus affixæ ſunt imagines, ideo reminiſcentia eſt cum motione corporis, probat. Secundo, eandem minorem, inquiens cum ſumus reminiſcentes. i. inueſtigantes non poſſumus ceſſare ab inueſtigatione, & ſi volumus, & hoc eſt, quia reminiſcentia eſt paſsio corporis, & hoc maxime accidit in melancholicis, dicit Ariſt. quia cum illa ſimulachra ſint mota, unum mo uet aliud, vnde anima eorum eſt quæ mouet organũ reminiſcentiæ. i. cor. i. ſpiritus, quia affixæ ſunt imagines, & vna mouet aliam, ita quòd non poteſt ceſſare tſta motio etiam ſi volumus, exemplum, ſicut in poteſtate proijcientis non eſt amplius retinere proiectum cum voluerit, ita in poteſtate illius qui incipit reminiſci non eſt vt ceſſet à reminiſcentia cum vult, quia vna imagine mota alias mouet, & hæc paſsio maxime accidit habentibus humiditatem mul tam in corde, quia humidis cum incipit moueri difficulter retinetur, ita cum mouentur imagines in ipſis ſpiritibus humidis difficulter poſſumus eas retinere, & ceſſare à reminiſcentia cum volumus.

Sed eſt dubitatio, quia inquit, quòd, reminiſcentia eſt cum motione corporis, contra quia reminiſcentia eſt ſpiritualis, & eius operatio eſt ſpiritualis, quomodo ergo eſt cum motione corporis. Secundo dicit ꝙ hæc paſsio ſcilicet, quòd & ſi nolumus reminiſci reminiſcimur, accidit melancholicis, cur accidit melancholicis, etiã quia aduerſatur ſibi, quia dicit quòd talis paſsio accidit habentibus multam humiditatem in corde, ſed melancholicus eſt ſicci tẽperamenti, & habet paucam humiditatem in corde, quid ergo dicit, etiam quia dicit quòd in iſtis eſt ſicut in proijciente lapidem, quia facere quòd lapis ceſſet à motu non eſt amplius in poteſtate proijcientis, ſed contra, quia ſpiritus, qui mouentur diriguntur à nobis vbi volumus, quia diriguntur ad ſenſus & motus, qui ſunt in noſtra poteſtate, ergo & illos retinere poſſumus cum volumus, quia ſunt in noſtra poteſtate, nec exemplum eſt ad propoſitum, quia cum proiciens proiecit, vt puta lapidem, tunc proiciens ſeparatur à proiecto, ideo proiectũ non eſt amplius in ſua poteſtate, hic vero ſpiritus nõ ſeparatur à corpore, ideo ipſos cohibere ne amplius moueãtur ſunt in poteſtate noſtra, quid ergo dicit Ariſt.

De primo dico quòd reminiſcentia & eius operatio nõ eſt omnino ſpiritualis, ſed tantũ operatio intellectus, ideo quia operatio reminiſcentiæ non eſt omnino ſpiritualis, quia vtitur organo corporali, ideo reminiſcentia eſt cum motione corporis.

De ſecundo Michael dixit in de ſomno & vigilia & Ariſt. tertia parti. problematum problemate 5. vbi inquit quòd melancholici omnes excelluerunt in aliqua arte, dicunt, quia melancholici ſunt flatuoſi. i. habent ſpiritus, quia ab eorum calore reſoluitur humiditas & fiunt ſpiritus, ideo non poſſunt ceſſare à reminiſcentia cum volũt, quia cum illi ſpiritus ſint moti non poſſunt quieſcere, ideo non poſſunt ceſſare, ideo etiam nõ poſſunt dormire, & ita loquitur Ariſt. & loquitur de malencholicis à natura, & non de melancholicis factis. Ad aliud D. Th. hic dixit, quòd Ariſt. non aduerſatur ſibi, quia & hæc paſsio accidit melancholicis, & habentibus multam humiditatem in corde. malencholicis propter uehemẽtem impreſſionem imaginum in ipſis malencholicis, ex quo malencholici ſunt ſicci, in ſicco vehemens eſt impreſsio imaginis, ſed una mota alia mouetur, & ſic ob uehementem impreſsionem non poſſunt ceſſare à reminiſcentia cum uolunt, accidit etiam habentibus multam humiditatem in corde, quia humiditas faciliter mouetur, & difficulter retinet, ideo mota una imagine in humido alia mouetur faciliter, ita ꝙ ob facilem eius motum non poſſunt ceſſare à reminiſcentia cum volunt, & ſic Ariſt. non ſibi aduerſatur. Sed quod dicit D. Th. error eſt, quia ſi vehementem paſsionem inferunt ſimulachra malencholicis, ideo non poſſunt ceſſare à reminiſcentia, contra quia ſimulachra fortiorem paſsionem inferunt in corpore humido quam in corpore ſicco, quia idem agens fortius agit in humidum quàm in ſiccum fortiorem, ergo paſsionem infert in humido quam in ſicco, ergo corpori humido deberet magis hæc paſſio quòd non poſsit ceſſare à reminiſcentia cum vult quam malencholici, qui ſunt ſicci, oppoſitum tamẽ dicit D. Th. Secundo quia Ariſt. loquitur de motione corporali D. Th. non expedit de motione ſpiritauli, quia loquitur de ſimulachris inferentibus paſsionem in organo, ſimulachra vero inferunt paſsionem ſpiritualem, & non materialem, non loquitur ergo ad propoſitum D. Th. Tertiò quia D. Th. ſeparat illa verba adinuicem, tamen Ariſt. dicit reddẽdam eſſe cauſam, cur hæc paſsio maxime accidat malencholicis, inquit quia eorum cor eſt plenum humiditate, ideo dicatis ut Michael & Themiſt. quòd illud dictum exponit aliud quòd. ſ. melancholicis accidit hæc paſsio, vt non poſsint ceſſare à reminiſcentia, quia eorum cor eſt plenum humiditate. i. ſpiritu flatuoſo illo malencholico, ideo cum faciliter moueat difficulter retinetur, ideo malencholici nõ poſſunt ceſſare à reminiſcentia. Ad tertium cum dicimus ſenſus & motus ſunt in poteſtate hominis, & ſpiritus dirigunt ad ſenſus & motus, & hoc eſt in poteſtate animæ, dico quòd eſt verum hoc, ſed quid dicit Ariſt? Dico ꝙ ſane debet intelligi. ſ. quòd illi ſpiritus cum ſint moti ab anima mouentur ex ſe ipſis, bene anima poteſt reuocare illos, ſed non ſubito, ſed paulatine, exemplum ſicut curſus eſt in poteſtate hominis, cum tamen quis fortiter currit non poteſt cum vult ſubito ſe retinere, ſed paulatinè, ita illi ſpiritus

cum

cum sint moti non possunt ita subito reuocari, sed paulatim, ideo non possunt subito à reminiscentia cessare. Ad id quod dicimus de exemplo, dico q̀ omnino exemplum non est simile, sed tantum exempla dantur vt similitudine quadam cognoscamus res.

Lectio XVII.

ET HANC ob causam timores & iræ. ostendebat nobis in præterita lectione philosophus quòd reminiscentia esset passio corporea, & q̀ fieret per organum corporale hac ratione, quia omnis passio, quæ fit cum motione corporis est corporea, sed reminiscentia fit cum motione corporis, ergo reminiscentia est passio corporea, minorem probabat dupliciter, vnde cum reminiscuntur cum nequeunt, reminisci non possunt, vnde non est in potestate nostra cessare à reminiscentia, & dicit quòd hæc passio accidit eis, & probabat secundo exemplo quòd non possumus cessare a reminiscentia cum volumus, primo exemplum est assumptum ex ira & timore, quia cum excitati sunt timores & iræ non possumus eos sedare & si volumus, vnde irascentes nolentes amplius irasci non possunt, quia talis passio est corporea, cum enim ira sit fluxus sanguinis circa cor, cum incipit sanguis fluere ad cor, non possumus statim retinere ipsum sanguinem fluxũ, ita de timore, qui est contraria passio iræ, est.n. timor cum spiritus & sanguis relinquunt interna, & incipiũt ad partes exteriores fluere, tunc non possumus statim cessare à timore, & reuocare spiritus ad intra, qa est passio corporea, ita ergo cum non possumus cessare à reminiscentia cum volumus, reminiscẽtia erit passio corporea.

Secundo de his qui vtuntur cantilenis delectabilibus, etiam si volunt non possunt cessare ab actu canendi, quia ista passio est corporea, quia spiritus mouentur, in quibus affixa sunt simulachra, quæ mouẽt cantum, & spiritibus motis mouetur instrumentum locutionis, ita non possunt cessare ab actu canendi cum volunt, cum ergo istæ sint passiones corporeæ, quia non possunt cohiberi cum volumus, ita quoq; non possumus cessare à reminiscentia cum volumus, ideo his signis patet quòd reminiscentia sit passio corporea. *Et similis est hæc passio.* hoc est secundum exemplũ. *Sũt autẽ qui superiores &c.* ostendebat nobis Arist. quòd reminiscentia esset passio corporea duplici signo, primum erat quòd reminiscẽtia est cũ motione corporis, ostendit secundo, signo, quòd reminiscentia sit passio corporea, quia inquit omnia passio, contra promouetur, aut impeditur ex habitu corporis est passio corporea, sed reminiscentia promouetur & impeditur ex dispositione corporis, ergo reminiscentia est passio corporea, maior est manifesta, quia si non esset passio corporea nõ impediretur ex indispositione corporis, quòd vero reminiscentia promoueatur & impediatur ex habitu corporis tripliciter probat, primo ex pomilionibus.i.nanis, nani enim sunt qui habent partes superiores crassiores ab vmbilico ad caput, quã partes inferiores, & ita Arist. describit in de hystoria animalium pomiliones, isti enim sunt difficilis memoriæ & reminiscẽtiæ, & hoc est ob nimiam molem ipsarum partium, etiam difficilis memoriæ, quia difficulter conseruant, sunt etiã difficilis reminiscentiæ, quia reminiscentia est discursus ab vna imagine ad aliam, talis discursus impeditur ex magna quantitate & mole materiæ, ideo sunt difficilis memoriæ, ita etiã de pueris, quia pueri sunt difficilis memoriæ & reminiscentiæ, primo quia pueri habent formam pomilionis, ita etiam mulieres habent formam pomilionis, vltra hoc, quòd pueri habent formam pomilionis, sunt difficilis memoriæ & reminiscentiæ ob vehementem motum ipsius corporis, & qui est talis motus augmentationis inquit Arist. ita etiam senes difficilis reminiscentiæ ob vehemẽtem motum, & quis est iste motus, dico est decrementi, patet ergo ex isto tertio signo, quòd reminiscentia promouetur & impeditur ex habitu corporis, ergo reminiscentia est passio corporea, deinde Arist. epilogat & inqt. *De memoria igitur, & ipso memorari* dictũ.n. est de memoria, & d̃ ipso actu memoriæ, & qd nã sit ipsa memoria, & cuius nã partis sint memoria & reminiscẽtia, diximus q̀ sunt sensus, intellectus uero per accidens, diximus ẽt de reminiscẽtia quid sit, & quõ in nobis fiat, & ob quã cãm & sic expedita sunt ea quæ de memoria & reminiscentia.

Sed vos diceris hic est dubitatio, primo, quia dicit quòd homines, qui sunt figuræ pomilionis sunt difficilis memoriæ & tardi ingenij, quia organum sentiẽdi est oppressum mole corporis, quia habent membra superiora crassiora, primum ergo organum sentiendi.i. memorandi erit cerebrum, quia est in superiori parte, omnes tamen peripatetici ponunt cor esse primum organum sentiendi & memorandi. Primum organum sentẽdi.

Secundo cur & si organum sit oppressum mole corporis, cur isti non possunt retinere imagines, & ita cur non possunt discurrere de vna imagine ad aliam non videtur causa. Tertio eadem ratione probabitur quòd intellectus sit passio corporea, qa & ipse intellectus impeditur, & promouetur ex habitu corporis, ergo intellectus est passio corporea, ita Arist. arguebat de reminiscentia, quòd ipsa erat virtus corporea, quia.s. promouetur & impeditur ex habitu corporis, q̀ vero intellectus promoueatur, & impediatur ex habitu corporis patet ex Arist. tertio de anima 94. dicente molles carne apti mente, ergo intellectus est passio corporea, oppositum tamen sentit Arist. Ad primum dico quòd erit cerebrum instrumentum memoriæ & reminiscentiæ, sed duplex est instrumentum sensus interioris.s. principale & hoc est cor, quidquid dicat Galenus, quia alias solui dubitationes Galeni, de isto organo sentiendi primo, non loquitur Arist. aliud est organum sentiendi secundarium, & hoc est duplex scilicet cerebrum, & spiritus uitalis temperatus in cerebro, & ita si supercalefiat cerebrum fit delirium, tamen si supercalefiat cor de necessitate fit delirium, ideo Arist. non negat q̀ cerebrum non concurrat ad has operationes sensus, sed secundario, quiã debet contemperare spiritus vitales,

uitales, cũ uero cerebrũ ſit ſupercalefactũ ſpiritus uitales nõ põt cõtẽperari, & fit deliriũ, nõ qa ledat cor, ſed ledit inſtrumentũ ſecũdariũ quo utitur cor ad ipſos ſenſus interiores, & de hoc inſtrumẽto ſecũdario loquit̃ hic Ariſt. ſ. ꝙ cerebrũ ſit ſecundariũ inſtrumẽtũ ipſorũ ſenſuũ interiorũ. ſ. ſenſus cõis, phãtaſię, memorię & reminiſcentiæ. Ad ſcd̃m dico faciliter, qa ex mole corporis arteriæ anguſtantur, & ſpũs aiales non põt libere trãſire à cerebro p arterias ad cor, & qa illi ſpiritus ſuffocant ex anguſtia arteriarũ, iõ illi ſpiritus nõ põt deferre imagines à cerebro ad cor, iõ illæ imagines delentur ſicut ſpiritus delent, & ita uõ fit memoria in ipſis niſi difficilis, ita ẽt non põt reminiſci & diſcurrere ab una imagine ad aliã, cũ ergo ex grauitate partiũ ſuperiorũ anguſtant arteriæ, ſpiritus vero q̃bus affixę ſunt imagines nõ põt trãſire, & colliduntur, ita imagines abolent, ideo ſunt tardi ingenij, & non põt recte diſcurrere, ſimulachra. n. oĩum rerũ per ſpiritus à cerebro ad cor deferuntur, ideo cũ impeditur tranſitus ſpirituum, impeditur etiam reminiſcentia, & ſic patet quomodo ſint difficilis memoriæ, & tardi ingenij. Ad tertium cum dicimus intellectus promouetur & impeditur ad habitu corporis, dico quòd per accidens impeditur ab habitu corporis, ex quo. n. intellectus cõiũctus eſt ſenſui, & intelligit mediãte ſenſu, cũ ſenſus impediatur ex habitu corporis, ita p accidens impeditur, & ſic non ſequtur ꝙ intellectus ſit paſsio corporea, reminiſcentia uero p ſe impeditur ex habitu corporis, iõ reminiſcentia eſt paſsio corporea. Hic ſunt quatuor dubitationes, prima eſt an reminiſcẽtia, ſit virtus organica, & videtur ꝙ non, qa ſi eſt virtus organica cũ cognoſcit, eſt ergo ſenſus, ſed ex ſnia Ariſt animali pfecto inſunt oẽs ſenſus, ergo & bruto inerit reminiſcẽtia, oppoſitũ tñ dicit Ariſt. Scd̃o quia ipſa reminiſcẽtia cõponit & diſcurrit, & in ipſa eſt libertas, qa eſt diſcurſus, in diſcurſu. n. fundatur libertas, ſed põa quæ diſcurrit & cõponit eſt virtus intellectiua, q̃ incorporea eſt, iõ reminiſcentia eſt incorporea, qa fit cũ cõſultatione, cõſultatio aũt eſt operatio intellectus, ergo eſt virtus itellectiua, & ſic incorporea, nõ erguẽt paſsio corporea. In oppoſitũ eſt Ariſt dixit. n. ꝙ reminiſcentia eſt paſſio corporea, & pbauit duplici ſigno, iõ dico ꝙ primũ inſtrumentũ reminiſcẽtiæ eſt ipſum cor, ſcd̃ariũ vero eſt cerebrũ, & maxime reminiſcẽtia fundatur in pte poſteriori, iõ applicamus remedia illi parti pro adiumẽto illius virtutis, qa ibi cõtemperant ſpũs facientes p ipſa reminiſcentia, iõ dico ꝙ reminiſcentia eſt paſsio organica, iõ ad argumenta cũ dicis reminiſcẽtia ſi eſt virtus organica ex quo eſt cũ cognitione eſt ſenſus, verũ eſt, ſed bruto pfecto ineſt omnis ſenſus, ergo brutũ habebit reminiſcentiã, qđ tñ negauit Ariſt. dico ꝙ cũ Ariſt. dicit ꝙ ſenſus oẽs inſunt brutis pfectis loquitur de ſenſibus exterioribus, nõ aũt de interioribus, reminiſcentia aũt eſt ſenſus interior. Quod addis hæc virtus cõponit, & diſcurrit, hę ſunt operationes animę rationalis, ergo iſta virtus eſt intellectus, nego argũ qa non valet cõprehendit, diuidit, & diſcurrit, ergo eſt virtus intellectiua, cum dicimus hæ operationes ſunt intellectus, dico ꝙ alia eſt cõpoſitio, q̃ cõuenit intellectui & diſcurſui, alia, quę cõuenit ſenſui, qa intellectus compouit, diuidit, & diſcurrit circa uniuerſalia, & nõ diſcurrit circa ſingularia, niſi p accidẽs, ut intellectus colligatur ſenſui, ſenſus vero diſcurrit circa pticularia cõponit & diuidit, iõ in ipſo eſt diſcurſus circa particularia, dicebas reminiſcentia eſt cũ conſultatione, dico ꝙ eſt cũ cõſultatione impropriè. ſ. cũ appetitu ſenſitiuo, quæ eſt impropria cõſultatio, & ſi dicas cur tñ homini ineſt reminiſcẽtia rõne ſenſus, & non brutis, dico ꝙ hoc eſt ob pfectionẽ hominis, & imperfectionẽ bruti, & ſic remanet ꝙ reminiſcentia eſt paſsio corporea. Scd̃a dubitatio an virtus reminiſcendi diſtinguatur à memoria multi tenent ꝙ re diſtinguatur, primo ex parte organi, quia reminiſcentia requirit temperamentum contrarium memorię, quia reminiſcentia fit temperamento humidiori, memoria uero fit temperamento ſicciori, ergo re ſeiunguntur, quia uirtutes illæ re diſtinguntur, quæ ſunt in diuerſis organi temperamentis, & requirunt temperamenta contraria, ſed memoria & reminiſcẽtia eſt hmõi, ergo re diſtinguntur. Scd̃o ex ordine Ariſt. qa memoria tpe pcedit reminiſcẽtiã, ſi ergo memoria tpe pcedit remini ſcẽtiã, ergo re diſtinguitur. Tũ tertio qa reminiſcẽtia cõuenit ſoli hoĩ, memoria uero conuenit ẽt aliis brutis, ergo re diſtinguũtur, ẽt operationes memorię & reminiſcẽtię ſunt re diſtictę, ergo & ipſę virtutes ſũt re diſtinctę, qa Ariſt. 2. de aĩa alia uia nõ eſt uſus ad pbãdũ ꝙ ſunt plures ſenſus diſtincti niſi ex operib⁹, ꝙ aũt operationes ſint diſtinctę patet, quia operatio memoriæ eſt cõſeruare ſimulachra rerũ ſub tpe pterito, operatio vero reminiſcẽtię eſt renouatio ex diſcurſu partis imaginis iã à memoria collapſæ, ergo memoria & reminiſcentia re diſtinguitur. Sed contra quia apud græcos ſenſus interiores, qui ſunt ſenſus cõis, phantaſia, memoria, & reminiſcentia non diſtinguntur re, quia dicunt ꝙ omnes ſunt in eadem parte cordis eodem temperamento diſpoſita, & ita etiam hic dixit Auerroes, ꝙ non diſtinguitur re, ſed tantũ modo. i. ratione. Secundo quia reminiſcentia eſt virtus diſcurſiua, eiuſdem virtutis eſt apprehendere principium, medium, & finem, quia intellectus apprehendit principia, & ipſam concluſionẽ, ſed principium reminiſcentiæ eſt memoria, quia ex parte reſeruata in memoria incipit diſcurrere, finis etiam reminiſcentiæ eſt memoria, quia reminiſcentia diſcurrit ut recuperet memoriam integram, ergo memoria & reminiſcentia re non diſtinguitur, & credo hanc eſſe opinionem veriorem, & magis de mente Ariſt. Ideo dico quòd utraque virtus ſequitur idem organum, & idem temperamentum cordis, ſed diuerſa illius ratione, quia memoria ſequitur illud temperamentum ratione ſicci, reminiſcentia vero ſequitur illud temperaturam rõne humidi, quia facilius diſcurrit, ſicut eandem temperaturã ratione diuerſam ſequitur odor, & ſapor, quia odor ſequitur illam temperaturam ratione ſicci, ſapor eandem ratione humidi, non quòd ſit humida à prædominio, quia cinis eſt ſicciſsimus & tñ eſt amariſsimus, ideo ſapor ſequitur temperaturã rõne humidi, ita memoria, & reminiſcentia

An reminiſcẽtia ſit virtus organica.

An reminiſcẽtia diſtinguatur à memoria.

ſcentia, ſequuntur eandē temperaturā organi, ſed diuerſa ratione, quia memoria ratione ſicci, reminiſcentia ratione humidi. Ad ſecūdum, quia memoria tēpore præcedit reminiſcentiā, cōcedo, ergo re diſtinguitur, nego, ſed hoc arguit illas virtutes eſſe ratione diſtinctas. Ad tertium, cum dicimus memoria conuenit brutis & homini, reminiſcentia ſoli homini conuenit, ideo dico ꝙ ego nō dico, ꝙ omnis memoria, ſit idē cum reminiſcentia, ſed memoria, quæ eſt cū reminiſcētia, eſt idē cū reminiſcētia, & ſi dicitis cur brutis non ineſt reminiſcētia cū inſint memoria, & homini ineſt, dixi, ꝙ eſt hoc ob perfectionē hominis. Erat vltimū argm̄, quia operationes memorię & reminiſcētiæ diſtinguitur, ergo memoria, & reminiſcētia re diſtinguitur, nego argm̄, q̄a operationes diſtinctę arguūt uirtutes rōne diſtinctas, & ſic ex quo operatio memorię diſtinguitur ab operatione reminiſcentię, ideo memoria & reminiſcentia diſtinguitur ratione, non autem re, vt ipſi credunt.

Lectio XVIII.

SOlutę ſunt à nobis duę dubitationes de reminiſcētia, prima an reminiſcētia ſit virtus organica, q̄s ipſa diſcurrebat, & componebat iſtas operationes, vt ītellectus, ſoluim' hāc, diximus ēt ꝙ memoria, & reminiſcētia nō diſtinguit̄ re, ſed tm̄ rōne, q̄a ſenſus interiores tm̄ rōe diſtinguunt̄. Tertia dubitatio, & difficilior eſt de reminiſcētię operatione, q̄a dixit Ariſt. reminiſcētia eſt remotio ꝑtis memorię iā collapſę ex ꝑte iā reſeruata ex diſcurſu quodā, eſt ergo dubitatio prima, q̄a dicit, ꝙ reminiſcētia eſt renouatio uel recuperatio ꝑtis memoriæ collapſæ, an hoc ſit verū, vr̄ ꝙ nō, exēplo Themiſtij, q̄a inq̄t reminiſcētia eſt ſimilis reuoluēti chartas, voluit .n. & reuoluit vſq; quo inuenit id, qđ erat ē memoria collapſum, qđ ergo q̄rebat erat p̄ſens, ita q̄ reminiſcit̄ voluit & reuoluit ſpiritus, vſq; quo īueniat imaginē quā q̄rebat, qđ ergo q̄rit. ſ. imago eſt in corde, q̄a memoria eſt ī corde, ergo memoria q̄rebat p̄ſens. Scđo q̄a dicit ꝙ reminiſcētia eſt renouatio cū deliberatione, oīs deliberatio eſt cū cognitione eius, qđ inq̄rit, vel ſit deliberatio appetitus ſenſitiui, vel intellectui, q̄a nullus appetitus fert̄ ī incognitū, q̄uo ergo cū reminiſcētia ſit cū deliberatione, deliberatio aūt cognoſcit id circa qđ deliberat, ergo reminiſcentia cognoſcit id cuius vult reminiſci, q̄uo ergo collapſum eſt à memoria. Tertio, q̄a reminiſcētia mouebit ſe ipsā, q̄s ꝓducet actū reminiſcēdi ī ſeipsā, ſed hoc eſt falsū, q̄a 7. vel 8. phy. nihil mouet ſe ipſum. Quarto, q̄a q̄uo reminiſcētia eſt renouatio partis collapſæ, uel illa pars oīno eſt abolita, vel nō oīno eſt abolita, q̄uo ergo reminiſcētia eſt renouatio partis collapſę, ſi vero oīno eſt abolita, q̄uo eū ei occurrit cognoſcit, & hęc ſunt dubia circa illā particulā reminiſcētia. ſ. eſt renouatio ꝑtis collapſæ, dixit deinde cū diſcurſu, hoc habet dubiū, q̄a oīs diſcurſus tēdit ad cōplexū, reminiſcētia ēt aliq̄n rei ſimplicis eſt, q̄uo ergo reminiſcētia erit cū diſcurſu. Tū ſcđo q̄a in diſcurſu ꝓcedimus ex cognitione pricipiorū ad cognitionē cōcluſionū, reminiſcētia vero nō ꝓcedit ex cognitione unius ꝑtis imaginis, ad cognitionē alterius ꝑtis, q̄a pars imaginis abolitæ non cauſat̄ niſi ex ſuo obiecto, q̄uo ergo reminiſcētia eſt cū diſcurſu, ēt q̄a doctrina nō poterit differre à reminiſcētia, q̄a doctrina nō eſt niſi iterata cognitio ꝑ diſcurſum facta, cū ergo reminiſcētia fiat ex diſcurſu, & ſit iterata cognitio ergo erit doctrina. In oppoſitū eſt Ariſt. pro ſolutione dubitationis, reminiſcētia pōt eſſe inueſtigatio & recuperatio dupliciter, vel eſt inueſtigatio rei ſimplicis, vel eſt recuperatio rei cōplexæ, ſi vero reminiſcētia ſit inueſtigatio rei ſimplicis, vel pars imaginis nō eſt abolita, vel oīno ē exciſa à memoria, ſi nō ſit abolita ꝑ reminiſcētiā recuperamus, nō imaginē, ſed ordinē imaginis, ſicut in exēplo, cū q̄s reminiſcit̄ dimidiæ ꝑtis carminis, ex illa dimidia ꝑte reminiſcit̄ ordinis ipſius ꝑtis cū alia parte, & in hoc vr̄ tenere exēplum Themiſtij, in alijs nō habet locū, q̄a inq̄t Themiſt. ſimilis eſt reminiſcētia voluēti & reuoluēti chartas, tādē inuenit id, qđ q̄rebat, ita reminiſcētia uoluit & reuoluit ſpiritus, vſq; quo inuenit imaginē, quā q̄rebat, loquit̄ ergo đ reminiſcētia rei ſimplicis, cuius imago nō ſit abolita, aliq̄n iſta imago ſimplex ſimpliciter eſt exciſa à memoria, q̄uo pōt recuperari iſta imago, dico q̄ à reminiſcētia p̄t recuperari talis imago rei ſimplicis collatione quadā ex accidētibus, q̄a ex accidētibus aliq̄n circūloq̄mur Socratē, ita collatione quadā poſſumus reminiſci imaginis ſimplicis abolitæ, & hic non eſt diſcurſus, bene eſt inueſtigatio q̄dā ex ſimili, vel ex cōtrariis, vel ex cōnexis, & talis imago erat p̄cognita, ſed indefinitè, q̄a ergo ſciebā, ꝙ Socr. cātauit heri hic, ſed ignorabā, qua hora, & ita illa imago ē īdeterminate p̄cognita loci, vel tꝑis, vel ꝑſonę, aliq̄n reminiſcētia eſt rei cōplexæ, vt cū ego volo reminiſci, ꝙ Socr. cātauit hic cum Platone, & tūc recuperat imaginē cōplexā, & ſic hic interuenit diſcurſus, q̄ diſcurſus eſt duplex, vel neceſſarius, vel nō neceſſarius, ſed ſcđm cōſuetudinē neceſſarius, ſi dicam' hic ignis eſt, ergo calidus, ſic ex igne diſcurſu quodā reminiſcimur đ caliditate cōiūcta cū igne, aliq̄n iſte diſcurſus ē cū cōſuetudine, & iſte eſt triplex, vel à ſimili, vel à cōtrarijs, vel ex cōiugatis, & ſic patet ꝙ reminiſcētia oīs nō eſt cū diſcurſu, & ſic dico ad argumēta, ad primū dico, ꝙ exēplū Themiſt. aſſimilat̄ tm̄ reminiſcētię, q̄ ſit in re ſimplici, cū imago nō eſt exciſa, ſed tm̄ recuperat̄ ordo. Ad ſcđm cū dicim' ſi reminiſcētia eſt cū deliberatione, deliberatio aūt cognoſcit id, qđ erit, q̄uo ergo eſt abolitū, dico ꝙ id, qđ q̄rit cognoſcit īdeterminate, nō aūt in ꝑticulari, q̄a ex cognitione indeterminata ꝑſonę, vel loci recuperamus cognitionē determinatā tꝑis determinati uel loci. Et ſic dr̄ ad tertiū ꝙ reminiſcētia nō recuperat imaginē, iō nō ꝓducit imaginē in ſe ipſa, o, tu dixiſti ꝙ collatione quadā recuperat̄ imago deleta, dico ꝙ illa collatio nō eſt actio ne paſsio, ſed eſt modus cōcipiendi, q̄a circunſcribit illā imaginē ex accidentibus, ita intellectus cū cōponit & diſcurrit, nō agit, nec in ſe ꝓducit aliq̄d, ſed tm̄ illi ſunt modus cōcipiēdi, iō argumētū nullū. Ad quartū cū dicimus vel illa imago omnino eſt abolita, vel nō, dico ꝙ illa imago nō eſt ſimpliciter abolita, ideo ſecūdū quid eſt nota, ſcilicet in uniuerſali,

& in-

& indeterminate,& ex illa cognitione indeterminata, vel perſonæ, vel temporis, vel loci reminiſcimur partis collapſæ, & cũ occurrimus, eam cognoſcimus, q̃a indefinite erat nota. Ad aliud argũ, q̃a omnis diſcurſus eſt ad cõplexũ, ſi reminiſcentia fit ex diſcurſu, ergo omnis reminiſcẽtia erit rei cõplexæ, ẽt q̃a ex cognitione principiorũ deuenimus in ſcientiã cõcluſionis, in reminiſcẽtia vero ex imaginis parte, non uenimus in cognitionẽ alterius imaginis, q̃a non cognoſcimus rẽ niſi ex ſua imagine, imago tñ à re cuius eſt reminiſcentia producitur, iã diximus, ꝙ omnis reminiſcentia non eſt cum diſcurſu, quia aliqua eſt reminiſcentia quæ eſt rei ſimplicis, & talis fit collatione quadam, & ſic agnus fugit lupum collatione quadam facta ex accidentibus & non ex diſcurſu. Ad vltimum, quia diſciplina non differt à reminiſcentia, ſoluit hoc argumentum Themiſtius hic dicens, quòd differt, quia doctrina eſt cognitio integræ imaginis per diſcurſum, reminiſcentia vero eſt iterata cognitio non totius imaginis, ſed partis collapſæ, ideo differt, ita dicebat Ariſt. quòd reminiſcentia partim eſt doctrina, partim memoria, memoria reſpectu partis reſeruatæ, doctrina vero, vt recuperatur diſcurſu quodam pars deperdita, ſimpliciter tamen doctrina non eſt reminiſcentia nec econtra. Quarta dubitatio quia dicit quòd reminiſcentia eſt conueniens ſoli homini, quia imago excidit à memoria, & cũ vult memorari vtitur reminiſcentia ad recuperandam memoriam, cur ergo cum brutum habeat memoriam, & imago excidat à memoria cur non deſiderat recuperare memoriam, & ſi deſiderat (cum deſiderium naturale non ſit fruſtra) cur ergo reminiſcentia non eſt in brutis, etiam quia diſcurſus non eſt niſi collatio noti ad ignotum, ſcilicet antecedentis ad conſequens, ſed in brutis eſt collatio, quia brutum percipit hanc herbam eſſe ſibi proficuam collatione quadam, cum ergo diſcurſus ſit collatio quædam ſcilicet antecedentis ad conſequens, in brutis etiam ſit collatio, ergo & in brutis erit reminiſcentia. In oppoſitũ fuit Ariſt. quia dixit quòd reminiſcentia conuenit ſoli homini, q̃a fit cũ deliberatione, deliberatio eſt propria homini, ergo & reminiſcentia eſt propria homini, ideo ad argumenta ad primũ Auicen. Sexto naturalium tractatu quarto videns hanc difficultatẽ dixit ꝙ brutum ſi ſit oblitũ non deſiderat recuperare memoriam, ſed hoc deſiderium cõuenit ſoli homini, q̃a ſolus hõ deſiderat recuperare memoriã collapſam, & ſic vr̃ dicendũ, & hoc eſt ob pfectionẽ hoĩs. Ad ſcd̃m dico, & ſi diſcurſus ſit collatio iſtius ad illud, diſcurſus.n. nõ eſt niſi modus cõcipiendi, iõ iſti ſophyſtę litigãt quid ſit cõſequẽtia, aliqui dicũt ꝙ eſt actio, vel paſſio, dicatis ꝙ eſt modus concipiẽdi antecedẽtis ad conſequẽs, ita diſcurſus nõ eſt niſi modus cõcipiẽdi, cũ ergo dicimus diſcurſus nõ eſt niſi collatio, brutũ vtiẽ collatione, verũ eſt, ergo ĩ bruto eſt diſcurſus, dico ꝙ non oĩs collatio eſt diſcurſus, ſed collatio noti ad ignotũ, & talis cõuenit ſoli homini, licet ergo collatio conueniat brutis non tamen illa collatio, quæ eſt diſcurſus conuenit brutis.

Finis libri de memoria & reminiſcentia.

Eiuſdem. De ſomno & vigilia.

POST tractatũ de memoria & reminiſcentia ſequitur tract. de ſomno & vigilia, de ordine librorum ſatis diximus in de ſenſu & ſenſili, repetam tantum ea, quæ ſunt neceſſaria, diximus quòd erãt quatuor partes principales philoſophię, imò quinque, ſed quatuor ſunt, quæ ſunt ad propoſitum, primo eſt de principijs communibus & accidentibus communibus, & hæc continentur in libris phy. ſecunda pars tractat de corpore ſimplici, & hæc ſecunda pars continetur in libris de Cœlo, & in libris de generatione & corruptione, tertia pars eſt de mixtis imperfectis, & perfectis, & hæc continentur in libris Metheororum, in fine tertij & in quarto tractauit de mixtis perfectis, & in fine tertij in vniuerſali agit de mixtis pfectis. i de metallis ſpecialem tractatum fecit quem nõ habemus niſi à Theophraſt. vel Alberto Alemano, quarta pars de mixtis animatis, & talia mixta animata ſunt duplicia. ſ. plantæ & animalia, pars de animalibus pręcedit tractatum de plantis, vt inquit Theophraſt. in de hyſtoria animalium, pars vero de animalibus habet quatuor partes, prima pars tractat de ſubſtantia animalium, & de operationibus proximis animaliũ & remotis, operationes animaliũ ſunt ſenſus & motus ſecundũ locum, & hæc pars continetur in quatuor primis libris, ſecunda pars, quæ in tribus libris de hyſtoria cõtinetur agit de generatione animalium, in octauo vero libro agit de morte & vita, in ix. lib. de moribus agit, decimus liber ablatus fuit à Theodoro Gaza, quia docebat magis propter quid rei, quam ſimplici enarratione explicaret. His quatuor partibus correſpondent in ordine Theoriæ tres libri. ſ. de partibus animalium, & de inceſſu animaliũ, deinde liber de anima, ſubſtantia enim animaliũ cognoſcitur tum ex corpore, tum ex anima, & prius ex corpore, quam ex anima, ideo prius declarat de partibus animalium & ſimplicibus & organicis, deinde ſequitur liber de inceſſu animalium, qui tractat de organis animalium, deinde ſequitur liber de anima, quæ explicat eſſentiam animalis reſpectu vero operationum animaliũ, & quia operationes ſunt in duplici differentia proxime ut ſenſus, remote, ut motus, ſenſus vero ſunt in duplici differentia, aliqui vero interiores, aliqui exteriores, exteriores ſunt priores natura interioribus, q̃a animal dicitur animal ſenſu tactus, parti illi, quæ agit de ſenſibus exterioribus correſpondet liber de ſenſu & ſenſato, & quia operationes ſenſus interioris ſunt in duplici differentia, aliquæ incipiunt à corpore & redundant in animam, aliqua vero ab anima & redundant in corpus, & illæ operationes quæ incipiunt ab anima & redundant in corpus ſunt priores, quàm illæ quæ incipiunt à corpore, & redundant in animam, ideo prius agit de memoria, quia eſt operatio, quæ incipit ab anima & redundat in corpus, deinde ſequitur liber de ſomno & vigilia, qui incipit à corpore & redundat in animam deinde ut compleamus, illi parti, quæ eſt de motu corre-

correspondet liber de communi motu animalium, secundæ vero parti, quæ est de generatione animaliũ correspondent quinque primi libri de generatione animaliũ, parti vero de morte & vita correspondent quatuor libri. s. de longitudine & breuitate vitæ, de iuuẽtute & senectute, de inspiratione & expiratione, & de morte & uita, & isti libri habẽt ordinẽ doctrinę qa prius est tractatus de lõgitudine & breuitate vitæ, quam de iuuentate & senectute, quia ex longitudine & breuitate venimus ad iuuentutẽ & senectutẽ, ita liber de iuuentute & senectute pręcedit librũ de inspiratione, qa iuuentus est potentia inspirandi, senectus vero est impotentia inspirãdi ob siccitatem, liber vero de inspiratione præcedit librũ de morte & vita, quia mors nõ est nisi priuatio inspirationis loquẽdo de morte naturali, huic parti etiam correspõdet tractatus de sanitate & morbo, qui cõpletus non habetur ab Arist. sed tñ principium, & si dicas non ne sanitas & morbus præcedunt mortẽ, iã dixi alias ꝙ mors à natura est, sanitas vero & morbus à natura & ab arte, ideo prius de morte egit, quam de sanitate & morbo, verum est ꝙ Theophrast. prius egit de sanitate & morbo in plantis, quã de morte & vita, qa sanitas & morbus videntur non pręcedere mortem, & sic isti libri habent ordinem sc̃dm naturam, & debẽt sic legi vnde nõ est ad libitũ cuiuscunque ordinare libros suo modo, sed debẽt ordinari secundũ ordinem doctrinę, qui ordo doctrinę imitatur viam doctrinę, & in hoc laudatus fuit Arist. qui mirum ordinem ob seruauit in suis libris disponendis, parti quæ est de moribus nulla pars determinata correspondet, quia secundo de partibus animaliũ dixit, ꝙ causa diuersitatis in moribus est diuersitas in sanguine, ideo Arist. noluit facere librum de moribus dicentem pp quid. *De somno autem & uigilia.* his expeditis Arist. more suo proponit intentionem, deinde sequitur ꝓpositũ, inquit primo agendum à nobis & de somno & vigilia, & de somnijs, & inquit Arist. de somno & vigilia quatuor sunt quæstiones discutiendę à nobis, prima quid sit somnus & vigilia, quia manifestũ est ꝙ somnus & vigilia sint, ideo oportet quęrere quid sit somnus & vigilia. Secũda q̃stio erit cuius nã partis somnus & vigilia vel sunt corporis, vel animæ, vel coniuncti ex anima & corpore, & si coniuncti. s. ex corpore & corde, vel ex corpore et cerebro, tertia quęstio erit. s. quæ sint causæ somni et vigiliæ. s. quæ sint causæ efficientes, quæ finales, et materiales, nõ quærit ibi cãm formalem, quia somnus et vigilia sunt qualitates, qualitates non habent causam formalẽ, causa efficiens somni est frigiditas cerebri, causa vero materialis sunt vapores qui petũt caput et incrassantur, crassioribus factis obstruunt arterias et neruos, ita quòd spiritus non possunt transire ad organa sensus, causa uero finalis est ob conseruationem uirtutis animalis, quæ est duplex. s. sensus et motus, quia ex somno restauratur virtus animalis, iam vero efficiens vigiliæ est calor innatus, quia cum celebrata sit coctio generatus fuit sanguis, et cũ hoc generatus fuit multus spiritus, qui quidem spiritus obstruxit arterias et neruos, et sic fit vigilia. Quarta quæstio est an somnus et vigilia sint vicissim animalis vel non sint vicissim animalis, et si non sunt vicissim animalis, hoc tripliciter potest esse, vel aliqua tantum dormiunt, et non vigilant, vel econtra, vel aliqua sunt animalia quæ non dormiunt, nec vigilant, vel aliqua sunt quę dormiunt et vigilant, et expositis istis quatuor quęstionibus complebitur tractatus, et cognitio de somno et vigilia, reliquum erit de somnijs, deinde dicit Arist. de insomnijs, tria quæremus. s. primum quid sit somnium, secundo cur in aliquibus non fit somnium, sed si fit somnium, cum expergiscuntur non amplius recordantur insomnijs, & hoc verum est, quia ego sum passus hanc passionem, ego somniabã in matutino, non recordabar, et Arist. declarabit huius causam, tertia quæstio erit an somnijs possimus cognoscere futura, et cum futura sint vel à natura, vt cum pluuia descendit, quædam à casu, vt quis cũ foderit terram inuenerit Thesaurum, quædam ex nobis sunt futura, an per somnium comprehendamus omnia futura, uel tantum futura ex nobis.

DE SOMNO ET VIGILIA,

De ordine librorum totius philosophiæ naturalis.

Lectio I.

QVAE declarantur in naturali philosophia sunt duplicia, principia scilicet et principiata, principia in octo libris philosophię declarantur, principiata autem sunt duplicia, vel simplicia uel mixta, simplicia, sunt quatuor elementa, et cœlum de quibus agitur in libro cœli quæ sunt natura priora, et quia elementa sunt generabilia, et corruptibilia, ideo tertio loco succedit liber de generatione & corruptione, quæ communis est elementis et mixtis, et mixta adhuc sunt duplicia perfecta. s. et imperfecta, perfecta adhuc duplicia, uel animata, vel inanimata, de mixtis imperfectis in primis tribus libris metheororum, at etiam de mixtis perfectis in animatis in generali tractatur in fine tertij libri Metheororũ, de perfectis vero animatis in generali agitur in quarto lib. Metheororum in speciali uero in libro de plantis & in libro de animalibus, et quia plantarum partes à nobis cognoscuntur ex partibus animalim, quia licet enim vegetatiuum sit natura prius sensitiuo ordine doctrinę per se, eo quia ordo doctrinę sequitur ordine naturæ per accidens, tamen quia plantarum partes proprie, quadam ex animalium partibus innotescunt ut probat Theophrastus in libro primo de hystoria plantarum cap. 1. quòd plantarum differentias reliquam naturam ex partibus animalium ex affectionibus et generationibus petere oportet, et in alio loco dicit quòd plantæ habent ossa et carnem et matricem et medullam more animalium, hac ratione

ratione liber de aialibus præcedit librum de plantis, pars autem hæc quinta eit de animalibus est bipartitur in quia est,& in propter qd est,prima in 9. libris de hystoria animalium absoluitur cuius quatuor primi libri de substantia animalis & operibus illi proximis sēsu & motu ꝑ modū simplicis narrationis agit. Secunda in tribus libris cōprehensa de generatione eorundē,tertia quæ 8 libro finitur de morte & vita, quarta & vltima quæ in 9.libro continetur de moribus animalium,decimū vero librū abstulit Theodorus,qui erat de causis sterilitatis & feconditatis, qui ratione aufugit hystorię 9. sic per causas his nouē libris de hystoria animaliū reliqui libri Arist. in theoria causarū consimili ordine,primę.n.parti quo ad subiectū animaliū correspondent tres libri, primo liber de partibus animaliū, ij. liber de incessu iij. liber de anima,sic.n.innotescit nobis substantia animaliū ex suis principijs intrinsecis, & licet simpliciter notior natura prior sit forma q̄ materia, nobis tamē innotescit anima ex corpore subiecto & operibus partium eius,quia vero incessus animalium specie diuersus habet cōia in quibus cōuenit, ideo seorsum de eo vno speciali tractatu est habenda notitia, patet ex verbis Arist.i fine de incessu animaliū, cū iam de partibus animaliū,& de alijs determinatū sit, cōsequēs est dicere de aīa,eius vero particulę quę de sensu tres libri oū paruis naturalibus rñdēt ordine suo sequētes librū de anima,primus de sensu & sensibili secundus de memoria & reminiscentia, tertius de somno & vigilia, cuius ratio est, quia sensus exterior est natura prior interiori, qa ꝑ ipsum,animal ē animal, & operatio eius est natura prior, quę ortū primo sumit ab anima,quanquā primo a corpore,cuius somnus & vigilia cuius principiū ab euaporatione nutrimēti occupantis sēsum cōem primo, memoria vero & reminiscentia ab anima incipit in corpus redundans,et vero particulę,quæ ex demonstratione sunt in theoria causarum liber de cōi motu animalium, sequitur.n. ordine maxime motus localis sensum exteriorem & ĩteriorē per phantasiam enim & appetitum mouet se ipsum animal, & sic septem libri respondent primę parti de hystoria animalium ordine prædicto,secundæ vero parti eiusdem hystoriæ respondēt quinque libri de generatione animalium,tertiæ uero parti respondent isti quinque tractatus de vita & morte & sic ibi cognoscatis ordine suo, scilicet prima de cā longæ & breuis vitæ, secunda de iuuentute & senectute,tertia de respiratione & expiratione, quarta de morte & vita,quinta de sanitate & ęgritudine, quorum ordo habetur ex verbis Arist.in eis continuā do finē vnius principio alterius, aut econtra, tum ex ordine naturæ,quia longitudo & breuitas vitæ dicunt quidem ad senium & iuuentutem, hæc vero ad respirationem,secundum Arist.iuuentus est potētia respirandi & expirandi, econtra senectus utriusque impotētia,hæc vero coniunguntur ad mortem & ad vitam,respiratio & inspiratio vitam conseruant, ecō tra in potentia horum eit causa mortis, vltimo autem modo ponitur sanitas & ægritudo, licet natura prior præcedant mortem & uitam,eo quia non tantum à natura,sed etiam ab arte sunt, sic ergo tresdecim sunt libri de theoria causarum de animalibus respondentibus ix.libris de hystoria animalium, & illorum vltimus,est de sanitate & ægritudine,consimili ordine vsus est Theophrast.in vj. partibus de plantis,primo enim hystoriam tradidit in quatuor partes diuisam, in prima parte de substantia,in secunda de affectionibus proximis plantarum,in tertia de generatione,in quarta de morte & vita de moribus vero patet,ꝙ non sunt mores in plantis, sicut ĩ animalibus,mox vero in alijs libris reliquas causas horū respondentiū tradit,præposuit tamen tractatū de sanitate & ægritudine in his tractatui de morte & vita, forte,quia tantum a natura in illis est, aut quia ordinē naturæ seruat oino, & hęc de digressione ordinis librorū totius philosophiæ naturalis dicta sufficiāt.

Expositio D. Ludouici ab ore ferreo super librum Arist.de somno & vigilia, necnon de insomnijs, & de interpretatione.

De somno & vigilia.

ECTO ordine tractus de somno &vigilia sequit̃,postquā dr memoria & reminiscētia dictū est, & in duas partes liber iste diuidit̃, primo ꝑponit intentionē, scđo eum prosequitur, de ĩtētione dictū est, quo vero ad ꝓsequutionē dicit,ꝙ primo aget đ somno,& scđo de somnio,qa sunt cōsimilia.s. qd natura sit somnus & qd vigilia,secūdo cuius naturæ sit somnus,an aīæ tm̃,an corporis tm̃? an totius cōiuncti ex aīa & corpore,& cuius naturæ cōiuncti an cordis,an cerebri,an alterius mēbri, tertio qñō, & ꝑ quā cām insit animali,an per cām materialē,an per alias,vt est efficiēs & finalis cām.n.formalē nō habēt cū sunt accidētia. Quarto q̄rit nūquid oī aīali in sit vicissim, an semper somnus insit,an semper vigilia? an modo insit,an modo non? an nec insit somnus, nec vigilia? his propositis aggreditur tractare de somno, & quęrit tria quidditatem somni, quid scilicet sit somnus. Secundo cur aliquādo somniamur & aliquando nō, & aliquando nos recordamur ea,quę fuerūt in somnio & aliquando non. Tertio quærit nūquid per somnia homu possit præuidere futura, & si sic, nunquid possit præuidere illa sola, quæ sunt in potestate hominis.s.ea quorū principium est homo, an ea quæ efficiuntur à prædominiis, an à formis abstractis, an ab alijs? & ista sunt quæ philosophus debet quærere in hoc libro, ꝓsequit̃ ergo determinare oēs has qōnes,& primo eas quæ spectār ad somnū,cū qō prima esset quid est somnus,relicta prima trāsit ad secūdā, quæ erat nūquid somnus sit animæ tm̃, & hoc iō est, qa omnis diffinitio passionis debet dari ꝑ propriū subiectū, et sic debemus scire primo cuius naturæ subiecti sit passio ista,et ex solutione huius secundæ quæstionis manifestatur solutio primæ hic tertia facit, primo præmittit suppositionem, secūdo ex supposito soluit quæstionem, suppositum.n.tale

N est,

est, somnus & vigilia, & quod anima eadē sui parte habet somnū & vigiliā, probat Arist. ea lege communi contrariorum vel sunt secūdum naturā, vt calidum & frigidū, vel ab arte. *necesse est quòd somnus & vigilia fiāt circa idem.* Secundo probat alia ratione quod eius partis animalis debet esse passio propinqua, parti indicāti animal dormire eadem parti indicanti ipsum vigilare si operatur exteriori sensu & interiori vigilat: si non operatur dormit, ipsa extrema sunt sicut priuatio & habitus opponuntur tanquam contradictoria quorum non est mediū ex supposito, quo stante soluit quæstionē. s. nunquid sint passiones animę tm̄ an corporis tantū an côiuncti ex anima & corpore &c. dico quod sunt passiones totius coniūcti, somnus enim & vigilia sunt passiones sensus, & virtus sensitiua est affectio communis animæ & corporis, & totius côiuncti, ergo somnus & vigilia sunt passiones totius coniuncti, ergo & &c. quòd autem somnus & vigilia, sint passiones virtutis sensitiuę, probat quia iudicamus animal vigilare cum sensus exterior, & interior operantur, & item iudicamus ipsum dormire cū operibus sensuum exteriorum priuatur, sed virtus sensitiua est interior & exterior, & &c etiam quòd virtus sensitiua sit affectio totius coniuncti, probatur, quia operatio sentiēdi est totius coniuncti, ergo & virtus sensitiua est totius coniuncti, probatur sequella, quia cuius est operatio eius est & potentia, & facultas operandi, sed actus sentiendi est totius coniuncti, ergo & virtus sentiendi est totius coniuncti: Arist. tamen peruertit ordinem ponit conuersam loco conuertentis, scilicet cuius est potentia eius est actus, cum econtra debuisset dicere, scilicet cuius est actus eiusdē est potentia, & hoc facere sepe solet Arist. sed quòd operationes sensus siue sentiendi sint communes corpori, & animæ, probat quia auditus est communis animę & corpori, sic & alię operationes, vt visio, iam scimus cuius naturę somnus & vigilia, sint affectiones &c. Remonet nunc dubitatio, cuius nam coniuncti? an totius animæ an partis animę dicit, quòd est passio, aggregati ex toto animali. s. cordis ex his sequitur, quòd plantæ non habent somnū, quia somnus & vigilia sunt passiones virtutis sensitiuæ, sed in plantis vero est virtus sensitiua: quia vt in secundo de anima habetur, virtus posterior includit priorem, sensibile enim uegetatiuam includit, sed vegetatiua, a sensitiua separatur, vel omittitur quæstio Platonis, vel non qui dicebat animam sensitiuam esse in diuersis subiectis, scilicet sensitiuam in cerebro, nutritiuam in epate, & vegetatiuam in corde, an sint eiusdem vel non eiusdem organi, id est siue dicamus quòd hę potentię distinguantur à subiecto, siue solo opere, dico quòd in plantis non inest somnus neque vigilia, & sic soluta est secunda quæstio.

Sed emergunt dubitationes, quia somnus & vigilia non spectant ad specialem tractatum, quia primo & secundo Posteriorum, dictum est quod ad candē scientiam spectat passio, & subiectum, eadem. n. est scientia triāguli & passionis eius, ergo eadem debet esse scientia animalis & passionis eius, sed animal in lib. de animalibus perscrutatur, ergo & ibi debēt perscrutari somnus & vigilia, ergo nō hic, cū sint passiones animalis. Vltra ad eam partē philosophiæ spectat côsiderare somnus & vigilia, ad quā spectat côsiderare côditiones sensuum exteriorū, sed ad librum de sensu & sensato pertinet côsiderari de sensibus exterioribus, ergo ibi debet fieri côsideratio &c. Ad primū cū dicis quod eiusdem sciētię est tota côsideratio. s. passionis & subiecti, dico quod verum est, quod eiusdē sciētiæ totalis est consideratio vtriusque, de scientia vero partiali nō est verum, quia in vna parte côsideratur passio, & in alia pôt considerari subiectum. Dico vlterius declarando quod in eadē scientia considerantur passio & in substantia, non tamen in eadē parte scientiæ, quia in diuersis partibus pôt fieri consideratio vtriusque. Ad aliud, cū dicis quod somnus est sicut passio, & vigilia est sicut operatio sensuum exteriorum. ergo ad eandem partē in qua tractatur de sensibus, in ea de somno & vigilia tractari debet &c. Dico negando assumptum, quia vigilia non est operatio sensuum exteriorum formaliter. Sed vigilia est operatio sensuum exteriorum potentia proxima, aut. n. quod aliquis vigilet & vnomodo exteriori sensu operet, dormiens vero in potentia remota ad audiendum, & sic non ad eandem partem spectat considerare de sensibus & de somno & vigilia. Secunda dubitatio principalis est, quia somnus & vigilia priuatiuè opponuntur, sed à priuatione ad habitū nō datur regressus, vt ait Arist. i postprędicamētis, ergo a somno ad vigiliā non datur regressus. Secundo ad idem, entis priuatiue debet esse causa priuatiua, quia priuatio non habet causam positiuam, sed causa somni est positiua, quia lassitudo animalis est causa somni & euaporatio cibi a stomacho ascendens ad cerebrum. *Causa est efficiens,* & finalis est positiua. s. vt recuperetur spiritus animalis deperditus, ergo somnus est quid positiuum. Tertio quia sequitur ex dicto Aristo. quod sensus & vigilia essent passiones sensus exterioris, & non sensus cômunis, vltra per dicta Arist. vigilia est operatio sensuum exteriorum, somnus est immobilitatio eorundem, si ergo somnus se habet tanquam priuatio vigilia tanquam habitus, priuatio non nisi per habitum innotescit, ergo prius declarare debuisset naturam vigiliæ cum vigilia sit prior & perfectior quàm somnus, cuius oppositum facit Aristot. &c. Respondeo & dico ad illam propositionem videlicet ad a priuatione ad habitum difficilis est regressus, aut priuat habitum & potētiam simul et tūc regressus est impossibilis, et sic à morte ad vitam nō est regressus, quia mors est mors, et vita est uita, sic de corrupto, quia corruptum est corruptum, et causam assignat Aristot. priuatio est priuatio, et habitus est habitus, somnus aūt priuat actū nō aūt habitum, vel dicamus, q̄a propositio Arist. est vniuersaliter uera sic intelligēdo, quod à priuatione ad habitum eundem numero impossibilis est regressus, sed à priuatione ad habitum eiusdem speciei possibilis est regressus. Ad secundum, quod addis priuatiui entis cās nō sunt positiuę, sed somnus habet cās positiuas, ergo etc. Quod addis quod sic somnus esset passio sensus exterioris, et non cômunis, dico quòd est passio vtriusque

vtriusque & exteriorum & sensus communis, ex eo quòd ligantur sensus communes & exteriores, & communiter in corde, & ligantur alij sensus, quia euaporatio illa ascendens cibi à stomacho, ad cerebrum oppillaut viam & arterias, & sic non possunt transire spiritus ad operationem sensus exterioris, &c. Ad aliud quòd priuatio: non nisi per habitum cognoscitur & innotescit, dico quòd somnus non est omnino priuatio, vt dictum est, sed aliquomodo positiuum est, non vere tamen aliquo pacto naturam positiui detinet, & quia causæ somni sunt manifestiores quàm causæ vigiliæ, ideo à causis somni incepit. &c.

Tertia dubitatio principalis est, quia dicit philosophus cuius est potentia eius est & actus, & ideo somnus & vigilia sunt passiones, totius coniuncti, videntur quòd sint qualitates quædam cum sint affectiones, sed oppositum dicit septimo Physi. scilicet quòd naturalis potentia non est qualitas, &c. Dico quòd virtutes animæ sunt eædem quòd anima, non quòd sit tertia entitas resultans ex potentia exteriori, & anima sensitiua, sed virtus visiua est anima ipsa vtens tali, & tali organo, & instrumento, & sic naturaliter præsunt virtutes animæ & non differunt ab anima ipsa, & sic non sunt qualitates, &c. Quod addis quòd affectus sunt totius coniuncti, scilicet passiones animæ, dico quòd virtus sensitiua est affectio totius coniuncti, dico quòd intellexit, vt anima vtens organo, scilicet totius coniuncti & sic operatio animæ sensitiuæ, & operatio animæ per corpus, &c. Quarta dubitatio principalis est Ioan. cuius est potentia eius est & actus propositio est philosophi in textu: quæ falsa est, quia alicuius est potentia, & illius non est actus, dubitat hic Ioan. quia continuum potest diuidi in infinitum, & tamen non actu diuiditur siue sit de potentia actiua siue passiua semper est falsum, de actiua omnis actio est in passo & sic potentia est in agente actus poētię est ipsius passi, de passiua potentia etiam falsum est, vt de continuo dictum est, vltra ad idem ignis potest esse aqua, aqua potest esse aut alba aut nigra, sed aqua alba non est actu nigra &c. dico quòd Arist. intendit illam propositionem scilicet cuius est actus eius est potentia, posuit tamen conuersam pro conuertente, dico quòd si generaliter loquamur cuius est potentia eius est actus, verum est aliquomodo, vt ignis est actio vt effectus nō ut subiecti, aquę etiā est actio ut subiecti, sed si de passiua potētia loquimur eius est potētia cuius est actus subiectiuè, continuum enim potest diuidi in infinitū & nunquam actu diuisum est dico quòd est partim vera & partim falsa, vera est si intelligatur de diuisione ad mixta cum actu imperfecto. s. q̄ continuū potest diuidi in duas partes, & illæ inquam partes sunt ēt diuisibiles & ēt Deo esset impossibile, diuidere cōtinuū perfecta diuisione, quia implicaret cōtradictionē, continuū diuisibile, perfectè esse diuisum, actus. n. perfectus diuisionis est, vt sit diuisibilis in omnes partes perfectas, quod impossibile est, non. n. loquitur hic philosophus de potētia relationis, sed de actu & potētia operādi. i. de potētia q̄ est principiū operādi & sic intelligitur cuius est operatio eius est et uirtus subiectiuè, qđ addis ignis pōt esse aqua, sed nunquam ignis est actu aqua, dico q̄ ignis est in potentia ad aquā p accidēs ratione suę materię, quia subiectū qđ nunc est sub ratione ignis postmodū erit sub forma aquę, &c. Quod addis q̄ albū pōt esse nigrū, dico ēt q̄ per accidens ratione materię pōt esse vt habet potentiā ut sit nigrū. &c. Dubitatio quinta est plantis nō inest somnus nec vigilia videtur q̄ sit falsum, quia cuius est ratio nutrimēti eius est sensus nutrimēti, sed sensus nutrimēti est gustus & tactus vt habetur 2. de Anima 28. ergo &c. Secūdo ad idē somnus causatur ex hoc q̄ calor reuocatur ab exterioribus ad interiors, sed in plātis est huiusmodi, ergo in eis, & somnus & vigilia est, & cōfirmatur, quia finis propter quem datur animali datur ēt & plātis, sed datur animalibus vt restaurentur spiritus deperditi & defatigati, et restauretur calor naturalis resolutus, istę finis ēt est in plantis, quæ ēt plantę calore naturali operantur, ergo, etc. Vltima dubitatio ad idē, natura dedit somnū vt spiritus ipsius animalis defatigati restaurētur pp defatigationē uirtutis in operando, ita ēt in plantis inest, defatigatio, qa defatigatur in eis virtus caloris in suis operibus, si pp̄ter hoc animal indiget somno ēt & plantæ, &c. oppositū aūt tenet Arist. qa somnus & vigilia sunt passiones sensus communis & exterioris, plantis non inest sensus, quia in eis non inest delectatio neque tristitia, quia vbi delectatio et tristitia ibi & sensus cōnaturales quando delectantur dilatātur, & ubi est delectatio ibi est & psecutio, & vbi est tristitia ibi est fuga, ergo &c. Ad rationē in oppositū, dico, negādo argumentū. s. q̄ in plātis est ratio nutrimēti, ergo est sensus nutrimēti. s. tactus, dico q̄ plātę trahunt nutrimentū virtute naturali, quia si haberent sensum nutrimēti, tūc plants moueretur ad nutrimentum, quod addis quòd somnus est contractio caloris ab exterioribus ad interiora, plantæ in nocte claudunt flores & stringunt, in die vero aperiunt, ergo in eis reuocatur calor naturalis, dico quòd non omnis reuocatio caloris naturalis est, somnus & vigilia, sed illa reuocatio tantum, quæ fit respectu sensus communis, in plantis sutem restringentibus flores in nocte proprer ea calorē reuocari ad interiora, quia plantæ non habent sensum communem, sed propter frigiditatem & humiditatem noctis, id est, aeris in noctis. Quod autem addis quòd in plantis est resolutio spirituum, dico quòd licet fiat resolutio aliquo pacto, tamen difficulter resoluuntur in plantis, cum sint naturæ terrestris, &c. Quod autem addis quòd in plantis virtus defatigatur, ideo indigent somno vt restaurentur, dico quòd non omnis virtus naturalis defatigatur in suo organo, sed virtus sensitiua et virtus motiua secundum locum defatigantur, nutritiua tamen non defatigatur in sui opere, immo magis restauratur in sui opere & fit potentior, et sic nego argumentum: si sit virtus naturalis.

Vltima dubitatio principalis quæ tangitur in textu est de demone cum tamen Arist. vbique neget demonem, quia si secundum illius principia loquimur aut demon est substantia simpliciter aut compo sita, si simpliciter sic est incognita philosopho, quia non datur forma simpliciter sine subiecto, formam enim cognouit Arist. ex corpore cœlesti moto, si erit forma sine corpore penitus erit incognita, quia philosophus itellectus separatos cognouit ꝑ motū, qa nullā substantiā etiam abstractā posuit sine subiecto, si enim est composita substantia ex anima & cor pore, aut esset materia simpliciter in potentia aut in actu, & sic esset materia cœli: si simpliciter esset ma teria prima generabilium, si est in potentia aut esset materia prima elementorum, & sic esset elementum, quia posset tantum informari elemento, & etiā debet habere corpus constans, & tunc aut est materia mixta aut perfecta aut imperfecta, si imperfecta ex duobus elementis & hoc non, quia in imperfecta mixtione negatur sensus, ergo à fortiori in alia materia sicut plantę quæ sunt imperfecta mixtio, negatur in eis sensus, si substanta perfecta, aut perfectior humana aut æqualis, aut infima, non perfectior, quia dicit Auicenna: quòd natura dedit homini meliorem complexionem quam potuit inuenire in omni animali, neque minus perfecta, quia natura humana est infima in genere abstractorum, neque æqualis, quia tunc esset eiusdem speciei cum homine, quomodo ergo dicit demones, vt Themistius & Albertus, asserunt per demonea intellexit Deum & substantias abstractas & cœlestes, & per nomen Dei non solum intellexit primam substantiam abstractam, sed omnes intellectiuas.

Lectio II.

SIMILITER *autem quòd nihil est*, soluit Aristot. secundum pro blema nunquid solius animæ sint somnus & vigilia: remanet tertium quæ sint causæ finales & efficiens somni, omittit istam quęstionem, & vult soluere quartam, quia quartum pro blema est, an omni animali insit somnus & vigilia, an alteri semper insit somnus, alteri vero vigilia semper, & alteri neutrum, soluit philosophus quòd cuilibet animali vicissim inest somnus & vigilia, & quòd nullum est animal quòd careat his passionibus, & philosophus probat hoc tripliciter, primo, quia nullum est animal quod vtraque passione careat, & nulli animali dum viuit perpetua inesse altera passio scilicet aut somnus, aut vigilia sola & vtraque vicissim insint animali, probat contrariam philosophus, quia priuatiua opposita: quæ immediate insunt subiecto debent inuicem succedere in eodem subiecto, quia cum tollitur vna ponitur altera, & non potest vna perpetuo immanere ergo de necessitate animalia succedet antecedens habet duas partes, probat primam: quia proprium est rebus inanimatis carere somno, non ergo potest competere animatis, secunda probatio somnus & vigilia sunt passiones sensus communis, sed cuique inest sensus com munis, ergo nullum animal caret passionibus istis, secunda pars antecedentis probabitur nullum animal dum viuit habet vnam harum perpetuam, ergo inuicem succedit dupliciter: probatis, primo de vigilia, secundo de somno, primo omnis operatio animalis habet tempus præfinitum à natura, ergo illo excesso defatigatur animal, & cogitur ad quietem vigilia est operatio conueniens animali, qua excessa animal defatigatur, ergo sequitur quòd cogitur ad somnum, & probat philosophus hocmodo in diuisione de sensu visus & auditus, si defatigatur in uidendo, cogitur cessare ab illa operatione, si tem pus præfinitum à natura excedatur, si etiam de operationibus manuum defatigatur inscribendo, & per consequens cessat ab opere, ad minorem quòd vigilia est operatio patet, quia vigilia est resolutio sensuum animalium, ergo concluditur quòd vigilia non inest semper animali. Secunda probatio somnus est impotentia & imbecilitas sensus, quæ causantur ex resolutione spirituum, quæ resolutio ori tur ex nimia vigilia scilicet propter vigiliæ excessum, & propter talem excessum causatur somnus, ergo non semper inest vigilia ponit propositio declarata est, quia somnns inest animali per defatigationem minor experientia probatur, quandoque ab ęgritudine non causatur somnus propter vapores siccos ascendentes, quandoque ab ægritudine, aliquando à natura, scilicet à naturali complexione, vt homines macilenti non habent vapores humidos & sic non dormiunt, quia ex alio humore non possunt oppillari viæ cerebri. Secunda pars breuius probabitur, quia somnus non inest perpetuo animali dum viuit animal dum dormit potentia vigilat & sentit, sed omnis potentia debet reduci ad actum, ergo debet excitari & debet actu sentire & vigilare, prima pars assumpti probatur, quia omnis somnus est vinculum, & ligamentum sensus exterioris: ergo animal dum dormit habet sensus ligatos sine operatione, ergo est potentia ad opus, quia vbiq; est actus primus, ibi est potentia ad actū secūdū, & vbi est visus, ibi est actus ad videndū, & vbi est principium operationis, ibi est ipsa operatio, ergo si dormit & habet potentiam sensitiuam qñque vigilabit ad actū sentiendi. Secūda ratio per inductionē probatur, qa aīalia sunt in triplici genere. s. aquatilia, uolatilia, & terrestria, aquatilia aliqñ dormiunt & aliquando vigilant probatur, quia datur tantum triplex genus aquatilieum vnum est genus squamosi, aliud genua sunt moles quæ molli crusta teguntur, alia sunt dura testa ut ostreę & conchę videmus quando dormiunt pisces quòd claudunt oculos nisi impediantur, uidentur enim quando dormiunt esse quieti, & immobiles & manu aliquando capiuntur à piscatoribus, secundum genus istorum animalinm habet ocu los duros, & ista habent somnum & vigiliam minus manifeste, quia non habent genas, & per consequens

quens non claudunt oculos, sed percipiuntur ista dormire propter eorum immobilitatem, quia quiescunt non tamen propter clausionem oculorum, tertium genus, & hoc difficiliter iudicamus habet somnum quia carent motu & oculis, & sic neque ex immobilitate & clausione minime percipimus eos dormire, carent enim progressiuo motu, non enim mouentur ista nisi motu dilatationis & constructionis; sed non potest ostendi hoc nisi ratione superius data, quia omnis operatio animalis habet tempus præfinitum à natura, quod si excedatur desinit animal & cogitur quiescere, vigilia est operatio animalis ergo: &c. secundi & tertij generis & volatilis & aquatilis animalia quædam sunt exanguia, & clarum est quòd dormiunt vt apparet in nocte non emittunt bombos, ergo à fortiori de habentibus sanguinem, & ista non tantum dormiunt, sed somniant quando habent imagines fere, aut alterius animalis vt est canis qui latrat in somno, & sic de alijs animalibus, & hic est secunda ratio, tertia ratio omne animal sensu est animal, sed somnus & vigilia sunt passiones sensus communis, & inest omni animali, ergo somnus & vigilia inest omni animali, sequitur correlatiue: quia plantis non inest sensus, ergo neque somnus & vigilia, & probatur vt supra, eo quia in plantis non est delectatio, neque tristitia, ergo neque sensus, & vbi est sensus est concupiscentia, & vbi est concupiscentia est prosequutio, ista neque prosequuntur obiectum delectabile neque fugit obiectum tristabile, & retrahuntur, secundo ad idem si sensus inest plantis, esset propter nutritionē: sed propter hoc non debet dari sensus plantis, probatur, breuiter, quia animalibus quibus inest sensus, quanto magis illud animal uacat operationibus sensuum, tanto magis in eo viget virtus nutritiua, & propter hoc non debet dari sensus, quia virtus nutritiua quanto magis nutrit, tanto magis vigoratur, quia in nutritiua non cadit defatigatio, & non est, ut inquit cōmentator ij. tegni commento 35. quòd illa operatio est fatigabilis in qua accidit resolui, aut operans aut instrumentum operanti vnitum, quod est calor & spiritus, sed in operatione nutritionis non accidit resolui instrumentum operantis, sed potius calor et spiritus & membrum ipsum saluantur & augentur, in sensu uero & motu semper est multa caloris & spiritus resolutio, ex quo mouentur & sentiunt, accidit peyoratio propter instrumentum non posse operari, si plantis ergo inesset sensus, non possent sic nutriri, quia propter sensum impedirentur nutritio in eis, & propter hoc sequitur quòd animali cum sensu vacat ei viget nutritio, vt est in somno, & propter hoc militat ratio quòd in cena debemus plus alimenti sumere quàm in prandio, quia virtus nutritiua magis viget in nocte, & est maius tempus in cena quàm in prandio, quam econtra, & sic quæstio soluta est: &c. Sed emergunt quæstiones in conclusione Arist. in qua dicit, quòd omnia animalia dormiunt, quia falsum est, quia cœlum est animal & tamen est in continuo motu &c. Vltra dicit quòd somnus est & causatur ex vaporatione: cibi ascendens ad cerebrum ergo vbi non est cerebrū, ibi non potest esse somnus, sed multa animalia carent cerebro, quia carēt capite, ergo in eis non inest somnus, & per cōsequens non omne animal dormit &c. Ad primum respondeo, quòd philosophus loquitur de animalibus caducis & sub lunaribus, & sic non valet ratio illa de cœlo. Ad aliam rationem, dico ꝙ si carent cerebro, habent aliquid proportionabile cerebro, & si carēt eo, aliqd ꝓportionabile habent, sicut non habent caput formabile habent tamen aliquid proportionale: capiti &c. in rationibus philosophi etiam sunt dubitationes prima ratio: assumit duo falsa primum: quòd omni animali inest somnus & vigilia eo quòd omni animali inest sensus communis, contra, quia sunt aliqua animalia carentia sensu communi, quia ut in secundo de anima dictum est, aliqua animalia non habent de sensibus nisi tactum, ista ergo animalia non habent sensum communem & per consequens neque dormiunt, neque vigilant, & illa sunt animalia valde imperfecta, quia in eis neque inest memoria neque imaginatio.

Secunda etiam ratio assumit falsum, scilicet omne animal dum dormit est in potentia ad sentiendum vt philosophus in litera: sed omnis potentia debet reduci ad actum ergo: &c. sed ista breuiter: est falsa, quia potentia illa pōt frustrari, & in indiuiduo & in specie, quilibet enim potest esse pontifex, sed frustratur ista potentia quilibet enim nostrum potest esse diues, & tamen non est, in specie, etiam frustratur mula habet potentiam ad generandum, & tamen non generat, habet enim potentiam vegetatiuam, & sic etiam in specie frustatur potentia: secunda ratio non probat, quia est per inductionem & inductio nihil probat secundo phys. ergo tertia ratio etiam peccat, quia omni animali inest sensus & somnus, et vigilia sunt passiones sensus, non enim propter hoc probat quòd somnus et vigilia sunt passiones sensus necessario suo disiunctione sequentes, vt numerus vel est par uel impar, negatur ergo somnus & vigilia sunt passiones sensus communis vel sunt passiones sequentes sensum communem, &c. Ad primum cum dicis quòd omni animali non inest sensus communis, dico quòd est verum, tamē sensus tactus est illis sensus communis, quia in illis non differt sensus communis à tactu in eodem & sic somnus & vigilia sunt passiones sensus tactus & sic si inest tactus inest sensus cōmunis imperfectus tamen, ergo etiam inest & phantasia & memoria imperfectus tamen, ergo si dicerem ubi est sensus communis ibi est memoria, & plus dico quòd sunt eędem omnes hæ virtutes in adequate tamen, quia bene est fantasia imperfecta, quæ est sensus communis quid est sensus communis est sensus tactus, in quibus animalibus sunt omnes, ille est perfectus. Ad secundum quòd falsa sit illa propositio, omnis potentia reducitur ad actū, quia in indiuiduo & in specie potest frustari, dico ꝙ in indiuiduo potest frustari, in specie vero deducto impedimento non potest

 frustari

frustari, de mulo dico quòd in eo est impedimentum propter intemperiem complexionis propter excessum & lapsum ad calidũ & propter calorẽ q adducit semen, si dicas hę rationes philosophi nõ demõstrãt, dicit ipse alibi ꝙ non semper sunt expectãdę rationes mathematicę à philosopho, necesse est.n. aliquãdo ad philosophum stare ad sufficientiam paruam & hoc habetur secundo cœli, qđ addis ꝙ ſcđa ratio est per inductionẽ dico ꝙ reuera nõ demonstrat qa propositiones quæ non sunt manifestę ex suis terminis, non possunt demonstrare, declarantur tamen per inductionem, dico tamen ꝙ non assumit omnia animalia quòd necessario vigilent aut dormiant, dico tamen quòd bene confirmat tantum quòd somnus & vigilia sint affectiones sensus communis non necessario, subdisiunctiue accepta, sed persuadet &c.

Lectio III.

DVBITAMVS quoque alia ratione quòd philosophus assumit propositionem scilicet quòd omnis operatio animalis habet tempus præfinitũ à natura quo excesso animal defatigatur falsa sunt nutritio non habet tempus præfinitum quo defatigatur animal si excedet illud imo si cessaret operatio nutritionis, mors statim succederet, ad hanc rationem dico, quòd propositio philosophi non intelligit de omni operatione animalis, sed de ea per quam animal est & hoc est operatio sensus quæ habent tantum perfecta, & etiam est motus nõ autem qua vegetat & tũc omnis operatio animalis sensitiua vel motiua secundum locum habent tempus præfinitum sue fatigationis & sic cessat dubitatio. Tu forte replicabis quòd somnus non tantum est passio uirtutis animalium, sed etiam naturalium, naturalium dico vt vegetatiua nutritiua, animalium dico vt tactiua virtus, & motiua secundum locum, ergo si est passio virtutum naturalium, ergo etiam de eis verificatur propositio Arist. quòd dicis tu quod non intelligitur de operatione nutritiua, dico ad id cum dicis si est passio virtutum naturalium, ergo erit passio nutritiuæ, nego assumptum, probo assumptum, quia per vigiliam lascescit virtus nutritiua, & etiam debilitatur, & ideo indiget somno vt restauretur &cęt. Dico quòd somnus per se est virtus animalis per accidens autem est uirtus naturalis quatenus, &c. scilicet cum virtute animali coniungitur virtus naturalis, quia propter operationem virtutis animalis assumuntur spiritus & defatigantur in vigilia, qui defatigati non bene deseruiunt virtuti nutritiuę, qui debent ministrare virtuti nutritiuę, & ideo quia in plantis est tantum virtus nutritiua non requiritur somnus, quia somnus impediret nutritionẽ, quare dum vacat sensu animal est fortior concoctio in stomacho propter virtutem nutritiuam habẽtẽ omnes spiritus & calores sibi deseruientes, &c. Dubitatio est pulchra, quia probauit Aristo. quòd in somno est perfectior concoctio, est modo dubitatio, an digestio omnium membrorum exteriorum perfectior fit in somno quàm in vigilia?& videtur quòd non quia in somno retrahitur calor ab exterioribus ad interiora, ergo habent uirtutem imperfectam digestiuam cum habeant minorem calorem hoc etiam patet ex Auicenna in secunda primi vbi dicit quòd pulsus in somno est debilior, et uigilantis est oppositum, sed in oppositum est Galenus in quarto de simpthomatum causis, vbi dicit, quòd in somno non tantum sit perfectior digestio in uentriculo quàm in omnibus partibus corporis, & in hocmodo medici sunt discordes, deinde dicit quòd omnia membra melius nutriuntur in somno quam in vigilia excepto cerebro propter duas causas, primo quia in somno cerebrum repletur multis vaporibus frigidis & humidis, ergo minoris est caloris, ergo imperfectior fit digestio in eo. Secunda causa est, a, ligno cattarri quia maius nocumentum, est in somno quã in vigilia, quia materia illa perfectius digeritur in vigilia quam in somno, sed Thomas de garbo in sua summa arguit contra dictam auctoritatem Galeni, quòd non solum cibus perfectius digeritur, & fit nutritio in ventriculo, id est in stomacho, sed in vniuersi corporis ambitu, & experientia est, quia de mane completo somno homines qui sunt debilis cerebri perfectiorem habent virtutem, ergo perfectior per somnum facta fuit digestio, & necesse est quòd acutior copia caloris in somno quam in vigilia, hoc modo dicit Aristo. Ad argumenta quòd in somno reuocatus omnis calor & spiritus ab exterioribus ad interiora, ergo minus viget calor in membris exterioribus. Respõdeo dupliciter, quia aut cõsideramus somnum quo ad sui principium, aut post principium, si cõsideramus post principiũ dico quòd perfectius nutriuntur, eo ꝙ calor ex digestione cibi iam est auctus, & spiritus in corde sunt refocillati & aucti, & tũc cor mittit sanguinem ad exteriora, quia non tanta ẽst opilatio, quia si non transmitteretur sanguis, & spiritus ad mẽbra exteriora, certè animal moreretur, cum esset priuatus spiritibus & sanguine, et quod sit uerum, quòd post principium somni spiritus animales & naturales ad exteriora membra mittantur, quia si in somno vocaretur, homo non posset intelligere.i. audire, si spiritus animales non essent in membris, certum est, quòd sine spiritibus nõ possent exteriora membra exercere operationes suas, ideo si in somno aliquis audiat, & illa auditio non posset fieri sine spiritibus, ergo spiritus per membra sunt diffusi; similiter si quis in instanti aperiret oculos, non videret, sed hoc modo falsum, ergo spiritus animales sunt in membris, quando ergo arguitur, quòd membra in somno debilitantur, verum est in principio somni, nego tamen post principium, sunt enim tunc acutioris caloris quàm erant in vigilia. etc. Quod verò addebat Dinus in prima causa, quòd illi vapores sunt frigidi, ex quibus cerebrum repletur, dico, quòd illi vapores sunt calidi propter calores admixtos, & ideo quia humidi humectãt etc.

quia

quia calidi calefaciunt, sunt ergo calidi & humidi propter calores naturales ad secundam causam assignatam à Dino, quòd cattarri maximum nocumentum accipiunt in somno quàm in vigilia, sed in somno est perfectior digestio propter calorem omnium spiritum confluentium ad cor. Dico, quòd cerebrū est acutioris caloris in somno quàm in vigilia, vbi somnus est moderatus, sed si sōnus est immoderatus, verum est, quòd cattarri melius digeruntur in vigilia quàm in somno. etc.

Quæstio vltima est, si somnus & vigilia insunt animali, nunquid in principio generationis animalis etiam in matrice, an præcedat somnus an vigilia, & videtur, quòd præcedat somnus, quia ix. Meth. priuatio in eodem indiuiduo præcedit actum, somnus est priuatio, vigilia verò habitus, ergo somnus præcedit vigiliam etc. Tertio, ad idem somnus est actus primus, vigilia actus secundus, sed actus prioris simpliciter præcedit secundum, ergo somnus præcedit vigiliam. Quarto, ad idem vigilia est reuocatio caloris ad interiora, ergo somnus est prior ipsa vigilia. Quinto, ad idem embriones dormiunt in matrice, ergo somnus est prior, ex altera parte oppositum argumentatur. Argumentatur ergo sic, causa debet præcedere causatum, quia somnus datur animali à natura, propter vigiliam excessiuam defatigationem, ut ex somno spiritus deperditi restaurētur, quia in somno augetur calor, quia calor est reuocatio caloris ab exterioribus membris, ergo prius expansus fuit calor ad exteriora membra, quàm ad interiora retrahatur; sed expansio est in vigilia, ergo vigilia prior est ipso somno. etc. Pro declaratione, Aristot. 5. de gnatione animalium cap. j. vult perscrutari hanc quæstionem, vtrum cum generatur animal in vtero cum incipiat habere sensum tactus, quòd in vtero percipiatur vigilare & dormire, videtur, dicit ipse, quòd dormiat, quia animal quanto magis procedit ad ætatem continue expergiscitur, & paulatim; & omnis transmutatio est à contrario in contrarium, & eo tempore quanto procedit in ætate, tanto magis expergiscitur, & ista expergefactio est vigilia, ergo videtur, ꝙ somnus primo inhereat, etc. Secundo ad idem non est transitus à contrariis mediatis ad contraria, nisi p mediū inter nō esse simpliciter, & esse in vigilia, erit hoc modo medium. s. dormire, si ergo transit ad vigiliam erit transitus per somnum. Tertio ad idē animal in principio suæ generationis habet maximum pōdus, in p'e superiori ab vmbilico ad caput, sed ista grauedo in capite arguit somnum, ergo; postea procedente ætate, superiores partes excrescunt. & inferiores crescunt in acutiori mole, quàm erāt superiores, ergo somnus videtur in esse, quid dicendum. Dico, quòd statim quod animal est, neq; dormit, neque vigilat, ergo, ad rationes Aristot. probauit, quòd in principio generationis pueri neq; dormiunt, neq; vigilant, quia somnus & vigilia non insunt plantis, & animalia sunt similia plantis in illo principio generationis, neq; habent somnum neq; vigiliam, dices tu, ergo erunt plantæ, quia quàm primum acceperint sensum tactus, non est somnus, ergo planta, nego argumentum, & dico, quòd vigilia præcedit somnum, animal enim à principio suæ generationis habet vigiliam, quia ideo dormit animal propter defatigationem, sicut causa præcedit effectum suum, ita & vigilia somnum, & hoc vt in somno restauret spiritus deperditos propter vigiliam, in eodem ergo indiuiduo vigilia præcedit somnum; Ad id quod addebas ex nono Meth. ꝙ priuatio pręcedit habitum, & in eodem actus primus debet pręcedere somnum, potētia præcedit actum, somnus est priuatio & potentia, & actus primus, ergo in eodem indiuiduo somnus vigiliam pręcedit, respondet Arist. 5. de generatione animalium, cap j. quòd in animali à principio generationis ꝙ primum accipit sensum, proprie non habet somnum, neque vigiliam, dices tu, est immobile & quietum, dico, quòd causa est propter indispositionem organorum, sed tūc habet quid simile somno, in eo enim tempore non est actus vigiliæ, & ratio, quia priuatio debet esse in eis ī tempore ī quo potest esse & inesse vigilia, sed tunc habet indispositionem quādam sentiendi, et tūc nō est somnus, sed indispositio similis somno. Postquàm ergo inest sensus prius tempore vigilia inest animali, quàm somnus, quod addit philosophus, ꝙ datur medium inter non esse simpliciter, dico, ꝙ ista non sunt contraria in animali, nisi quādo est indispositio sentiendi et tūc in tali dispositione sunt contraria mediata, quod addis. ꝙ priuatio præcedit habitum, somnus est priuatio, ergo; dico, ꝙ ad omnes rationes, ꝙ ibi non est uere somnus, sed immobilitas quædā sentiendi, somnus non est aliud quàm reuocatio caloris; nego, ꝙ ille calor conculcatus & concentratus sit causa somni, quia nō est ibi dispositio, qua possit sentire ex hystoria animaliū, prius dormit in utero puer et tūc dico, ꝙ in principio generationis neq; dormit, neque uigilat, post perfectam uerò generationem dormit & uigilat. Ad argumenta Arist. puer procedēte ætate magis expergiscitur, ergo præfuit somnus, dico ut dixi, quòd ille nō proprie uocatur somnus, sed improprie dictus propter grauitatem partium superiorum, sed est indispositio similis somno. Quod autem addit philosophus inter nō esse simpliciter, & esse in vigilia prius transit per medium. i. per somnum, dico, ꝙ non est verus somnus, sed immobilitas quædā, quæ assimilatur somno, quod autem addis, quòd in principio generationis quàm primum accepit sensum habet medium incrementum partium superiorum, ergo dormit, dico ꝙ eo tempore debet esse somnus quo potest esse perfecta sensatio, quòd illa ratio philosophi, dico ꝙ ibi est methaphorica, sed quod dicit ꝙ viuit uita plantę, quasi dicat prius tempore viuit vita plantę. i. non habet sensum, postea quando dicit, ergo est planta, nego argumētum, quia illa vita est similis vitę plantę adherendo vmbilico, sicut planta adheret terræ propter radices suas, vt philosophus tertio de generatione animalium, sequitur text. *Quoniam aūt non aīæ propriū est sentire, neq; corporis etc.* Consequēter philosophus soluit secundum

dum & tertium problems, secundum fuit tale, cuius natura partis animæ aut corporis sit somnus, & vigilia, tertium problema propter quam causam insit somnus, & vigilia animali, primo proponit quęstionem, & argumentat ad vtranq; partem, sic etc. somnus est passio solius motus, quia somnus & vigilia insunt omni animali, solus sensus tactus inest omni animali, ergo somnus & vigilia solius tactus erit passio, breuiter probatur, quòd solus tactus insit omni animali, quia omnia animalia etiam imperfecta sicut spongia maris & ostrea n n habent nisi sensum tactus; & procedendo vlterius animalia sunt breuioris imperfectionis, quæ habẽt sensũ tactus & gustus. Ex opposito argumentatur ꝙ sit passio omnium sensuũ exteriorum, & probatur nullum animal dum dormit, sentit sensibus exterioribus, ergo somnus est ligamentum omnium sensuum exteriorum, ergo somnus est passio sensuum exteriorum, quia si esset passio alicuius sensus tantum & nõ omnium, ita quòd aliquo sensu sentiret & aliquo non, tunc sequeretur, quòd dormiret & non dormiret.

Lectio IIII.

CORMAVIMVS argumenta ad partes, restat modo respondere, & primo ad primum, quando dicit, ꝙ solius tactus somnus est passio etc. & quando dicit secundo, quòd sensuum exteriorum est passio. dico, quòd non est passio sensuum exteriorum, sed communis, quia sensus communis sequitur ad omnes sensus exteriores, quia iste cõmunis sensus vnus est secũdum rem, plurificatur tamen ratione & opere, quatenus igitur iudicat diuersa sensibilia aliorum sensuum, vt album, & dulce, & molle, est vnus, quatenus verò immutatur à pluribus sẽsibus exterioribus plures est, sed quæ sit causa finalis huius? Dico, quòd duplex finis erit, alter propter quem comprehendit actus sensuum exteriorum, quia materialiter homo percipit se videre, non enim dicit philosophus, sensu visus sentit se videre, quia omnis operatio visus est circa colorẽ, visus non est color, ergo non percipit se videre visu, sed sensu cõmuni. & hic de auditu, auditus enim non percipit nisi sonum, tamẽ non percipit se audire auditu, quia auditus non est sonus, sed percipit se audire sensu communi, quia est ille qui comprehendit actus & operationes sensuum exteriorum, & de hoc dubitarunt omnes latini expositores in secundo de anima. cuius nam sit operatio ista percipere operationes visus & gustus etc. quam solutionem innuit multum clare philosophus hic, et si hunc locum vidissent, vtique non dubitassent. Alter finis est iudicare inter diuersa sensibilia diuersorum sensuum, vt lac, quod sit album & dulce, & similia, ista enim differentia vnius est sensus, ergo erit iudicium vnius sensus differentiæ inter dulce & album, & non plurium sensuum, non potest enim homo iudicare sensibus particularibus, neque diuisim neque coniunctim differentias sensibilium, & hic est soluta secunda quæstio. Sequitur ex dictis philosophi correlatiuũ, sensus tactus est idem sensui communi, & probatur, quia dictum est, quòd somnus est passio sensus communis, & postmodum dixit, quòd somnus est passio sensus tactus, sed sensus communis est idem quòd sensus tactus, ergo somnus est passio sensus tactus, & quòd sensus tactus & sensus communis sint idem, probat philosophus, quia solus tactus inest omnibus animalibus, sensus communis inest omnibus animalibus, ergo sequitur, quòd sensus cõmunis & sensus tactus sunt inseparabiles; vltra si sunt inseparabiles, sunt idẽ re & essentialiter, nam si distinguuntur re, & sensus tactus est natura prior sensu communi, quia tactus est fundamentum omnium sensuum, & prior separatur à posteriori, sensus tactus à communi separetur, quod est falsum, & sic sequitur, quòd sensus communis est idem quòd phantasia, & cum omnibus virtutibus interioribus, ergo omnes erũt idem cum tactu, quid ergo ad authoritatem Auicẽnæ? dico, quòd fuit fatuus in hoc non sequendo opinionem philosophi, quæ vera est, sequitur ergo generaliter, quòd animalia imperfecta & spongia maris & huiusmodi habent phantasiam, licet imperfectam, quæ est apprehendere calidum & frigidum in præsentia obiectorum, quæ est imperfectio ipsi imaginatiuę, cum opus perfectũ sit apprehendere sensibilia in absentia obiectorum, sequitur text. ibi, *manifestum igitur*; hic philosophus probat, quòd somnus sit passio sensus cõmunis, quia si non, erit ergo passio sensuum exteriorum, quia dũ dormit animal, nullus sensus exterior operatur, si ergo somnus & vigilia sunt passiones sẽsus exterioris, tunc erit passio omnium sensuum exteriorum, hoc falsum est, & probat philosophus tripliciter, primo, quia dictum est supra, quod omni animali vicissim inest somnus & vigilia, in quòd necessario permutatur somnus ad vigiliam, quia omne animal dum dormit, potentia sentit & audit, sed omnis potentia reducitur ad actum, ergo aliquando excitabitur confirmatur & argumentatur, quòd somnus non sit passio necessaria animali, adeo quòd somnus non inest necessario animali, & per consequens non est passio sensuum exteriorum, somnus per se est passio & ligamentum sensuum exteriorum, ergo necesse est, ꝙ sensus exteriores quiescant ab opere, hoc falsum est, quia nõ necesse est, quòd omnes sensus exteriores in vno animali simul operentur, non enim necesse omnes simul quiescere. Item philosophus in textu dicit, *rationabilis enim est, quòd necessario simul operentur, quàm quòd omnes simul ligentur*, etc. ergo concluditur quod non est necessarius somnus animali, contraria enim habent fieri circa idem, sed non omnes operantur, neque omnes quiescunt, etc. Secũda ratio ad principale argumentum sic, illius partis animæ somnus erit passio cuius primo est ligamentum & non sensus exterioris sed ex sensu communi ligato ligantur omnes exteriores sensus & ex ligamento sensuum exteriorum non ligatur sensus communis, ergo passio ista primo inest sensui cõi &c.

Tertia

Tertia ratio ad principale somnus non est passio sensuum exteriorum, probatur, quia multotiēs quiescunt omnes exteriores sensus à sui opere, & simul, & tamen animal non dormit, & sic somnus non est passio exteriorum sensuum, experiētia est manifesta in his, quibus deficit animus: quiescūt enim ab opere suo, neque audit, neque videt, neque olfacit, & tamen non dormit, experientia secunda in subetia vacant omnes sensus exteriores à suo opere, & maximè vacat sensus tactus, eò quòd ille aliquando comedit carnes siccas, ꝙ cessant, & sic cessatio operationum non est somnus, similiter quando quis patitur extasim, ꝙ omnes sensus exteriores occitantur, & tamen operatio solius sensus interioris viget. Vltra quando alteri comprimuntur venæ, quæ ascendunt à iugulo hinc inde à parte dextra & sinistra ad partem superiorem capitis, quæ venæ dicūtur appoplecticæ, et si vehementer comprimantur, homo neque audiet, neq; videbit, quia cum oppilantur, fit appoplexia, & vacat ab opere sensuum exteriorum, & tamen non dormit, & si fortiter comprimerentur venæ illę, suffocaretur homo, & moreretur, & illæ venæ sunt arteriæ somni, ergo somnus nō est primo passio sensus exterioris, sequitur etiam, quòd somnus non est passio cuiusvis sensus, neque somnus est ex quacūq; causa, sed emergit dubitatio literalis, philosophus in correlatiuo proxime pręcedenti dixit, sensum communem idem esse cum tactu, & si somnus est passio sensus tactus, ergo cum primo ligatur tactus, tūc erit somnus, & tunc licet quòd sit ligatus tactus, tamen alij sensus exteriores possunt operari, & tunc ipso dormiente reliqui sensus operarentur, tamen ligato tactu stat alius sensus operari, quia ad eius ligamentum non ligantur cęteri. Vltra, quia ratione sensus communis est idem cum sensu tactus, eadem ratione erit idem cum omnibus sensibus, sic enim incideremus in opinionem Themistij, qui non posuit scilicet sensus exteriores distinctos re, quæ opinio à nullo Perhipateticorum tenetur. Vltra, dubitatur in prima ratione philosophi, quòd somnus non erat potentia sensuum exteriorum, & facit talem rationem, somnus non necessario inest omni aīali, quia si inest, tūc necesse est omnes sensus exteriores ligari, & subiungitur quòd rationabilius erat omnes sensus operari simul, quàm ligari, imò oppositum huius rationis sequitur, quòd rationabilius est omnes simul ligari, patet assumptum, quia operatio vnius sensus impedit operationem alterius. Vltra, dubitatur secundo in ratione secunda, quia philosophus dixit, ꝙ ligato sensu communi ligantur & omnes exteriores, at hoc videtur falsum, quia operatio sensus communis est ab operationibus sensuum exteriorum, quia ipse non operatur, nisi exteriores operentur, ergo si ligantur omnes, ligatur ipse, & non econtra, ligatio ergo sensus communis non est à somno, sed à sensibus exterioribus, falsum ergo est, quòd somnus est ligamentum sensus communis. Vltra in tertia ratione philosophi dubitatur, quia dicit, quòd ideo somnus nō est passio omnium sensuum exteriorum, quia ligantur omnes, & tamen animal non dormit, ut per experientias multas probauit philosophus, & tunc arguo contra philosophum, quòd sicut in defectu animæ ligantur omnes exteriores sensus, ita dico, ꝙ in eadem experientia ligatur & sensus communis, & tunc non est somnus, ergo somnus sicut non est ligamentum sensuum exteriorum, neque erit ligamentum sensus communis. Ad argumenta cum dicis, ꝙ si ligatur sensus tactus, stat alios sensus operare, tūc dormiens animal operatur. Respondeo, quòd tactus habet multas partes in corpore, sed prima particula in qua reperitur sensus tactus, est in corde, & illa est idem cum sensu communi, qui etiam in corde est, dico tamen, quòd sensus communis non est idem cum tactu adequate, sed illi tactui, qui est in corde, non tamen sensus communis erit idem illi tactui, qui est in pede & in manu, quòd autē talis sensus tactus in corde sit idem sensui communi, probatur, quia ligato sensu tactus in corde ligantur omnes alij, hoc patet, quia ligantur spiritus tactus in corde, ligantur etiam spiritus sensus communis, & etiam si ligatur sensus communis, ligatur omnes alij sensus exteriores, ergo sensus tactus in corde est idem sensui communi, quod addis in secunda ratione, quia qua ratione sensus communis est idem sensui tactus, eadem ratione erit idem aliis sensibus exterioribus, dico, negando argumentum, quia non dico ego, quòd sensus tactus absolute non est idem sensui communi, simpliciter & absolute & adequate, sed tantum cum sensu tactus in corde, qui tactus in corde est primum organū tangendi, & est fundamentum aliorum sensuum. *Sensus uisus non est in corde, neq; auditio, sed in oculo.i.* in humore glaciali, &c. De rationibus philosophi, ꝙ non est necesse omnes sensus uacari ab opere, dico, quòd hoc est falsum, & ratio est, quòd omnes sensus necesse est vacare ab opere, & quiescere in somno. Respondeo, quòd primo & per se non possunt cessare ab opere & virtute propria, sed est necesse cessare per virtutem alterius, quia ligato alio.i.communi, ligantur & ipsi, & hoc est per ligamentum sensus communis; sicut nō est necesse ex sui natura omnes simul operari, sic etiam non est necesse omnes ex se ipsis virtute propria quiescere, sed per sensus cōis quietē. Ad secundam rationem quam probabat, quòd ex ligamento sensus communis ligantur alij, fuit probatum esse falsum, quia operatio sensus communis pendebat ab operatione sensuum exteriorum, ergo à ligamento exteriori sequebatur ligari communis sensus. Respondeo, quòd sensus communes possunt dupliciter considerari, primo, quantum ad eorum operationes, scilicet in quantum habent immutare sensum communem, & tunc dico, quòd sensus communis dependet ab eis, quia ipse immutatur ab eis, & vt sic non loquitur philosophus hic, sed in ij. de anima. Alio modo considerantur quo ad influxus spiritus, quos à calore recipiunt, qui spiritus & calores primo influuntur sensui communi, & postea aliis sensibus, quia ergo à sensu communi, qui est in corde, Et manantur omnes spiritus influendo in omnes sensus exteriores, & tunc dico, quòd sensus exteriores quo ad hoc dependent à sensu communi, & sic loquitur philosophus

loſophus hic.ſ. quo ad influxum, quia omnes ſenſus exteriores, habent influxum ſpirituum & caloris in corde ſine quibus ſpiritibus, & calore ſenſus exteriores non poſſunt operari actus ſuos: dico quòd ad reuocationem ſpiritus & caloris ab exterioribus ad interiora membra, primo priuatur ſenſus communis, & poſtea ex priuatione ſenſus communis priuantur & cæteri, & ſic ſenſus exteriores dependent à ſenſu communi &c. Ad tertiam rationem quando dicebat philoſophus, quòd ſomnus ideo non eſt paſsio ſenſuum exteriorum, quia ligatis omnibus animal nõ dormit, & etiam ſenſus communis tunc ligatur & nõ dormit. Reſpondeo quòd dixit philoſophus quòd ſomnus eſt paſsio ſenſus communis nõ tamen ex quauis cauſa ligamenti, quia ſi ligetur ex Amentia & extaſi non eſt ſomnus, & ſic experientia non militat contra rationem ſomni, ſed ſomnus procedit ex determinata cauſa, non ergo omne ligamentum ſenſus eſt ſomnus, ſed ex iſta cauſa determinata puta ex vapore aſcendente à ſtomacho per digeſtionem cibi ad caput & ibi oppilantur nec cerebri & organa ſenſuũ exteriorum, quia ſpiritus non poſſunt tranſire ad ea & niſi prius oppiletur communis, non poſſunt oppilari exteriores, ideo ſomnus vere eſt paſsio ſenſus cõmunis, & hoc de iſta lectione.

Lectio V.

PHILOSOPHVS in ſecunda ratione principali dixit, ꝙ ſomnus & vigilia erant paſsiones, primo ſenſus communis & non exterioris, quia in immobilitate ſenſus cõmunis cæteri ſenſus immobilitantur, & non econtra, dubitatur quòd ſomnus non eſt paſsio ſenſus communis, quia ſenſus communis operatur in ſomno & per te ſenſus communis non ligatur, ergo non eſt eius paſsio, quia non operaretur, aſſumptum probatur, quia in ſomno animal percipit ſe operare actibus exteriorum ſenſuum. puta videre amicũ, & arbores virides, ergo operatur ſenſus communis in ſomno. Sed neceſsitas ſenſus communis eſt vt apprehendant ſenſibilia exteriorum ſenſuum, ergo operatur, ergo ſomnus non eſt eius paſsio.

Secunda dubitatio ad idem virtus voluntariè motiua non ligatur in ſomno, ergo neque ſenſus communis, probatur aſſumptum, dicit Galenus in ſexto de ſimptomatum cauſis difficilior eſt operatio motus volũtarij quàm operatio ſenſus, ergo impoſsibile eſt ꝙ tollatur ſenſus remanente virtute voluntarie motiua patet quia homines ſurgunt à lecto & æquitant, & ſic ipſi dormientes faciunt opera vigilantis.

Tertia dubitatio ad idem ſi ſomnus eſt vinculum ſenſus communis, cum memoria, & reminiſcentia remaneant ſoluti minus deberent errare ab operationibus ſuis, cum non diſtrahantur à virtutibus ſenſuum exteriorum & ſenſus cõmunis, ſed hoc falſum eſt, quia in ſomno videmus habere pecunias & videre amicam, & ſecum coire, quæ omnia ſunt errores earum, ſi ergo ſenſus communis & exteriores non diſtrahant illas.ſ.memoriam, operationes deberent eſſe veriores, hoc eſt falſum, ergo &c. Quarta dubitatio eſt, quia duo dicit philoſophus & primum dictum eſt ex ratione formali ipſius ſomni, ꝙ ſomnus eſt in potentia ſentiendi exterius ſenſibilis, dico exterioris ſenſibilis peruenientia ex ratione caloris, ſed iſta diffinitio prius conuenit ſenſui exteriori quàm communi, probatur quia ſomnus eſt impotentia, iſta impotentia prius conuenit ſenſibus exterioribus, ſed ſentire exteriora, primo eſt ſenſuum exteriorum & non communis, ergo etiam eis competit impotentia, ſi eis competit actus ſentiendi prius competit ẽt impotentia, quia oppoſita priuatione habent fieri circa idem, quia ex retentione caloris, etiam iſta diffinitio competit ſenſibus particularibus, quia retractio caloris competit organo ſenſuum exteriorum, ergo iſta deſcriptio competit ſenſibus exterioribus, ergo ratio ſomni per prius competit ſenſibus exterioribus. Quinta dubitatio, de vigilia hoc idem probatur, quia vigilia eſt potentia operandi circa ſenſibilia exteriora, quia circa ſenſibilia interiora operatur etiam dormiens, non eſt ergo verum, ꝙ ſomnus eſt paſsio ſenſus communis, ex oppoſito eſt philoſophus dicens, quod immobilitate ſenſu communi immobilitantur exteriores, quia influxus caloris eſt à ſenſu communi primo, poſtea ab alijs, ideo vacante ſenſu communi, dicebat Ariſt. vacant exteriores ab opere, &c. Ad argumenta primo immobilitatis ſenſus communis poſtea exteriores, quãdo dicis in ſomno non ligatur ſenſus communis, ergo ſomnus non eſt eius paſsio, dico ꝙ re vera iſta operatio conuenit ſenſui communi in ſomno, quia percipit ſe operari, ergo non ligatur concedo, ergo ſomnus non eſt eius paſsio, nego argumentum ego probo, quia ſomnus eſt ligamentum ſenſus communis, &c. Dico quòd ſenſus communis ſit ligatus poteſt eſſe duobus modis, aut ſimpliciter aut reſpectiue, ſi ſimpliciter dico quòd non eſt ligatus, ſi vero reſpectiue dico, ꝙ reſpectiue.ſ.reſpectu aliorum ſenſuum exteriorum, dico tunc, ꝙ eſt ligatus, quia non poteſt apprehendere imagines ſenſibiles ſenſuum exteriorum cauſatas ab obiectis. Ad primum, ergo quando dicis ꝙ in ſomno homo ſomniat ſe videre amicam, illa immutatio vſque ad uiſum peruenit eò, ꝙ etiam in ſomno illa immutatio fit in viſu, & eſt hoc modo, ꝙ imagines reſeruatæ in memoria ueniunt ad ſenſum communẽ, & adeo multiplicantur in ſenſu communi, quòd deueniunt ad viſum, dices tu, oppilatę ſunt vię dico ꝙ poſt principium ſomni non eſt tanta oppilatio, quin ſpiritus animales non poſsint tranſire ab vno ventriculo cerebri ad aliud, & hoc patet, quia ſi in ſomno propter oppilationem ſpiritus totaliter deſtituerent membra exteriora tunc corrumperentur & homo pariter, & ſic dicit Auer. quòd per ſenſum communem efficitur talis immutatio ad viſum bene verũ eſt, quòd in vigilia homo propter intenſam cogitationem amici ſui adeo ſpiritus multiplicantur, quòd videtur videre amicum ante oculos cum in re vera ſit abſens, parimodo dico, quòd ſenſus communis ligatur in ſomno quo ad ſenſibilium exteriorum immutationem

rationem, potest tamen operari per imagines reseruatas in virtute motiua. Ad secūdum dubium si virtus voluntarie motiua non tollitur in somno, neque sensus, de hoc in fra dicemus. Ad tertium dicebas, somnus est ligamentum sensus exterioris & communis, memoria & reminiscentia remanent solutę, & per consequens minus deberent errare in actibus earum; Concedo, quòd communis sensus & exteriores ligantur, memoria & reminiscentia sunt solutæ, dico quòd verum est, ergo non debent errare, nego argumentum, quia accidit deceptio in somno, sed ista deceptio accidit in somno hoc pacto, quia in somno se offerunt imagines reseruatæ in memoria, dico, se offerunt ipsi imaginatiuę, tāquam ipsæ imagines essent obiecta, & per illas imagines cogitamus videre obiecta, quod falsum est, ac in vigilia istæ imagines sunt reseruatæ tanquam imagines tantum, cum sit imago repræsentans verum obiectum ad extra, & non tanquàm obiecta existentia in imaginatiua. Ad quartū, quòd ex ratione formali somni & vigiliæ est, quòd somnus est impotentia sentiendi sensibilia exteriora, ex retractione caloris ista impotentia conuenit primo sensibilibus exterioribus, quia actus sentiēdi primo eis competit, & hoc est, quia priuatiue opposita habent fieri circa idem susceptibile, vt philosophus in textu, dico, quòd impotentia sentiendi est somnus, concedo, ergo ista impotentia sentiendi fit primo in sensu exteriori quàm cōmuni, nego istud, probabas, quia prius fit sensui exteriori ista impotētia, ego nego, probabas, quòd actus sentiendi prius conuenit exterioribus, sensus ergo est impotentia. dico vt ēc dixi, quòd sensus exteriores dupliciter considerantur vel quo ad immutationem, vel quo ad influxum spirituum, dico, quòd ad immutationem verum est, quòd somnus ligat primo sensus exteriores, adeo quòd non operantur, & tunc ergo quo ad immutationem sensus primo est passio exteriorum sensuum, & si consideremus quo ad calorem & influxum spirituū, mediante quo operantur exteriores & communis sensus, tunc primo sensus communis quo ad influxum spirituum & caloris primo ligantur, quomodo ergo arguis, quòd impotentia sentiendi est primo sensibus exterioribus, nego argumentum, quia impotentia est primo sensui communi quo ad retractionem caloris à sensu ad cor; probabas, quòd actus sentiendi prius est exterioribus sensibus, ergo & impotentia etiam competit, primo cōcedo quo ad immutationem, nego tamen quo ad influxum spiritus à corde. Dico tamen, quòd actus sentiendi prius est respectu caloris & influxus spirituum ad organa sensus, poteris etiam replicare, quòd sensatio prius est in sensu exteriori, quàm in communi, ergo actus sentiendi prius erit in eis, ego respondeo negando, quo ad influxionē spirituum, & quo ad calorem recurrentem ad organa deseruientes eorum actibus & operationibus & immutationibus & sensationibus, quia sine calore naturali ex spirituum influxu, nulla fit sensatio, nec potest fieri, neque in oculis, neque in visu, neque in auditu, & actus sentiendi primo competit sensui communi, & tunc in corde, & postea sensibus exterioribus.

Ad quintum, quòd vigilia est potentia operandi circa sensibilia exteriora, prius immutant sensus exteriores, nego istam minorem, quia etiam quòd in mutatione sentiant sensus exteriores, prius tamen ista immutatio non potest fieri nisi mediante influxu caloris & spiritus ad organa, & ille influxus non est nisi in sensu communi primo, veruntamē est, quòd prius origine est actus exteriorum sensuum respectu immutationis, sequitur textus ibi, *propter quam verò causam;* Postquam declarauit philosophus secundum problema, quod erat: cuius natura partis animæ esset somnus, hic soluit nunc tertium problema, & vult declarare causam materialem, formalem, & finalem, & prosequēdo dicit, quòd oportet declarare qualis nam sit vtraq; passio, quia ostensis causis somni sciet dissinitio ipsius somni, & cum quatuor sint genera causarum, finis, efficiens, forma, & materia, quarū consideratio spectat ad philosophum naturalem, & primo declarat causas somni, & progreditur tractare causam finalē somni, & dicit, quòd causa finalis somni est salus & conseruatio animalis, & quę nam ratio huius est, quia omne animal diutius operans & continuans operationem suam tristitia afficitur, & cogitur ad quietem, & quies ista non est aliud nisi somnus pro nunc loquendo, quòd autem quiēs sit somnus, probatur ex vulgari opinione, & admittit philosophus istā methaphoram, quòd somnus sit quies, non tamen vera quies est, quia quies opponitur motui, & propter hoc vocat somnum quietem, quia quies est priuatio virtutis animalium, & ideo nō vera est quies, quod patet, quia in somno vegetatiua virtus est in motu & magis vigoratur, & quies opponitur motui, ergo somnus non est quies; De vigilia, vigilia non habet causam finalem, quia omnis sensatio & intelligētia est finis animalis, sentire enim est finis bruti, intelligere est finis hominis, patet hoc, quia omnis operatio est finis operantis, finis namq; habet rationem optimi, quia dum sentit animal, vel intelligit, perficitur, & acquirit perfectionem, sed cadit dubitatio, quare est, quòd incipit à causa finali potius quàm ab alia causa in j. phys. alium ordinem seruauit in tractando de causis, quia incepit primo à cā materiali, secundo etiam dubitatur, quòd non est verum, quòd operatio sit finis operantis, quia de ratione finis est esse natura prior, & perfectior operante, sed hic est vltimus, ergo non prior. Ad primum dico, quòd ideo incepit à causa finali tanquàm à nobilissimo in animali, sed salus est quid nobilissimum, ergo etc. Ad aliud dico, quòd non omnis finis est causa illius cuius est finis. Dico tamen, quòd duplex est finis, primarius, & secundarius, primarius est natura prior, secundarius verò non oportet quòd sit natura prior, neque nobilior, vt diximus de motu cœli. Dicit philosophus in ij. cœli, quòd motus cœli fit ab intelligentia, & quòd intelligentia mouet orbem propter finem, scilicet propter inferiora, & tamē inferiora sunt ignobiliora, soluendo dicitur, ꝙ quamuis sint ignobiliora, tamen est finis secundarius, & nunc est incōueniens, quia de ratione finis secundarij, non est, quòd sit nobilior, & prior, & perfectior, sed

sed bene oportet ad finem primarium has conside-rationes requiri,& talis finis est Deus. Ad aliud di-camus, quòd somnus est necessarius animali nō sim-pliciter,sed ex suppositione, quia si debet seruari aial debet nutriri, si debet nutriri, debet ex cibo dum in stoma ho digeritur ascendere vapores ad cerebrum, & tunc ex vapore causatur somnus.

Lectio VI.

AMPLIVS autem quali motu; Hic Philosophus ostendit causam effi-cientem seu actiuam ipsius somni, quę est calor vitalis existēs in cor-de,qui de coquendo cibum emitatit vapores ad cerebrum, & prose-quendo declarat quali nam motu, & quali actione partis corporis accidit somnus & vigilia, & dicit sup ponendo vnum,scilicet,quòd animal eadem sui parte habet principium sensus & motus,& hęc pars probat assumptum,scilicet,quòd cor sit primum principium sensus & motus localis, & sensus & virtus nutritiua sint idem subiecto , ergo idem est principium nutri-tiuę virtutis,& sensus,& motus localis. Secunda pars probat , scilicet, quòd cor sit primum principium motus localis, & probatur triplici ratione, in ani-mali cor est primum principium spiritus & caloris; ergo & motus localis, probatur assumptum, scilicet, quòd cor sit primum principium caloris & spiritus, quia animalia non exigunt aerem extrinsecum refri-gerationis causa,nisi propter hoc membrum, scilicet vt contemperetur eius calor, ergo hoc membrum est calidissimum , ergo est causa caloris & spiritus, probatur per illam maximam, quia quod est maxime tale in illo genere,est causa alius vt sint talia,quòd au tem animal non requirat extrinsecum refrigerium nisi propter cor,probat philosophus inductiue in om nibus animalibus habentibus sanguinem , & respirā-tibus & non respirantibus,cuiusmodi sunt gressibilia & volatia,etc. Ista habent sanguinem,& respirant,& indigent aere attracto propter refrigerationem cor-dis,quia si cor non refrigeraretur,consumeretur hu-midum radicale propter defatigationem , scilicet pp motū passiuum ipsius animalis , & tunc nō nisi pro-pter cor attrahitur aer in animali fatigato, vt calor ipsius cordis refrigeraretur, secunda ratio est , quòd animalia habentia sanguinem & non respirantia, in-digent refrigeratione cordis, nō quidem aeris attra-cti, sed indigent humido aqueo, & tunc attrahunt aquam per branchias, adeo quòd illud corpus hu-midum attractum refrigeret & contemperet calorem corpis, Tertia rō est,ꝙ animalia carentia sanguine , extrinseco aere indigēt,sed habēt aerem intrinsecum connatum,habent tamē hoc membrū calidissimum , & hæc est pars,quę est principium caloris,& spiritus, hoc autem non est cor,quia ipsa nō habent verū cor, sed aliquid proportionale cordi, quo mediante dila-tant & stringunt oculos, & sunt animalia insecta anulosa, & tunc cor in eis est principium caloris , eo quia est calidissimum, quia quod est maxime tale, est principium aliorum essendi tale in illo genere, & exemplificat Aristot. de animalibus insectis, quæ Græci vocant entoma, id est quòd habent alas ex integra membranula cōstitutas, sicut muscę,apes, & vespæ, & huiusmodi volatilia habent alas consti-tutas ex tunica membrana, & ista non attrahunt neq; aerem neq; aquam,cuius signum ꝙ dum volant,con-dunt bombos , emittunt autem eundem sonum ex occursu aeris extrinseci , vt dicit D.Tho. ad motum alarum infringentiū, verum dicit philosophus , quòd hoc est falsum , quia edunt bombos respectu motus spiritus interioris,qui percutitur ad dyaphragma, & esusat bombos, non autem ex percussione aeris ex-terioris ad membranam alarum,vt Tho.dicebat , sed attritu illius spiritus interioris, & huiusmodi spiritus est principium quoddam proportionale cordi,omne ergo animal vel habens sanguinem & respirans , vel habens sanguinem & non respirans,uel carens san-guine,vt animalia insecta habent cor quod est prin-cipium motus & caloris , & spiritus attractus ; hoc autem fuit probatum,nunc probat hanc consequen-tiam,ergo cor est principium motus voluntarij,quia illud membrum generaliter in quo primo oritur ali-qua virtus animæ , ex eo etiam orietur instrumentum deseruiens illi virtuti , sed virtus caloris & spiritus est instrumentum primum deseruiens virtuti volun-tarie motiuæ , sed huius caloris & spiritus primum principium est cor , ergo & virtutis voluntarię pri-mum principium erit cor , hoc patet , quia animalia progressiua mouentur mediante calore,& mediante calore mouetur neruus, & mediante neruo mouetur musculus; quòd autem cor sit principium motus vo-luntariè motiui,probatur, quia omnis motus localis perficitur mediantibus viribus & robore , sed causa roboris in animali est detentio spirituum,& aeris ex-terioris attracti,sic in animalibus non respirantibus, causa roboris est detentio aeris interioris,ergo pri-mum principium & instrumentum virtutis volunta-rie motiuæ deseruiens est spiritus & calor . Secunda ratio philosophi est, quòd cor sit primum principiū virtutis voluntarie motiuæ , est talis , quòd cor est primum principium totius sensus interioris & exte-rioris, ergo & principium virtutis motus voluntarij, quia omnis motus localis in animali non perficitur, nisi mediante spiritu interiori & exteriori, & princi-pium sensus exterioris & interioris est cor , ergo cor est principium virtutis voluntarie motiuę,vel aliquid cordi proportionabile. D.Tho. aliter exponit hanc rationem philosophi , & dicit , quòd omnis motus localis perficitur aut mediāte sensu proprio, aut alie-no,id est mediante sensibili, aut per se , aut per acci-dens, quod tamen est falsum,& ratio est,quia nō om-nis motus motus localis fit in præsentia sensibilis, aut per se aut per accidens, & per sensum proprium intelligit sensum familiarem.i.interiorem mediante tamen sensibilis imaginis reseruatione,per alienū ta-men intellexit exteriorem .s. per imagines exterio-res sensibilium oblatas , & tunc philosophus applicat hoc ad propositum et sic volēs declarare causam effe ctiuam somni , & reuertitur quasi ad principium di-cendo,

rendo, qua nam actione fiat ſomnus & vigilia in animali, & deducit ex ſupra dictis hanc rationem, ſi cor eſt principium ſenſus & motus, & ſomnus & vigilia ſunt paſsiones ipſius cordis, quia cor eſt membrum quo animal ſentit, ergo ſomnus & vigilia ſunt paſsiones eius partis, qua primo mouetur & ſentit animal, & ſignum huius eſt, quòd multa animalia dormiunt, & exercent opera vigilantium, quia qua parte primo mouẽtur, eadem etiam ſentiunt, & eſt, quia ſomniando faciunt iſta, ſomnium eſt ſenſatum quoddam, ſeu ſenſamentum.i. ſenſatio quædam interioris ſenſus, & ſic ſicut in corde iſti primo mouentur, corde etiam ſentiuntur, & ex his philoſophus dat vnum problema, cur iſti expergefacti à ſomno recordantur ſomniorum præteritorum, & non operum, quæ fecerunt, dicit philoſophus, ad hoc quòd cauſa iſtorum eſt relinquenda in problematicis, quæ non habemus hodiernis temporibus. etc. Sed hic emergunt dubitationes, quia dixit philoſophus, quòd animalia habentia ſanguinem, habẽt refrigerationem caloris ꝑ aerem attractum, de animalibus autem inſectis non dedit cauſam, quia illa animalia non refrigerantur.i. quia non attrahunt aerem exteriorem. Secunda dubitatio eſt, quia dixit philoſophus, ꝙ cauſa virium & roboris eſt detentio ipſius aeris attracti, ſed ille aer non eſt principium primum mouendi, quomodo ergo cauſa virium & roboris? Tertia dubitatio, animalia inſecta emittũt murmur attritione ſpiritus interioris ad dyaphragma.i. ꝙ iſta aĩalia edũt murmur, nõ ad dyaphragma. Sed ad membranã ſubditam ad dyaphragma, ſed in lib. de morte & vita dixit, ꝙ murmur iſtud cauſatur ex refractione aeris exterioris ad alas, ergo contradictio in ipſo, & hoc videtur cõſonum ex percuſsione corporis denſi, & duri, puta virgę, ad aerem generatur ſonus, ergo à ſimili refrangitur aer in alis, & cauſatur ſonus. Quarta dubitatio, & difficilis eſt, ꝙ Gale. aduerſatur philoſopho, quod principium virtutis voluntarię motiuę ſit in cerebro, & mouetur ratione philoſophi. ſ. ſuperius citata. ſ. qđ illud membrum generaliter à quo primo oritur aliqua virtus, ex eo etiam oritur inſtrumentum deſeruiens illi virtuti, ſed cerebrum eſt principium neruorum, & ipſi ſunt inſtrumentum proximum motus in animali, ergo & principium virtutis voluntarię motiuę eſt cerebrum, & nõ cor, & aſsignat rationem ſeu ſignum, ꝙ epilepſia & apoplexia ſunt ęgritudines cerebri, & non cordis, & iſtę ſunt priuatiuę motus voluntarie motiuæ, et poſtea ſunt priuatiuę ſenſus, ergo ętc. Quinta dubitatio, quia dicit philoſophus, ꝙ dormientes faciunt opera uigilantium, quæ ſunt illa opera? ad primum philoſophus omittit refrigerationem cordis animalis inſecti, quia non indigent refrigeratione. ad ſecundum, quòd detentio aeris exterioris eſt cauſa virium et roboris, dicit Michael, quòd auget vires per accidens, quia ille aer vnit ſpiritus, quibus vnitis in membris fortiori motu mouent mẽbra, vel poſſumus dicere alterando uel vniendo maiori uel minori calore, et contemperando ſpiritum in membris motiuis, quæ ſunt organa motus. ad tertium, cum dicitur, ꝙ philoſophus ſibi aduerſatur, etc. poſſumus dicere, quòd hic intelligit illam eandẽ propoſitionem, quam in lib. de morte et vita poſuit, vel poſuit vnum pro alio, quod verò in lib. de morte et vita ſubdit, quòd attritione aeris intrinſeci, et nõ extrinſeci. Ad alias cauſatur bombus, debet intelligi de animalibus inſectis, quæ non habent inciſurá in ſub dyaphregmate, ergo de omnibus animalibus loquitur philoſophus, ꝙ murmur cãtur ex attritione aeris extrinſeci ad alas, ſed de carẽtibus ĩciſura ſubdit dyafregmate etc. Ad quartum, ꝙ Gale. aduerſatur philoſopho, et probat rationem ſuam fundamento philoſophi. dico, ꝙ philoſophus negat cerebrũ eſſe principium neruorum, quòd.n. Galenus tenet, ſed hoc in tractatu ſequenti. Ad quintum, ꝙ opera vigilantium quæ faciunt dormientes, ſunt opera exteriora. ſ. quia ſurgunt à lecto, et induunt ſe armis, et uadunt ad loca inimicorũ et tũc ſi illos inueniunt, ſauciant ſeu interficiunt. Quod autem addis, an ſimpliciter dormiant, dico, ꝙ non, quia ſenſus non eſt ligatus in ipſis, et probat, quia iiij. de ſimptomatũ cauſis quis nõ poteſt tolli ab animali ſenſus remanente virtute voluntarie motiua, et confirmatur apud philoſophum, quia animal mouetur aliquo ſenſu. ſ. exteriori, ergo non eſt ligatum, oppoſitum tenet Ariſtote. dicens, exercent.n. opera vigiliæ, impoſsibile.n. quòd auferatur ſenſus, et non motus, et ꝙ maneat motus, et nõ ſenſus. et ratio eſt, quia difficilius eſt ꝙ auferatur, ergo à fortiori difficillimum eſt, quòd maneat motus ſine ſenſu.

Lectio VII.

ERAT dubitatio, quia tu dicebas, ſi animal dormit, ergo ſenſus ligatũ, ſi ligatur ſenſus, ergo et virtus voluntarie motiua, ergo ſi ponitũ virtus voluntarie motiua, ponetur de neceſsitate et ſenſus, et difficilior eſt motus quàm ſenſus, philoſophus autem in textu vt exponit Albertus, et bene, confirmat hoc, quia iſti dormientes mouẽtur, *Neq; abſq; aliquo ſenſu*; Exponit Albertus neq; abſque aliquo ſenſu.i. exteriori. ex oppoſito ſunt omnes medici dicentes, quòd iſti ſimpliciter dormiũt, ſed quo nã pacto exercent opera vigilantium? dicunt, quia ſimulachra obiectorum ſenſibilium reſeruata in memoria ſe offerunt vt obiecta, non ſimpliciter, ſed ut triſtabilia uel delectabilia, et tunc inſurgit aut appetitus aut ad fugam, quia tunc illæ formæ tangunt organum ſenſus communis, ut ſenſibilia accipiuntur, et tunc aut ad proſequutionẽ aut actionem appetitus diffundit ſpiritus et calores ad mẽbra à corde, ad pedes ſeu ad brachia, et ad omnia organa motus, et ſic fit exequutio motus, et ſic fit motus, ſed cum fit iſte appetitus, cur eſt, ꝙ non in omnibus animalibus. i. in omnibus hominibus fiunt iſtę operationes, qa. ſ. nõ in oĩbus offerũtur imagines obiectorũ in ſomno, cũ ergo poſsint iſtę imagines ſe offere ut delectabilia et triſtabilia, cur non omnibus hominibus accidit. Reſpondet Ioannes, et bene,

quia non sufficiunt simulachra se offerre vt obiecta, sed vltra requiritur vehementia caloris, quæ mouet membra motus, & ad talem vehementiam opus est esse vehementem appetitum, per quem spiritus & calor, seu etiam sanguis diffundendus ad membra motus etiam tunc causatur motus, cum ergo per istas imagines offerrentes se vt obiecta, tunc mouetur appetitus, & appetitus mouet spiritum ad mēbra motus, & hoc accidit in omnibus complexionis sanguineæ, quia abundant superfluo calore, etc. Quæ est causa, quòd hoc est in vno & non in altero homine, vt scilicet sit illa expansio caloris vehemens, & vehemens appetitus, dico, quòd ex triplici causa hoc procedit, vt Thomas & Ioannes concorditer dicunt primū ex naturali inclinatione qua homo habet naturalem inclinationem ad aliquem motum, vt sanguineus ad Venerem, iracūdus ad occisionem, & si in somno imago hostis tangat organū sensus cōmunis, statim insurgit appetitus ad iram, & ex appetitu insurgit expansio caloris, & ex expensione caloris, spiritus, & sanguinis, fit motus. Secunda causa est ex consuetudine, puta cum aliquis consuetus est pugnare cū hoste, aut praticare cum aliqua muliere formosa, & propter istam consuetudinem cum offertur in somno, imago mulieris causatur vehemens appetitus, ex quo fit vehemens expansio caloris ad mēbra, & coitus committit, decipitur tamen. Tertia causa est ex accidentali causa, puta ex ægritudine, vt ex febre, qū febris causatur ab humore calido & sicco, loquuntur isti multa propter istum calorem distemperatum diffusum ad membra seu organa vocis, & causat voces, aliqui etiam propter vehementem desiderium aquæ, vt eum isti febrientes sitiunt, reseruatur imago alicuius fontis prius notæ, & imagines ad appetitum aquæ, & mouentur ad aquam, ex cibo etiam satis calido causatur calor, & calor diffusus ad membra motus, & sic generatur motus, & huiusmodi homines vt superius dixi sunt calidissimi cordis, & calidissimæ complexionis, & sunt sanguinei, etc. Ad argumenta cum dicis, quòd videtur istos non verè dormire, eo quia sensus est solutus, & vt dicit Galen. non potest tolli motus, quin etiā & sensus tollatur, eo quia motus voluntarius consistit in actione, quæ per sensus effici habet, dico tamen, quòd aut sensus consideratur quo ad quantitatem caloris, aut quo ad qualitatem, & tunc dico, quòd si consideratur quo ad quātitatem caloris, & spiritus, cum ponatur maior copia caloris ad motum, & cum ad motum requiratur acutior copia caloris quām ad sensum, non potest tolli sensus remanente motu, & si tunc ponitur motus, ponitur & sensus, & si tollitur motus, tollitur & sensus, & ita intelligatur dictum Galeni. Si verò consideretur sensus quo ad qualitatem caloris, quia actus sentiendi requirit calorem magis refrigeratum, quàm requirit motus voluntarius, tunc potest tolli sensus remanente motu, quia existente qualitate caloris distemperata, tollitur maius temperamentum à spiritibus, & calore remanente minori temperamento spirituum, quòd est causa motus voluntarij, & tunc remanet motus sine sensu, eo quòd sensus requirit qualitatem caloris in temperamento, et sic non verificatur potentia Galeni, et sic quando consideratur calor, et spiritus vitalis pro operatione sensuum, tunc quia viæ per quas transitur ad cerebrum, sunt oppilatæ per vapores cibi ascendentes à stomacho, tunc spiritus pro sensu exteriori cum non possit transire ad cerebrum, vt contemperentur, remanet tunc calor distemperatus pro motu voluntario, et tunc excitatur virtus voluntaria motiua sensu exteriori remanente ligato, & ad authoritatē philosophi, quòd dormientes mouentur à phantasia, aut ab aliquo sensu, scilicet exteriori, et glosat Albertus, dico, quòd de facto ita est, quòd tactus est solutus non simpliciter, sed imperfecte, scilicet est solutus in pede, in manibus, quia signum est manifestum, quia adaptant fraterna et phalares equis eorum, et equitant, et obuiaret parieti, et fugit ipsum, et accidit ad domum amici, et reddit ad lectum, dico tamen, quòd habent tactum solutum imperfecte, quia aliquo modo sentiūt, tu replicabis, somnus est ligamentum omnium sensuum exteriorum. respondeo quòd verum est, sed nō habent simpliciter, ligatur, quia aliquo modo sentiūt sensu tactus, sed tunc insurgit dubitatio, cur isti recordantur somnio, scilicet quòd sequebantur inimicum, et alia, et non operum et actorum, scilicet quòd surrexerit de lecto, et æquitauerit. Respondeo, quòd ideo recordantur somniorum, quia somnia fiūt per simulachra reseruata in virtute motiua, et tunc quia illæ imagines somni sunt reseruatæ, recordantur, et de factis, quia facta sunt exteriora, et istorum obiectorum simulachra non possunt percipi per sensus exteriores, quia dormiunt, et ligati sunt, et si non se offerunt sensui interiori, et sic non sunt reseruatæ imagines illorum in memoria, ratio est, quia non veniunt ad interiores sensus, nisi transeant per exteriores, sed dicebas, quòd sensus tactus est aliquo modo solutus, ergo ex ea parte qua est solutus, imagines imprimuntur, ergo sensibilia exteriora in somno in sensibus causant sensationē, dico, quòd re uera sensus in somno non discernunt cum dupliciter impediantur, primo, ex vehementi intentione, quòd anima intenta illis actibus exterioribus, non potest apprehendere alia sensibilia, quia anima intenta in vna operatione vacat ab alia, adeò quòd operatio sensus tactus diuertitur propter animam esse intentam ad prosequendum hostem. Alio modo impeditur ex somno, quia illa animæ operatio est fortior, quia illa imago hostis tangens sensum communem, seu organum sensus communis, mouet vehementer appetitum, et ille appetitus diffundit calorem naturalem, et spiritus ad membra motus, et intenta ad motum illa operatio sensus tactus diuertitur, et sic exteriores sensus nō immutātur in somno, et rō supra assignata, q; anima intenta vni operationi vacat ab alia, adeo q; si quis in profunda cogitatione occupetur, non videt amicum transeūtem sub oculis suis, quia oēs spiritus deseruientes exterioribus sensibus, puta visui, recurrunt ad imaginatiuam seu cognitiuam, sed dices forte tu, si ille induit arma occidit hostem, & non videt, quomodo si non videt, occidit inimicum, dico, quòd ideo

ideo non uideodo occidit inimicum, quia imago hoſtis mouet inimicum eſſe in aliquo loco, & iſte excitatus vadit ad locum, & occidit eum, tamen eſt à caſu, quia forte oon inuenit ipſum, & percutit columnam ſeu parietem. Aliquando euntes iſti cadunt in foueas platearum, etc. *Conſequens autem eſt hic quæ dicta ſunt pertranſire. etc.* Poſtquam philoſophus declarauit, quòd animal primo ſentit corde, & ita primo mouetur à corde, declarat nunc, quòd in eadem parte qua mouetur animal, eidem eſt ſomnus, & vigilia, paſsio, & tria facit, primo præmittit quoddam ſuppoſitum ſupponendo quatuor, primo, quòd animal quàm primo habet ſenſua, nutritur, & augetur, & eaponit Themiſtius, id eſt, animal qua animal eſt, quia re uera animal cum generatur, tantum habet vegetatiuam animam, oon tamen quòd ſit planta, quia vegetatiua pueri habet aliam rationem à vegetatiooe plantæ, eo quia in plantis vegetatiua eſt perfecta, & non ordinatur ad vlteriorem formam, puer verò procedente ætate acquirit ſenſitinam perfectã, & ſic primo nutritur, vt Embrio, quoniam cum uegetatiua babet ſeoſitiuam imperfectam, & tunc viuit vita plantæ adhęrendo, quia ſicut planta adhęret terræ attrahens alimentum, ita puer adhęret matri per venas vmbilicales trahens nutrimentum, quia vmbilico adhęret, animal ergo quàm primum habet ſenſum, nutritur, & augetur, id eſt, quando habet ſenſitiuam ſolam, quia cum conſeruetur ſubſtantia animalis, primo nutriebatur ut uegetans, ſecundo ſupponit, quòd nutrimentum in omnibus eſt vltimum decoctionis ipſius nutrimenti, vt in habentibus ſanguinem, vltimum decoctionis eſt ſanguis, in non habentibus eſt aliquid proportionabile ſanguini, nam animal primo aſſumit cibum per os ad ſtomachum, & ex inde tranſit per venas miſeraicaa ad epar, ex epate ad chilum, & inde per venas tranſit ad cor. etc.

Sed hic inſurgit difficultas non parua, quia dicit philoſophus, quòd ſanguis non eſt vltimum decoctionis, quia poſt ſanguinem geoerantur humiditates ſeeundæ, vt glutté, cambium, ros, dico, cambium, id eſt, in humiditatem illam albam, quæ redundat de extremitatibus venarum, & iam incipit vniri membris, cuius ſignum eſt, dicit Albertus, quòd in eo tempore ſubito quando aliqui ſunt decollati, videtur effluere quoddam lac à venis, gluten autem eſt humidum viſcoſum, & confirmatur, nam in ſecundo de anima habetur, quòd nutrimentum eſt id, quod vere eſt conuerſum in ſubſtantiam membri, & tranſmutatur in ſubſtanriam nutriti, eo quòd nutrimentum eſt pars membri, etiam flegma nutrit, quia flegma eſt humiditas indigeſta prę debilitate virtutis digeſtiuæ, tamẽ ſi digeretur, & conuerteretur in ſanguinem. Dico, quando dicis, quòd vltimum decoctionis non eſt ſanguis, & ſic non eſt vltimum notrimenti, dico, quòd ſanguis eſt vltimum nutrimenti in potentia non autem actu, nam duplex eſt nutrimentum, vnum in actu, aliud in potentia, & cum ſanguis tranſmutatur io ſubſtantiam carnis, eſt nutrimentum actu, nutrimentum in potentia adhuc duplex, aut propinqua, aut remota, potentia propinqua eſt ſanguis, potentia remota eſt cibus. Tu dices contra, quia poſt ſanguinem ſunt humiditates ſecundæ, vt cambium, ros, & gluten, & illæ non ſunt tranſmutatæ in ſubſtantiam carnis, etc. Credo dicendum eſſe, quòd ſecundum ſententiam philoſophi debemus dicere, quòd illæ humiditates ſecundæ non differunt ſubſtantialiter, ſed accidentaliter, id eſt in maiori, & minori decoctione, quòd humiditates ſecundæ habeant molto plus decoctionis, quàm ipſe ſanguis, ſed hoc dictnm eſt magis difficile, quia vellem ſcire à vobis, nunquid lac differat à ſanguine ſubſtantialiter, & videtur, quòd ſic, cum iſtę humiditates ſecundæ habeant maiorem decoctionem à ſanguine, quàm lac, patet, quia maior decoctio eſt nutrimenti, etiam accedunt ad naturam membri, ſi ergo magis diſtant à ſanguine, quàm lac, & lac vt lac differt à natura ſanguinis, cum habeat duplicem decoctionem à ſanguine, ergo & aliæ humiditates ſecundæ differunt, ſi verò dicas, lae non eſt de ſubſtantia ſanguinis, à fortiori iſtæ humiditates ſecundæ, & ſi lac differt ſubſtantialiter à natura, cum ergo omne nutrimentum non poteſt nutrire, niſi conuertatur in ſubſtantiam nutriti, & non poteſt conuerti in ſubſtantiam nutriti, niſi prius tranſeat in ſanguinem, ſi puer lactet, oportet, quòd lac tranſeat in naturam ſanguinis, & etiam lac cum ſit magis decoctum, quàm ſangnis, oporteret, vt exactiori decoctione fieret per calorem minus decoctum, vt in ſanguinem poſsit conuerti, conſequens falſum, ergo etc. dico, quòd philoſophus forte non ponit differentiam inter lac & ſanguinem, & dicendum videtur, quòd lac per calorem in propriam naturam membrorum conuertitur, quia immediate nulla facta prius tranſmutatione in naturam ſanguinis, & ideo poteſt aſsignari, quia lac cum duplicem habeat decoctionem, & bis digeſtum ſit, erat in illa præuia diſpoſitione, eo quia prius erat ſanguis, quod addis, quòd aliæ humiditates & humores alij nutriunt, vt flegma, qui eſt humor indigeſtus, poteſt proxime conuerti in naturam ſanguinis, ſi calor fuerit potens ipſum digerere, flegma eſt humor quidam generatus ea debilitate ſtomaci non potentis digerere, poteſt tamen digeri & conuerti in nutrimentum, dico ſecundum philoſophos, quòd humores iſti non poſſunt nutrire, verum aliqui teoent, quòd nutriant, vt Gale. aliqui autem tenent, quòd non, ſed dicunt appropriare ſanguinem membris, vt pulmoni colera admixta ſanguini erat nutrimentum, ſubiungit philoſophus in teatu, quòd locus ſanguinis eſt vena, ſeu ſunt venæ, quarum origo eſt cor, vt patet ex anathomiis, quòd autem venæ ſint locus ſanguinis, patet, quia ſecentur venæ, ſanguis emanabit, quòd etiam cor ſit origo venarum, patet, quia vena chili complantatur in corde, & hoc eſt, quia philoſophus tenet, ꝙ primum principium ſanguinia eſt cor, ergo erit primum venatũ, patet cõſequentia, quia idẽ eſt mẽbrũ cõtinẽtis, & cõtẽti, cũ idẽ ſit priocipiũ virtutis & inſtrumẽti, ſed ĩ epate gñatur ſanguis, ergo &

O 2 venæ,

venæ, & confirmatur per dicta philosophi, quòd venæ sunt locus sanguinis in corde, hoc est falsum, quia etiam in posteriori parte capitis, scilicet, in arteria est sanguis, sed non sunt ibi venæ, ad primum, quod origo sanguinis est epar ut Galenus, sed nimirũ, dubito, utrum sanguis capiat formam substantialem in epate vel in corde, possum dicere duo, primo, quòd substantialiter sanguis generatur in epate, non tamẽ perfecte coctus, sed etiam per venas transmittitur ab epate ad cor, & ibi fit perfecte coctus, quia accedit ad calorem vitalem cordis, & perfectiori modo perficitur, possumus etiam alio modo dicere, quòd sanguis non generatur ex epate, sed vena chilis in epate accipit tantum rubedinem & calorem sanguinis, & in corde digestio perfecta erit, quia in epate alteratur chilus, & non habetur forma sanguinis, postea transiens ad cor efficitur digestio in ipso corde, & sic vtramque possumus tenere, sed quæ sit mens philosophi in hoc, profecto ego sum dubius, quando addis quòd extra venas reperitur sanguis. dico, quòd loquitur ut in pluribus, quia sanguis vt plurimum in venis est.

Lectio VIII.

INgredientur; hoc erat quartũ suppositum, quòd animal quàm primum habet sensum, oportet, vt per nutrimentũ conseruetur, quartum suppositum est, quòd nutrimẽtum extrinsecum accedit ad os petens stomachum, & euaporat ad caput, & descendens ad intestina etiam euaporat, & iterum descendens ad intestina etiam euaporat, & iterum descendit per venas meseraicas, & euaporat, & postea euaporat transcendendo ad epatem, ibi fit sanguis, postea ex epate per venas transmittitur ad cor, etiam tunc magis euaporat, veritas suppositi, inquit, patet in his quæ de nutrimento, hic philosophus dat expositionem, & assignat causam actiuam somni, quia somnus est in potentia proxima sentiendi, nõ ex qua uis causa, non est defectu animæ, neque ex amentia, sed ex vapore nutrimenti in stomaco, sed dices, quare ex defectu animę non fiunt somnia, dico, quòd tũc idola visa in illa defectione essent somnia, hoc est, visiones illæ cõtingentes, & tunc ista passio esset somnus, quod falsum est, quia si sic postquam essent expergefacti, dicerent somnia esse, de hoc tamen nihil dixit philosophus, verum vt Themistius, modo quo suprà dictum est, confutari possunt, tamen ego dico, quòd qui somniantur verè, excitati à somno, recordantur somniorum, illi tamen deficientes non recordantur illarũ visionũ, ergo non sunt somnia, sed emergit difficultas in dictis Themistij, quia tunc omnes recordarẽtur somnij, sed nõ est necesse, quòd qui habent somnium, semper recordentur. Vltima, isti postquam sunt liberati ab illa passione animæ, dicũt se uidisse, aut audiuisse aliquid, quia habent aliquod idolum, tamen non dicimus esse somnia, ut appoplexia, & extasis, & huius animę defectiones, ergo dicit philosophus, quòd causa effectiua somni est euaporatio cibi continue euaporantis ad caput fluens à cibo, sic dicimus in his, quæ de nutrimento, & aduerte, quòd philosophus non dicit in libro de nutrimẽto, quia non põt tractari in vno libro, & in vna parte philosophiæ, sed in omnium partium philosophiæ consideratione est tractandum, nam in secundo de anima tractatur de nutrimento, in ij. de generatione tractatur etiam de actione nutrimenti, etiam de hystoria animalium, & in de partibus animalium declaratur, quibus partibus corporis distribuatur nutrimẽtum, in iiij. Meteorum etiam de nutrimento cum decoctio nutrimenti est propter nutritionem, ibi tractatur da decoctione & digestione, quare non. s. sic modus decoctionis nutrimenti, quæ fit exhalatio, quæ ue elixatio, & ex istis declarat propositum, scilicet causam existentem somni, dicẽs, iam dictum est, quòd somnus est in potentia sentiendi, non qualibet, & ex qua uis causa, sed ex vapore nutrimenti petentis caput, erit ergo somnus decoctio nutrimenti, quia nutrimentum assumptum per os in omni digestione euaporat per uenas transeuntes ab epate ad cor, & propter propinquitatem quam habet ad cor maxime euaporat, & tunc est profundissimus somnus, & vapor ille ascendens ad caput refrigeratur & ingrossatur propter frigiditatem cerebri, & ipse condensatus grauescit, & descendit iterum ad cor, & sic obstruit arterias, quibus obstructis membra exteriora priuantur calore oppilante vias per quas ipse transit ad membra, & quia sine calore non possunt membra operari, ideo est, quòd spiritus non possunt permeari ad membra, & ad organa sensus, & sic membra sunt in potentia operandi, signum autem borum est, quòd euaporatur, impellit, & permutatur in sui natura, & ideo vapor reuertendo ad cerebrum, pellitur à calore ad interiora, qui nõ possunt amplius ad mẽbra reuerti per uias esse oppilatas, & sic fiunt somni, philosophus probat dictam causam esse veram causam somni multiplici signo, quia multa corpora somnifera, vt dant medici, quæ inducunt somnum, vt vinum, & ex poculentis, vt papauer, & oppium, lolium, mandragora, omnia ista cum patiuntur à calore, cõvertuntur in vaporem calidum & humidum, & subito petens cerebrum, oppilant vias, & causant somnum, dico, quòd ista euaporant multum, & in stomacho, & in venis, & maxime post cibum assumpta, & grauant caput, & expellunt calorem, & desinit calor naturalis ad membra, & deficiente calore in palpebris, ipsæ perdunt actionem naturalem, quia non possunt amplius eleuari deficiente calore, & sic dormiunt. Secundum signum est, quia quædam lassitudines inducunt somnum, nã fatigatio inducit somnum, quia cum sit in ea motus, per motum confricãtur membra, & generatur calor, & calefaciendo dissoluit superfluitates tales, si quę sunt ĩ stomacho, quibus dissolutis in vapores ascendent ad caput, & fit oppilatio in organis sensuum exteriorum, & notanter philosophus dixit, non omnis defatigatio, quia si immoderata fuerit lassitudo, & defatigatio, non causantur somni, imò vigilia magna, quia tunc

quia tunc dissoluuntur spiritus & calor, & membra remanent in maximo dolore, & animal remanens in tristitia propter dolorē nullo pacto potest dormire. sed ex dictis dubitatur, quomodo lassitudo corporis cum calefaciat & expellat calorem ab interioribus ad exteriora, & somnus fit modo contrario, scilicet expellendo ab exterioribus ad interiora, quomodo ex causa opposita somni causatur somnus? Secundo sic motus opponitur quieti, sed somnus est quies, quomodo ergo motus fit causa quietis? cum ergo dicis, quòd ex defatigatione causatur somnus. Dico, vt inquit Albertus, quòd ideo lassitudo est causa somni, quia in lassitudine deperduntur spiritus, & calor naturalis resoluitur, & ille calor paucus remanens fugit ad cor, & tunc omnia alia membra remanent sine calore, & sunt impotētia ad operādū, & fiet somnus, tamen non erit somnus ad mentem Aristotelis, quia somnus est euaporatio cibi à stomacho petens caput, ille autem causatus ex lassitudine non fit ex uapore, & sic Alberti dictum est falsum; Ioannes autē aliam causam assignauit, scilicet quòd ex labore vigoratur calor naturalis, & vigoratus fit fortior, & facta fortificatione facit nutrimentum euaporare, sed hoc modo valde per accidens erit causa somni. Sed nutrimentum esset causa somni, & ratio est, quia lassitudo nō fortificat calorem, sed potius ipsum dissoluit, & hoc pacto lassitudo non causat somnum, sed bene concedo, exercitium moderatum, quod differt à lassitudine, sed lassitudo ex isto modo vehementer calefaciens, & calefaciendo dissoluit superfluitates, si quæ sint, & illis dissolutis causatur somnus ascendendo ad caput, nisi frigidę nimis fuerint, vt notanter philosophus dixit, scilicet, quòd sui frigiditate repugnent calori, & non possint dissolui, & tunc nō posset causari somnus. Sed tu dices, tunc omnis somnus fit ex vapore nutrimenti, verum est de somno naturali, alio modo per opium & mandragoram non naturaliter est somnus. Ad dubiam ergo cum dicebas, quòd lassitudo reuocat calorem ab interioribus ad exteriora, somnus verò est econtra. Dico, quòd lassitudo non est per se causa somni, sed per accidēs, scilicet, quia reuocatione caloris ad exterius dissoluuntur vapores eo modo, quo supra dictum est, si qui sunt & descendunt ad capita, & causantur somni, Ad aliud dico, quòd motus per accidens est causa quietis, scilicet resoluendo vapores. Tertium signum est, quòd quædam ægritudines inducunt somnum, scilicet quæ dependent à materia calida & humida, & in febre flegmatica & in letargo. Quartum signum est, ætas prima pueritis est multi somni, quia multus vapor nutrimenti est in pueris, quia ex multa cibi copia ingrediente ad os stomachi multus vapor causatur, & ascendit, & multus descendit, & multa fit oppilatio, & obstruuntur arteriæ maximo tempore, probat philosophus hoc signum quartum, quia pueri habent partes superiores valde magnas, & natura distribuit eis multam copiam ciborum, seu nutrimenti, & sic est plus nutrimenti plus efficitur vaporis, & plus efficitur congelationis, & per consequens multa fit oppilatio, & propter hanc causam pueri sunt obnoxij epileptię, quia ille morbus persimilis est somno, quia sicut somnus est in primo sentiend. sensibilia exteriora organo, ita & epilepsia, tum etiam quia somnus ex vapore causatur, sicut & epilepsia, quia replentur viæ per quas debet transire spiritus ad organa sensus, & sic non possunt transire ex corde cum ista oppilatio fit inter cor & cerebrum, & coarctantur viæ & meatus, & coarctantur pori expirandi, sed obiicies forte in vigilia occlusis viis tollitur porus expirandi, & sic vigiliæ est similis; dico tamē vt plurimum istam passionem in somno incurrunt pueri, veruntamen est, quòd in vigilia etiam causatur, et propter hoc subdit philosophus, quòd pueri abstinendi sunt à potu vini, et non solum pueri, imò nutrices, quia his ut in plurimum refert naturam rei, ex quibus generatur, ideo sanguis ex vino generatur, lac confectum ex illo sanguine habet vapores vini, et sic nutrimentum quod pueris debet dari, etiam et nutricibus debet dari, et si debet dari vinum, hoc erit paucum et dilutum, sic ergo philosophus dicit, quòd pueri habent caput repletum multo vapore, patet etiam ex hoc, quòd postquam sunt nati per quinque menses, non possunt inflectere caput, et tunc sunt similes ebriis, et propter istam causam in prima generatione quiescunt, et illa quies non est somnus, sed dispositio quædam similis somno, quia tunc non habent organa disposita ad sentiendum, et hoc est, quod philosophus uoluit dicere in quinto de generatione animalium cap j. quòd pueri viuunt vita plantæ, quasi non habentes sensum, sed sicut planta adhęret terræ sugens nutrimentum, ita pueri adhęrent vmbilico, vt possint cibum à matre.

Lectio IX.

IDEO *amatores somni:* Dixerat superius, quòd causa effectiua somni erat euaporatio obstruens arterias inter cor & cerebrum, nunc aggreditur quintum signum, quòd homines amatores somni sunt, qui venas angustas habent, & etiā qui habent caput pręgrande, & illi, qui habent venas amplas, non sunt sic somnolēti, sed sunt amatores vigiliæ, causa primi est, quòd homines habentes venas exiguas delitescentes sub carne pauco uapore implentur, & humor seu vapor ingrossatus & spissus difficulter descēdit per angustum, & sic venis existentibus exiguis diutius perseuerat in operatione, antequàm descendat humiditas, & ideo diu dormiunt, eadem est causa in habentibus caput prægrande, vt sunt nanosi, quia natura in his distribuit multum nutrimenti ad partes superiores, magnus impetus euaporationis fertur sursum, & magna euaporatio propter magnitudinem capitis, & propter hoc multū retinetur euaporationis & multa causatur oppilatio, & per consequens multum dormiunt, habētes verò venas latas sunt multæ vigiliæ, & ratio est, quia venæ non possunt impleri nisi multis vaporibus, & propter amplitudinem venarum

facilis est descensus huiusmodi, nisi habeat aliquod impediēs, quia possent venæ obdurari vel augeret in ipsis humiditas, adeo quòd ex sui multitudine & grossitie per venas amplas difficulter descēderet, eodem pacto homines caput paruum habentes parui sunt somni, & ratio est, quia paruum vaporem continent, & per consequens parua oppilatio, & paruus somnus; Sextum signum, homines maleuoli & frigidi non possunt dormire, quia ex quo melancolici & attrabilis est frigida & sicca, pauca fit euaporatio, & ratio est, quòd in illis locus caloris interioris est infrigidatus & siccatus, & tunc non habent id quod facere debeant euaporationem, & eleuare ad caput, cum locus digestionis nutrimenti frigidatum faciat, & tunc sunt inepti ad digerendum, & parum nutrimenti euaporat ad partes superiores, & hoc patet ex signo, eo quia isti sunt multum edaces, & aridi propter duplicem causam causam, primo propter debilitatem caloris non fit concoctio nutrimenti, & non fit tanta transmutatio in substantia, quantum indiget natura, nam causa famis est atra bilis mordicans os stomachi, quæ prouocat desiderium & appetitum, etiam isti sunt duri, quia non tanta copia nutrimenti transmittitur in eorum corpus, vt humectet ipsum, & ideo omnis cura melanculicorum est impinguans corpus, & ex his est manifestum, quòd somnus non est aliud quàm conuentus, & reciprocatio per antiperistasim caloris naturalis ab exterioribus membris ad interiora, & ideo in dormiēte multa fit commotio, quia calòr reciprocatus multum potest in mouēdo, quia partes superiores & exteriores frigidæ factæ sunt, interiores vero calefiunt, & ideo in somno agitantur inferiora membra, respectu superiorum quæ frigescebant, quia in pedibus est acutior calor quàm grossus humor sanguis calefacti & infrigidati per cerebrum descendit ad inferiora; *fit etiam multa commotio contemplationis*; ista litera hic re uera nō multum videtur ad propositum, nisi expositio Themistij & Auerrois, i. ex eadem causa ex qua fit somnus, & es eadem commotione facta in dormitione fit somnus, & tunc est, quòd fit somnus in contemplante, quia profundius speculans, ideo habet somnum, quia partes superiores frigescunt, & inferiores calescunt, & tunc in speculatione fit commotio propter inferiora esse calida propter sanguinem descēdi ad inferiora, sed in dictis philosophi videtur esse contradictio hic, scilicet & in xviij parti. problematum, problem. j. & vij. vbi quærit cur est quòd non intelligētes cum incipiunt legere, fiunt somno oppressi, intelligentes verò non possunt dormire, etiam si librum omiserint, hic verò dicit, quòd profunda speculatio incurrit somnum, cōfirmatur antecedens, quia somnus causatur ex digestione faciente cibum euaporare, sed profunda speculatio impedit digestionem, quia calor diuersatur, diuertitur enim ab opere digestionis ad sensitiuam virtutem, digestio ergo est causa somni, cogitatio verò profunda impedit somnum, quia somnus ex digestione causatur. Ad idem profunda cogitatio extrahit sanguinem ab interioribus ad esteriora, & maxime si sint omnes virtutes in corde, nō potest fieri vt speculationi spiritus fluant à corde ad cerebrum, vt contemperentur pro operatione intellectionis; respōdetur, quòd profunda cogitatio est causa somni per accidens, quia profunda cogitatio reuocat calorem à sēsibus exterioribus ad interiora, & membra remanent frigida, sed hæc non est vera causa somni, quia non fit ex euaporatione vt vult philosophus; sed propter reuocationem caloris ab exteerioribus ad interiora. Ista tamen dispositio non est somnus, sed similis somno. Alio pacto respōdet Themistius, quòd cum dicit, quòd profunda cogitatio inducit somnum, voluit, cū cibus est in stomacho, quatenus cum calor transmittatur à corde ad cerebrum, vt ibi spiritus vitales contemperentur, & iterum descendat ad cor, sed spiritus simul cum calore ascendit ad cerebrum, & ibi infrigidatur calor naturalis transiēs ad organa sensus, auditus, & aliorum sensuum propter delectationem quæ est in sensibus auditus, calor trahit secum multum vaporis ad cerebrum, & ibi ingrossatur & congellatur, & oppilantur viæ, & tunc inducit somnum, & hoc pacto profunda cogitatio facit somnum. Quid ad contradictionem? dico, quòd per se intelligens inducit vigiliam, per accidens verò somnum, vigiliam perse inducit, quia extrahit calorem ab interioribus ad exteriora, per accidens verò somnū inducit pro quanto à corde trāsmittitur calor ad cerebrum, & ibi congelatur, & ex causa accidentali conuincitur, cum calor transmittitur, transmittitur etiam vapor insimul ad cerebrum, & ingrossatur, & viæ oppilantur, & causatur somnus, & ad confirmationem, cum dicebas, quòd profunda cogitatio impedit somnū, eo quia impedit digestionem nutrimenti in stomacho, dico, quòd per se impedit somnum, dicebas, quòd per se impedit virtutē digestiuam, sed diminute impedit, & non totaliter, respondebas, quòd profunda cogitatio reuocabat calorem ab interioribus ad exteriora, somnus verò econtra: dico, quòd profunda cogitatio isto pacto est causa vigiliæ, per accidens verò somni, vt dictum est supra, quia profunda cogitatio adducit multum caloris à corde ad cerebrū propter operationes sensuum interiorum ad iuuandas, & calor infrigidatur, & ingrossatur, & causat somnum, *quanquam utique dubitabit aliquis*; dubitat philosophus hic, quòd vapor ascendēs à somno est causa somni, quia lenis est, & quia est calidus, argumentatur: sic contrarium nō est causa contrarij, vapor ascendens est calidus, nam vapor nutrimenti dum digeritur calidus est, somnus verò frigidus, ergo et refrigeratio, sed calidum nō est causa frigidi, ergo causa somni assignata non est vera, soluit philosophus, et multas. n. dat solutiones, sed quarta solutio erit sua prima est, calidum non est causa frigidi, uapor ascendens est calidus, ergo, dico, quòd vapor est frigidus, quia refrigerantur calores naturales, sicut stomachus et membra digestiua aduenientε nutrimento refrigerantur, itaq; totum corpus nutrimento refrigeratur, ita dico, quòd vapor ille accedens ad cerebrum uacuum fit frigidus; sed solutio ista falsa est, quia vapor ascendens debet esse calidus, aliter non ascenderet, quamuis etiam dicatur generari

generari ex materia frigida, tamen ex natura ſui in ſe eſt calidus, ſecunda ſolutio eſt, quia dico quòd re vera vapor aſcendens eſt calidus ex ſui natura, ergo non eſt cauſa refrigerationis, dico quòd per accidẽs eſt cauſa frigoris, quia reuerberatur calor inter vias cerebri & vnit frigiditates cerebri ſicut aqua calida perfuſa ſuper membra exteriora per accidens calefa ciendo propellit ſanguinem ad interiora, & aperit poros & frigus irrepit porris, & ita propellit calorem ad interiora terror vero generatur ex ęquali cauſa qualitatũ calidę & frigidę aquę, q̃a calida ſuperfuſa membris ex illo terrore generatur frigus, etiã per cauſam intrinſecam puta per calorem cauſatur frigus, & ſic calor eſt cauſa frigoris, quòd calidum non eſt cauſa frigidi uapor eſt calidus, ergo &cæt. nego quòd vapor ſit calidus, quia eſt frigidus, nam calor natutalis & ſpiritus retunditur frigiditate cerebri qui calor obtuſus derelinquens membra ſuperiora, & ſic decidunt palpebrę, & hęc eſt cauſa quando homines dormiunt non poſſunt erecti dormire, quia calor eſt temiſſus, qui eleuabat corpora eorum & erepit, hoc enim prius habet homo inter cætera animalia, quòd eſt erectę figurę, ideo calore ſubtracto ſolus inter animalia ſic alteratur in ſomno, quòd cadit, cæteris animalibus ſtando dormientibus membra enim hominis non poſſunt ſtare ſine calore, ideo cum calor eſt ebęs non datur robur membris, ſanguis enim cum ebeſcit retundit calorem, & frigefacit corpus, & ſic non poteſt ſe regere, & addit Ariſt. aliam cauſam, quia calor in ſomno obtunditur, ideo oportet vt cadant homines, & homo in primo ſomno ſit amens, quia ſic ligatur phantaſia, ſicut ſenſus exteriores ex multo vapore & ligamento, poſt vero cum vapor ſit frigidus interiores potentiæ ſoluuntur, exteriores vero non, & ideo fiunt ſomnia ſed quid dicendum de auibus & ęquis? dicendum, quòd illa animalia non ſunt erectę figuræ, ideo dormiunt ſtantes, ergo.

Lectio X.

DVBITATVR nunc circa ptimam rationem, quia dicebatur ꝙ vapor aſcendens à ſtomacho ad cerebrum eſt cauſa ſomni, ſed hoc eſt impoſsibile, quia contrariũ nõ eſt cauſa contrarij, vapor ille calidus & humidus eſt, ſomnus vero frigidus & humidus, ergo vapor nõ cauſat ſomnum dicatis ꝙ vapor non cauſat ſomnum qua calidus & humidus, ſed quia proprius locus eſt circa cerebrum, & cerebrum eſt frigidum & humidum, quòd in corpore eſt, ideo cum vapor aſcendit petens cerebrum infrigidatur & ingroſſatur, & deſcendens obſtruit meatus per quos debent tranſire ſpiritus defferentes imagines ad organa ſenſuum interiorum, exemplum dat Ariſt. ſicut de pluuia in mundo noſtro, vapor aſcendit & frigeſcit in aere, & ibi ſit grauior & deſcendit ſic in ſomno vapores aſcendunt cerebrum & ibi frigefiunt & ſic non quatenus calidi illi vapores ſed quatenus refrigerati deſcendunt, & cauſant ſomnum, ſed Ioannes dubitat contra philoſophum, cum dixit cerebrũ eſſe frigidiſsimum, nam oſſa videntur frigidiora, & probat ſic, pars in qua dominatur terra eſt frigidior illa in qua dominatur aqua, nam terra frigidior eſt aqua, cum ſit remota à principio caloris quod eſt ipſum cœlum, ſed in oſsibus dominatur terra, patet q̃a ſunt duriora & ſicciora, in cerebro vero dominatur aqua, ergo &c. Secundo ſic ad idem ſpinalis medulla deſcendens per nucam eſt calida & humida ſic reliquę medullæ, ſed ipſa orta eſt à cerebro, modo ſic eſt, quòd orta atteſtantur ſuis principiis, ergo principia ſunt calida & humida, ſed hæc principia non ſunt niſi ergo &c. Ad primum dico, negatur aſſumptum quòd oſſa ſint cerebro frigidiora, & cum probas, quia oſſa ſunt terrea, concedo, ergo ſunt frigidiora, nego argumentum, quia quando fuerunt creata, fuerunt paſſa à calore vehementi, cerebrum vero non paſſum à calore vehementi, etiam in cerebro dominatur terra, vt dicit philoſophus in ſecundo de partibus cap. 7. Ad ſecundum negat philoſophus ſpinalem medullam oriri à cerebro, & quòd etiam ex eadem materia ex qua generatur cerebrum generetur ipſa, ſed coniungitur cerebro vt contemperet caliditate ſua frigiditatem cerebri, ſed generatur ex ſanguine meſtruo vt cerebrum, & in libro tegni in commento 15. male inuehit monachus contra Ariſtot. eo quia dixerat medullam eſſe calidam & humidam, dicit monachus medulla eſt neruoſa, ergo frigida, ꝙ manifeſtant rigores, inde incipientes tanquã amigdala frigida, domini quicquid ſit argumenta druſiani non cogunt, quia concedit quòd ſit neruoſa, ideo propter hoc non erit calida & humida, ſed non valet hęc conſequentia, quia dico, quòd ſi rigor oritur forte eſt propter commixtionem neruorum, *expergiſcuntur autem &c.* cum declarauit omnes cauſas ſomni, vult nunc cauſas vigiliæ declarare, & primo declarat iſtam cauſam, de prima dicit, quòd ideo expergiſcuntur, quando vapor nutrimenti frigidus à cerebro decoctus fuerit à calore cordis, ita quòd calor naturalis reddactus eſt in anguſtum locum cordi acutus factus ſeiungit partes ſanguinis puriores ab impuriori, & partes puriores mittuntur ad partes ſuperiores, partes vero impuriores ad partes inferiores, ſ. ad crura & ad pedes, quia partes ſuperiores ſunt nobiliores, & tunc eſt completa decoctio, & ille ſanguis ſubtilis remouet obſtruſionem factam ab illo vapore & tunc expergiſcuntur, & hæc eſt cauſa vigiliæ ponit Ariſt. conſequenter documentum quod eſt per difficile, dicit philoſophus ꝙ diſcretio ſanguinis fit in corde et etiam diſtributio illa ſanguinis, quia cor eſt principium ſanguinis, ideo fit ibi tanquam in prima origine et dictum eſt de hoc ſupra et infra dicetur ix. de ſenectute dicetur quòd cor eſt primũ principium venarum, ergo et ſanguinis cum idẽ ſit principium contenti et continentis ut ſupra dictum fuit et de hoc dicemus infra de contradictione Galeni, ſed in qua ſui parte cor diſtribuat ſanguinem, dicit quòd in medio ventriculo, quia tres ſunt, dexter. ſ. et ſiniſter et medius uentriculus, dexter trahit ſanguinem

nem ex vena chili seu concauo, à sinistro vero vētriculo oritur arteria magna per quam conseruatur vita, & isti duo cōmunicant in medio ventriculo, ideo distributio fit in medio uentriculo cordis, primo de hystoria animalium cap. 18. loquitur de istis ventriculis cordis, dicit, ꝙ in animalibus perfectis cor habet tres sinus, in dextro est caliditas magis quàm in alijs, & plus sanguinis, sinister vero minus caliditatis & sanguinis, medius vero medietatem caloris & sanguinis habet, vt in animali perfecto homine. s.boue, & equo, & asino, in animali vero nō sic perfecto sed paruo non reperitur nisi vnus. s. dexter ventriculus, vt tertio de hystoria animalium cap. 3. & tertio de partibus cap. 4. & 5. in animali vero medię magnitudinis reperitur dexter uentriculus, & medius, & caret sinistro, in dextro ventriculo sunt duo orificia, & etiam in sinistro, vt dicunt medici, sed secundum Arist. cor est in medio thoracis, declinans ad partem leuem, Galenus vero dicit, ꝙ est in medio simpliciter non tendens ad vnam partem magis, quàm ad aliam princeps vero concordat cum Aristotele de his tamen alibi certius, in his quæ de animalibus dicemus, & tunc Arist. verificat, ꝙ hæc est causa vigiliæ. s. perfectio decoctionis nutrimenti, & hoc patet experientia, quia assumpto cibo, animal incipit dormire, quia vapor ascendit ad cerebrum, perfecta vero digestione animal excitatur à somno. *Qua igitur dormiendi sit causa &c.* & tunc epilogat quæ sit causa somni scilicet ex antiperistasi caloris per partes interiores ad exteriora, etiam est annexio sensus communis, & quòd somnus est necessarius animali ex conditione, scilicet si animal debet permanere in esse, etiam quòd est causa finalis. s. salus & conseruatio animalis, quia reficit spiritus deperditos, & sic finit tractatū de somno & vigilia sequit̄ de insomnijs.

Sed super dicta emergunt dubitationes, & primo in dicto philosophi, vbi dicit, ꝙ discretio sanguinis fit in medio ventriculo cordis, & tunc est vigilia, modo oritur dubitatio, quare hæc discretio magis fit in illo quàm in aliis non assignat causam philosophus, de hoc secundo dicit, ꝙ hæc est distributio purioris sanguinis ascendit sursum, impurus vero deorsum tē dit, dubitatur, quare sic spiritus arterialis descēdit ad partes inferiores sicut ad superiores. Tertio non videtur quòd hæc discretio sit causa vigilię, quia somnus est ligatio sensus communis, solutio vero est vigilia, sed facta descritione sanguinis dissolnitur sensus communis, & non est opus vt fiat destributio sanguinis, quia non requiritur hæc distributio ad vigiliā, qñ sensus cōmunis est solutus, quia soluitur quando uapor descendens petit cor, & ibi perfectè fit decoctus sine distributione, ergo non est necessaria, quia sensus communis est in corde, &c. dico, ꝙ forte medius ventriculus continet sanguinem vtriusque ventriculi, quia in vno est sanguis tenuis in alio vero grossior, & ideo ibi communicatur sanguis iste, & ibi sunt venę ortę à ventriculo medio, & ideo ibi fit illa distributio à virtute tamen regitiua totius secundum exigentiam membrorum &c. Ad secundum non videtur necessaria hæc distributio, quia ex quo somnus est ligamentum sensus communis, vigilia vero est dissolutio, sed antequam fiat hæc distributio soluitur sensus communis, & sic dico ꝙ si consideremus sensum communem in se, soluitur, si vero consideremus quo ad opus. s. quantum ad transmissionem spirituum ad exteriora, dico ꝙ non potest transire, quia adhuc vię obstructę sunt, & sic quo ad hoc sensus communis non est solutus, dubitatur, secūdo de Anatomia ꝙ vena concaua oritur à dextro ortus vero sinistra, post dicit, quòd venter dexter excepit à concaua, dubitatur circa hoc, quia istę oriuntur à medio ventriculo, vt in tertio de partibus animaliam, secundo etiam quid dicitur, ꝙ isti duo ventres dexter à vena concaua accipit, sinister vero ab orte, sed istę venę accipiunt à ventriculis & nō est cōtra, &c. Ad primum dicatis quòd Arist. soluit in tertio de partibus cap. 4. ꝙ vena concaua habet principium à dextro ventriculo, tamen non accipit formam nisi à medio ventriculi, & sic non est contradictio, quia primum principium est à dextro. s. sui ortus quo vero ad formam à medio sumit, eodem modo de arteria orti à sinistro ventriculo disseminatus, à medio vero habet ortum, &c. De secūdo dicit Themistius ꝙ sensus articulis, est quòd isti ventriculi accipiunt sanguinem ab vtraque vena. i. accipiunt sanguinem ab hepate ex vtraque vena, primo de hystoria animalium cap. 18. dicit Aristo. quòd non attingit ad ortum sed ad epate vadit & concauę venę cōiungun tur epar vero non est ad ortus, confirmatur quia ad ortus debet ferre spiritus qui in corde generantur, & non in hepate, ergo non debet ad epar attingere, dictum ego Themistii est contra Arist. dicitur forte ꝙ dexter ventriculus per venam concauam accipit sanguinem & inde ascendit ad partem superiorem sinister per ortam venam accipit sanguinem à dextro ventriculo aut à medio & non ab hepate, ergo &c.

Lectio XI.

DVBITATVR tertio in dictis Arist. qui dixit ꝙ cor habet tres vētres & vt in tertio de hystoria animalium, primus est maximus, secundus est minimus, tertius est mediocris & in animalibus perfectis tres sunt in aliis uero duo, in minimis vnus tantum, Galen. vero sexto de usu partium reprehendit Arist. ꝙ non sunt tres ventres, sed tantum duo, pręterea falsum est, ꝙ animalia paruę quantitatis habent tantū unum, primo quia animalia habent eandem constructionē corporis sicut animalia magna, & eas partes numero, & probat, quia natura non variat numerū & formam organorum à specie ad magnitudinē, sed ad actionem, si ergo eadem animalia magna & parua habent eandem actionē cordis debent habere eādem figuram, & ꝙ habeant eandem actionem patet, quia omnia respirant, ergo si dextrum mittit spiritus ad membra, ergo & sinistrum uentriculum & hęc est ratio pulchra. Tertio inquit Galen. quia Arist. dicit, quòd quædam animalia habent uentrem vnum

vnum medium & dextrum, dicit Galen. ꝙ ille sinister non est dexter, quia si haberent dextrum respirarent, habēt tamen sinistrum per quem mittitur nutrimētum & spiritus, & patet quòd in animalibus ēt spirantibus est dexter ventriculus, hoc patet, quia habent sanguinem & indigent respiratione, ideo pisces nō respirant. s. adeo parui, magni vero habent vt ballena & huiusmodi dextrum ventriculum & ideo Galenus reprehendit ipsum Aristo. in duobus, communiter volentes tueri Aristo. dicunt ꝙ in verbis tantum contradicunt, quia Galen. dicit duos vētriculos & proprie loquitur, quia sunt duę concauitates verę, Aristo. vero tres, quia ipse posuit medium ventriculum inter istos pp hoc, quia illę partes habent multa foramina, vt per illa transeat sanguis à dextro ad sinistrum ventriculum, & ita Auicēna dicit, quòd hęc est mens Aristo. in vndecima, tertii, vbi vero hoc Galenus dicat nescio ita dicūt isti, sed pace istorum hoc falsum est & econtra Arist. quia in tertio de hystoria animalium cap. 3. dicit ꝙ medius ventriculus est mediocris in magnitudine hoc est falsum, quia tunc duo ventres essent maximi quàm ipse medius, ergo falsum dixisset Arist. ꝙ se habet medio modo, quia ille medius esset maior quàm sinister, est minor secundum Aristot. non tamen secundum Galenum ergo non bene dixisset Arist. secundo non possumus saluare Arist. in animali medię magnitudinis sunt duo. s. dexter & medius, quia non habet sinistrum, vbi vero non est sinister, non est medius si dicit ꝙ est totum vnum continuum tunc non est verum, quia medius erit maior quàm dexter, tertio quia non saluatur Aristo. cum dicit quòd sanguis dextri est plurimus in quantitate & calidissimus, sinistri vero paucissimi & frigidissimi, medii vero mediocris, sed hoc non esset verum secundum hanc expositionem, quia sanguis in sinistro est magis decoctus & calidior medio uentre & dextro, cuius oppositum dicit Aristo. Gentilis & conciliator dicunt ꝙ sinister est calidior, & minus calidus, quia continue magis decoquitur. Arist. vero dicit quòd est minus calidissimum extensiuè, quia minus sanguinis habet, sed nō aduertunt ꝙ contradicunt Aristo. in tertio de partibus cap. 4. vbi dicit ꝙ dexter venter continet sanguinem, & maximam partem & calidissimam, sinister vero paucum & frigidissimum medius vero medio modo, & calidus medio modo sanguis, ergo medij est calidior & copiosior sinistro. Quarto quia secundum Galenum & ēt secundum Galenum, & etiam secundum veritatē vena orti quæ defert spiritum oritur à sinistro, sed secundum Aristo. ex medio ventre. s. si ergo erit & secundum veritatem nascitur ex sinistro, ergo Arist. non intelligit medium uentriculum parietem tm̄, & ideo Iacobus corpus in Anothomia sua dicit, quòd non est mens Aristo. illa, sed ista quòd sicut Galenus posuit duos ventres numerando medium, ita Arist. ponit tres diuidendo sinistrum in duo, quia sunt duę concauitates, una est uersus dextrum in quo terminatur uena orti, post est alia concauitas, quæ terminatur ad arterias uenales, quæ defert aerem a pulmone, & hoc pacto Arist. intellexit, quia proprie accipit uentriculos pro concauitate, & tunc uerificantur dicta Aristo. primo de magnitudine dextrī, quia est grandis, sinister minimus, quia concauitas a, qua exit uena arterialis est inferior, etiam cōueniunt secundo quòd in animali medię magnitudinis sunt duę concauitates, quia quæ non respirant habent dextrū ubi coquitur sanguis medius uero in quo generatur spiritus notādum, quia non respirant, etiam tertio uerificatur ꝙ sanguis dextri est maior & calidior, quia ille sanguis sinistri refrigeratur ab aere attracto, licet ex se sit calidus, medii uero est medio modo, & quarto aliud dictum philosophi saluatur quòd uena orti nascitur ex medio uentriculo, quia ex illa concauitate oritur uena orti & non in illo medio ut ipsi dicunt, & hæc expositio iudicio meo conformis est dictis Aristo. sed dices, quia istum uentrem numerauit duos & Galenus unum forsan propter plures operationes, quia ex uno orificio habet ut trahat aerem à pulmone ex alio mittit spiritus ad corpus: ad Galenum uero ad primum cum dicit quòd sunt tantum duo uentres, dico quòd sinister a Galeno numeratur tātum pro uno, Aristo. uero numerauit pro duobus & forte melius, ad secundum quia dicit Aristo. quia animalia magnę quantitatis habent tres, paruę uero unum, dicit Galenus quòd natura nō uariat organa & formam ipsorum ex magnitudine, sed ex operationibus sed habent eandem operationem, ergo quia respirant mittunt spiritus per corpus, & propositio Galeni est uera propter operationes natura fecit organa dicerem domini, quòd ita est reuera, sed Aristo. intendit quòd animalia maxima non in quantitate, sed in perfectione habent triplices uentres, alia uero minima imperfectione habent unum, quando uero dicit Galenus ꝙ secundū Arist. est perfectus, quia habet omnes operationes in corde respirat habet spiritus & generationem sanguinis in primo uentre, ideo aliter potest solui, ratio Galeni, qa est uera, minima uero carēt respiratione, ideo q̄ carēt sinistro carent medio, quia non requiritur ille uenter vt generetur spiritus, licet in uno generetur spiritus & sanguis propter imperfectionem, quia non habent omnes operationes cordis, ad aliud cum dicebas nō esse uerum quòd animalia habentia unum uentrem quòd ille est dexter, imo est sinister, dico ꝙ Arist. negaret hoc, eo quia dexter ponitur à natura pro generatione sanguinis, & animal habet generationem sanguinis aut proportionale, ideo est dexter in quo generatur sanguis, Galenus dicit quòd sinister, quia ipse uidit in anothomia forte domini deceptus est Galenus, & illum quem uocat Galenus sinistrum, quia declinat ad partem dexteram propter generationem spirituum tamen principaliter generatur sanguis, & ille habet actionem dextri et sinistri, ad aliud non inest dexter nisi in animali respiranti, quia data est respiratio propter sanguinem & calorem cordis sed in dextro continetur sanguis datur respiratio, ergo dexter datur solum respirantibus, animalia uero nō respirantia non habent sanguinem nisi parum, ideo nō respirant, ideo habent sinistrum, & non dextrum cū non in omni animali sit respiratio, ideo est dexter,

domini

dñi Arist. diceret negando assumptũ. s. quòd respiratio est propter dextrum uentriculum, si dicis quòd datur propter caliditatem, dico quòd est verum, sed caliditas etiam est ĩ medio, ideò propter illos datur, domini quis melius dicat difficile est iudicare super hoc: Nos homunculi sumus & non debemus inter tantos viros intromisceri. Ad aliud quòd Galenus reprehendit de situ cordis ipsum Aristo. & quia est in medio thoracis, secundum Galenum secundum, autem Arist. tendit versus partem sinistram, videtur mihi quòd Galenus non dicat hoc ratione, quia non vidit nisi in animali mortuo, & si in viuo passum est alterationem, ideo potest declinare ad sinistrum homine mortuo, quomodo vidit Galenus? domini quis ueritatem dicat, ego nescio, ideo cuspis declinat ad sinistrum, quia est frigidum hæc de dubijs literalibus.

Dubitatio super capitulo primo, de subiecto somnij.

PRima dubitatio est an cerebrum, an cor sit passio somnij? Galen. in quarto de simptomatum causis, dicit ꝙ Aristo. errauit, primo quia somnus est quies virtutis animalis quæ est dupliciter voluntarie motiuæ & sensitiuę, de prima non quiescet de secunda. s. de virtute animali ideo est passio cerebri, secunda dubitatio nonne Aristo. dixit quòd opleto cerebro ex vapore fit somnus, ergo est prima passio cerebri, quia dubium esset dicere repleto corde, primo & non cerebrum aut pulmo, quia mittit post ad cor, tertio quia experientia cum vero volumus prouocare somnum applicamus cerebro remedia, & in vigilia etiam cerebro, ex quibus sequitur ꝙ somnus est passio sensus cõmunis, & somnus est passio, & est primo passio cerebri, ergo communis sensus est in cerebro, & non in corde ut dicit Arist. in oppositum est Arist. qui dicit quòd somnus est passio sensus communis qui est in corde, quia prohibitio spiritus & caloris est propter oppilationem cordis, ad Galenum vero dicatis, ad primum cum dicit ꝙ somnus est quies virtutis animalis, virtutis quæ est duplex, dico quòd somnus non est priuatio motus localis sed sensus exterioris, ergo non est verum quòd somnus debet impediri à motu locali, qa nõ ligatur virtus motiua sed sensitiua, ad secundum cũ dicit ꝙ cerebrũ repleṫ, negatur, qa cor debet primo repleri vapore, qa si debet fieri in corde debet fieri in arterijs & non põt fieri nisi sit frigefactũ, & in cerebrum refrigefactum descendit & oppilat cor, ideo non valet, licet cerebrũ primus repletur, ergo est passio cerebri, dico ꝙ nõ valet, quia debet infrigidari in cerebro & terminari ad cor, ad tertium ꝙ prouocantes somnũ & vigiliam applicant remedia &c. dico ꝙ est verum & cum dicis sed non sunt passiones primo cordi, nego istud quia communicat hæc oppilatio, etiam cerebro, quia frigiditate cerebri magis refrigeratur vapor qui debet obstruere cor, ad aliud quòd scilicet sensus communis est in corde dicemus infra, &c.

Lectio XII.

OCCASIONE prius dicti, quia Galenus dixit contra Arist. ꝙ sensus cõmunis erat in cerebro priusquam in corde &c. dubitatur primo an sit verum, quod dicit Galen. ꝙ sit in cerebro, arguitur ex Galeno, quia læsa anteriori parte cerebri læditur sensus communis, ergo cõsequẽtia secũda est patens, quia non est aliqua via ꝙ aliquod membrum sit organum alicuius virtutis nisi ista, quia læso organo læditur virtus, vt de oculo læso læditur virtus &c. Secundo cerebrum est primum principium virtutis animalis patet, quia ex spiritu vitali in cerebro generatur animalis, etiam primum principium neruorum quibus defertur spiritus animalis, ergo est principium sensus interioris, probatur quia idem membrum est principiũ instrumẽti & virtutis operantis illud idẽ instrumentum, tertio quia 7. Phys. mouens & motum debent esse simul de proximis loquendo: sed sensus cõmunis mouetur ascensu exteriori, ergo proxime mouent sensum communem, ergo simul sunt, sed isti exteriores sensus sunt in capite, ergo etiam sensus cõmunis, quarto quilibet sẽsus cõsistere debet ĩ quodã medio temperamento, modo cor est summę distemperatum cum sit calidissimæ complexionis, ergo nõ põt esse organum alicuius virtutis, ergo.

Ex opposito est Arist. primo ex via generationis, quia primo cor viuit & sentit, ergo primo informatur sensũ communi, antecedẽs patet in embrione cor sentit, quia palpitat, ergo primo informatur sensũ cõmuni, quia omne sentiẽs potest percipere se sentire, & hoc non potest per sensum exteriorem fieri, nisi per communem, ideo habet ipsum sensum communem in corde. secunda via est ex nobilitate, quia est nobilissimũ, ergo ei debetur uirtus nobilissima quę est uirtus sentiendi, & quòd cor sit nobile, patet, qa est in medio corporis & ue latum multis ossibus circunstantibus ad eius tutellam, & nulla macula est inuenta in corde, quia non patitur apostema neque solutionem cõtinuitatis, reliqua membra patiuntur & etiam cerebrum, ergo cor est nobilius, ergo ei debetur uirtus animalis. s. sentiendi & mouendi, tertio organa exteriorum sensuum manifeste attingunt cor, cerebrum ut auditus, uisus, & olfactus, sensus, gustus, & tactus imediate tãgũt cor, ut inferius in lib. de morte & uita, & in lib. de animalibus Aristo. dicit & hoc est manifestum secundum suam uiam, si organa omnium sensuum deriuantur ad cor, ergo est cor primũ, quòd immutatur ab illis, sed primum quod immutatur ab illis est sensus communis, ergo sensus communis est in corde, & confirmatur, quia uehemens mutatio exteriorũ sensuum manifestatur primo in corde, eo quia ipsum cor, ut de anxietate aut de punctura in neruo, ergo sensus communis est in corde, etiã passio uirtutis sensitiuæ manifestæ uiget in corde, ut infra gaudium, quia iste est appetitus sensus communis, ergo sensus communis est in corde, & ex Arist. quia cor est primum primum principium spiritus animalis

malis, ergo & sensus tenet consequentia, quia idem est primum principium instrumenti & virtutis, & ꝙ cor sit primum principium spiritus patet, quia est calidissimũ, cerebrum vero frigidum, ergo cerebrum non est primum principium caloris, cum spiritus sit calidus, non negat tamen Arist. ꝙ cerebrum nõ concurrat contemperando ipsos, tamen in corde generantur, ergo est principium sensus. & argumentatur, quia cerebrum est imperfectum, secundo de partibus animalium cap. x. quia non sentit, si ergo caret tactu, & omnibus alijs caret, quia tactus est primus, & à moto primo, remouetur & posterior, & sic Arist. tenet quòd cor sit primum organum virtutum interiorum, domini istę sunt persuasiones & non demonstrationes, mihi tamen videtur, ꝙ rationes Aristot. sint probabiliores, ideo ipsum sustinendo, dico ad Galenum quando primo dicit, quòd læsa parte cerebri lęditur operatio sensus communis, dico vt habetur tertio de anima commento sexto, & tertio de cœlo, & secundo de partibus animalium cap. x. quòd cerebrũ concurrit ad contemperandum calorem cordis, & ibi contemperantur spiritus, quia homo est complexionis calidissimę, ideo eius cerebrum est maius cæteris animalibus, & sic ratio probat, quòd est organũ secundarium sensus cerebrum ipsum, sed non primarium, quia spiritus à cerebro contemperantur, & sic diuersæ sunt partes cerebri, sic contemperantur spiritus vitales, & in parte prima contemperantur, vt seruiant sensui communi, ideo potest lædi vna virtus, & non alia, quia potest lędi spiritus requisitus pró operatione sensus communis, & non pro virtute imaginatiua, licet sint idem realiter, & sic est organum secundarium, & sic non valet argumentum, quia est locus concomitantiæ, sed dicis, quòd ita dicamus de oculo non valet, hoc quia læso oculo, primo læditur visiua, si negatur non potest proteruiri, si vis proteruire, ideo si visiua virtus est in oculo, læditur virtus visiua læso oculo, non sic est de cerebro. Ad secundũ quòd cerebrum est principium spiritus animalis, & neruorum, ergo virtutis sensitiuæ per propositionẽ concessam, assumptum negat Arist. in tertio de hystoria animalium cap. 5. s. quòd nerui oriantur de substantia cerebri vt videtur, sed de hoc dicemus, licet sentiat hoc Galenus. Et vltra Aristote. negat etiam quòd cerebrum sit principium spiritus animalis, imò cor est primum principium, concurrit tamen cerebrum contemperando ipsum spiritum, secundario tamen cor primo generat: Ad aliud cum dicebatur mouens & motum debẽt esse proxima, sed quòd proximę mouet sensum communem est sensus exterior, qui est in capite, ergo & sensus communis, etiam erit in capite, dico concedendo assumptum, sed cum dicis, quòd id quod proxime mouet sensum communẽ est sensus exterior, nego istud, ꝙ proximè, sed est spiritus, qui mouet proxime, qui in arterijs contentus, in medio interceptus defert imagines à sensu exteriori ad cor, sicut albedo in pariete non est proximum, quo mouetur visus sed aer. Ad quartum, quia cuiuslibet sensus organum sentiendi debet esse, & cõsistere in medio temperamẽto, cor est calidissimum, & summè distemperatum, ergo dico quòd hoc argumentum est etiám contra eum, quia cerebrum est frigidissimum & licet cor sit calidissimum, tamen contemperatur à cerebro ipso, & hoc sufficit: sed dices tu contra, quia Aristo. dicit quòd spiritus animalis est à corde cooperante cerebro, quid erit de organo gustus & tactus cum immediatè tangant cor, quomodo illi spiritus contemperantur, cum non vadunt ad cerebrum cum immediate sint in corde illi spiritus animales contẽmperantur à cerebro, cum nõ dependeant à cerebro eius organa, dico & credo ꝙ illi spiritus animales contemperantur ex frigiditate arteriarum quibus deferuntur, quia isti sensus sunt materiales & minus nobiles, ideo non exigunt tantam temperiẽ sicut alij sensus cum sint perfectiores, ego domini sic dicerem, nescio aliter, &c. Sed accidunt dubitationes circa causam somni. s. an vapor repellẽs caput sit caúsa somni, videtur quòd non ex Themistio dicente ꝙ calor cordis est causa actiua, Auer. vero dicit, ꝙ est virtus regitiua totius, causa vero materialis est vapor, & dicit Auer. secundo colliget arguendo sic, quia multa animalia in hyeme manent in cauernis quæ non comedunt, ergo non est vapor nutrimenti causa ipsius somni, quia ibi illa animalia nõ assumunt nutrimentum, & tãtũ dormiunt, etiam patet de hominibus dormientibus, vt sacrę literæ dicunt, etiam Plinius dicit hoc, quomodo ergo in istis fuit vapor nutrimenti? ergo causa somni non est vapor nutrimenti: Tertio quia priuationis non est causa positiua, ut secundo Phys. cum ergo somnus est priuatio cum sit impotentia operandi, ergo causa eius debet esse priuatiua, non ergo potest esse vapor. Quarto argumentatur ex Aristo. ꝙ ex labore fit somnus, & ex febre, & ibi non est vapor nutrimenti, ergo causa somni non est vapor nutrimenti. Ad primum quando argumentaris ex Themist. & Auer. quòd calor cordis est causa effectiua, respondeo ꝙ causa effectiua somni est multiplex quædam remota, & quędã principalia, quę est anima ipsa & vegetatiua, quę est causa secunda minus remota, est alia causa proxima, & hæc est priuatiua, & est retractio caloris & spiritus ab extra ad interius, & hæc est causa proxima, & hæc est priuatiua, alię causę intermedię inter istas sunt causæ quoquo modo proximę, vt calor ipse agens in vapore & ipse vapor replens uiã, Arist. enim numerauit causam effectiuam manifestiorẽ. s. vaporẽ, quæ est causa intermedia, cuius signum est, ꝙ ex differentia vaporum variatur somnus, quia aliquando longus & profundus, & est vapor crassus & multus. si fuerit multus & rarus erit longus & leuis, si vapor fuerit paucus & subtilis somnus erit breuis, & leuis, ad Themist. ergo & Auer. dico quòd vapor nutrimenti est materia quę efficit somnum, nam appellatur materia respectu caloris, qui agit in ipsum, sicut dicimus quòd vapor nutrimenti efficit somnũ, nam appellatur materia respectu caloris, qui agit in ipsum, sicut dicimus quòd vapor putridus est causa febris, ad secundum quia animalia multa dormiunt ĩ hieme vt de deglire apparet, & ranę magnę ẽt, &c. dicuntaliqui ꝙ ibi est vapor nutrimenti. s. de humiditate

ditate flegmatica quæ dirigetur à calore, & ex illa cauſatur uapor, licet non ſit ex nutrimento extrinſeco, &c. Sed hæc reſponſio eſt difficilis, quia non magis in ęſtate dormirent quàm in hieme, quia maior euaporatio, ſit in ipſis in æſtate, quia tunc eſt maius nutrimentum, quia aſſumunt plus nutrimenti ab extra, etiam calor eſt fortior in æſtate, quàm in hyeme, ego ſomnus eorum non magis cauſatur ex vapore nutrimenti, ideo forte dicetis, quòd iſte non eſt verus ſomnus, quia non dormiunt, ſed eſt quædam impotentia vigilandi propter paruitatem caloris, quia debilitatur calor, & ſic non indigent extrinſeco nutrimento propter debilem calorem & deliteſcunt, ut fugiant frigiditatem extrinſecam hyemis, & ſic forſan non eſt ſomnus, ſed impotentia vigilandi, ſicut de embrione in principio generationis, vos cogitate domini mei, ad argumentum quòd effectus poſitiui debet eſſe cauſa poſitiua, ſed ſomnus eſt priuatio, ergo ſua cauſa eſſe debet priuatiua, ergo cauſa, dictum eſt quòd cauſa eius priuatiua ſcilicet priuatio caloris exterioris retrahens ad intra, ad quartum quòd ex laſsitudine & febre fit ſomnus, & tamen ibi non eſt vapor nutrimenti, dico quòd ſomnus eſt duplex, ſcilicet ſomnus naturalis, & de hoc loquitur Ariſtot. & alius eſt præter naturam, & hic non fit ex vapore nutrimenti, ſed ex vaporibus ſimilibus illis vaporibus nutrimenti, qui vapores fiunt ex reſolutione alicuius membri reſoluti in febre ſeu labore: ſed dubitatur, quia dictum eſt, quòd cauſa proxima eſt refractio caloris ad intra ſcilicet ad cor, dubitatur quia hæc refractio, aut eſt ſpiritus animalis aut alterius, videtur tantum de ſpiritu animali, quia cum ſomnus ſit impotentia vigilandi quæ fit ex ſpiritu animali, ex alia parte videtur ꝙ ſit ſpiritus vitalis: Auicenna prima tertij, dicit quòd eſt redditus ſpiritus vitalis ad interiora, ſecundo quòd non videtur, quòd aliquo tempore mẽbra poſsint priuari calore & ſpiritu, cum viuunt, & vita non conſeruatur niſi ex calore & ſpiritu tranſmiſſo ex corde, tertio ſi cauſa proxima ſomni eſt talis retractio, ergo in ſomno non poteſt ligari cor, quia ligantur ſenſus ex priuatione ſpirituum, iſti vero ſunt in corde in ſomno vbi eſt ſenſus communis, qui debet ligari in ſomno, ergo non ligatur ſenſus communis, ad primum dicit Auicenna prima tertij, quòd ſomnus eſt priuatio vtriuſque ſpiritus, ſcilicet animalis & ſenſitiui, ſed principalius ſpiritus animalis, & cauſa eſt, quia ſunt annexi, ideo adinuicem ſe cõſequũtur ne detur vacuum, tertia cauſa eſt, quia ſpiritus animalis, primo ad cor propter nutritionem etiam vt reſtauretur deperditum: Ad ſecundum cum dicis membra in ſomno viuunt, ergo ad ipſa tranſmittitne ſpiritus & ſanguis. Reſpondeo ꝙ eſt verum, ergo non priuantur ſpiritibus, quia ſpiritus ad ipſum veniunt, dico ꝙ ſenſus communis non ſimpliciter ligatur in ſomno. Sed quo ad hoc quòd ſenſus communis non influit ſpiritus ad ſenſus exteriores, & vt non recipiat ſpecies, à ſenſu exteriori, quo ad memoriã & phantaſiam non autem ſenſus cõmunis ligatur quo ad operationem, quia poteſt immutari à ſpecie reſeruata in memoria: Vltima dubitatio circa hũc primum textum eſt de cauſa actiua vigiliæ, ſcilicet an completa decoctio ſanguinis ſit in corde, & diſtributio ipſius ſanguinis ſubtilis ad partes ſuperiores, & partes ipſius groſſe ad inferiores ſint cauſa vigilię, & videtur quòd non, quia cum ſomnus eſt in potentia operandi & diſtributio ſanguinis & ſpiritus à corde non poteſt ſic operari, quia priuatur calore & ſpiritu, ergo magis ligatur, ergo non erit vigilia cũ priuetur ſpiritu & calore. Secundo dixit Ariſt. quòd cauſa vigilię eſt digeſtio, ſed hæc digeſtio tardior eſt in malancolicis & ſenibus, ergo debent magis dormire quàm iuuenes: Tertio quia adhuc ante digeſtionem expergiſcuntur animalia à ſomno, aut ex aliquo clamore aut ex tactu & ex luce, & etiam ex conſuetudine, vt ſacerdotes & ſcolares ante lucem, vt in hora mattutina non facta digeſtione, & ex aliqua cura, puta ſiquis eſt facturus aliquod negocium & vult illud in nocte perficere expergiſcitur, ergo perfecta digeſtio non eſt cauſa vigiliæ: Reſpondetur ad hęc de primo quando dicis, quòd in perfecta digeſtione minus caloris eſt in corde, & in diſtributione ſanguinis ad membra, dico, ꝙ uerum eſt, quando tu dicis ꝙ minus caloris eſt in corde, verum eſt, quando dicis ꝙ minus poteſt operare ſenſus communis, dico, quòd reſpectu memorię & phantaſię operationum minus poteſt operare non autem in reſpectu ſenſuum exteriorum, quia magis poteſt operare per ſpecies ab illis acceptas, ad ſecundum cum dicis quòd cauſa vigilię eſt digeſtio facta in corde in melancolicis & ſenibus illa digeſtio erit tardior, ergo in eis longior erit ſomnus quod falſum eſt, reſpondeo cum dicis, quòd cauſa vigilię eſt diſtributio ſanguinis, concedo & digeſtio in ſene eſt tardior, concedo, ergo cum infers in ſenibus ſomnus eſt longior nego conſequentiam, quia alia eſt cauſa, ſcilicet quòd pauca fit euaporatio ex diminutione caloris, ideo non bene ligantur ſenſus, nec fit bene obſtrictio, etiam vapores ſunt acuti & mordaces, quia reſoluũtur oppilationes: Ad tertium quando dicis excitatur multotiẽs animal à ſomno ante perfectam digeſtionem, &c. dico ꝙ verum eſt, Ariſtot. autem explicat cauſam ſecundum materiam quæ eſt diſtributio ſanguinis ad partes ſuperiores, & ſic remouetur oppilatio, tacet vero Ariſtot. iſtam cauſam quæ fit ex conſuetudine ex cura & ex clamore; ſed hic oritur dubitatio quæ nam ſit hęc excitatio à ſomno? aut eſt ſomnus, & hoc non, quia repugnat ei, quia eſt excitatio a ſomno, vbi nõ poteſt eſſe ſomnus non eſt etiam vigilia, quia eſt via ad ipſam, ſed neutrum, ſcilicet neque ſomnus, neque vigilia ſed quædam media diſpoſitio non poteſt dici, quia tunc neque dormit animal neque vigilat, ſecundo dicit Ariſto. quòd ab extrinſeco excitatur animal à ſomno, dubitatũ cur ſenſus exteriores cũ ſint ligati & priuati calore & ſpiritu non immutantur a ſomno, fortè quia cum careant ſanguine & ſpiritu non poſſunt excitari animalia, ſecũdo quia per obiectum tactus & auditus excitatur animal à ſomno, & non per alium ſenſum confirmatur, quia cum organa ſenſuum ſint diuerſa, & ligamenta ſint diuerſa

cur

cur excitato animali à somno, id est cur est quòd facta excitatione à somno in vno organo excitatur, quo ad omnia organa cum sint diuersa, & etiam in ligamentis. Quarto quia tempus vigiliæ maior est tempore somni.

De primo, quæ nam sit ista excitatio à somnio non est somnus neque vigilia neque neutrum ut dictum est. Respondeo quòd hæc excitatio est vigilia ipsa, tu dicebas, quòd non, eo quia est uia ad vigiliam, ergo non vigilia, dico, quòd uia inter terminum, est idem quòd terminus, sunt enim idē realiter, sed non ratione, & ideo est subita vigilia, quia inter priuatiuè opposita transitus est subitus, vt inter lumen & priuationem luminis, & illa mutatio est subita & est vigilia, vt ait Auerroes, quinto Phys. dicens viam & terminum esse idem, dico ergo quòd illa excitatio est vigilia, & ratione solum distinguitur à termino non autem realiter. Ad secundū quomodo est ꝙ quando animal excitatur à somnio per extrinseca, cum sensus sint priuati calore & spiritibus & non possunt percipere illum somnium, dico quòd non simpliciter priuantur organa spiritu & calore, quia si simpliciter priuarentur non posset extrinsece animal excitari, sed habent paucum spiritum & calorem, ideo ab excellenti sono animal à somnio excitatur. Ad tertium cur magis excitatur per tactus & auditus sensus obiectum, quàm per aliud obiectum, dico quòd in tali mutatione spirituali concurrit vehemens mutatio realis, quia non potest animal sentire caliditatem, nisi prius realiter alteretur à caliditate, propter materialitatē illius sensus, in sensu vero auditus coniungitur motio aeris quæ est mutatio aeris, qui facillime ingreditur organum auditus, & percutit illum & excitat; ad aliud cur est quòd organa sunt diuersa & excitato vno sensu excitantur omnia, dico quia est pauca spiritus quantitas in organis, animal naturaliter transmittit spiritum satis & in tali transmutatione diffunditur calor & spiritus in aliis sensibus, & sic fit excitatio omnium sensuum per illam copiam spiritus & sanguinis transmissam ab anima. Ad quartum cur vigiliæ tempus sit maior tempore somnij de hoc vide Arist. in decima particula problematū problemate tertio vbi mouet hoc, cur est quòd aliqua animalia minori tempore dormiūt quàm vigilant, dico, quòd vigilia est de principali inesse naturæ, somnus vero de secundaria, quia est quædam priuatio, cum sit in potentia vigilandi, ideo etiam propter hoc, quia somnus quæritur propter lassitudinem, & hoc est quia in dextro latere quiescimus, quia magis laborat in vigilia; ideo magis cubamus in illa, cum pars dextra, sit principium motūs, & hæc quo ad tractatum de vigilia & somnio sufficiant.

*

De Insomnijs.

SEQVITVR tractatus secundus huius libri qui est de insomnis quæ erit lectio 14. in ordine, & in hac secunda parte philosophus agit de quadam passione somnij, scilicet de apparitione quæ in somno fit quæque in somnium dicitur, & est tractatus difficilis, primo philosophus ponit intentionem dicens, quòd post vigiliam & somnum debemus agere de insomnio, quia est passio somnij, nunc prosequendo dicit an hæc passio spectet ad animam intellectiuam an sensitiuam? scilicet hoc insomnium, quia habet cognitionem, quæ cognitio spectat ad istam animam & per istā cognoscimus, soluit Aristot. Primo quid veri habeat, secundo ostēdit singulū genus somnij. Tertio soluit quo ad primum dicit, ꝙ somnium nō est passio sensus neque intellectus & intelligit Arist. per sensus exteriores sensus, sed bene somnium est passio sensuum interiorum, & primo probat philosophus, quòd nō sit passio sensus exterioris, quia quicunque sentit operatur circa sensibilia extrinseca communia vel propria, ergo somnium non est passio exterioris sensus, patet minor, quia qui somniat non operatur circa ista sensibilia extrinseca propria vel communia, maior de se patet, quia qui audit operatur circa sonū & uidēs operatur circa colorē, & magnitudinē & figuram & sic de cæteris diuisim, quo ad probationem minoris sic procedit, quia qui somniat non operatur circa sensibilia exteriora, quia qui somniat dormit cum sit quædam visio, quæ in somno accidit, sed qui dormit habet extrinsecos sensus ligatos, ergo qui somniat non operatur circa sensibilia extrinseca, scilicet illorum sensuum exteriorum, ergo qui somniat non sentit, ergo somnium non est sensatio, non erit igitur passio sensuum exteriorum.

Secunda ratio philosophi est probans, quòd somnium non est passio intellectus, & est in tex. ibi.

At uero neque opiniones, dicit philosophus ꝙ quia somniat non tantum percipit quiditates substātiæ, sed etiam accidentis, sed quiditas accidentis nō potest apprehendi ab intellectu sine sensu exteriori, & in somno sensus exterior non operatur, ergo in somno non potest apprehendi quidditas &c. Sed per somnium apprehendimus talem quiditatem, sed hoc non est per intellectum, ergo somnium nō est passio intellectus, ꝓbat philosophus assumptū, scilicet ꝙ in somno apprehēdimus quiditatē substātiæ & accidentis ab experientia, quia in somno nō solū apprehēdimus quòd Socrates est homo. Sed ēt ꝙ est albus vel pulcher, ergo non tm̄ quiditatē substātiæ, sed ēt accidentis, & hæc est prima ratio, quā neq; D. Thom. neque latinorū quisquā intellexit, secunda ratio est difficilior & text. difficillimus, dicit philosophus ꝙ idem, qui intelligit, certo scit se intelligere, qui somniat nescit se somniare, ergo somnium Accidentis quiddi tas et substantiæ.

P non

non est partis intellectiuæ, maior est manifesta sed minor est difficilis, quia qui somniat aliquando se scit somniare, aliquando non percipit se somniare, ergo cum homo somniat non semper scit se somniare, sed eum intelligit certo scit se intelligere, & cum quis somniat, & comprehendit se somniare iste non vere somniat, hoc est manifestum, ergo &c. Themistius probat sæpius quis vidit secundum quietem: Socratem sibi factum obuiam, quem diu sibi dari desiderauit, & propter hoc iudicat quòd hoc non est vera visio, sed somnium. eò quòd decipitur. Tertio etiam probat philosophus triplici similitudine, quod aliquando quis in vigilia videns Socratem sibi obuiam, & certo scit, quòd intuetur illum, sic potest quis in somno intueri Socratem & iudicare, quòd in somno intuetur Socratem, & non in vigilia, ergo potest quis dormiens percipere se dormire: Secunda similitudo est, quia sæpe homo exutus somno conatur reminisci somnium, quòd visum est in nocte, ergo præter somnium præteritum comprehendit, quòd somniabat, ergo potest quis comprehendere se somniasse, quia aliter non quæreret reminisci de somno præterito, nisi illud comprehendisset, secunda similitudo sumpta est ab oratoribus, qui volentes exercere memoriam procedunt de ordine ad populum, exercent eoram memoriam, agunt partes diuersas in ordine, in multis locis, & est memoria localis, & præter orationem, animo obuersant locos in quibus collocarunt partes orationis, & etiam dantes operam recensendi somnium cogitant se somniasse, quòd est præter somnum, ergo aliquis somnians potest scire se somniasse, & dicit, quòd hoc non est verum somnium quando iudicat quod non est Socrates, si in somno obuiat, Themistius probat, quia ille qui vere somniat existimat ea quæ videt in somno esse vera, iste vero putat illa visa in somno non esse vera, ergo non vere somniat. &c. Alia est ratio Themistij quæ talis est, quia somnus in quo quis iudicat se decipi à somno & dormit & dormire iudicat. Iste verius vigilia quàm somnus est appellandus, ergo ista visio non est somnium, sed visio in vigilia, & probatur, quia scit in vigilia videndo Socratem iudicamus uidere Socratem, sic in somno fit, ideo non est somnus, & sic est aliquo modo somnium, & aliquo modo non, & tūc philosophus ponit correlatiua, primū est, quòd omnis apparitio quæ habetur in insomnio est somnium, patet quando scit, quòd decipitur per aliquam visionem, secundum est, intelligimus quæ opinione opinamur. Tertiū correlatiuū sic exponitur à Themistio, videtur quòd sit probatio illius syllogismi, qui intelligit se intelligere, alij & rectius, dicunt quòd cogitamus in somno, quæ opinione opinamur, & ideo non intelligimus sed opinamur, stat litera sicut astrologus opinatur, quòd Sol est maior tota terra, si in somno cogitat de sole, cogitabit etiam quòd est maior tota terra, & sic ea quæ cogitamus per intellectum in vigilia in somnis autem illud cogitamus, item stant nonnullæ difficultates quas dicemus &c.

Lectio XV.

CALAM autem. Dubitatur circa primā rationem philosophi ꝙ somnium non est passio intellectus, & ratio sua fuit talis, ꝙ somniat apprehendit quidditatē substantię & accidentis, sed per intellectum non potest quidditatē accidentis sine sensu pcipere, ergo somniū non est passio intellectus, dubitatur circa hoc quia Auer. 2. de anima com. 63. dicit ꝙ sensus non quilibet sed humanus percipit quiditatem & substantiam seu accidens, quomodo ergo dicit philosophus, ꝙ quiditates solus intellectus intelligit, secundo arguitur cōtra rationem secūdam philosophi sic, quia dixit philosophus in secūda ratione, ꝙ qui intelligit, certo scit se intelligere, sed hoc est falsum, quia intelligere est actus rectus, & actus erectus nō, est actus reflexus, sed intelligere se intelligere est actus reflexus, & actus rectus eum sit prior potest etiam fine reflexo, ꝙ est posterior, modo prior potest esse sine posteriori, ergo actus rectus potest esse sine reflexo, ergo qui intelligit non intelligit se intelligere, tertio & fortius, quia dixit philosophus in tertia ratione, ꝙ qui somniat percepit se somno illudi, somniare se hoc falsum videtur, quia ea virtute percipit se illudi, qua percipit se somniare sed virtus sensitiua est quæ somniat, ergo ea cognoscit se somniare sed sensus nō potest reflecti super actus suos, i. supra se ipsum, ergo nō cognoscit se somniare, quia tunc sensus communis esset superfluus, quia non est ob aliud nisi ad percipiendum actus exteriorū sensuum &c. De primo dicitur, ꝙ duplex est quiditas vniuersalis, & particularis, vniuersalis ab intellectu percipitur particularis vero à sensu exteriori modo ad Auer. dico, ꝙ sensus hoc percipit quidditatē particularem puta quiditatem indiuiduam huius hominis, & illius equi, nō autem vniuersalem, dubitabis tu quomodo imago transit ad interiores sensus ab exterioribus, si ident secundum rem comprehendit sensus exterior & interior, Respondeo quòd sensus exteriores tunc se habent tanquam media delatiua illarum specierum per qua forma differuntur ad interiores sensus non autem se habent tanquam comprehendentes. De secundo cum dicis falsum esse quòd quis intelligat se intelligere, dico intelligit se intelligere potest proxima, scilicet si aduertat.

De tertio cum dicis impossibile est ꝙ actu somnians percipiat se somniare, dico, quòd ille actus vere est reflexus super suum actum, quicquid dicant aliqui, ergo si sensus visus potest reflecti super suo actu tūc cōis sensus est superfluus ut dicebas tu. Respondeo ꝙ sensus exterior non potest reflecti super actibus

actibus ſuis, ſed bene interior, & de interiori in argumento intelligitur, & cum tu dicis ſenſus non poteſt reflecti ſuper ſuum actum, concedo de exteriore, de interiori uero nego, &c

Palam autem de his uniuerſis &c. Poſtquàm philoſophus probauit, quòd ſomnium non eſt paſsio ſenſus neque intellectus, ponit hic duo documenta, primum eſt quòd eſt ſomnium aliquod verum & aliquod nõ verum, ſomnium verum eſt cum in ſomno eſt deceptio, vt ſomniando videt Socratem & putat ſe videre ipſum & non eſt verum, & ita accidit quando imaginationes ſenſibilium repreſentant ſe tanquam obiectum, non enim vt imaginem obiectorum, vt imago viriditatis ſe offert taquàm obiectum viride, & reuera non eſt ita, ſomnium nõ verum eſt cum deceptione, ſcilicet cum aliquis ſomniãs ſcit certo ſe illudi, & putat ſe ſomniare, & tunc imagines offerunt ſe ut imagines ſunt, non autem ut obiecta, utputa imago viriditatis ſe offert tanquã imago non vt obiectum, cum ergo ſomnium eſt, duplex verum & non uerum, uerum quando cum deceptione, non uerum ſine deceptione, quia ſcit ſe certo illudi, vult inferre cauſam huius, quæ nam erit huius cauſa; dico; quòd diſtinctio vaporis nutrimenti petentis cerebrum, quia ſi vapor iſte fuerit multus & craſſus ſomnium erit cum deceptione, quia erit verum ſomnium, ſi vero vapor fuerit non multus neque craſſus non faciens multam obſtructionem, tunc non decipitur neque vere ſomniat, exemplum à ſimili dat philoſophus in ægrotis febrientibus quibus vna res, duæ apparent, & lineamenta in pariete data videntur illis angues, cauſa eſt, quòd ex vapore febris eleuato ad cerebrum qui permiſcetur ſpiritui viſiuo & ſic occupat, & facit vnã rem apparere duas etiam, in ſanis & diſpoſitione oculi propter longam diſtantiam iudicamus ſolem bipedalem, & decipimur cum re vera ſit maior tota terra, etiam in ſanis cum per motum ſpirituum viſiuorum, qui mouentur de parte ad partem, & etiam quis in naui exiſtens videt arbores & montes moueri, & hoc eſt, quia ſpiritus viſiui mouentur, & imagines viſibilium exteriorum puta arborum & ſyluarum reputantur in organo uiſus vbi ſpiritus mouentur, & tunc videtur obiectum moueri, ergo quid eſt quòd prohibeat. Tertio in ſomno, ſcilicet quòd non iudicet ſomno illudi, ſed dices quomodo poſsibile eſt, quòd in ſomno imagines ſe repreſentãt & obiecta in vero ſomno, quaſi dicat hoc videtur falſum & impoſsibile, & argumentatur ſic, omnis terminus mentalis ex ſui natura ſignificat, ſi ergo naturaliter ſignificat, & imagines non ſunt niſi termini mentales, quomodo poſſunt aliquando vt obiecta, aliquando vt imagines reprẽſentari, cum mentalis terminus non variat ſuum ſignificatum, & ſi ſic illorum rapreſentatio, quomodo ergo habebunt diuerſas ſignificationes, dicerem forte hoc eſſe per accidens, propter diuerſam organi diſpoſitionem, quia diuerſa organi diſpoſitio repreſentat aliquando vt obiecta, aliquando ut imaginationes, & fortè hoc eſt per abſentiam ſenſibilium. At de terminis intentionalibus non ſic eſt.

Sed ſiue idem ſiue diuerſum, hoc eſt documentum, quòd cum dicendum eſt, quòd ſomnium ſit duplex, verum & cum deceptione, & non verum & eſt ſine deceptione, exẽplum primi, vt ſi quis in ſomno percipiat ſe videre Socratem licet non videat, ineſt cum aliqua veritate, puta ſi quis putat ſe videre Socratem et non ſit, tamẽ iſta viſio præfert aliquid veritatis, quia videt Socratis imaginem, quæ ut obiectum repreſentat, exemplum, ita eſt de ſenſu communi ſicut de ſenſu exteriori, ſicut quis audit & vidit & perperam audiat & videat, neceſſario aliquid & aliquid audit, & videt, etiam quòd perperam videat, cum non videt ſe videre, ut illud quòd quærit & audire, ita eſt de ſenſu communi, quòd non poteſt decipi in viſione, quòd putat ſe videre viriditatem, & hoc non poteſt, ideo niſi videat ſimulachrum viriditatis, ſed obijcit huic philoſophus, quòd iſta ſimilitudo non eſt ad propoſitum; ſcilicet quod ita ſit de ſenſu interiori, ſicut de exteriori, quia non poteſt eſſe ſimilis deceptio, & ratio eſt, quia interior ſenſus in ſomno operatur, exterior vero non, ideo nulla ſimilitudo eſt, & tũc reſpondeo quòd licet non ſit ſimilitudo in hoc, erit ſimilitudo in alio, ſcilicet in immutatione, quia ſenſus communis & in ſomno & in vigilia immutatur, in ſomno ab imaginibus repreſentantibus, ut obiecta, in vigilia vero vt imaginationes tantum, ſicut etiam ſenſus in vigilia immutatus &c.

Quod quid igitur non eſt opinans, &c. Soluit philoſophus quæſtionem, quæ talis erat nunquid ſomnium ſit paſsio partis rationalis, an ſenſus, & dixit non eſſe partis rationalis neque ſomnus exterioris ſed eſt ſenſus interioris, & duplici ratione probauit non eſſe paſsionem intellectus, & probauit etiã prima ratione, quòd non erat paſsio exterioris ſenſus, quia in ſomno ligantur, & ſic non poſſunt operari, & per conſequens ſomnium non poteſt eſſe paſsio illorum, & ſoluendo quæſtionem philoſophus probat quòd ſomnium ſit paſsio ſenſus interioris, quia eiuſdem potentiæ animæ, cuius ſomnus eſt paſsio, eiuſdem potẽtiæ, in ſomnium eſt paſsio, ſed ſomnus eſt paſsio ſenſus communis, ergo ſomnium erit paſsio eiuſdem, quia ſomnium eſt paſsio ipſius ſomni, & cuicunque conuenit ſomnus, conuenit & ſomnium, & non vni conuenit ſomnus & alii ſomniare.

Secunda ratio ex communi modo loquendi, quòd ſomnium eſt phantaſma apparens in ſomno, ſcilicet in phantaſia, quæ eſt virtus interior, verum dices, cuius nam partis ſomnium eſt paſsio.

De prima, quòd ſomnium per ſe eſt paſsio ſenſus interioris, per accidens autem eſt paſsio ſenſus exterioris, quia eſt declaratum, quòd ſenſus exterior & interior ſunt idem ſubiecto, differunt autem opere ſolo, ſi ergo ſomnium eſt operatio ſenſus interioris, & is eſt idem cum exteriori, eo quòd ſenſus interior immutatur ab exteriori, & ſecun-

do de Anima fuit probatum, à, philoſopho, ſed quia hoc operatio, non conuenit; Senſui exteriori, vt exterior, ſed ut interior, ideo per accidens eſt paſsi. exterioris per ſe, ita interioris. Nam operatio interioris natura eſt poſterior exteriori, quia prius poteſt eſſe ſine poſteriori, & ideo ſi ſomnium eſt operatio ſenſus interioris, & iſta virtutus idem eſt cũ exterioribus ſenſibus, ſomnium ergo per accidens erit paſsio ſenſus exterioris, quatenus ſenſus exterior eſt idem ſubiecto cum interiori. Sed obijcies ſtatim iſtę differentiæ differunt organo & ſubiecto, quia interiores in corde ſunt, vt in ſubiecto, exterioris uerò in capite, ergo & eius idem eſt ſomnium, hoc eſt falſum & impoſsibile patet, quia ſenſus communis ligatur in ſomno, ſed phã taſia operatur, ergo ſomnium erit paſsio phantaſiæ. De primo cum dicis, quòd ſenſus differunt ſubiecto, quia falſum eſt eos eſſe idem ſubiecto. Hic poſſumus dicere, vt etiam nominales dicunt, & reuera philoſophus hic fuit ſecutus opinionem nominalium, licet D. Thom. ſuo modo dicat, quòd non placet mihi, dico quòd ſenſus de principali ſignificato denotat animum. De ſecundario connotando opus, & in oculum ſeu organum pro quanto per ipſum anima ipſa operatur, in quo colorem percipit, & ſic per principali ſignificato accipiendo, omnes ſunt idem ſubiecto, quia veſtra anima eſt idem, quæ operatur circa omnia iſta opera ſenſuum exteriorum & interiorum, vel aliter poſsit dici quòd ſupra fuit dictum, quòd tactus eſt idem ſenſui communi, non ſimpliciter, ſed in corde, in quo primo ſenſus tactus reperitur, & cum ſenſus communis, ſit idem cum phantaſia & memoria, omnes erunt idem ſubiecto, & ſic anima vt in corde exiſtens exercet omnia opera ſenſus exterioris, & interioris, diuerſa tamen ratione, & ſic dicitur, quòd iſti ſenſus ſunt idem non vniuerſaliter & adæquate, ſcilicet quòd quilibet ſenſus exterior ſit idem cuilibet interiori, neque in qualiber parte animalis, ſenſus tactus, & interiorum ſunt idem, ſed in corde tantum, ſcilicet cum tactu qui eſt in corde, & propter hoc ſicut ſomnus erat paſsio ſenſus interioris, erit etiam paſsio ſenſus exterioris, & ſomnium eſt paſsio eius cuius eſt ſomnus, ergo ſequitur, quòd ſomnium erit paſsio ſenſus exterioris per accidens, tamen vt ſupra fuit probatum, ſcilicet quia hæc operatio ſomni non conuenit ſenſui exteriori, vt eſt exterior, ſed vt eſt interior pro quanto, ſcilicet exterior interiori idem eſt ſubiecto, ut dictum eſt per accidens &cęt.

Sequitur quòd ſomnus eſt paſsio ſenſus exterioris per accidens, per ſe vero interioris. Sed ſi quo ad ſecundarium ſignificatum conſideremus differunt &c.

*

Lectio XVI.

Q*VID autem eſt ſomnium & quomodo differat*, poſtquã philoſophus declarauit cuius nã partis animæ ſomnium ſit paſsio, & dixit ꝙ erat paſsio ſenſus interioris. Nunc declarat quomodo ſomnium fiat, & pręmittit philoſophus quoddam ſuppoſitum, ſcilicet quòd ſenſus exterior recipit imagines ſenſibilium, quæ non tantum remanent in ſenſibus in pręſentia ſenſibilium, ſed etiam in abſentia, & philoſophus hoc probat à ſimili, primo ita eſt de motu ſenſibilium exteriorum à ſenſibilibus, ſicut de motu proiectionis lapidis quæ remanet in aere & in aqua ceſſante primo impellente, & perdurat per tempus ſic erit in ſenſibus & in hoc philoſophus differt à paritieſibus qui uolunt, quòd lapis proiectus habeat qualitatem impreſſam à proijciente, & per qualitatẽ impreſſam remanent in motu abſente proiectore, ſed hoc in 8. Phyſicorum cõfutauit, ꝙ ille motus nõ eſt vnus, eo quia motor non eſt vnus. Sed hoc eſt ex inuentione impreſsiua partium medij. ſ. aeris, & vna pars aeris aliam impellit & aliam alia quouſque ceſſet motus, exemplum huius datus eſt vt ſi proijciatur lapis in aqua & ſint fruſtrale lignea tunc in aqua propter proiectionem illam cauſantur multæ circulationes, & tunc fruſtulla illa impelluntur à prima circulatione ad ſecundã & ſecunda circulatio etiam impellit illam ad tertiã quouſque ceſſat motus aquę, & ſic eſt de aere, quòd aer tactus à manu impellente propellit partem vicinam aeris, & illa pars impulſa propellit aliam partem aeris, & ille partes lapidis impellunt lapidem quouſque motus ille remittatur, ſecundum exemplum eſt, quod eſt magis veriſimile de motu alterationis, quia ſenſatio eſt alteratio quædam ſecundo de anima com. 52. quòd altera eſt corruptiua altera vero perfectiua, ſenſus eſt alteratio perfectiua, ſic eſt quod ignis calefacit partem proximam aeris illa pars calefacta calefacit aliã partem aeris quouſque diſtribuatur vſque ad principium, philoſophus per hoc intelligit, ideſt quouſque aer ſit potens calefacere aerem, ideſt quoſque pellat virtus calefaciendi, & poſt calefactionem amouetur ignis, nihilominus durabit iſta calefactio aeris vnius partis in aliam aeris partem, & ita eſt de motu ſenſibilium impreſſo in ſenſu quieſcente motore ſenſibili ab iſta actione, ſcilicet quòd non amplius immutat ſenſum adhuc, enim perdurabit & permanet impreſsio facta in ſenſu, vel iſta impreſſio, inquit philoſophus fuerit facta in profundo, vel in ſuperficie, vel iſta impreſsio fuerit vehemens, & fixa vel leuis & de facili amobilis permanet enim in ſenſu in abſentia ſenſibilis, exemplum de cera adaptari poteſt, quando imprimitur figura, quando impreſsio fuerit leuis de facili poterit deleri, & parum permanebit, ſi ratio fuerit fixa remanebit per tempus in abſentia ſenſibilium, ergo &c.

Palàm autem cum continue, &c. Philoſophus hic

Imagines rerum sensibilium.

hic experientia comprobat, quòd imago autem remanet in absentia sensibilium, primo si quis fixe intueatur lumen solis postea diuertatur oculus ad vmbram nihil uidebit, quia illa vehemens impresśio solis facta in oculo occupat oculos, & remouet impresśiones aliorum sensibilium, quia motus ille vehemens impellit minorem seu debiliorem. Secundo sic probat, illa impresśio uehemens facta in oculo non tantum manet in oculo intuendo solum, immo conspiciendo colorem viridem cum vehementia, auertat postea oculos ad alia colorata, videbitur sibi videre omnia alia esse colorata viridia propter impresśionem viriditatis prius visæ, quæ in oculo remanserat, & sic impedit impresśionem alterius coloris. Tertio philosophus sic probat, si quis intueatur lumen solis, postea claudat oculos remanent in oculis clausis species luminis in oculis, non attendo oculos dum clausi sunt ab illo loco, vbi videbat lumen apparet ei rubedo, & postea videtur puniceus, & quia species illa solis clausa in oculis paulatim remittitur, & primo repręsentat rubedinem & postea puniceum colorem, postea permutat ad cęrulem, qui color magis recedit à luce ex albedine seu lumine vt rectius dicam. Quarto quòd non tantum remanet species de sensibilibus primis per se ex proprijs sed etiam de sensibilibus per se.

Secundo quæ sunt sensibilia communia absente colore, & specie remanent in sensibus, quia si quis fixe respiciat flumina currentia. et auertat postea oculos ad syluas videbit syluas moueri, & hoc est, quia in oculis remansit imago vehementer impressa fluentis aquæ, et illa imago cum fuerit permixta imaginibus arborum facit illas arbores apparere esse in motu, quia imagines mouentur in organo visiuo, philosophus probat, etiam per alios sensus, puta auditus & olfactus, quia illi qui audiunt vehementem sonum fiunt surdi, vt dicit philosophus, non quòd totaliter fiant surdi, cum de facto aliquando obsurdescunt vt visum est, sed quia non possunt apprehendere alios sonos minores, si offeruntur organo auditus, sicut patet de habitantibus propè nilum, sic etiam de odorantibus odorem intensum, quia remanserunt simulachra odorum vehementer affixorum in organo olfactus, & tunc ista impresśio odoris prohibet alios odores imprimi, &c.

Catadupa ad nilum.

Sed emergunt dubia, est primum, quia philosophus dixit vehemens impresśio impedit ne oculus posśit videre alium colorem, tertio videtur falsum, quia species rerum sensibilium non sunt coloratæ, & sic imago vnius contrarij non aduersatur alteri, ergo imagines contrariorum non sunt contrarię, patet, quia imago paginæ albę & literarum simul vidētur, & vna non impedit aliam, & sunt imagines cōtrariæ, quia si contrarietas deberet esse maxima, esset in sensibilibus communibus, ergo formę nō se expellunt mutuo ab eodem subiecto: dictum ergo philosophi videtur falsum. Secunda dubitatio est contra philosophum, cum omnis sensus sit operatio spiritualis, fit sine resistentia, & forma albedinis nō habet contrarium, & si habet, ad materias debet reduci: ergo visio fit in instanti. Sed motus in tempore, cū tempus sit mensura motus, primo phys. & sic est sensibilium, quòd non habet species instantaneas, nō potest imprimi in instanti, tertio phys. sibi contradicit, quia sensus neque exterior, neq; communis possunt apprehendere species in absentia sensibiliū, & propter hoc requiritur imaginatiua vt ī absentia sensibilium imagines appareant, vt secundo de anima breuiter probatum fuit, dicit ibi philosophus, quòd non intelligimus cum volumus, non autem sentimus cum volumus: primum est, quia habemus species in phātasia reseruatas: secūdum est, quia species quandoq; à sensibus exterioribus, & à communi absentes sunt propter absentiam obiectorum, quia si sensus cōseruaret, sentiremus contra philosophum ibi: & confirmatur, quia species sensibiliū non conseruantur neq; in aere neq; in aqua, & quàm primum auferetur color ab aere, color desinit, & posito colore videtur color in aere: si ergo non permanet in medio neque in sensibus. Probatur consequentia vltima, quia organa sunt de natura mediorum, vt organum uisus est de natura aquæ, cum sit humor glatialis: ergo si non remanet species in aqua neque in uisu, exemplum de speculo præsentiāte obiectū pręsens est etiam in speculo imago obiecti, quæ obiecto absente abest & illa imago à speculo. Quarta, cur philosophus probauit spęcies remanere in absentia sensibilium per tres sensus, puta, visus, auditus, & olfactus, qui habēt medium extrinsecum, & nō probauit per gustum, & tactum, qui habent medium intrinsecum, etc.

De primo, cum dicis, imagines contrariorum nō sunt contrariæ, verum est, & concedo, quomodo ergo dicis, quòd non possunt insimul imprimi in oculo, dico, quòd hoc est per accidens, tamen illæ formę in oculo sunt composśibiles, & per accidens fit resistentia, quia vehementer occupatus aliquo sensibili indiget copia spirituum, tunc omnia transmittit ad illud organum multum spiritum; qualitatem etiā caloris, & calor, tunc & spiritus nō possunt dirigi ad aliam operationem, & tunc videtur, quòd illa impresśio imaginis impediat aliam imaginem, cum re uera hoc sit propter cōfluxum spirituum in illo loco. Sed ego sępisśime dubitaui circa istos spiritus. s. quid faciant isti spiritus, & quid facit ista quātitas spirituū in oculo: ad hoc vt fiat ista visio, quomodo concurrant isti spiritus, dicam statim eo modo quo scio, continuando solutionem, dico, quòd sensatio excellentis sensibilis excludit per accidens aliam sensationem. etc. De secundo, cum dicis, omnis visio fit in instanti, concedo, omnis motus est in tempore, concedo, quomodo ergo habet species. Iamdonus dubitauit, & dedit multas solutiones inutiles: Dico, quòd motus causat suam imaginem in sensu. Dices contra, quia visio fit in instanti: visio motus est in tempore. Dico, quòd motus percipitur quando est, et quia est in tempore, visio erit in tempore, & sic per accidens est aliqua visio temporalis. s. ratione motus non potentis aliter existere, cū sit quid succesśiuum.

De tertio, philosophus cōtradicit sibi ipsi in ij. de anima, text. comment. 60. dico, quòd per se & secū-

dum naturam sensus exterior, & communis non percipiunt nisi in præsentia sensibilium obiectorum, per accidens n. sed propter excellens sensibile vehementer mouentur sensus, sed dices quæ causa huius, quòd sensatio sit debilis, & non reseruans, causa est, quia excellens sensibile cũ percipit anima, transmittit copiam caloris, & spiritus, vt possit perfectè apprehendere, & spiritus conculcantur, & ibi remanet per tẽpus, & sensus diutius reseruat species sensibilium, sed quantum tẽporis reseruet non scimus. et quanto excellentius fuerit sensibile, tanto plus reseruatur, & non multo tempore, sed in maiori & minori tempore secundum exigentiam sensibilium, sed tempus est videre, quomodo isti spiritus retineant, & conseruent imagines. Ego dicerem, quòd illi spiritus habẽt hoc ex eorum natura, & eorum naturam retinent, & cum dicis, quòd sensus exteriores & sensus communis non seruant imagines in absentia sensibilium, quia tunc si seruarent, phantasia superflueret. Respõdeo, quòd phantasia non superfluit, sed requiritur per se. s. ut reseruet species per longum tempus. s. per annum per duos aut tres, et quia sensus particularis. s. exterior pauco tempore reseruat, & quasi nihil, ideo phantasia per se requiritur, & philosophus secundo de anima, text. commen. 60. dicit, quòd nos intelligimus cum uolumus non autem sentimus cum volumus, etc. Respondeo, & dico, quòd hoc est, quia remanent species in phantasia, & ibi fit habitus, & perdurat, & hoc non sequitur in sensu, quia in sensu non fit habitus speciei vt in phantasia, ideo non sentimus cum uolumus. et tũc ad confirmationẽ, quia aer non seruat imagines, neq. organum, cũ sint de natura medij. dico, ꝙ uerum est, ergo visus qui est de natura aquæ non seruat imagines, nego argumentum, quia organa sensuum sunt animata, quòd non est medium hoc in aere, neque in speculo, & sic non valet argumentum, media non reseruant, ergo neq; organum, eo quia sunt in natura elementorum, dico, quòd plus requiritur, ad hoc ut reseruẽtur imagines. s. ut habeat spiritus & calorem, qui adiuuant ad conseruandam spem, & etiam pro omni operatione sensili, sine quibus nulla operatio posset fieri in animali, & quia in medio spiritus & calor non sunt, ideo medium species non reseruat. De quarto, cum dicis, cur philosophus probauit per visum auditum & odoratum, & non per gustum & tactum etc. Respondeo, quòd ideo de istis non probauit, quia est res manifesta, & in eis immutatio est multo fortior, quàm in alijs sensibus, & maxime in visu, & si seruat cum sit spiritualior omnibus sensibus, à fortiori in sensu tactus, & gustus, quia ibi fit impressio vehemens, eò quia caliditas immutat realiter & spiritualiter, & non percipit obiectum spiritualiter, nisi prius immutetur realiter.

Intelligere sequitur.

organa sensuũ.

Imaginũ reseruatio p spiritum & calorem.

Lectio XVII.

QVAE *autem sensitiua cito etc.* Hic philosophus ponit aliud documentum, quod est secundum, secundo tangit dubitationem, tertio declarat, quarto probat eam, documentum tale est, quòd non tantum sensibiles species vehementi impressione impressæ in sensibus manent, sed etiam impressæ huiusmodi impressione, primum probauit, paulò supra de excellenti sensibili, hic autem probat de debili impressione, exemplo speculi, & ostendit hoc per speculum, quia in speculo ea quæ videntur, vñr in radio reflexo, & ea q̃ vidẽtur in radio reflexo videntur in longiori, quia ex oculo ad speculum, & ex speculo ad oculũ, & quę videntur radio reflexo, debili radio uidentur, ideo nõ vidẽtur proprio colore, sed colore declinante ad nigrum, & omnes res visæ procul nigrioris coloris videntur, quàm sint in se, ut nubes in aqua apparent nigriores, & ideo dicunt perspectiui, ꝙ difficilius est tenere memoria faciem suam, quia illa imago visa à se in speculo est ualde debilis, quia habetur per radiũ reflexum, ideo debiliter repræsentat ipsam, eò quia radius reflexus multo debilior est radio recto, his dictis tangit dubitationem. Dubitatio est, quia cum res uideatur in speculo, sequitur ex hoc, quòd uisus non est tantum virtus passiua sed actiua, & hoc probat, quia vbi mulier affecta mẽstruis intuetur in speculum, infecit rubra nota, & macula, quę deficiliter à nouo speculo remouetur, ergo non tantum intus suscipiendo causatur visio, sed etiam extra mittendo, vt dicit Plato, quia visus agit in aerem, ergo non tãtum recipit, & sic non tantum passiua sed actiua virtus est. Respondit philosophus, quòd re uera virtus actiua est, & non tantum recipit, sed etiam agit in aerem, & hoc spiritualiter loquendo, proprio lumine oculus multiplicat species per aerem ad speculũ. Vltimo dico, quòd non tantum spiritualiter, imò realiter producit materiale aliquod in aere, sicut in multis realiter apparet, & ratio huius est, quia sanguis menstruus agitatur, & perturbatur in corpore mulieris, & diffunditur per omnes partes corporis, & ascendit ad caput, & maxime ad oculos, & ibi cum sint venæ multum subtiles, implentur sanguine feruenti, & feruescendo sanguis exhalat & euaporat ab oculis in aerem, quia ibi mutatur ille sanguis in vaporem, & euaporando à venis inficit vicinum aerẽ, & ille alteram partem sibi propinquam, & ille alteram, & subinde aliam quousque ad speculum pertineat. Sed dubitabis tu & merito, cur hoc idem non in viris cernitur cum eijciunt semen? non accidit, eò quia in viris etiam sanguis agitatur in coitu, & consimilis fit perturbatio, quia semen maris & fœminę est superfluitas alimenti vltimi resultans ex tertia digestione cibi, ergo cum sint eiusdem naturæ, ergo sicut menstruum inficit, & sperma viri deberet speculum inficere, verumtamen est secundum philosophum, quòd menstruum concurrit passiue, sperma verò viri actiue ad generationem, licèt aliter Galenus sentiat, & re uera ita est, quòd vir inficit speculũ sicut mulier menstruata, ergo quare nõ apparet illa macula, dicit philosophus, quòd macula latet, & causa est, quia sanguis menstrualis rubescens est, ideo vapor seruat illam qualitatem in inficiendo, semen viri album est propter vehementiam spirituum, qui habent de luminositate, sunt enim lucidi, ideo vapor persimilis est illi

visa i speculo.

visus.

imago ppria memoria excidit facile.

An visus sit virtus actiua.

Visio qũ fiat.

Mẽstruus sanguis.

semen.

est illi speculo in diaphaneitate, & sic detegitur, *quemadmodum nostrum*; declarat solutionem, quia ista macula adueniens speculo puro & nudo, inficit eum, & ratio est supra per exẽplum, quia omne corpus mundum facillime contrahit extraneum colorem, & contractum manifestat, & indicat, & cum speculum sit mundum, & facile contrahit, quia æs.i. speculum æneum, quia de illo tantum loquitur, quia tempor Aristotelis specula vitrea non erant inuenta, dicit philosophus, quòd speculum eò quòd planũ est, maxime sentit qualemcunq; tactum, exponit Albertus, & rectè, id est sentit qualemcumque tactum, hoc est, quòd manus etiam munda relinquit maculã & nubenculam in speculo, & si manus illa est munda, dicit ergo philosophus, eò quòd planum est sentit maxime, & recipit qualemcunque maculam, & eam demonstrat. Aliter exponit Themistius, sed ita non consonat literæ eius eius expositio, & dicit, quòd speculum æneum sentit qualemcumque maculam, i. qualemcumq; percussionem, quia maxime uehemẽter sonat, quia corpus planum æneum si ab aere impellatur maxime sentit, & qualiscumque percussio fit & somnus vehementer causatur, quia cum planum sit, ad omnes partes sonus æqualiter recipitur, quia illa aeris percussio æqualiter diffunditur per totum speculum, ideo vehemens sonus redditur æqualiter per omnes partes, *oportet uerò intelligere*; Secundũ dictũ philosophi est, quòd aer intercaptus inter oculos mulieris, & speculum alteratione & expressione siue abstersione, eo quia aer inficit speculum, quasi ex abstersione oculi mulieris, quia macula videtur abstergi ab oculo mulieris per ipsum aerem, cum re uera non sit, sic & etiam ex confricatione quadam, quia aer confricatur cum speculo, & cũ sit infectus vapore menstruo, inficit speculum, & hoc est, quod dicit philosophus, attractione aeria ad superficiẽ speculi causatur infectio in speculo, *hoc exeundi uerò*; Tertium dictum est, quia philosophus dixit, quòd ista macula impressa speculo nouo difficulter delebilis est à nouo, & non sic à veteri, à quo facile potest amoueri, assignat causas, quare accidit tertio in nouo, prima causa est propter planitiem, secunda propter puritatem speculi, sed quo pacto erit declarat philosophus, quia cum sit, diffunditur illa macula per omnes partes speculi, quia si non esset planum, & vna pars superemineret, præseruare videretur partem sibi propinquã ab illa imperfectione, prohibebit enim partem sibi proximam infici, sed speculum nouum planum est, ergo etc. vetus verò non planum est, quia ceciderunt, quædam particula ex vetustate, & si nõ est æqualis secundum omnes partes.i. secundũ omnem superficiem non ita recipitur in eo, ideo in plures partes diffunditur in nouo quam in antiquo.

Specula vitrea & ænea.

Corpus planum æneum.

In speculo nouo macula.

Secunda causa est propter puritatem, quia speculum est nouum & pori nulla sorde sunt repleti extrinsecè, & sic macula serpit & penetrat in profundum, vt bene exponit Albertus, in antiquo vero, quia pori sunt repleti sordilia extrinseca excludunt maculam, quia non sinit ipsum ingredi, consequenter philosophus epilogat, quòd sensus non tantum ab excellenti sensibili, sed etiam à debile patitur, & non tantum patitur, sed etiam agit.

Attestantur autem his, Philosophus nunc probat solutionem, quòd vapor nunc exiens ab oculis mulieris menstrua inficit aeris partem contiguam, & illa aliam aeris partem vicinam vsque ad speculũ, & aer interceptus inter oculos & speculum erit causa huius infectionis, & probatio sua est per experientiam, quia oleum & vinum & vnguenta recipiunt odorem infusum in his, & non tantum odorem infusum. Sed odorem corporum infusum, sed existẽs extrinsecũ eis, vel corpora illa, vt inquit Michael Ephesius sint adnata, vel non adnata, adnata corpora vt caprificus assistens iuxta doliũ vini, ibi adnata inficit vinum mediate aere, quia in aere est impressa infectio à caprifico, ex illa aer infectus inficit vinum, inficit etiam rem distantem per aerem intermedium, etiam corpora non adnata per aerem inficiunt, sicut Cloacha generat malum odorem in vino, etiam vina si sint boni & perfecti odoris, & ponatur in vase mali odoris inficit vinum illud odoriferum recens positum, & reddit male odorans, & hoc per aerem interceptum, quia immutat aerem interceptum, & ille aer immutat vinum, idcirco non est mirum quòd aer interceptus inter oculos mulieris inficit speculum cũ mulier est menstruata. Sed emergunt difficilea cum dicit philosophus quòd uisus afficit aerem proprio lumine & colore, cuntra omnis visus caret colore ut dictũ est in secundo de anima textu 67. & 71. & 81. & tertio de anima text. 4. quòd omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti oculus recipit omnes colores, ideo debet etiam ab eis esse denudatus, & Auer. tertio collig. reprehendit Galenũ, quomodo ergo dicit quòd visus habet colorem, secundo philosophus non soluit dubitationem, quia propter mulierem inficiatur speculum, non soluit propter hoc dubium, quia contradictio stat in suo robore, verum. s. uirtus sit actiua. i. visio ipsa. De prima quando dicis esse falsum oculos habere colores, dico quòd in oculis sunt multæ partes, & principalis pars vbi visio fit est humor glatialis, quia participat aliqua diaphaneitate, & ista para caret lumine, sunt & aliæ circunstantes quæ adiuuant ad visionem, & tunc dico, quoad partes circunstantes habet colorem, uel dicamus quòd oculus habet lucem per accidens ex natura spiritus visiui, qui sunt lucidi, & non sic ex natura sui habet lumen. De secundo cum dicis, quòd non soluit, quia dubitatio adhuc remanet. Ego responderem sic quòd visua, scilicet ut ad uisionem concurrit est virtus passiua. Sed aliomodo est actiua per accidens, quia propter vapores exhalantes ab oculis, vt patet de basilisco quasi quatenus aliqui corpus euaporans ab oculis petit aerem interceptum & illo mediante agit.

Oculi an habeāt colores & lumen.

Visiua virtus an sit actiua.

Lectio

Lectio XVIII.

EADEM verò; Omissa digressione cum visus sit potentia passiua, & actiua, aggreditur dicere philosophus, quomodo fiat somnium, & primo præmittit tria supposita, primum iam paulo supra dictum est. s. quòd recedente sensibili à sensu, remanet eius species ibi aliquantulo tempore impressa in eius organo, secundum suppositum, quòd in perturbationibus animæ & corporis fiunt multæ deceptiones, & in somno, & in vigilia, & probãdo philosophus exemplificat primo de timidis à natura, qui ex hac naturali inclinatione cito decipiuntur in sensu ex minima similitudine, quòd si quis videat hominem armatũ à longe, etiam si sit amicus palescit subito, & decipitur, quia credit esse inimicum, & tremit, & si quis sit amator videns à lõge aliquam formosam mulierem, credit esse suam amicam, decipitur tamẽ iratus propter choleram fallitur, vt de febrientibus philosophus affirmat, & subdit quòd aliquando febrientes non corrigunt terrorem, scilicet uidendo linismenta in pariete iudicant esse angues, & propter hoc vehementes vapores ascendentes ad caput, aliquo verò modo corrigunt errores suos, cum febris medioris est, iudicat verè, quia mens non ægrotat, quia sunt duæ virtutes iudicatiuæ, vna est mens, altera est sensus, & vna virtus potest corrigere errorem alterius, quia si esset vna, non posset corrigere errores, exemplum de sole per visum nostrum apprehẽdimus ipsum esse pedalem, ita intellectus corrigit errorem sensus, imò vnus sensus corrigit errorem alterius, vt si duo digiti sunt cancellati super vnum lapillum, tunc tactus iudicat illum esse duo, sed visus qui est nobilior tactu iudicat & discernit, quòd est vnus lapillus, & non duo, & generaliter loquendo non tantum motio sensus à sensibili est causa erroris sensus, sed etiam motio sensus in se ipso, vt in his qui naui vehuntur, moto visu iudicant turres moueri, quia visus tali modo mouetur in se ipso, quali motu motus aspiceret aliqđ sensibile existens in motu, hic ergo dicit philosophus, ꝙ isti propter aliquam naturalem passionem iudicant, & decipiuntur modica similitudine: & hoc est scd'm suppositum. Sed dices, quæ causa huius problematis, quòd si tangamus digitis cancellatis granum, apparebũt duo grana? De secundo verò, quomodo visus in naui mouetur in se ipso, ac si immutaretur à sensibili motu. Tertio præfert philosophus iudicium visus ipsi tactui, cum tactus iudicat lapillum esse duo, & visus tunc corrigit errorem tactus iudicando verè esse unum, ergo visus erit perfectior tactu, cum tactus sit fundamentum omnium sensuum, vt in passione domini tactus tantum sensit, & falsum est visum esse digniorem tactu, quia si aliqua virga est in aqua cũ vna medietate, & alia medietas extra aquã, iudicabit visus medietatem in aqua esse fractam, & ita tactus corrigit, ergo visus non est certior. De primo problemate dico, quòd hæc est causa, quia cũ vnus digitus supponitur, alteri nerui contorquentur, & vnus magis contorquetur altero, & per illos neruos causantur species, quæ deferuntur ad sensum cõmunem, & ambo digiti imprimũt species suas, & spẽs vnius nerui citius defertur ad sensum communem, ꝙ altera, quia non omnes immutant sensum in vno tẽpore, & cum vna defertur ad sensum communem, tũc res videntur duæ, sicut supra dictũ est de digito supposito ipsi oculo, quia eleuat ipsum à suo situ naturali, iudicat tunc vnum obiectum esse duo, quia vna imago defertur per vtrumque oculum ad sensum cõmunem. De secundo problemate, quomodo in se ipso mouetur oculus, vt si esset immutatus à sensibili existente in motu, dico, quòd visus iudicat aliqua moueri, quia species obiecti continue imprimuntur in diuersa organi parte, puta in diuersa parte visus visio causatur a visibili, ideo iudicat visibile stans moueri. Nam si in eadem organi parte res imprimeretur, non iudicaret rem morari, & ideo quia modo in vna parte, modo in alia imprimuntur, oculus in naui iudicat terram & arbores moueri per diuersas imagines ĩ diuersis partibus organi diuersis temporibus impressas, sic dico, quòd turris propter hoc videtur moueri oculo exigente in mari, quia turris in diuersa organi parte imprimit speciem suam, & iudicat illam moueri, & si obiectum moueretur, causaret impressionem in diuersa organi parte, & iudicamus hunc esse obiectum in motione. De tertio, cum dicis, ꝙ philosophus præfert visum tactui, dico, quòd aliquãdo visus præfertur tactui, & aliquando visui, non.n. semper visus præfertur tactui, tactus enim tangendo lignum in aqua corrigit illud, & in illo casu tactus dignior est visu. De digitis cancellatis dico, quòd visus est dignior tactu, quia plures visus rei deferentes demonstrat, etc.

Perturbationes animæ & corporis.

Sẽsus qñ falluntur.

Iudicãdi facultas.

Visus & tactus.

Res vna cur duæ appareãt.

Tactus & visus.

Ex his itaque manifestum; Consequenter philosophus ponit tertium suppositum, scilicet quòd aliquãdo decipiuntur sensus ex perturbatione sua, & sensus decipitur, quia impressio fit in sensu, & hoc in homine sano, & perturbato, decipitur inquam ira, uel timore, & tunc imagines reseruatæ in somno mouent sensum communem, siue imagines sint cum veritate, & in sensu sine perturbatione, siue sint sine veritate, & tunc imagines, quæ per sensum veniunt, perturbãt & commouent sensum communem in somno, imò plus commouent in somno quàm in vigilia, et hoc suppositum habet duas partes, prima, imagines sensibiles remanent in sensu exteriore, immoto obiecto, et à fortiori remanent in sensu communi, probatur, quia si exterior reseruat imagines, tanto magis sensus communis, ergo sensus communis per illas potest moueri, ꝓbatur superius quòd ab omnibus sensibus seruantur imagines sensibilium aliquantulo tẽpore. Secunda pars, imagines istæ magis mouent sensum communem in somno, quàm in vigilia, probat philosophus, quia imagines in vigilia impediuntur in sensibus interioribus propter impedimentum causatum ab extrinsecis sensibus, quia motus vehemens factus à sensibus exterioribus ad sensus exteriores occultat aut remittit motum debiliorem imaginum in sensu interiori, quia fulgor parui ignis occultatur

Sensus falli.

cultatur à magno iuxta posito, etiam vehementior passio virtutis sensitiuæ occultat debiliorem appetitum alterius sensus, & sensationem alterius sensus debiliorem, sed sic est, quòd motus in vigilia est vehementior motu imaginum in somno, scilicet in sensu communi, ergo motus in sensu communi aut occultatur, aut remittitur, patet tertio, quia motus sensus exterioris est vehementior, ergo motus sensibilis exterioris est vehementior ad sensum communem, quàm motus sensus communis ad se ipsum, quia sonus mouendo auditum mouet sensum communem, & ille motus in somno est vehementior, quando verò remittitur sonus sensuum exteriorum, quia exteriores in somno sunt ligati, & calor reuocatus ad interiora, & cum calor defertur, deferuntur species sensibiles ad cor, & tunc apparet hæc motio in somno, post hoc, sedatus ille vehemens motus in vigilia, ideo in somno mouent, quod etiam Auerr. in de somno & vigilia dicit, quod cognitiua vigoratur apud quietem aliorum sensuum, & sic suppositum patet, quod imagines sensibilium mouent sensum communem in somno & vigilia, & magis in somno quam in vigilia. Sed accidit dubitatio, quia dicit philosophus, quod in somno imagines sensibilium, quia quiescunt sensus exteriores reuocato calore ab exteriori ad interiora cum calore & spiritu, deferuntur imagines ab organis sensuum exteriorum ad cor, si ergo ab organis sensuum exteriorum deferûtur istæ imagines ad cor, ergo organa illa reseruant imagines in absentia sensibilium, sequitur, quòd in illis organis erit memoria, & sic memoria non in corde erit, sed in cerebro locabitur, eò quia isti exteriores sensus sunt in capite, Domini mei, propter hoc aliqui non sunt veriti asserere memoriam esse in cerebro, sed hoc non potest stare, quia nos diximus in de memoria & reminiscêtia, quòd memoria est vna virtus cognitiua, aut ergo erit eodem subiecto cum sensu communi, aut cum phantasia, sed omnes istæ virtutes sunt in corde, ergo & memoria, quia apud philosophum non ponitur aliqua virtus cognitiua in cerebro, non est ergo verum, quòd virtus sit in cerebro, & cognitio eius sit in corde, & sint omnino subiecto eadem. Dicendum, quòd hic erat sensus Aristot, quod est quo imagines sensibilium reseruantur in sensu exteriori aliquantulo tempore, & cum quiescunt, incipit somnus, & retrahûtur calor & spiritus, & cum in corde & spiritu erant affixæ illæ imagines, in exterioribus organis, ideo retracto spiritu retrahuntur imagines sensibilium ad cor, non ergo est intellihendum, vt Suessanus asserit, quòd simpliciter in organis sensuû exteriorum seruentur, sed quòd aliquanto, & minimo tempore ibi remanserint in absentia suorum subiectorum. etc. *oportet autem accipere ut modicas;* ex ergo declarat philosophus, quomodo fiât insomnia, & declarat quatuor differentias somnij, primo dicit, quòd aliquando somnium perdurat in persimili figura usque ad exitum, quãdoque verò somnium somno intercipitur, & permutatur in aliam figuram, & si habemus, quòd aliquãdo vnû somnium permutatur in aliud, secundo, somnium totaliter intercipitur, aliquã sunt somnia intrinseca & monstruosa, & aliquando sunt somnia grata & quieta, & hoc est secûdum: tertio, aliquando somnium est cum deceptione, quia iudicat se verè videre viriditatê prati, est & istud somnium verû, est aliquando non vere somnium, quia re uera nos non videmus Socratem, sed iudicamus, quod sit idolum Socratis, & illa visio potius est dicenda. Quarto, aliquando per somnium consentimus errori sensuum exteriorum, secus in vigilia, aliquando contradicimus errori sensuum, cum iudicamus solem non esse pedalem, secus etiam in vigilia iudicamus, & per virtutem superiorem assentimus esse maiorem tota terra, aliquando per digitos cancellatos iudicamus lapillum esse duo, sicut etiam in somniis, quòd aliquãdo etiam corrigit errorem, sicut in vigilia, aliquando consentit errori sensuum exteriorum, sicut in vigilia, & de sole dictum est, quia in vigilia nobis apparet solem esse pedatum, dicit philosophus, quod omnium istorum somniorum causa eadem est, quòd diuersa commotio spiritus & caloris est causa omniû istorum somniorum. De primo dicit philosophus, quòd somnium perdurat aliquando in persimili figura, & causa est, quia calor & spiritus à corde ascêdunt ad cerebrum, & ibi cum refrigerantur, descendunt iterum ad cor, et motu consimili, et vniformi continuatur vsque ad cor, tunc quia imagines deferuntur ad cor cum spiritu et calore in illo motu vniformi, tunc quia perdurat consimilis motus, perdurat etiam per similê somnium, quia verò motus caloris et spiritus intercipiuntur, intercipitur etiam somnium, eò quia se obuiant, forte quia aliqua corpora et spiritus ascendentes et descendentes, et cum ille motus non perdurat, nô potest perdurare somnium, patet tertio, quia perduratio motus sanguinis vniformis facit perdurationem somniorum, et si interrumpitur motus, interrumpuntur somnia, quia tunc vna imago in aliam transfertur, exêplum ponit philosophus de aqua currente, cum proijcitur in ea lapis, causantur circuli aquei ex illa lapidis proiectione, et si illi circuli in eorum latitudine obuiarunt alicui obstaculo, puta frustulo ligneo, nô perdurant illę circulationes, sed permutantur in contrarias circulationes propter illud impedimentum, sic ego dico de somnio, quòd cû calor et spiritus in motu eorû sunt continuum vsque ad cor, tunc somnia perdurât in eadem similitudine, si uerò inueniant obstaculum, tunc permutantur de vna in aliam, vt de vortice in fumo permutatur in aliam figuram propter impediens, sed est aduertendum pro intelligentia dictorum, quòd calor et spiritus sunt delatores imaginû à capite, hoc est ab organis ad cor, aliquando fuit totaliter interceptum somnium: et causa est, quia motio sanguinis et spiritus si fuerit multum vehemens et fortior, nullum penitus fit somnium, vt in principio somni, quia tunc multi vapores ascendunt à corde ad cerebrum, et occultantur penitus imagines, et non fit somnium, et propter hoc est in pueris non fit somnium propter vehementem sanguinis commotionem, et propter multos vapores, et præcipue in prima ætate usq; ad annos quinque, quia tunc abundant multæ humiditates,

Memoriæ locus.

Somnij causa intercetionis.

Imaginû vehiculû.

Pueri cur non somniant.

tates, si verò motus sanguinis & spiritus sanguinis fuerit temissior, & pauca perturbatio fit somniū, sed confusum, quia tunc imagines apparent distortæ, & monstruosæ, exemplum clarum est, cum tu prospicis faciem tuam in aqua, cum aqua est stans & quieta, facies tua apparet ita vere sicut est in te, si verò paululum aqua moueatur, apparet facies, & membra cętera distorta & turbulenta, si verò aqua commoueatur vehementer, tūc nulla imago apparet, aliquando verò somnia sunt grata, & causa est, quia cum spiritus & sanguis quiescūt ab illa cogitatione. s. facta digestione, quia cessat illa ebullitio, tunc somnium est gratū, exemplum iam est allatum de aqua, si vehemēter agitetur, nullam prorsus videbis imaginem, si parū agitatur, videbis imaginem distortam, si verò aqua sit quieta sine vllo motu, tunc imago apparet vera, sic si fuerit vehemens decursio sanguinis ad cor, tunc nullum fit somnium, si mediocris fuerit motus sanguinis, imagines erunt distortæ, & cum omnia quiescūt, somnia sunt pura & grata, quia idola apparent grata & pura, & non distorta, sed bene placida, & nō monstruosa, vt melancholicis & ebriis, propter magnum gnum motum vaporis & flatus, & humiditatis, cū ipsi flatulenti à philosopho appelleutur, & hoc de ista lectione.

Virgi. locus, cum placidum staret mare in littore me vidi.

Somnia grata.

Lectio XIX.

PRopterea verò; Alia litera, *propterea quidem*; habet. Declarauit philosophus causam eorum, quæ accidunt in somnio, & dixit, quòd erant quatuor problemata, & soluit duo, primum problema fuit, cur est, quòd aliquando somnium perdurat sub simili figura, & aliquando permutantur figuræ vna in aliam, & causa erat vniformis motus spirituū & sanguinis à cerebro ad cor descendentis, cum verò erat aliquod obuium ipsi spiritui in descensu, perturbatur motus, & tunc somnij imagines perturbantur, & permutatnt vna in aliam: secundū problema fuit, cur est, quòd aliquando somnium totaliter intercipitur, aliquando fit mōstrificum & terrificum, & aliquando fiunt somnia quieta, & causa fuit vehemēs motio sanguinis & spiritus, et illa motio si sit violenta, nullum fiet somnium, vt in principio somni, si fuerit motio parua, apparēt in somnio distorta, et hoc percipitur in pueris propter multam euaporationem, et in febrientibus, et in melancholicis, in quibus cōtinue vapor humiditatis melancholicæ multiplicatur. Tertiū problema, cur est, quòd aliquando per somnium decipimur, quòd iudicamus ea quæ non videmus, quòd videamus ipsa, et quòd iudicamus audire aliquid, quod nunquam audiuimus, quandoque verò decipimur, sed iudicamus per somnium, quòd non videamus Socratem, sed eius idolum, et hoc est somnium secundū quid, primum verū dicitur somnium simpliciter, soluit ibi philosophus, *quia causatur uisus*; vbi dicit, quòd cū eadem est, scilicet idem vapor. s. quando sedatus spiritus, et motio sanguinis, sedatur motus, non fit illa perturbatio, sed sensus communis tantum aggrauatur multo vapore descendēte à cerebro ad cor leui motu, et tunc sensus communis in corde existens illuditur, et iudicat se uidere quæ non uidet per imagines receptas à uisu delatas ab organis exterioribus ad cor, cum verò sensus communis non aggrauatur, neque repletur tanta multitudine vaporum, tunc est magis solutus, et iudicat, quòd re uera non videt Socratem sed bene idolum eius, et tunc iudicat se falli, quia tunc idola repræsentant vt idola, non vt obiecta, quia tunc distinguit imaginem ab obiecto, et nō iudicat vnum esse aliud, et hoc est apud me difficillimum, scilicet quomodo fiat illa deceptio, quòd putet se videre Socratem, cum re uera non sit, quia aut imago Socratis non repræsentat se vt Socrates, et quomodo actus sensus communis iudicat?. quòd sit actus uisus, primum non potest fieri, quia sensus cōmunis cum sit actus suus, nō potest decipi in actibus suis, sed tu dices, quare non fit ista deceptio ita in uigilia, quia motus sensus exterioris est fortior. Certè hæc ratio non ualet, quia iste non sunt distinctæ motiones, sed illa est una motio, patet, quia res non mouet sensum nisi per imagines, et cū ista motio sit naturalis, quia ista idola non mouent sic in uigilia, sicut mouent in somno. Quartum problema ponit ibi, *omnino enim quòd*; et dicit, cur est, quòd sic in uigilia decipimur, quia putamus, quòd terra quiescens moueatur, et quòd sol sit pedalis, quandoque non decipimur, eò quòd una uirtus corrigit errorem alterius, sic et accidit in somno, quòd iudicamus in somno, quòd sol sit pedalis, licèt ostendatur per uisum solem esse pedalem, quandoque tamen corrigitur, et tūc dicit philosophus resistēdo, quia sicut in uigilia illud quod offertur sensui communi per sensum exteriorem, iudicat communis sensus, ita iudicat de illis imaginibus in somno, quia imago solis pedalis defertur per sensum exteriorem ad sensum communem, et quia fallitur in uigilia, ita fallitur et in somno. Et in uigilia aliquando insurgit uirtus superior corrigendo illum errorem. s. intellectus, sic ergo accidit in somnio, quia uirtus superior insurgens demonstrat in somnio illū errorem, aut phantasia, aut intellectus, dicens solem maiorem tota terra, tamen aliquando sensus errat, quando uirtus superior nō insurgit. Sed tu dices, cur est, quòd aliquando insurgit ista uirtus, et aliquando non. s. ista uirtus superior. Responsio est, quia quando maior est copia uaporis descendentis ad cor, tunc non corrigit, quando uerò non tanta copia uaporis descendentis, tunc illa uirtus superior insurgit corrigendo errorem sensus communis, *quemadmodum uerò diximus*; declarat hic philosophus aliam causam istorum problematū. s. cur est, quòd una imago prius offertur, quàm alia, quia imagines etiam affixæ spiritibus, et ordine quo spiritus et sanguis ad cor deferuntur, deferuntur et imagines. Vult declarare, quòd eadem causa est deceptio, quæ accidit circa sensus, et in somnio et in uigilia, primo dicit, quòd eædem deceptiones quę contingunt in somno et in uigilia, cōtingunt, uel contingunt ex passione appetitus sensitiui, ut ira uel timor, ut si uiderit hominem armatum, fugit, aliquando ex ægritudine decipitur putans febriens,

Imagines distortæ.

somnia falsa.

sēsus corrigitur.

brieus, quòd lineæ in pariete sint animalia. Dicit ergo philosophus, quòd eadem est deceptio, siue contingat ex parte appetitus sensitiui, sic est in somno, quia homo timens pôt somniare magnitudines, quæ hominem armatum repræsentant, & tunc timet, & tunc non est inimicus, & probat philosophus, quòd ita sit in somno sicut in vigilia, quia in somno spiritus & sanguis descendunt ad cor, & descendendo, deferunt secum imagines ad cor, quæ erant impressæ in spiritibus in sensu communi, & eodem modo, & ordine, quo erunt affixæ in sensu communi à sensibus exterioribus, eo ordine deferũtur ad cor in ipso sensu communi, scilicet in corde existente, & sicut in vigilia facta fuit deceptio, sic & in somno, & duo philosophus declarat, primũ, cur plus mouet imago leonis, quàm hominis, vbi est iste ordo, & quia est iste ordo, dicit philosophus, quòd istæ imagines habent ordinem, quia quædam sunt in actu, quæ actu mouent sensum communem, & istæ imagines affixæ spiritibus & sanguini petunt cor, & tangunt sensum cõmunem, & sunt in actu, quędam sunt in potentia, & hoc aut in potentia propinqua, aut remota, aut remotissima, in potentia propinqua sunt, quando prior imago transiuit per sensum cõem, alius spiritus vult subingredi, & sic est in potentia propinqua, in potentia verò remota, quando post sequitur alius spiritus cũ magnitudine, nunc est in potentia remota, cum verò illæ magnitudines affixæ spiritibus sunt remotæ à corde quasi propinquæ cerebro, illæ in potentia remotissima mouent, sic ergo imagines actu in corde mouent, propinquæ verò cordi potentia propinqua mouent, quæ sunt intermediæ inter cor & cerebrũ, sunt mouentes potentia remota, quæ verò propè cerebrum mouent, mouent in potentia remotissima, adeo quòd tota causa ad ordinem spirituum refertur. Exemplum exponit Albertus, & D. Thom. quòd sicut sal quando proijcitur in aqua, in aqua calida iterum insurgit per eosdem globos, & sic factus sal petit profundũ vasis, & illæ ampullæ salis postea petunt superficiem, & quæ prior, actu mouet, sequens verò ad primam potentia propinqua mouet, & tertia potentia remota, & quarta potẽtia remotissima mouet, & ita latini exponunt & male, sed non miremini latinos, quia expositiones eorum permultis in rebus eruuntur ab eorum intellectibus, melius uerò græci, qui habent cognominationes & scientias ab eorum maioribus intellectas, quibus fides in totũ est adhibenda. Clarius & planius Themist. & Michael Ephesius, quòd exemplum philosophi est tale, quòd aliquis fingat se fecisse aliquas ranulas ex ligno, & vnam alteri superponat, & sic sint octo ranæ superpositę vni ligno, & ponatur lignum in fundo vasis; & postea vas circum circa salc vsq; ad summum uasis, tunc nõ apparet nisi suprema, & ista actu videtur mouere, & secunda quæ est iuxta primam mouet potẽtia propinqua, & tertia potentia remota, aliæ subsequentes potentia remotissima mouent, & sic quæ sunt in fundo potentia remotissima, quæ sunt in medio potẽtia remota, quæ est post primam potentia propinqua, quæ est prima, actu mouet, & infundatur postea aqua calida, & tunc sal incipit paulatim liquescere, & decrescit sal, & ranæ, & rana potentia propinqua mouẽs mouet actu, & sic de singulis vsque ad fundum quæ mouebant remotissime mouebant, postea actu, exẽplum certe est satis ad propositum, ita est de imaginibus, quia aliqua est cordi proqinqua tangens ipsum, aliqua post istam quæ magis accedit ante alias, postea sequuntur tertia & quarta, & sicut prima actu mouet, ita secunda potentia propinqua actu mouet, & tertia potentia remota, & quarta potentia remotissima, & sic est successiua ista deceptio, quia spiritus in corde ad intra actu mouet, & sic de sequentibus similiter dicatur, & hæc est causa, quare citissima fiat transmissio, seu permutatio vnius somnij ad aliud somnium, quia cum spiritus inuicem vnus post alium succedat, quia spiritus deferens imaginẽ leonis totaliter subingreditur cor, succedit alius deferẽs imaginem equi, & sensus communis successiue immutatur ab imagine equi, & sic somnium permutatur in aliud, & sic vna imago uidetur permutari in aliam, sicut in nubibus apparent diuersæ imagines figuratæ, vna dicitur esse imago tauri, postea mutatur in aliam motu suo, puta equi, & hoc est primum dictum: secundum dictum est, quòd si istæ imagines sensibilium, quæ se offerunt in somnio, sunt reliquiæ sensibilium in actu exteriori, id est impressiones derelictæ in sensu exteriori in sensu communi impressę, id est, quòd imago quæ in somno apparet, est reliquia sensus in actu, vult dicere, quòd impressio derelicta in sensu communi à sensibus exterioribus, & subdit philosophus, quòd aliquando sensus communis iudicat se videre imagines leonis, non autem obiectum, aliquando iudicat se uidere leonem non iudicando esse eam imaginem.

Margin notes: Imagines cur quædã magis mouent. — Nubium figuræ.

Lectio XX.

Margin note: Somnia vera & falsa

CVM autem sentiebat nõ dicebat, etc. Dicebat philosophus, quòd somnia fiunt à spiritu & sanguine tendentibus ad cor, cum quo spiritu deferuntur imagines, & ex variatione illarum imaginum fiunt varia somnia, nunc vult declarare causam, quare aliqñ decipimur, aliquando nõ circa istas imagines. Dicit philosophus, quòd sensus communis aliquando grauescit à multo sanguine, & vapore, & non iudicat se somniare, sed iudicat simulachrum corisci esse corisci, & sic decipitur, quandoq; uerò non grauatur tanto sanguine, et aduertit se somniare, et tunc iudicat: quod simulachrum corisci non est coriscus, sed eius imago, exẽplum, si quis supponat digitum oculo, oculus eleuatur à suo naturali situ, res tunc apparebit geminata, et tunc potest esse, quòd homo decipiatur, et quòd non, si non aduertit digitum oculo esse suppositum, iudicat se rem geminatã uidere, si uerò aduertit, quòd supposuit digitum oculo, uidebit, quòd re uisa est geminata, non enim putabit esse geminatam: exemplum, quòd exemplo ualet, et exemplum debet intelligi si lateret sibi, iudicaret Do. Michael esse

esse ita, vt videret, & sic dico de corisco, cum nō aduertit, fallitur, quòd sit coriscus, quū verò considerat, scilicet cum est pauca quātitas sanguinis in sensu cōmuni, non fallitur, ꝙ sit coriscus, dicit philosophus esse, ꝙ causa deceptionis est, ꝙ sensus communis nō distinguit simulachrum ab obiecto, *quòd autem vera dicamus*; reuertit philosophus ad corroborandū, ꝙ quæ apparent in somnio, sint simulachra reseruata, & ipsa repræsentant se ipsa vt obiecto, & probat experimento, si quis somniauit, & expergefactus est, apparent in oculis simulachra, quæ in somnio apparebant, hoc accidit in pueris plurimū, qui exciti à somno habent imagines in sensu visus, & tunc pueri tegunt eorum facies propter timorem, vt dicit philosophus, & aliquando timent, quia sunt imagines mōstriferæ, ideo dicit philosophus, *apertis oculis in tenebris*; quia si essent in luce illa simulachra, non mouerent sensum visus, quia lux magis moueret sensum visus, quàm imagines, & ideo ista non apparent nisi in nocte, & ista reseruatio simulachrorum sit in memoria, quia in luce occultantur, & sic manifeste patet ꝙ somnium fit per simulachra reseruata in memoria. Sed dices, ergo sequitur, ꝙ sēsus exterior potest operari sine præsentia obiecti, cuius oppositum ij. de aīa probatū est, si modo per imagines reseruatas in memoria venientes ad sensum communem & ad oculum potest uidere, & propter hoc dicit Auer. ꝙ aliqui vident Dæmones & angelos, quia imagines reseruantur in memoria, quia aliàs vidisse putantes vigorantur in memoria, & multiplicantur species eius vltra vsq; ad oculum, & tunc uidetur, quòd videat illum ante oculos, & ita debemus dicere de imaginibus, quæ apparerent Bruto & Cassio propter imagines prius impressas in memoria reseruatas, quę fuerunt repręsentatæ. Secundo & fortius, quia periret tota philosophia, ꝙ nunquam erimus certi de aliqua certitudine & notitia, quia notitia aut erit sensitiua, aut intellectiua, quia intellectus mendicat notitiam à sensu interiori, & interior ab exteriori, & tunc dubitabis, an hæc cognitio sit per species reseruatas in memoria, an per imagines præsentes, & sic non erimus certi vnquam de antiqua cognitione. De primo dicatis, quòd duplex est ordo immutandi; alter secundū naturam à sensibus exterioribus, & sic loquitur philosophus in ij. de anima, quæ fit per species obiectorū, alia est pręter naturam, & hæc fit aliquando per imagines reseruatas in memoria in præsentia obiecti, & sic dicit Auer. 38. & 31. colliget. cap. xx. quando dicis, ꝙ non erit certitudo, neq; intellectus, quia pēdet à sensu interiori, neq; erit certitudo sensus interioris, quia ab exteriori dependet, dico, ꝙ nos certificamur alio sensu, quàm sensu visus, & exteriori certificamur, sed alia virtute, sed replicabis contra, quòd non est alius sensus, qui percepit albedinem, nisi exterior, puta visus, dico, ꝙ scimus discursu quodam per intellectum discurrendo, quia sensus est dispositio, & membrum, & obiectum est in debita distantia, tu dices cōtra, intellectus non est certus de hoc. Domini mei vos videtis, forsan nos non scimus nisi per coniecturam, ideo forte dicebant academici, ꝙ nulla erat certitudo in rebus humanis, & hoc etiam dicit Augusti. in libro de confessione. Sed cur in pueris, dicit philosophus, quòd habent imagines in sensu visus, dico, quòd forte philosophus dixit propter nouitatem rei, pueri noui in mundo existentes magis sunt attenti, & per consequens magis conseruāt simulachra in ipsis, *ex his itaque uniuersis*; nunc philosophus colligit vltimo somnij definitiones, dices, quòd est phantasma in somnio ex commotis sensibilium imaginibus in somnio, qua somnium est, ponit primo philosophus in hac diffinitione, visio, seu apparitio, loco generis, quia somnium est apparitio, & non èconera, quia apparitio, quæ fit in vigilia, non est somnium, dixit postea in somnio, vt excluderet apparitiones, quæ fiunt in vigilia, vnde ly in somno stat loco differentiæ, vt dixit de pueris vigilantibus, qui iudicant depictas lineas in pariete esse angues, & tamen non sunt, hæc enim apparitio non est somnium ex commotis sensibilium imaginibus, quia si fieret apparitio ab extrinseco, & non ex illis imaginibus, non esset somnium. Dico, quòd ex imaginibus ad intus reseruatis, exemplum, si quis imperfecte dormit lucerna lucente, videt lumen ipsius lucernæ, & etiam audit aliquando strepitum canis, hęc apparitio non est somnium, quia facit ab extrinseco, & non ab imagine commota in sensibus interioribus & ab extrinseco, probat philosophus, quòd fiant à sensibilibus extrinsecis, quia si statim pueri excitātur à somno, vident illud lumen quod uidebant in somno, etiam percipiunt sonum & strepitum canis, quia isti non simpliciter, sed secundum quid dormiunt, & secundum quid uigilant, sed vtrumq; agunt, et quòd non simpliciter vigilāt, patet, quia exciti à somno aliquando non recordantur somnij, neque etiam simpliciter dormiunt, quia aliquando respondent interrogatis, ideo non est mirum, si mouentur ab extra sensibilibus, tunc posset d. ci, quòd isti dormiunt, eò quia habent oculos clausos. Themistius respondet, quòd non simpliciter dormiunt, sed secundum quid, tertio philosophus addit, quòd somnium est apparitio, quæ fit in somno, ut somnus est. s. in somno perfecto, quia quis aliquando iudicat, quòd somno decipitur, et tūc non verè dormit, vocatur namque somnium secundum quid quia iudicat vt vigilans, ideo bene philosophus addit illam particulam in eo, quòd dormit, vt hic hæc definitio recta, somnium est phantasma ex motis simulachris, quòd fit in dormiendo in eo, qui dormit, quasi dicat, est apparitio, quæ fit in somno, vt somnus est. Data definitione somnij philosophus declarat ibi, *prima verò quibusdam accidit*; et soluit problema, propter quid homines quidam somniauerunt in toto tempore vitæ suæ, et hoc enim est rarū, et aliqui nunquam somniauerūt, nisi in senectute, quę est causa? Respondet philosophus, quòd eadem est causa, qua diximus pueros somniare, et qua diximus quòd in principio nō somniant, ideo dicimus, quòd somnia mane sunt clariora, vt dicit Themistius, causa ergo est, quòd illi homines qui nunquam somniarunt, se habēt sicut pueri, quibus multus vapor ascēdit ad cerebrum ex nutrimento, et ibi frigefactus, et conden-

Somniū.

Demones visi.

Notitia duplex.

Scientia.

Somniū.

Somniarunt aliqui nunquam.

Somnia matutina

condensatus tanto impetu descendit, quòd confundit imagines, quæ non possunt videri, sicut in aqua vehementer commota non videtur imago tua, sicut sæpe sum expertus, cum essem puer, in cisternis & fontibus, & sic isti nunquam somniant, quia semper sic manent, qui verò in somnio somniant, permutatur eorum complexio: quia mutantur complexiones per calores & humiditates, & quia tunc sunt inquieti, non enim tanta copia vaporum ascendit, & non fit tanta commotio spirituum & sanguinis, & imagines non sic confunduntur.

Lectio XXI.

SEQVVNTVR modo difficultates & dubitationes super capit. de somnio, vbi sunt infinitæ difficultates, & difficillimæ, ideo si vobis satisfecero, gratias agatis Deo, si non sat est vos attentos facere ostendens locos, adeo vt possitis etiam vos super eas cogitare. Prima ergo dubitatio est, cuius nam potentiæ animæ somnium sit potentia. Secunda dubitatio de causis eius & accidentibus. Tertia erit de diffinitione somnij. Dubitatur primo, nunquid somnium sit potentia solius sensus, & videtur quòd non, quia in somno accidunt veræ intelligentiæ, veræ intelligentiæ non sunt nisi partis intellectiuæ, ergo somnium erit potentię intellectus.

Secundo sic, de somno, qui fit per diuinationem fit ab angelis, intelligentia non operatur nisi circa res vniuersales, cum sint substantiæ abstractæ, & cum sint formæ vniuersales non possunt signate operari, sed vniuersaliter, & ista operatio non potest recipi nisi in intellectu, ergo etc. & probatur, quia intellectus est quid vniuersale, & modus operandi operatur modo essendi etc. Ex opposito est philosophus, quòd est passio, non intellectus, neque sensus exterioris, sed interioris: et probat philosophus, quòd non est intellectus, quia somnium inest brutis, quibus intellectus non inest, neque sensus exterioris, quia illi ligantur in somno, ergo erit sensus interioris, quia eiusdem potentiæ animæ somnium est passio, cuius est somnus, sed somnus est passio primi sensitiui, quod est sensus communis, ergo somnium est passio sensus communis. Sed hic oritur dubitatio, nunquid intellectus potest operari & si sic, an illa operatio possit dici somnium. De primo videtur, quòd sic, quia somnium fit per species reseruatas in phantasia: quæ mouent sensum communem, & sicut mouent sensum cōem, ita mouent & intelle-

Intellectus an operatur in sōno.

ctū, & philosophus cōprobat experiētia, quia in somno quis expertus componere & diuidere, & colligere in conceptibus vniuersalibus, etiam hæc operatio non est nisi intellectus, ergo intellectus in somno operatur. Ex opposito est philosophus, quòd somnium est passio sensus & non intellectus. Scotus verò dicit, quòd hæc propositio intelligens vigilat, est per se nota. Sed est mihi dubitatio, dubito, & multum dubitaui sæpe ac sæpius in illa positione, tamen ego dico, sicut credo, quòd duplex sit somnus simpliciter & secundum quid, simpliciter est, vbi est perfectum vinculum sensuum exteriorum & interiorum, qui procedit ex multa copia nutrimenti euaporantis, & petentis sursum, & in tali somno non operatur intellectus, ex dicto philosophi, quòd cogitatio accidens in somno non est iudicium, & illud non est somnium neque visio, quia tunc etc. Credo tamen, quòd in somno simpliciter intellectus non operatur, in somno verò secundum quid potest operari, & sic phantasmata sicut mouent sensum, ita & aliquando intellectum, ergo tunc operatur intellectus, & tunc syllogizat, et syllogizare potest in terminis vniuersalibus, et tunc partim dormit, et partim vigilat, tu probas, quòd ī somno simpliciter imagines mouent sensum communē, ergo et intellectum, ergo intellectus tunc operatur.

Somnus duplex.

Dico, quòd licèt imagines moueāt sensum communem, non propter hoc mouent intellectum, nisi quādo cognitiua vtitur discretione inter accidentia propria vt albedinem, et nigredinem, distinguendo intentiones à speciebus, à phantasmatibus, et ab obiecto accidentibus, et tunc intentiones illę mouent intellectum, in somno vero non potest fieri discretio illa, cum sint ligati sensus, et sic non potest fieri operatio ista intellectus in somno simpliciter, sed bene in somno secundum quid potest operari vt superius dictum est, quia tunc non est somnus simpliciter, id est somnus vt somnus, et sic ego non assentio Scoto. Sed nunquid illa operatio debeat dici somnium, videtur quòd sic ex definitione somnij, scilicet somnium est visio facta, siue operatio ex phantasmate reseruato, ista est huiusmodi, ergo etc. hoc patet, quia visio cum deceptione facta in somno est vere somnium, sed ex alio latere philosophus dixit, quòd iudicium quo iudicat se non videre coriscum, sed idolum eius, scilicet cum percipit se decipi in somno, non est somnium: quia somnium est passio sensus, et non partis rationalis: tu dices, quòd omnis visio facta in somno debet reuocari somnium. Dico, quòd tu non vere probas, quòd sit ex definitione somnij. Ego respondeo, sicut supra respondi, quòd debet illa definitio intelligi hoc pacto, scilicet quòd est operatio facta in somno qua somnus est, et qua dormiēs est, vt philosophus clare ostendit in definitione somnij, et sic illa operatio non conuenit dormienti, qua dormiens est, sed qua vigilans, et hoc pacto concedo, quòd conueniat intellectui, tu probas, quia si imagines mouēt sensum communem in somno, ergo et intellectum, dico, ꝙ illa propositio est falsa, quia eius virtutis animæ debet esse somnium, cuius est et somnus, sed sensitiuæ partis est somnus, ergo et somnium. Domini mei nescio melius, sat est mihi demonstrasse locum: vos cogitabitis forte, quia estis etiam philosophi, etc. Ad argumenta, ad primum principale, cum dicis, quòd somnium videtur esse passio intellectus, probabas tu, quia veræ intelligentiæ sunt in somnio. Dico, quòd intelligentiæ sunt somnium, quia non insunt dormienti, qua dor-

miens eſt etc. Ad ſecundum principale cum dicis, quòd ſomnium, quòd fit ab angelis, qui ſunt ſubſtantiæ abſtractæ cum ſint vniuerſales in exiſtendo, ita & in operando, & iſtæ operationes non poſſunt recipi niſi in intellectu, quia intellectus non recipit, niſi vniuerſaliter, & non ſignate. De iſtis ſomniis late inferius diſputabimus, & ibi me remitto. Dicam tamen, quòd illa ſomnia ſunt virtutis ſenſitiuæ, replicabis tu, quòd illa operatio eſt vniuerſalis, ergo operatur vniuerſaliter. Reſpondeo, quòd verum eſt, quantum eſt ex ſe, tamen ratione paſsi ſignate & ſingulariter operatur propter virtutem ſenſitiuam, & quòd ſomnium non eſt paſsio animæ rationalis, & quòd intelligens potius eſt vigilans quàm dormiens etc. Secunda difficultas principalis eſt, ex quo ſomnium eſt paſsio ſenſus interioris, cuius nam ſenſus formaliter ſomnium erit paſsio, an ſenſus cõmunis, an phantaſiæ, ex verbis philoſophi videtur, quòd ſit paſsio primi ſenſitiui, quòd eſt ſenſus communis, probat philoſophus, quia illa operatio eiuſdem potentiæ debet eſſe cuius eſt ſomnus, ergo eiuſdem cuius eſt ſomnus, & ſomnium eſſe debet, iſta eſt probatio philoſophi, ſed ſomnus eſt paſsio ſenſus communis, ergo & ſomnium: & confirmatur, quia dixit philoſophus ſecundo de anima, quòd virtus, quæ iudicat de actibus ſenſuum exteriorum, eſt ſenſus communis, hæc eſt per ſe notiſsima, ſed in ſomno ſomnians iudicat ſe operari actibus ſenſuum exteriorum, quia iudicat ſe videre idolum Socratis & non Socratem, & hoc iudicium eſt ſenſus communis etc. Ex oppoſito arguitur ex ipſomet philoſopho, quòd ſomnia ſiue vera ſiue falſa debent attribui imaginatiuę, & probatur ratione, quia in ſomno ligantur ſenſus exteriores, & ſenſus communis, ergo ſomnium non eſt eius paſsio. Secundo ſic, quia operatio ſenſus communis eſt in præſentia ſenſibilium, quia ſi apprehenderet in abſentia, tunc imaginatiua ſuperflueret, ſed iſta operatio in ſomnio eſt in abſentia ſenſibilium, ergo eſt alterius virtutis quàm ſenſus communis. Confirmatur, quia in ſomnio fiũt operationes, ſcilicet compoſitio, & diuiſio, & diſcurſus ſyllogiſticus, ergo non ſenſus communis, ſed cognitiuę & imaginatiuę attribuitur, quia ſenſus communis non diſcurrit, neque ſyllogizat. Rationes ambæ cogunt ad vtramque partem. Gandauenſis & Burridanus volunt conſiliare, & dicunt, quòd ſomnium non eſt paſsio vtriuſque, & ſenſus communis, & imaginatiuę: ſenſus cõmunis eſt paſſio formaliter, imaginatiuę eſt paſsio motiuę, aut obiectiue: eſt paſsio ſenſus communis, ut habet operationem: eſt phantaſiæ: vt mouet ſenſum communem: & hæc eſt mens Burridani, & Alberti, & Auerrois, xxxvj. in tertio colliget, quòd ſomnus incipit ab imaginatiua, & ceſſat ad ſenſum communem. quia operatio ſenſus communis eſt in vigilia: quia mouetur ab extra, in ſomno verò mouetur ab intra. Sed hoc eſt falſum, quia nihil idem primo mouet ſemet ipſum, neque motu reali, neque ſpirituali, ſed ſenſus communis & phantaſia ſunt idem ſubiecto, quia omnes in eadem parte cordis locantur, ergo phantaſia non mouet ſenſum communẽ etc. ideo videtur melius, quòd ſomnium per ſe primo eſt paſsio ſenſus communis, per ſe ſecundo eſt paſsio imaginatiuę, probatur, quia eius virtutis formaliter ſomnium debet eſſe paſsio, cuius primo ſomnus eſt paſsio, ſed ſomnus primo eſt paſsio ſenſus communis: ergo & per ſe primo eiuſdem ſomnium debet eſſe: dico quòd ſomnium eſt paſsio per ſe, ſecundo phantaſiæ, & memoriæ tanquam per ſenſum cõmunẽ, in quantum ſeruit ei, quia memoria concurrit: quia percipit præteritum ſub ratione præteriti, phantaſia verò quia in ea reſeruantur imagines, ſed dices, iſta paſsio per ſe primo eſt ſenſus communis, & ſenſus communis ineſt omnibus animalibus, ergo dicẽdum, quòd ſomnium non conuenit niſi habentibus memoriam, quia ſomnium non fit niſi per imagines reſeruatas, modo omnia animalia nõ habent memoriam, ſed perfecta: quia ſpongia maris & conchilia non apprehendunt in abſentia ſenſibilium: ſomnium ergo eſt paſsio, quę includit reſeruationem imaginũ, & licet ſomnium ſit paſsio ſenſus communis, & ipſe inſit omnibus animalibus, non tamen ſomnium ineſt omni animali: ſed eſt difficultas, quia ſomnians ſomniat ſe videre, ſomniat de actibus ſenſuum exteriorum, ergo ſomnium eſt operatio ſenſuum exteriorum: quia Auer. tertio colligit. 38. dicit, quòd ſicut phantaſmata mouent ſenſum communem in ſomno, ita mouent ſenſum exteriorem, & hoc eſt per imaginationem reſeruatam, ergo hæc operatio erit ſenſus exterioris, & non ſenſus communis, & ſi ſenſus exterioris ſomnium eſt paſsio, non vnius magis erit paſsio, quàm alterius, patet, quia ſimulachrum ita mouet ſenſum exteriorem, ſicut communem. De primo cum dicis, ſomnium ſomniat ſe videre, ergo eſt operatio ſenſus exterioris, nego argumẽtum, quia ſomnians ſomniat ſe videre coriſcum, tanquam præſentem ſenſui viſus. i. percipit ei videre coriſcum præſentem tanquam per ſenſus exteriores, & iſta eſt deceptio, non quòd actus ſomnij ſit viſio, aut auditio, ſed eſt operatio ſenſus communis. ſ percipiendo ſenſibilia, tanquam præſentia, non tamen propter hoc iſte actus erit viſio: De hoc tamen clarius inferius. De ſecundo tamen dico, quòd credo dictum Auerrois eſſe falſum, quòd non tantum ſenſus communis, ſed exterior immutatur ab imaginibus in ſomno. Dico tamen, quòd Albertus in libro de homine, & Alg. & Alfar. dicunt oppoſitum ipſius Auerr. quòd immutando imaginatiuę ceſſat in ſenſum communem, hac patet ratione, quia ſenſus viſus non immutatur à coloribus ſine lumine exteriori, ſiue illa immutatio eſt interior ſiue exterior, quia ſicut in vigilia immutatur mediante lumine exteriori, ita cum immutatur in ſomno, quia æqualis eſt ratio de extra, & quæ intra. Sic fit mediante lumine in vigilia, ſicut in ſomno. Secundo & fortius, vbi quis primo vidiſſet, haberet primo memoriam colorum, & poſtea perderet viſum, adhuc poſſet ſomniare albedinem, & de coloribus iſta immutatio non

tio non

tio non potest esse in visu, quia sensus exterior, puta visus, est obcecatus, quia patitur defectum, ergo non recipitur in organo visio. Tertio non esset deceptio in somno, quia simulachra immutant visum, apprehensio visus est visio, ergo tūc videret coriscum, & sic non esset deceptio, ideo dico cum Alberto, quòd ista immutatio cessat ad sensum commu nem. Dico etiam, quòd sensus exterior ligatur ab extra, & ab intra, & quo pacto requiritur lumen, in extrinseca immutatione, sic requiritur & in intrinseco, & non est maior ratio de vno quàm de alio ergo æqualis, si sic, nego assumptū, quid de Auerroe? sustineatis vos Auerroem, ego vt amicus veritatis no lo ipsum substentare, ex dictis soluuntur argumenta secundæ quæstionis principalis.

Ad primum cum dicebatur, somnus est passio sensus communis, quia est passio primi sensitiui, quia eius partis debet esse. Dico, quòd verum est ex ratione apposita. Dicis, quòd operatio somni, est discursus syllogisticus & compositio, & diuisio, quæ non sunt operationes sensus: dico, quòd per se primo est sensus: per se secundo est operatio intellectus, id est, cogitatiuę, quia concurrunt phantasmata, & memoria coadiuuantes.

Tertia dubitatio, nunquid omne somnum est cum deceptione, & videtur quòd non, quia virtus cuius passio est somnium, est virtus passiua, & eo modo iudicat de obiecto suo, quomodo immutatur ab obiecto: sed omnis virtus cognitiua eo modo immutatur ab obiecto sicut est in re, & in se: quia tertio physicorum habetur, quòd omnis motus fit ab actu entitatiuo. Respondeo, vt philosophus: quia duplex est somnium simpliciter, & secūdum quid, simpliciter, vbi est multa aggregatio vaporis, quia tunc ligantur sensus omnes exteriores, & interiores, & omne somnium est cum deceptione, quia est perfectum vinculum: secūdum quid verò somnium vbi iudicat se falli, per virtutem superiorem, quia non est perfectum vinculum, iudicat enim se videre imaginem corisci, & non coriscum, quia intellectus corrigit, & hæc operatio non inest ei, qua dormiens, sed qua vigilans: si ergo error corrigatur, non erit somnium, sic enim esset simpliciter somnus, semper esset cum deceptione etc. Tu replicabis, quæ causa huius deceptionis, quòd se putat videre coriscum, & tamen fallitur. Secundo dicis, quòd virtus superior potest errorē corrigere, nunquid intellectus per se solus potest corrigere, aut phantasia: et si dicas, quòd phantasia potest corrigere, vtrum ipsa possit corrigere errorem in brutis. Communiter Latini omnes dicunt, quòd causa huius deceptionis est, quia simulachra se ostenunt, & repræsentant se vt obiecta, & non repræsentant se, & hæc opinio est communis omnium, & hęc videntur dicere verba philosophi, quia dicit, quòd in somnio putat se videre coriscum. Exemplum est, sicut imago repræsentat obiectum, & tamen ipsa imago est: sic dico, quòd sensus communis potest intueri imagines vt imagines sunt, non autem potest intueri vt obiecta. Sed contra modernos latinos, sic arguitur, nullus terminus mentalis potest cadere à sua naturali significatione: nam si illa significatio est à natura, non potest tolli, omnis imago est terminus mentalis, ergo si repræsentat imaginem corisci, imago repræsentabit se vt obiectum ex se, & ex sui natura, id est se & coriscum absque aliqua impositione, ergo semper repræsentabit se & obiectum, & sic vtramque significationem semper naturaliter habebit vt in vigilia, nam sicut in vigilia repræsentat obiecta, repræsentat & se, ita & in somno, ergo non est vera illa distinctio, quam faciunt latini, quòd in vigilia repræsentat obiecta tantū, & non se met ipsam, in somno verò repræsentat se & vt obiecta, & nō obiecta tantum, & sic illa non est causa deceptionis. Respondet Io. Buridensis negando argumentum, quando dicis, quòd imagines non ita repræsentant se & obiecta in somno, ita & in vigilia, & rarò est, quia sensibilia extrinseca fortius mouent, quàm imagines moueant, & sic cum imagines debiliter moueant, occultatur earū motio, & sensibilia extrinseca, ita fortiter moueant, ergo imagines in sensu communi occultantur in vigilia propter sensibilia extrinseca, fortius mouent sensum communem. in somno verò ab extra nō impediuntur, ideo in somno repræsentant se & sua obiecta. Sed ista opinio non est vera, primo, quia sequitur, quòd omni vigilanti in tenebris simulachra reseruata in memoria, repræsentabant semet ipsa, & non obiecta ex pari ratione, cum non impediantur à motione extrinseca, & per illam motionem imagines occultentur, & repræsentent vt se, tollatur ergo impedimentum, illa adhuc repræsentabunt vt se met ipsa non vt obiecta, quòd falsum est. Secundo & fortius, videamus, quid sit actus in somnio, quia somnians somniat se videre Socratem amicum suum extrinsecum præsentem, ergo concipit seu apprehēdit, scilicet obiectum id est Socratem suum, & non nisi per imaginem reseruatam, ergo imago non tantum se, sed obiectum repræsentabit, & sic habetis eorum opiniones, & ipsarum confutationes, cras dicemus ea, quæ nobis occurrunt.

Lectio XXII.

VIDISTIS opiniones latinorum & Buridani, & confutationes earū, & qualiter continent falsitatem, ideo restat modo dicere opinionē nostram, & ideò aliter sum imaginatus, & credo re uera, quòd simulachra sensibilia in somno & in vigilia primo repræsentant obiecta sua, secundo verò se ipsa repræsentant, & etiam repræsentant & in somno & in vigilia, tamen aliquando impeditur ista secunda motio imaginis propter vehementiorem motum in vigilia factum, tamen de natura sui imago & in somno & in vigilia se repræsentat & obiectum: imago enim corisci vt est in sensu communi repræsentat coriscum præsentem tanquam extrinsecus mouentem vi-

 sum,

sum, et non est actu præsens, et ista est nera deceptio, cum cor iscum absentem præsentem iudicet, et propter id differt ab imaginatiua, et memoria: quia imago in phantasia repræsentat patrem meum absolute, et non præsentem. In memoria verò repræsentat patrem meum non præsentem, sed vt vidi in præterito, at in somnio repræsentat patrem meum tanquam præsentem sensui exteriori ipsum immutantem. Sed vnde est iste diuersus modus repræsentandi. Dico quòd est ex diuersitate potentiæ & naturæ eius, quia sensus communis non abstrahit à materia, nisi cum præsentia eius, quia abstrahit à materia cum eius præsentia, & hæc est natura sensus cōmunis, & tunc est primus gradus spiritualis: imaginatiua verò abstrahit à materia & à præsentia materiæ, & non decipitur, quia concipit obiectum simpliciter, non vt præsens, & ideo dicitur, quòd imaginatiua est spiritualior, quàm sensus communis, & hęc est natura imaginatiuę, memoria uerò abstrait à mamateria & eius præsentia cum tempore præterito, quia apprehendit obiectum non simpliciter, sed ratione præteriti. Deceptio ergo sensus communis stat in hoc, quia per imagines reseruatas, quòd obiectum sit præsens: & hoc est ex natura sui, quia sui natura abstrahit à materia, non tamen à præsentia materiæ, nam apprehendere obiectum absolute non esset deceptio, & ex hoc dicto soluitur maior dubitatio, cum dicebamus, quòd per imaginem corisci iudicat se videre coriscum actu præsentem visui: Dicebamus, quòd virtus superior corrigit istum errorem non iudicans illam imaginem repræsentare coriscum actu præsentem, tanquam coriscus: si verò actu præsens visui, & hoc non facit imaginatiua.

Dubitatio superius mota.

Sed quærebamus supra, nunquid ista virtus superior quæ corrigit, sit intellectus: an phantasia? Gandauensis dicit, quòd solus intellectus corrigit errorem. Sed hoc falsum est, quod probatur, quia intellectus non est per se primo singularium, sed per se secundario, scilicet per reflexionē ad sensus. Cum verò hæc non sit apprehensio, nisi singularis hęc corisci, intellectus non corrigit istam deceptionem: videtur ergo, quòd sensus, puta imaginatiua, quatenus coniungitur sensui, corrigit istum errorem, intellectus verò non, nisi per accidens.

Quarta dubitatio, an in bruto posit contingere somnium sine deceptione, ita scilicet, quòd possit iudicare se illudi per somnia. Res ista Domini est difficilior, & est quasi problema neutrorum, & videtur, quòd illa operatio conueniat sensui, ex alia parte videtur, quòd non conueniat nisi intellectui, & hęc non est in brutis, etc. Aliud problema, nunquid sicut homo excitatus à somno quærit recordari somnia præterita, ita etiam & canis. Albertus dicit, quòd non, quia ista operatio est vsus rationis, videretur, quòd sit actus memoriæ, & non intellectus: Dico, quòd quælibet pars potest persuaderi: nescio melius, non enim in omnibus possumus habere demonstrationem, & ex his soluuntur argumenta, quando dicebamus, in somno non accidit deceptio, quia somnium est passio virtutis passiuæ, & omnis virtus passiua immutatur ab obiecto, vt est, quia ab actu existente præsenti, sed virtus passiua iudicat ut p̄sens: ergo non erit deceptio etc. Respondeo, cum dicis, quòd cuius somnium est passio est passiua virtus, verum est: iudicat de obiecto, vt ab ipso immutatur, quia immutatur ab obiecto præsenti, hæc est falsa, quia immutatur à specie sensibili, dubitatur etiam, quia phantasia est idem subiecto cum sensu communi, & phantasia corrigit errorem, ergo & sensus cōmunis potest corrigere etc. dico, quòd sensus communis aliquando est solutus, & phantasia est ligata, aliquando propter multam grauedinem spiritus & uaporis aggrauātis spiritum deseruientem imaginatiuę, aliquando ambæ sunt ligatæ, sed replicabis, sunt vna atque eadem virtus, ergo soluta vna, soluitur & altera, nego argumentum, quia soluuntur à diuersis spiritibus, ideo non sequitur, soluta vna & altera soluitur, sed bene sequitur, si ab vno & eodem spiritu soluerentur, modo phantasia indiget spiritu fortiori, & magis temperato, quàm est sensus communis spiritus, modo potest occludi uia pro vno spiritu, & non pro alio, ideo bene sequitur, phātasia est ligata sensu communi soluto. secunda pars principalis erat de causis somni, quia dixit philosophus, quòd totalis causa somni erat defluxus sanguinis, & spiritus deferens imagines à cerebro ad cor, & ea hoc soluitur difficultas, quia vna imago prior prius immutat cor, quàm alia, & hoc est, ideo quia est in primo spiritu ingrediente prius cor, quia continue spiritus repræsentant se cordi, & post vnum subingreditur alius spiritus, et sic permutatur somnium ex vna imagine in aliam propter immutationes diuersorum spirituum et vaporum fluitantium ad cor.

Sēsus cōmunis & phātasia.

Somni causa.

Dubitatur secundo, et est duplex dubitatio, prima, quia imagines sensibilium in somno non deferuntur ab organis sensuum exteriorum, sed à thesauro memorię, et memoria est in corde, quomodo ergo dicit, quòd deferuntur à cerebro. Secundo sequeretur quodlibet somnium esse à casu quia illa immutatio casualis est, ergo somnium est, sicut est illa immutatio, patet hoc manifeste, quia potest vnus spiritus descendere, et non alius, et ille, et non iste, et cum ista motio nō sit nisi à casu, omne ergo somnium erit à casu. etc. oppositum dicit Aristot. quòd somnia sunt à natura.

Memoriæ locus.

Tertia dubitatio principalis est, quia dicit philosophus, quòd subiectum deferens istas imagines est spiritus. Tertio falsum est, quia simulachra debent conseruari in organo memoriæ, quia permanent ibi per multum tempus, spiritus verò habet rem fluxibilem, quia continue resoluitur, si esset subiectum ipse spiritus, tunc simulachra deberent etiam esse fluxibilia. Vltra, sequitur quòd spiritus deberent semper esse in organo, quòd eius est contrarium cum fluant et refluant, diminuuntur, et augentur. Quarto semper ista simulacra apparent distorta, aut non apparebunt: quia continue spiritus

ritus soluit, et agitatur, et forma delata à subiecto: quia cum venit ad cor, mouetur motu systolea, et diastoles ipsius cordis, et per motum illum imagines perturbantur, sicut in aqua mota imagines distortæ videntur, vt superius dictum est: respondeo, quòd istæ imagines deferantur cum spiritu intra cor, quòd mouentur motu dyastoles, & systoles: nō tamen est necesse, quòd occultentur, quinimò appareant, neque tamen est tanta commotio, vt penitus deleantur, oppositum philosophus dixit in textu, quòd aliquando fiunt somnia amata: ergo quæro ego, cum istæ imagines sint quantæ, quia si non essent quantæ, non apparerent distortæ, sicut imago in aqua apparens est quanta, aut istæ imagines erunt plures in vno spiritu, aut diuersæ in diuersis spiritibus: respódeo, quòd sunt in alio spiritu, quia in eodem spiritu nō se compatiuntur, ergo dices, quòd paucæ apparebunt, nego istud, quia multa copia spirituum potest intrari cor, licèt spiritus sint paucæ quantitatis, nō plures in vno, quia in vna parte speculi non pñt esse diuersæ imagines, neque duæ etiam, quia vna secludit aliam, neq; etiam diuersi in diuerso spiritu, quia cum isti spiritus continue resoluantur, sint paucæ quantitatis, & sic semper essent paucę imagines, probatur, quia qua libet forma habet determinatum subiectum, tamē aliquando fiunt plura somnia. Domini dicam quantum scio. Ad secundum cum arguebas, si imagines sunt in corde id est in memoria quæ sunt in corde, quomodo deferuntur à cerebro, cum istæ imagines non sint in cerebro: dico, quòd istæ imagines sunt in cerebro per accidens, per se tamen in corde, quia sic debet intelligi dictū philosophi, quòd spiritus accepit à corde imagines sensibilium exiens usque ad cerebrum, & cum imaginibus descendit, quas acceperat à corde, quia cum est in cerebro, spiritus ibi infrigidatur, & ingrossatur, & tunc descendit deferens illas imagines. Replicabis, quia dicit philosophus, quòd spiritus defert à cerebro ad cor. Dico, quòd hoc est per accidens, vt dixi supra hic: quando etiam addis secūdo quòd omnę somnium esset à casu, quia cum vellet descendere vnus spiritus posset alius descendere, & non ille, quia maior est ratio de vno, quàm de alio: respondebis clarius infra & plenius, breuiter tamen dico, quòd non omnis spiritus descendit à causa, quia descēdit prius vnus quàm alius in ordine, etc. De tertia cum dicis, quòd imagines habent esse permanens in memoria, & spiritus est fluxibilis, ergo spiritus nō est subiectum, quia tūc opus esset, ut imagines essent fluxibiles. etc. Dicatis ꝙ de facto ita est, quòd imagines sunt impressę substātię cordis, vt bene Suessanus hic dicit, si sunt impressæ in substantia cordis, quomodo ergo erunt in spiritu. Dico, quòd istæ imagines multiplicantur in spiritu, sicut multiplicantur de vno speculo in aliud, quia vna imago potest in duobus speculis videri, ita etiam repræsentatur & multiplicatur in spiritu nihil? imago illa remanet fixa in corde, & sic ego eram imaginatus, vt Suessanus hic commentatus est, & per Deum antequàm ipsum lectitassem eram huius opinionis. Sed tu dices Domine, adhuc sum in magno pelago difficultatum: si simulachra sunt affixa substantiæ cordis, quomodo abolentur? non enim possunt destrui, quòd probatur quia si destruerentur, aut hoc esset à contrario, quia omne accidens aut à contrario, aut à subiecto corrumpitur: Non à contrario, quia illæ imagines cum sint spirituales, vna imago non contrariatur alteri: Non à subiecto, quia semper permanet, ergo etc. Secundo tu dicis, ꝙ non importat vnam, quàm aliā moueri à corde, ergo omnes multiplicabūtur in spiritu, et sic spiritus ascendens deferret secum omnes imagines, et si omnes, sequetur, quòd multiplicabūtur in somno et in vigiliatet, sic oēs viderentur, qđ falsū est. Tertio superfluit ille defluxus spiritui à corde ad cerebrum, vt deferat illa simulachra, quia illa sunt impressa substantię cordis, non oportet vt non aūt sunt fundata in spiritu, & multiplicata ad spiritus, & cum spiritibus ascēdant ad cerebrū, & descēdant. Quarto, esto quòd spiritus sint impressi in corde, & cū exeant à corde, quomodo reseruantur? & quomodo cōseruant illas imagines, sicut imago impressa in speculo non manet, imò fortiorē impressionem habet imago affixa in speculo, quàm imago impressa in spiritu: & probatur, quia imago permanentior erit in speculo, quia est ibi impressa in præsentia obiecti: illa impressio imaginis inest in absentia obiecti. dico Domini vt scio, & credo: si vos melius scitis, dicatis vos, quia plura sciunt ignari quærere, quàm sapientes respondere: quia omnes sumus philosophi, & etiam tonsores sunt philosophi: & ideo dico ad primum, quando dicis, si istæ imagines sunt affixæ substantiæ cordis, quomodo abolentur? respondeo, quòd abolentur ratione subiecti per accidens: quia partes cordis mutātur, & continue transmutātur, augentur, & diminuūtur: & sic illæ imagines destruuntur, etc. Ad secundū cum dicis, quòd omnes multiplicantur in spiritu à simulachris, & omnes imagines repræsentabūtur. Dico, non oīa simulachra mouent spiritus, sed fortiora tantum, quia fortiora simulachra in mouendo multiplicant imagines suas in spiritu, & hoc est ex multiplici causa: prima causa est, quia simulachra recentiora fortius mouent: eò quia de recentibus bene recordamur, etiam propter frequentem recordationē recordamur plus de vna, quàm de alia, facit. n. frequētior meditatio frequentius moueri, dixit etiam philosophus ꝙ propter appetitum sensuum, vt in venereis: eò quia imago amicę fortius mouet, & maxime hoc accidit in sanguineis, qui lasciui effecti memoriæ tenent imaginem amicæ suæ, & ista fortius mouet etiā ex aliqua inclinatione, vt timidis & colericis ex habitudine ēt corporis, quia aliquibus dominatur colera: imagines repręsentabūt in somno ignes & feruores: si fuerint etiam flegmatici in somno, imagines repręsentabunt fluuios, fontes, etc. & sic nego argm̄, quia non oīa simulachra mouent, sed tm̄ fortiora. Ad tertium, si imago est cordi impressa aliquid requiritur spiritus, vt deferat imagines à cerebro ad cor. Dico, ꝙ pp duas causas requiritur, primo, quia non possumus reddere cām, quare somnia permutantur ex vna

 figura

figura in aliā, si non continue fieret iste cōtinuus ingressus spirituum in corde, quia ex cōtinua successione spirituum per cor transeuntium: ideo vna in aliam figuram vertitur somnium, neq; remanent eadem simulachra. Secunda causa est, quia necesse est, q; illa operatio somnij sit perfecta, vt spiritus exeant à corde ad cerebrum, & ibi contemperētur vt possint esse perfecte operātes ī operationibus nobilibus in sōnio accidentibus, quæ requirunt maiorem contemperātiam in vno spiritu quàm in alio., & non possunt contemperari, nisi in cerebro, quia ibi infrigidantur & condensantur pro eorum operatione, & descendunt ad cor, & hoc est, quod habemus. etc.

Lectio XXIII.

EX QVO iste imaginationes deferūtur ad cor à spiritu cum, tamē sint impresse cordi, cum subintrāt cor, an imagines ille imprimantur cordi an non, quando spiritus ea deferunt? si sic videtur falsum, quia cum essent impressę & imprimantur, totiens reiterabitur somnia de re eadē, si uero in substātiam cordis non tātum mutabunt ipsum, ergo non fient somnia, quomodo ergo per ipsas apprehendet, sic mihi videtur ut debeamus dicere si imago in speculo remanet & si efferatur obiectum in eadem parte non imprimitur, sed illa excitabitur, &c.

Vltima dubitatio circa diffinitionem somnij est quare non omne somnium erit per motum simulacrorum, patet quia simpliciter abstractorum est somnium & tamen illa non habent simulachra, quia illa somnia non fiunt motu simulachrorum, vt patet de somnio diuino in quo non est motus phantasmatis. Secundo philosophus videtur diminutus, quia oppositorū erit eadem disciplina, ergo sicut philosophus fecit mentionem de phantasmatibus apparentibus in somnio, debebat etiam facere mentionem de phātasmatibus in vigilia, vt de illa imagine quæ apparuit Catoni annūtiante ei Scipionem captum fuisse, & de illis iuuenibus qui apparuerunt Symonidi cenāti apud amicū suum. Quando venerunt duo iuuenes uocantes festinanter eum, qui foràs egressus neminem uidit, & tunc cecidit triclinum, & omnes conuiuas interemit ipso incolumi remanente, &c.

De primo dico cum dicebat, quòd nō omne somnium erat per motum simulachrorum, vt de substantia separata, dico, quòd licet abstractę substantiæ, & per se non habeant phantasma, tamen per accidens habēt, quasi dicat, quòd licet non habeant connexionem, tamē phantasmata cooperantur per accidens vt sunt coniuncta sensui, quia nullus potest imaginare substantiā abstractā absque phantasmate &c. quòd autem addis de somnio diuino quòd de hoc dicemus infra, &c. De tertio dicit Albertus quòd de illis imaginibus in vigilia apparentibus, dedit causam philosophus in tractatu sequenti ibi quando philosophus dicit, quòd aliqui homines præuideant futura distantia à nobis in extremo Occidentis & Settentrionis dicunt causa huius est supra prouidentiam nostram, & hanc respōsionē sequutus est etiam Suessanus. Sed Albertus confundit & permiscet quæ non possunt permisceri. Aristot. omnes effectus naturales conatus fuit reducere ad causas naturales, quia ipse non posuit angelos bonos aut malos, ut innuere videtur Albertus quòd illorum causa est ab angelis bonis uel malis ad mentem Arist. quòd nullus physicus, concederet philosophus nanque non posuit alias substantias separatas nisi mouentes orbes: & si posuisset alias debuisset declarare modum quomodo illa insomnia in somno & in vigilia appareat, ideo aliter videtur dicendum quòd Arist. assignauit causam simulachrorum apparentium in die in duobus locis, hic & in tertio Metheororum, hic assignauit cum dixit quòd pueri reseruatam imaginem uident in vigilia, eò quia ita infixa est propter monstruositatem quòd immutet sensum communem et ibi multiplicatur vsque ad oculum, adeò quòd in luce & in tenebris videntur videre imaginem illam retenticam & monstrificam, quia propter formidinem illam uehementior erat in mouendo sensum communem, & in die apparent, & magis in nocte, quia istę motiones lucis fortius mouent sensum visus, in die verò apparent, vt in melancolicis, quia habent fixam imaginem, licet mutabilem, quia eorum spiritus est in continuo motu, permutantur continue imagines per multam humiditatem melencholicam cum ipsi sint pleni flatu: cum flatulenti dicantur, vt Auer. tertio colliget, & isti sibi ipsis loquuntur qui eis videntur habere extrinsecum amicum, cum quo loquantur: Aristoteles etiam hoc assignauit hic, &c. Alia causa est assignata à philosopho, secundo Metheororum, vbi declarauit imagines speculares, quæ ex reflexione solis in nubibus repræsentantur, ut imago irridis & fiunt istę apparitiones in die, & in nocte, & frequentius in nocte quàm in die, quia ex reflexione solis illę imagines quandoque occultantur.

De prima cum dicis quod istę imagines mouentur ex se, est falsum: dico quod non mouentur ex se. Sed possunt impleri flatu ventorum: Aliquando videntur moueri ex diuerso situ, vt luna mouetur ab ortu in occasum, & tamen nubes mouentur alio motu, & non videtur moueri nisi luna: & cum dicis quod loquuntur & habent vocem humanam, &c. quid diceret hic philosophus, certe voces cum nisi homini conueniant non possunt alteri conuenire: Dicicerent peripathetici quod hoc non est verum quod habeant vocem, sed dicunt esse murmur causatum ex conflictu ventorum in concauitate nubium, & ille motus factus causat sonum aliquando similem voci humanæ.

Tractatus de diuinatione per somnium.

SEQVITVR Tractatus de diuinatione per somnium, quòd postquàm loquutus fuit philosophus de somno & somnio. Tertio loco de diuinatione per somnium tractat, non quòd dicitur interpretatio somnij, sed præcogitio alicuius futuri cootingentis vel alicuius futuri occulti, & quærit hic philosophus causam. Et omnes philosophi laborabant in hoc. Primo philosophus de hac diuinatione quærit quattuor quæstiones. Si est, quia est, quid est, propter quidem. Primã quæstio nunquid sint ista diuinatio per somnium & declarando posuit hanc propositionem. Non omnino est eijcienda diuinatio per somnium, neque omnino est accipienda. i. neque debemus credere, neque discredere, & primo philosophus affert rationem. non esse eijciendam propter multas rationes, prima quare omnes homines conueniunt in hoc ꝙ fiat ista diuinatio per somniũ, & cum sit famosum non potest hoc esse ex toto falsum (Auer. in hoc tractatu.) secunda ratio est quia istam diuinationem fieri non caret ratione, ideo nõ est aspernenda. Tertia ratio est, quia nullum est somnium in quo non possit accipi aliqua præuisio & præcognitio de aliquo futuro, ex alia parte neq; omnino recipienda est, primo, quia omnis effectus in natura debet reduci in aliquam per se causam hæc diuinando, non habet per se causam ad quam possit reduci vt Arist. in litera ibi. *Quia autem nulla ratione constans intercedere uidetur causa, propter quam fiat, id profectò illis fidem non præstare facit.* Nam si esset à casu. s. quòd somniares amicum tuũ esse alicubi & quòd veniat ad te, & postea luce sequenti videns eundem amicũ ad te venire & accedere vt fuisti somniatus, dico quòd de hoc non quærit philosophus cum sit à casu. & quòd non habeat causam per se probat, philosophus secundo, quia si iste effectus diuinationis haberet causam per se, præcipue esset Deus: quia omnis vulgaris impositionem à Deo esse dicit, quia cum vulgus nescit dare causam, hoc esse à demone, seu à Deo esse asseritur: sed hoc est impossibile, qui à omnes leges conueniunt omnia somnia esse adeo. i. a tota coadunatione abstractorum: sed Deus non potest esse, quia diuinatio in somno datur hominibus fatuis & perditis, sicut hominibus sapientibus & frequentius in fatuis, sed non est côueniens quòd Deus hoc illis dederit. Sed conueniens esset dare sapientibus cum sint Deo propinquiores, & sic esset præter rationem, & quòd sint præter rationem, quia philosophus non reddit causam, ergo à Deo non debet dari idem munus probo homini, & fatuo, sic prima ratio ex verbis his Aristotelis desumitur, videlicet ibi. *Nam Deum quidem somnia mittere, præter id quòd ratione caret, &c.* Secunda ratio & fortiore est ibi tex. *Primum enim originem reperire cur &c.* De ijs quæ esse herculeas ibi ratio sic for

Arist. quatuor illas qõnes generales inquirit circa hoc tractatũ dediuinatione per somnium.

Diuinatio hęc p somnium non habet causam p se.

omnes leges etc.

Probat demẽte Aristot. Deũ nõ eẽ cãm diuinationis somniorũ ut patet ex tex. Aris.

matur ꝙ aliqui homines præuident futura longè distantia nobis apud extremum occidentis, & præuident ei quæ facta sunt in vltimo Septentrionis, ei inquirere horum causam est supra prudentiam humanam, Alio modo potest legi litera vt Themist. quia verba sunt obscura. s. ꝙ aliqui homines sunt in extremo occidentis, & aliqui in Septentrione habent cognitionem in somnio vt dicit Pomponius mella & scire horum causam est, *supra prudentiam humanam,* quasi præuidere futura non habet causam scibilem humanis rebus, & sic philosophus disputabit quæstionem hanc ad vtranque partem.

Quõ supra prudẽtiam humani sit, cãm prævisionis fu. turorũ cognoscere.

Sed dices & bene quomodo dicit Arist. ꝙ Deus non potest esse causa harum diuinationũ eo ꝙ caret ratione, quare ergo ratione careat hoc non videtur.

Secundo quia philosophus maximã rationem debet habere, quia dixit ꝙ aliqui homines existentes in occidente & in extremo septentrionis præuident & diuinãtur in somnijs. isti. n. sunt naturales effectus, ergo debent habere causam naturalem, hoc patet qa omnis effectus naturalis debet, reduci ad aliquã causam scibilem a philosopho, & quia est supra captum, humanum, ergo debet reduci ad Angelos &c. de primo quando philosophus dicit causam diuinationis in somnio Deum esse, caret ratione. Dico ꝙ Deus libere operatur, quare ergo non potest dare cui placetur. Pro Aristotelica opinione cui non assentior, potest ad hoc dici multipliciter, ꝙ Auer. 12. Methaphy. com. 51. dicit melius est Deum non videre ista quàm videre, & non cognoscere quàm cognoscere, quia Deus habendo cognitionem horum inferiorũ vilesceret, considerando ista vilia, vnde peripateci apud quos stat hæc opinio dicunt quod non conuenit regi videre quid faciant coquus viliorum domus suæ, certe esset hoc multum vile, secundo multotiens ista somnia fiunt per ænigmata & inuoluta, si Deus dat, dat sapientibus; Tertio quia omnis cognitio aut est per se nota ex terminis, aut ex præexistenti cognitione, aut ex principijs p se notis, si ergo ista cognitio est à Deo, non habetur eorum cognitio ex præexistenti cognitione, neque ex principijs per se notis: De secundo quando dicis quæ causa huius, ꝙ aliqui homines præuideant futura, quid est hoc dictũ, si est effectus naturę aut potest sciri aut nõ. Si potest sciri ergo habet causam, si nõ, erunt angeli siue boni siue mali. Dico ꝙ philosophus nõ ponit angelos neque demones vt ostendemus; quid ergo uult intendere philosophus, aliquos homines præuidere futura est vltra captum humanum, dico si illa causa non sit Deus, non potest capi à captu humano, quasi non erit aliqua causa ad quam homo possit reducere veridica somnia, & sic ille effectus habet causam supra captum humanum, nisi ponas Deum esse causam &c.

Ego autẽ dicerẽ nõ oia somnia esse à Deo sed aliqua tãtum.

Lectio XXIIII.

NECESSE igitur *somnia.* proposita quęstione philosophus determinat eam, dixit nunquid diuinatio insit somnio, dimisit quæstionem insolutam, sed tamẽ quæstio

quæstio inclinat ad vnam partem, scilicet quòd detur diuinatio per somnium, remanet modo soluere argumenta in contrarium, scilicet a qua causa fiant, an adeo? an ab aliqua alia causa? Incipit philosophus declarare quæ sit horum causa, & primo præmittit distinctionem. Secundo ponit conclusionem quòd somnium potest continere diuinationem futuri euentus, & primo vt causa illius futuri euentus; Secundo ut signum, quis somnium sicut signum illius futuri euentus. Tertio ut accidens coniunctionis, illi futuro euentui, & hoc accidens aut raro aut fortuito ei coniunctum: exemplum quòd sic dicimus quod sic luna interposita inter solem & aspectum nostrũ causa est ecclipsis solis, aut cum dicimus quòd lassitudo Socratis est causa febris, & hoc somnium erit ut signum illius futuri euentus. i. quòd humores accensi in corpore causant febrem, etiam alio modo dico quòd accessus & subingressus lunæ interpositæ inter inter solem & visum nostrum est signum futuræ Ecclipsis, alio modo & dicimus quòd signum febris in Socrate est asperitas linguæ, aliquando est accideos coniunctim fortuito, scilicet deambulatio fortis. quòd forte deambulando ecclipsetur sol, & deambulando ẽt, cum sicut accidens fortuito causat febrem, sic ergo somnium potest continere diuinationem euentus futuri, primo ut causa secundo, vt signũ vt iam dictum est, tertio ut accidens, & sic ponit philosophus quæstionem nunquid per somnium possimus præuidere futuros euentus, primo per causam, secundo per signum, terrio per accidens fortuito coniunctum, aut in duobus coniunctis, aut in vno tantũ, possimus habere istam prædiuinationem, & conclusio philosophi habet tres partes, primam partem probat per modum signi, quòd somnium præuisionem contineat alicuius futuri euentus, quia multotiens per somnia nostra tanquam a signo de ægritudine seu sanitate in nobis præuidemus, & si somnium sit sanũ sanitatem, si æger ægritudinem, cuius signum est quod gratiosi medici. i. periti medici multum aduertant ad somnia ut Hyppocrates in libello de somnio & conciliator differentia 157. quærit nunquid somnia conferant in cura, quia per somnia præuidemus futuram sanitatem seu ægritudinẽ, & addit philosophus illud verbum, *quòd est conueniens sic existimare*, quòd dupliciter exponitur, primo Themistius exponit quòd periti medici conseruant somnium, etiam si sint artifices mechanici & operarij, cuius non est habitus speculatiuus, nihil minus dicit philosophus aduertũt multotiẽs ad causas somnij. i. quòd etiam causas philosophantium aduertunt ad somnia, quia ex somno tanquam ex causa coniectant aduentus futuræ ægritudinis seu sanitatis, Michael vero aliomodo exponit, quòd non tantum medici debent aduertere ad somnia, sed etiam alij artifices per somnium cognouerunt multa, & multa didicerunt, quia virtus cognitiua multa ostendit in somno, quæ in vigilia ostendi non possunt, & philosophus reddit causam huius, quod medici recte faciunt propter hoc, quòd primordia & principia omnium rerum exigua sunt, generatio enim aquæ & principia naturæ sunt etiam parua, ideo prima die sanitatis seu ægritudinis futuræ in homine exigua sunt: quæ vero exigua sunt, exiguam habent motionem in nobis: exigua latent nobis, in diurno tempore quia occultantur magis à motu sensibilium extrinsecorum qui fiunt in ipsos sensus, & isti motus sunt fortiores etiam forte non sentiuntur, si sint valde magni in somnio vero apparent si sunt: quia non impediuntur à fortioribus motibus sensibilium extrinsecorum sicut in vigilia: exemplũ est sicut dormientes audiunt paruum strepitum, & non videntur audire tonitrua etiam exigua humiditate flegmatica defluente à capite ad linguam, videtur eis gustare melis maximam quantitatem, exiguæ ergo motiones cum lateant in die, in nocte apparet vehementes, ideo medici obseruant motiones quæ sunt principia sanitatis, quæ sicut in die latebant per noctem apparent, & iudicant sanitatem & ægritudinem futuram, erit igitur hoc somnium signum futuri euentus, & non causa, quia fit ex motione percepta in somnio, ita dicunt medici, quòd cum quis somniat se aquis submergi significat fluxum flegmatis, si quis uero somniat esse in igne, iudicat medici ibi esse dominium atræ bilis & coleræ adustæ puta febris: sed tu profecto dices, est dubitandum in dictis Arist. quia si quis dormit descendente flegmate sentit esse mel in ore & si percipiatur paruum strepitum tunc videtur eis tonitrua magna, hoc falsum est quia in dormiente sensus sunt ligati, & præcipue exteriores, ergo non sentit, quomodo ergo dicunt isti, qui percipiunt mel & tonitrua? dicatis domini. quòd isti nõ simpliciter dormiunt, cuius signum est quòd expergefacti non dicunt, quòd illa visio est somnium, quia non accidit eis quatenus dormientes, sed quatenus vigilantes, ille ergo sensus erit secundum quid, ergo dubitatur quomodo philosophus appellat medicos artifices, cum acquirant scias, sed ars nõ est scientia, ergo &c. dicatis quòd ars & sciẽtia nõ distinguuntur re. Sed solum secundum considerationem, sed si consideretur quo ad habitum finem sic erit ars: Ars dico mechanica si vero referatur ars ad causam, sic erit scientia: *At uero quædam quidem*, consequẽter philosophus probat secundam partem quòd somnium significat sanitatem futuram, probat secundo quòd significat & contineat præuisionem futuri euentus, in eam. i. tãquam somnium sit causa illius futuri euẽtus, quia multotiẽs opera nostra quæ facimus in die: aut uolumus incipere, vel incepimus & non perfecimus sunt causa somniorum, & è contra somnia sunt causa eorum quæ in die debemus exercere, quia illa opera facta in die reseruata per imagines, se offerunt in nobis in somnio per uirtutem cogitatiuam semotam à sensibus exterioribus, & etiam à sensibilibus, & ego aliquando somnio me legere publicè, eo quod est meum munus hoc agere, sic ergo fabri somniãt eorum operationes, & hoc est; quòd imagines eorũ immutant cogitatiuam, ergo etiam à pari somnia sunt causa operum faciendarum in die, quia sicut opera quæ in die à nobis exercentur, se offerunt cogitatiuæ per imagines reseruatas in memoria, multotiẽs cogitatiua semota à cura & motu vigiliæ vigora-

tur,

Diuinatio futuri quæ tus p som niũ sit vel p cãm, vel per signũ, vel à casu

Ars, et sciẽtia nõ distinguũtur realiter, sed nisi secundũ cõsiderationem.

tur & ostēdit quid in die sit operandum, & sicut ope ra facta in die sunt opera somniorum. Ita cogitatiua est causa operum in die faciendarum, cogitatiua.n. vt dicit Auer. in commento suo super tractatu de somnio & vigilia, dicit quòd cogitatiua uiget apud quietem aliorum sensuum, scilicet exteriorum, vnde illi qui multum cogitant, intrant suæ virtutes sensibiles intra corpus, itaque accidit eis somnus magnus, & sic quiescant sensus, vnde viget cogitatio. Tertiũ membrum fuit quòd quædam somnia futuri euentus vel sunt accidens coniunctum fortuito, vel raro, non vt causa, non vt signum, sed vt accidens fortuitum, & sic illa somnia sunt à casu, & probatur quòd illa somnia non sunt de rebus nostris, sed de rebus longe distantibus à nobis, vt puta si quis præuideret futurum nauale bellũ, quòd à nobis distat. Hoc somnium, à casu & fortuna continet significationem futuri belli, vt forte fortuna accidit symonidi cum inueniret corpus mortuum cuiusdam hominis sepeliuit eum & in nocte imago illius mortui accessit ad symonidem admonens eum ne die sequenti esset nauigaturus, aliter perielitaretur, symonides obsecutus mandatis illius somnij præuidit de socijs suis nauigantibus qui omnes fuerunt summersi. Probat philosophus hoc ꝙ diuinatio ꝑ somniũ sit à casu tripliciter. Primo ita est de somnio sicut si Socrates habe ret ī aliquo tempore memoriam de amico suo propter aliqua gesta inter eos. In illo tempore superuenit amicus ille: hoc à casu fuit, quia memoria non fuit causa aduentus amici sui: sed tu dices, quòd ille cogitabat de amico suo, dico quod hoc non est causa neque signum accessus illius. Sed accidens est, quia illa memoratio amici est, quoddam accidens fortuito coniunctum cum accessu amici sui, sic ergo dicimus quòd sit de opere longè extrinseco à nobis, de quo non habemus considerationem, istud est accidens fortuito coniunctum. Secundo probat quia multotiens ista somnia sunt irrita & vana, eo quia raro euenit, quòd somniamur de rebus longe distantibus: sic raro eueniunt à casu & à fortuna sunt, & quę à casu, & à fortuna sunt raro fiunt. Tertio probat & fortius, quia hoc somnium non habet causam, scilicet quòd quis somnietur de aliquo futuro à nobis distante, dico non habet causam, quia si haberet causam esset Deus. i. omnes substantiæ separatæ, sed hoc non, & hoc philosophus probat tripliciter, primo quia Deus non est causa somnij in brutis, ergo neque in homine. Probo quia eadem causa est in homine & in bruto, quòd fiat somnium, scilicet vapor defluens à capite ad cor. Secundo non est verisimile quia ista somnia dantur fatuis & amentibus. Sed non prudentibus, qui Deo sunt propinquiores, & plurimum dantur mulierculis somnia ista, & nō est verisimile, quòd Deus immitteret somnia ista istis fatuis, ergo non sunt à Deo, tertio & fortius: Argumentum stat ex verbis Arist. desumptum ibi. *Sed dæmonia sanè erunt: siquidem natura dæmonia est, non diuina &c.* Vnde sic ex doctrina Aristotelis formo consequentiam si quidem ista somnia, quia sunt à natura, ergo non à Deo, ideo non debent, dici

Quòd diuinatio sõnij à casu sit tripliciter com-ꝓbat philosophus.

diuina sed dæmoniaca potius, quia quæ natura sunt, debent dici dæmoniaca potius quàm diuina, & philosophus probat, quòd sunt à natura, quia ista somnia vt plurimum sunt in melancholicis, ergo à complexione eorum sunt, quia melancholica complexio ꝑsimilis est hominibus multa loquentibus, qui dicũt multa vera, & multa falsa, & sic, sicut loquentes plura multa prouident, ita & melancholici quorum natura persimilis est multa loquentibus, ita in somno melancholici multa præuident, quia sunt pleni spiritu, & simulachra permanent spiritu fixa in spiritu, & spiritus à uento continue ascendente & descendente per caput ad cor, mouentur continue simulachra, & transeunt de una in aliam, ideo multa uidentur, & multa possunt præuidere futura, quia continue imaginando fit in ipsis noua, & fortis imaginatio in sensorijs interuis propter multam uentositatem, cũ ipsi flatulenti ab Arist. dicantur, & cum multa loquantur multa præuident: sicut etiam statim mutant vnā imaginem in alteram, multa simulachra vidētur propter motum causatum ab eorum multa uentositate & ista natura. i. naturalis complexio corporis, ergo debent dici dęmonia & non diuina, vt ex Arist. verbis colligitur in textu, quia Deus est summe simplex, natura vero nō sic simplex, natura ergo nō diuina, qa naturaliter agens non est Deus, sed dicitur dæmonia, quatenus directa est in operibus ab artifice prudentissimo cuius ipsa natura est ministra, quæ agit mediante motu superiorum, conuenit naturæ esse dęmonia. i. prudens & sapiens, quæ omnia facit cũ prudentia & sapientia, dæmon enim græce, latine interpretatur sapiens, aliquę ergo præuisiones causam habent, quæ sunt à natura, ista vero præuisio in somnio non habet causam, ergo &c. & addit philosophus exemplum de melancholicis ibi. *Sed quorũcũq; quasi loquar natura est, & melāchólicarũ, deinde dicit, eo ꝙ secundũ plurima, ex multifaria moueant cum theorematibus &c.* hæc est litera tex. Aliqui hoc exemplũ sic exponunt sicut homines certātes tota die, rapiũt tñ præmium & casu rapiunt, sicut melancholici to ta nocte uersati in somno in illis imaginibus præuident futura: Themistius aliter sentit, scilicet quòd sicut iaculantes tota die aliquando colliniant. s. attingunt signũ, sic melancholici in imaginibus suis conflictati. s. comitati, aliter vero Leonicus dicit sed tex. nolter non est sic legendus, vt stat, sed Leonicus ita literam connectit sicut quidam contendentes & Brauia diuidentes. i. sicut multotiens in ingressu principum magnorum, vt habeant locum in plateis proijciunt numismata hac & illac, accidit tunc quòd cum aliquis multa appetat, & rapere contendat multa, is certe, cum multa proijciantur, etiam multa accipiet. Ioannes hispanus aliter dicit. s. quòd exemplũ Arist. sumptum est, à pueris quòd sicut quidam habens numerum magnum numerũ, & vult computare pueris nuces illas & singulis pueris dare paria in numero, pueri enim expectantur compertum illius recipiunt hincinde nuces, & tunc casus euenit quòd quisque rapiens pro se habeant ęqualem proportionem, neque vnus plusquàm alius, & hoc fuit per accidens, vel aliter

ter ꝙ sicut qui tota die laborant, aliquando aliquid operantur & perficiunt, ita isti melancholici, quia multa imaginantur, accidit quòd aliquid præuideant de futuro. Vel aliter sic quidam proijcientes taxillos aliquando pares punctos exeunt in ludo illo, Sic de istis continue imaginando accidit diuinare; vnde philosophus nullo pacto ascribit causam somniorum Deo, aut angelis &c.

Lectio XXV.

Prima instantia cõtra philosophũ. i. Trina.

SED cadit dubitatio in dictis Aristot. quia in diuisione somnij triplici diuisione vsus fuerat, nam quoddam somnium erat ut causa, quoddam vt signum, quoddam vt accidens fortuito cõiunctum, sed datur aliquod somnium quòd non est ut causa, neque vt signum, neque vt accidens conuinctum, ergo membra diuidentia non equantur diuiso, dices forte tu, quòd si est somnium, & ut accidens fortuito coniunctum quòd falsum vtique est quia si amicus meus quem sepeliui venit in nocte admonens me ne cras nauigem, hoc non est somnium. Tertio modo probo quia somnium, tertio est de rebus longe distantibus. Sed hoc est de rebus proximis, ergo diuisio philosophi est manca. Secunda dubitatio quomodo philosophus scit quòd in bruttis est somnium. Tertia, dubitatio est quia philosophus implicat contradictionem, quia dixit superius, quòd hæc diuinatio est à casu, postea vero dicit, quòd est à natura, & si est à natura habet per se causam: si habet per se causam, non est a casu, & quòd sint à natura declarat philosophus, quia sunt ab habitu melanconico. Quarta dubitatio, quia dicit philosophus, quòd ista somnia accidunt melancholicis, hoc falsum est, quia ipsi sunt pauci somnii propter paucitatem vaporum, ergo nõ possunt commouere multas imagines in somnio &c.

Secũda dubitatio. Tertia dubitatio. Quarta dubitatio

Solutio primę dubitatiõis.

De primo, dicatis de diuisione in sufficienti, quòd philosophus reducit omne somnium, ad aliquod triũ membrorum, aut ut signum & hoc medici obseruãt, aut ut causa, & hoc artifices de actionibus suis per cogitationem imaginantur quæ sunt futuræ, aut ut accidens fortuito coniunctum vt fuit somnium Simonidis superius dictũ: sed posses dicere, ꝙ hoc somnium non est de rebus remotis, sed proximis, dico ꝙ licet non sic de rebus distantibus secundum locum, & tempus, est tamen de rebus quarum principiũ erat extra se, vt inferius dicet philosophus. Ad secundum cum dicebas quomodo scit philosophus, ꝙ in brutis sit somnium, dico, quòd scit experiẽtia, quia canis in somnio latrat & mouetur quasi sequens feras, & philosophus scit hoc ratione, quia in quibuscunque memoria existit, reseruatur imago sensibilis in ea, imago ergo illa perfecta ex operatione somnij mouet phantasiam, & sic causantur somnia, sed canis habet memoriam ergo ipsi insunt somnia. De tertio cũ dicis philosophum sibi contradicere, dicens somnia esse à casu postea asserit esse à natura, si sic, ergo habent per se causam; dicatis quòd somnia possunt du-pliciter considerari vel inquantum habent causam. i. inquantum somnia sunt & sic sunt à natura, & sic habent causam, scilicet habitum melanchonicum, vel inquantum continent significationem futuri euentus, & sic sunt à casu, ut scilicet præuideant aliquid de euentu futuro, & circa hanc materiam nesciũt Aristotelici aliam causam assignare. De quarto cum dicis quòd melancolici sunt exigui somnij, ergo non possunt videre plures imagines in somnio, dico ꝙ etiam sunt multi somnii, eo quia sunt pleni vento: & flatus ille ascendens agitatur per corpus, & mouet spiritus animalis deferentes simulachra, & cum fiat multa commotio imaginum multa etiã simulachra offeruntur in somnijs & propter collectionem illam imaginum inter se præuident à casu aliquid, quia ẽt ista commotio imaginum à casu etiam est: sicut qui multa habet simulachra, à casu est quòd vna moueatur & non alia &c. *Quod autem non eueniunt*, prosequitur philosophus remouens dubitationem, dubitatio erat quòd somnium est signum futuri euentus, quod medici cõsiderãt, puta si quis somniat se aquis sumergi medicus iudicat dominium humoris flegmatis, dubitat philosophus, signum, & signatum se cõsequuntur, quia ad signum sequitur signatũ, sed istud signum futurum effectus in somnio non est huiusmodi, ergo &c. probo minorem, quia non semper dato somno, sequitur effectus, quia quis somniatur se ire per cœnum quod est signum futuræ putredinis, illa putredo significata per somnium non sequitur, &cæt. respondent philosophi quòd causa est quòd non semper sequitur effectus, eo quia ex signo non semper sequitur signatum suum, & in hoc multa dant exempla clara, non tantum in corpore nostro ex his quæ fuit somniatus, sed etiam in vniuerso, quia multoties in aere videmus multas nubes, & tñ non sequitur pluuia, quia insurgente causa fortiori ille effectus impeditur, ut à vento, et similibus, idcirco Arist. posuit contingentiam in rebus, multa enim in inferioribus contingentia sunt, & hoc philosophus recte posuit. quia causa futuri alicuius euẽtus, à fortiori causa impeditur, & si ex signo arguatur putredinem futuram esse, quantuncunque fuerit signum, illa putredo non sequitur in corpore, quia potest insurgere calor naturalis, qui est causa fortior potens digerere istam putredinem & expellere, etiã quotienscunque est rubedo in aere significat multiplicationem vaporum calidorum & siccorum, & denotat signum futuri venti, qui quidem ventus non euenit; sed posset pluuia superuenire, & impedire exhalationem illam calidam & siccam, ut de facto multotiens nos videmus, & in nostris operibus à consilio incepto multotiens mutamur, deliberamus enim firmiter aliquid facere postea occurrente aliquo non præuiso non vlæra progredimur, sed reuocamus intentum, vt Arist. ibi, *ut multa consulta bene quæ fieri expediebat, dissoluta sunt &c.* vnde & Aristot. dicit quòd non omne, quòd futurum est, habet causam futuri euentus. Sed quia aliquando impeditus non erit, & sic non semper ex signo erit, & sequetur signatum, licet habeat causam & initium sui esse, non

Aristotelici nesciũt aliã cãm. somnii assignare.

Contingẽtia, & liberum arbitrium clare ponuntur, etiam scdm philosophũ.

Futurum & fore differunt.

non enim est, idem fore & futurum esse, quia futurũ primùm habet causam vt diximus, & quia illa causa, pôt impediri, ideo dixit Arist. quòd non omne futurum est necessarium fore, non enim est necessarium dicere, ac non est verum dicere, quòd futurum aut est aut erit, & propter hoc quòd dicit Albertus & bene quòd medici multa dicunt quæ non eueniunt, sic etiam astrologi, & propterea malè infamantur, & ideo admonet medicos esse cautos in pronosticando, eo quia possunt impediri à causis, quæ neque à medico neque ab Astrologo possunt sciri, & sic si talis effectus non sequatur non est defectus medici: idcirco non valet argumentum eorum, qui dicũt quòd causæ secundæ quicquid operantur necessario operantur, quia à causis primis pendent quæ per se operantur, sed secundæ operantur per primas, ergo &c. dicatis quòd effectus causarum secundarum possunt impediri ex aliqua alia causa, licet ergo causæ secundæ necessario moueant quantum est ex se: per accidens, tamen impediuntur vt generatio fœtus in vtero potest impediri, & sic nullo pacto posuit Arist. somnia necessario euenire: Sed proteruies contra quia generalis regula est grammaticorum quòd idẽ significat verbum substantiuum futuri temporis & participiũ futurũ, vt dicendo, ero. i. sum futurus quo modo ergo non idem significabunt verbum substantiuum temporis & participium eiusdem temporis: secundo Theologi dicunt quòd futurum et possibile differunt, quia possibilia aliquando non erũt, sed futura semper erunt, ergo &c. soluunt Theologi quia quæcunque cognoscuntur à Deo cognitione simplici possibilia illa semper sunt, si vero cognoscantur cognitione collatiua non est possibile, quòd semper sunt, vt cognitio voluntatis luciferi cum voluit equare se suo factori fuit collatiua & sic non euenit: vltta proteruiens, potentia diuina omnino potest futura, ergo sunt, quæ Deus determinauit & voluntati diuinæ, nemo potest resistere. quomodo ergo esse futurum non est necessarium fore? Ad primum quando dicis quòd idem est verbum substantiuum futuri temporis. i. participium eiusdem temporis est idem &c. dicatis quòd duplex est participium apud græcos vt notat Leonicus hic, & sic quòd. s. hoc verbũ erit significat necessario venturum quòd non potest impediri. Aliud vero participium significat futurum quodam, & significat quòd erit & nõ erit: nobis vero latinis non ita est, dico ergo quòd verbum illud erit significat euentum quòd non possit impediri: futurum vero participium significat euentum contingẽs, quia apud græcos non conuertuntur erit, scilicet & futurum est, aduertendum quòd philosophus hic ad mentem græcorum loquutus est, ad aliud cum dicis quæ futura sunt, à potentia diuina, dico quod nobis ita est, græcis vero non quia futurum participium aliquando erit aliquando vero non quia significat euentum contingens, &c. *De his uero somnijs*, postquam philosophus somnium esse triplicẽ, vt signum ut causa & vt accidens fortuito coninnctum, nunc vult hic remouere causam quam Democritus assignabat de prædiuinatione somnij tertij generis, quòd scilicet significet futurum euentum, à casu & fortuito, & quia Democritus assignabat cãm, hic philosophus vult remouere eam & dare aliam, & dicit Arist. quòd hoc somnium tertio modo dictum est remotum, à nobis, vel quia est de rebus distantibus à nobis loco & tempore pet mille annos ante factis vel faciendis in futurum, vel de rebus distantibus à nobis secundum magnitudines. i. de corporibus alienis, & de passionibus aliorum corporum, ut Themistius exponit & de corporibus alterius naturę à nobis, quia nõ sunt de operibus nostris, & hic somnia appellantur remota, quorũ nõ sunt principiũ in nobis, vt somnia primi & secundi generis, etiam generaliter loquendo ista somnia possunt dici etiã remota, quæ licèt non sint de rebus distantibus, à nobis loco & tempore, dummodo sint de rebus propinquis ab extra, & quia ab extra, ideo vocantur remota, quia principium secundum rem eorum nõ est in nobis, dicit ergo Arist. quia somnia tertij generis habent causam ut Democritus autumat, meliorem enim nos assignabimus quàm Democritus dicebat: dico quòd Democritus dicebat quòd somnium tertij generis habet per se causam, scilicet defluxus idolorum, à rebus sensibilibus ab extra occurrẽtibus ipsi dormienti ab ipso Deo est causa somnũ, ista ergo somnia quæ continent significationem futuri euentus à casu habent istam causam: dicit Aristo. quod nos assignabimus veriorem causam quàm ista. s. quòd est multiplicitas specierum sensibilium ab obiectis suis per aerem medium deuenientibus, tam ad sensus exteriores deinde ad interiores in ipso dormiente: tex. domini est obscurus certe, quia si ponamus exẽplum de lapide iniecto in aqua fit cõmotio in aqua, &c. ista commotione causantur mille circulationes in aqua vna post aliam est, ita erit de obiecto sensibili transmutando per speciem primam aeris partem: & aer habens imaginem tribuit illam alteri parti vsq; ad sensus exteriores dormientis, quia aer motus ab obiecto impellit imaginẽ scilicet speciẽ in organũ, & post organum recipiens illas imagines imprimit eas sensibus interioribus, & tunc sensus interiores per illas imagines intus receptas iudicant de euentu futuro, quamobrem ista est verior causa, quàm illa Democriti, quia ista causa reddit rationem omnium eorum quæ per se accidunt in somnio, scilicet diuinationi per somnio, & ista quæ accidunt, diuinationi per somnium tria sunt, primum est cur ista somnia magis fiunt in nocte quam in die, & si in nocte quare magistraliter dormienti quam vigilanti, & iterum cur magis immittuntur ista somnia homini ignaro quàm prudenti & sapienti. Nam assignabimus causam dicit Arist. omnium horum trium: sed Democritus non poterit assignare causam horum trium, ergo verior causa erit quàm sua, dicemus nos de primo, quòd hac ratione hæ somnia fiunt, magis in nocte quàm in die, quia sensibilia noctu magis multiplicant suas imagines per aerem ad organa sensuum q̃ in die, quia in die vt plurimum viget ventus, & fiunt motus fortiores, in nocte vero aer quietior est, in die vero multo breuius à sole causatur

Medici, & Astrologi quare debent esse cauti in suis prędictiõibus.

Futurum duplex vt necessariũ uel cõtingens.

Cã somnii tertii generis ab Arist. quare melior ea sit quę Democr.

fatur uentus, idcirco fiunt de nocte, quia tunc motus imaginis apparet multum quàm in die, quia propter motum ventorum diurnum impediuntur. De secundo cur magis dormiente quàm vigilanti fiūt ista somnia in nocte, dico quòd istæ motiones sensibiliū spirituales sunt in nocte & fortius mouent organa dormientis quàm vigilantis, & obiecta in nocte maiora sunt quæ repræsentatur, quia paruus strepitus dormientibus videtur esse tonitruum, quia ergo motiones sensibilium exiguæ sunt, ideo in somnio sunt manifestiores idcirco dormientibus magis quàm vigilantibus apparent. Item tertio cur magis homini ignaro imitantur quàm prudētissimo causa hæc est, quia homo fatuus & ignarus vacat curis, & cogitationibus, & cogitatiua eius vacua est: cogitatiua vero hominis docti plena est multis cogitationibus, & motus fortiores qui sunt in ea excludunt debiliores, & propter illas impeditur ille motus sensibilium exteriorum, cogitatiua vero virtus hominis ignari nulli rei est intenta melius recipit has cogitationes, & hoc supra ostensum est à sensu contrario, quòd qui multa cogitatione oppressus fuerit nō videt delapsa ante oculos, Democritus vero harum causam reddere nequit: quia si istæ diuinationes futuri euentus sunt, à Deo magis essent in die, quàm in nocte, vel sic, essent in die sicut in nocte, sed uidemus experientia magis in nocte quam in die, etiam Democritus non potest reddere cām cur uero in vigilante, cum uigilantia cogitatiua sit ita capax sicut dormientis, sed in dormiente sunt iste præuisiones, si à Deo sint, vlterius Democritus non potest reddere causam cur homini ignaro Deus remittat hanc diuinationem, & melius, & facilius docto viro immitterentur, si essent à Deo & sic nec à Deo nec ab angelis ista somnia immittuntur, idcirco verior est causa quā assignamus ex Aristotelis verbis, quàm illa Democriti ꝙ.s. sint obiecta extrinseca multiplicantia specieа illas per partem intermediam vsque ad organa sensus exterioris, talis enim vtrique erit causa potior quàm quæ Democrati.

Cur somnia poti⁹ immittā-tur fatuis, & ignaris.

Democritus cū sua causa non soluet ista.

Lectio XXVI.

Epilogat referēs nisi verba Arist. cām tertii generis somniorū propriā, esse veriorem quā quæ Democrati.

ET quòd quidem extatici, &c. dixit philosophus recitans opinionem Democriti, tertii generis somnia, quæ non habent originem in nobis habere veriorem causam quàm ea quæ, à Democrito fuit assignata, quia per causam assignatam ab Arist. possumus reddere rationem omnium accidentium ipsi diuinationi per somnium: sed antequam ad expositionem tex. deueniamus insurgit quædam difficultas pulchra: quia dixit philosophus quòd somnia triplicis generis non habent originem in nobis: contra argumentatur, quia illa somnia fiunt per phantasmata quæ in nobis sunt, ergo habent originem, à nobis: secundo opinio Aristot. uidetur coincidere cum opinione Democriti: quia sicut philosophus ponit defluxum specierum spiritualium multiplicatarū vsque ad sensus exteriores, et reddit causam accidentium somnij. Ita Democritus ponit defluxionem corporalem idolorum sensibilium, & reddet causam illorum accidentium in diuinatione somnij primum, quòd in nocte magis quam in die fiunt illæ defluxiones, quia tempus nocturnum tranquilius est, ita potest dicere Democritus quòd magis in nocte quā in die, quia idola sensibilia maiora apparent dormiēti in somnio quam in vigilanti: & quod in die non ita appareret, eo quia motiones sunt exiguæ: de tertia etiam ratione, potest Democritus reddere causam ꝙ magis fiant ignaro, qa eius cogitatiua uacua est, cuius causam ita etiam reddit Aristoteles, & sic in eadem opinione sunt & Democritus & Aristot. tertio ad principale argumētū, qa ēt philosophus nō potest reddere causam somniorum tertij generis, & sic Arist. decipit nos, scilicet quòd causa somniorum sint species sensibiles emanantes ab obiectis multiplicantibus illas, vsque ad sensus exteriores vt argumentatur contra Democritum Arist. si illa est diuinatio futuri contingentis, cum futurum non sit, non potest causare species, & si causaret species, non in nocte quidem eas produceret, quia vt plurimū ista somnia sunt colores in aere, ut est de iride & alijs signis cœlestibus, quia isti colores videntur in die potius, quàm in nocte, etiam non possint immutare sensus exteriores dormientis in nocte, & si possent, nō possent in tanta distantia causare similitudinem, & si causarent n. n nisi medio illuminato, & ideo non possent immutare sensus dormientis, & cum sint ligati, quomodo in tanta distantia possunt immutari &c. De primo dicatis, quòd Arist. appellat ista somnia non habere originem in nobis, non quia nō habeant re vera, quia habent phantasmata, quæ fiunt in nobis ipsis, sed dicunt nō habere originem in nobis quasi, quòd non fuint ex parte corporis nostri ut sunt somnia primi & secundi generis, quasi dicat ꝙ ista somnia non habent istam causam, scilicet habitus corporis, non quia reuera non habeant originem in nobis. Sed quia sunt, à rebus extra corpus nostrum ut de somnio Symonidis est dictum superius. De secundo vero quòd opinio philosophi conueniat cum illa Democriti, quia sicut philosophus ponebat defluxiones spirituales, ita Democritus ponebat defluxiones corporales &c. Dico quòd si nos exponamus defluxa Idola sicut Albertus exponit re vera sicut Arist. saluat illas apparentias: sicut & Democritus, etiam si de facto idola Democriti sint res corporales: sed non sic intellexit Aristoteles Idola Democriti, sed intellexit idola esse substātias quasdam non æternas, sed non genitas portentosas tamen, ut dæmones, & quædam idola benefica quæ somnia ad mentem istorum demonstrant secundum Democritum grata, & quædam malefica quæ somnia monstrifica demonstrant: vult ergo dicere Democritus, quòd substantiæ. i. dæmones qui imprimebant imagines hominibus pro diuinatione futurorum, & apparebant modo in die modo in nocte, & si ita exponamus, ista somnia erunt à Deo & ab angelis, & propter hoc dixit Arist. ꝙ Democritus nō

Respōdet ad tres instātias factas cōtra Arist. pro Democrito.

Qualiter opinio philosophi differat ab ea quæ Democriti circa sōnii cām.

poterit

poterit saluare illas tres rationes. Nã si fiant à Deo, non est maior ratio quòd immutantur magis in nocte quàm in die,& etiam ita viro prudenti quàm stulto,ita vigilanti sicut dormienti.

De tertio dico quando dicitis quòd Arist. etiam non saluat illas causas assignatas.s.species sensibiles, quia non possunt immutare sensus,cum sint ligati,& non in tanta distantia, dico Domini quòd re vera ita est, neque philosophus hoc vult dicere,quòd ista sit causa somnii tertij generis:Sed philosophus cōditionaliter loquitur, quia sunt à casu et non habent causam, tamen dicit Aristo. ꝙ si deberet poni aliqua causa,ista est verior quam ipsemet assignat,quàm illa quæ Democritus,& re vera, neque ista neque illa est vera causa,sed si volumus ad causam reducere, probabilior erit ista Aristot.quàm causa Democriti,impossibile enim est quòd species possint multiplicari vsque ad sensus dormientis in nocte, & ideo summopere errant qui volunt dicere Aristot. hanc causam assignare,sed Aristot. vult hoc dicere quòd neque ista,neque illa Democriti ratio assignata est vera, & quòd Democritus non potest soluere illas tres quæstiones insurgentes &c. Sed reuertamur ad textus expositionem:ꝙ postquã philosophus declarauit ꝙ somnia tertij generis non habent causas per se sed a casu fiunt, *& quòd quidam in excessu mentis præuideant,causa est &c.* vult declarare quibus nam præcipue hominibus conueniant ista somnia & in in hoc omnes latini expositores deuiant ab opinione Aristot.græci vero pauca dicunt,dicit ergo philosophus ꝙ somnia tertij generis quæ à casu præuident futura,neque habent causam vt somnia primi modi quę artifices cōsiderantur, neque habent signum ut somnia secundi generis quæ medici habent considerare,dicit Arist.quòd tribus gradibus hominum insunt ista somnia, primo insunt his qui extrasim patiuntur.i.alienationem mentis in quibus sensus exteriores non operantur, & remanent immoti, & tamen vigilant, non vident tamen,neque audiūt,quia retracti sunt sensus exteriores ab intra & quiescunt extra ab opere suo,& sic illi qui vident futura, quia in istis cogitatiua vacua est à curis, & ideo non excludit impressiōnes sensilium exteriorum, & ideo propter impressiones sensibilium exteriorum receptas in sensibus interioribus præuident futura, quia percipiunt ante alios homines. *Quosdam autem recte somniantes esse,& notos de notis &c.* Secundi generis homines quibus hæc somnia insunt sunt familiares respectu familiarium, & etiam noti homines habent somnia de notis, & etiam amici de amicis multa præuident,quia de se ipsis curant amici, & cogitant de amicis,quia eorum opera inter se patiuntur,ideo habent memoriam de eis, & recta somnia præuident,& iste crebro occursu negotio ꝙ de amicis &c. *Melancholici autem propter naturæ suæ uehementiam &c.* Tertij generis homines sunt melancholici qui crebra & cita commotione imaginum reseruatarum in memoria, repertis quibusdam imaginibus pro principiis per similitudinem quãdam accepto illo principio discurrit à principio ad finem &

Excessũ mentis patientes homines qualiter per tertiũ hoc genus sōnij prçuideant futura secũdũ Arist.

ex discursu illo præuident futura, exemplum de melancholicis quod affertur ab Arist. ita est sicut de venatore,qui antequam accedat ad feras coniectat & præuidet vbi sunt,& quomodo illas capiat, sic & melancholici præcognitum aliquid habent in eorum phantasmatibus,deinde tradit Arist. Exemplum secũdi est sicut de poemate Philægidis qui habet seriem continuam, & cum loquitur ipse de Venere est necesse discurrere à principio vsque ad finem, de illa materia, non autem est sic de poemate Euripidis, quia habet interpolatas sententias, ergo qui leget poemata Philægidis oportet legere ea à principio vsque ad finem, ita melancholici habent phantasmata ordinata, & illa sic ordinata coniectant accepta vna imagine, vt principio qui similitudinem quandam discurrendo vsque ad finem, sic discursu illo præuidet futura. Tertium exemplum quod affert Aristot.est sicut in uerticibus aquæ, ex uiolento incursu alterius rei non impeditur,ita est vehemens commotio in suis imaginibus in ipso melancholico, qui non diuertitur à sua cognitione propter occursum alterius imaginis, etiam si offerantur aliæ imagines, quia cap a una imagine pro principio perstat, & percurrit per omnes imagines à principio usque ad finem? per discursum factum per illam diuinationem imaginum præuident futura.

Sed in dictis Aristot. sunt non paucæ dubitationes. Prima dubitatio,quòd qui ecstasim patiuntur præuident futura, quia eorum cogitatiua vacat à curis,& opere proprio. Sed si iam uacat opere exteriorum sensuum, tunc vehementius operatur opere proprio. i. continue cogitant per retractionem sensuum exteriorum, & confirmant per Auerroem in commento suo de somno & uigilia, quòd cogitatiua vigoratur in quiete exteriorum sensuum, quomodo ergo in eis cessat motus interior cogitationis,& vacat ab opere sensuum interiorum, & habent alienationem mentis, Vlterius si sensibilibus exterioribus vacant sensus exteriores, qũo possunt ipsa immutare istos sensus exteriores cum sint ligati, vlterius si debent prçuidere futura:& ipsa nundum sunt, ergo nō possunt immutare sensum: qũo ergo illa prę uidebunt cum nullam habeant speciem &c. Secũda dubitatio & fortior,isti melãcholici dicit philosophus habent phantasmata ordinata,ideo si accipiũt vnam imaginẽ tanquã principiũ discursum à prin ipio ad finem, & cum hoc in melancholico negatur, quã in alio hominũ, vlterius qũo potest in eis fieri iste discursus ab imagine tanquã principio per quandã similitudinẽ reperte vsque ad finẽ. Dicas obsecro qũo erit ista similitudo & quęrit. Tertio argument.i.quia dixit duo Arist. primũ ꝙ melãcholici prçuidẽt futura,& recte somniant,quare addit hoc, & recte somniant,vltra id ꝙ dixit quòd præuident futura, si ego domini scirem bene soluere essem contentus &c.

Ad primum de his qui patiuntur ecstasim vacãtes ab operibus sensuum interiorũ,ergo cogitatiua magis uigoratur in opere suo ut Auerroes asserit quòd cogitatiua uigoratur apud quietem aliorum sensuum, qũo dicis, ꝙ vacant ab operibus interioribus

Domini mei ego diceremi sic, nam ista sunt mea dubia, & non aliorum. Dico ergo quòd virtus cogitatiua vacat ab opere proprio non semper tamen, sed quandoque, & hoc maxime in viris fatuis quibus fit hæc præuisio, & isti habent paucas imagines in eorum cogitatiua cum sit vacua à curis, & de istis loquitur philosophus non tamen sermo Arist. generaliter intelligendus est, quòd. s. quicunque & quotiés. cunque extasim patiuntur, quòd ergo cogitatiua vacat ab operibus suis, quia isti viuunt tantum vita sensitiua, quia vita plantæ, vt ita loquatur, quòd addis si sensus exteriores ligati sunt quomodo immutabitur ab eorum sensibilibus, & si futura sunt quæ præuident, quia futura non habent species, quomodo immutabunt, dico domini, ꝙ forte Arist. per stat in assignationem illius causæ Democriti, idest quàm Democritus assignauit, & Arist. non affirmat illam causam esse veram, supponendo tamen quòd illa sit causa. Dico tamen secundum rei veritatem, quòd ego non video quomodo sensus exteriores possint immutari, & quòd cogitatiua cum vacat ab opere sensuum exteriorum facilius interiores sensus immutantur, tamen dico ꝙ Arist. non loquitur proprie ad veritatem asserendam sed conditionaliter contra causam Democriti, cum neque sua neque illius sit substinenda pro vera, & loquitur de melancholicis viris fatuis & insipientibus: Domini mei nescio aliter dicere & fateor ignorantiam meam &c.

Ad secundam dubitationem ꝙ isti melancholici habent fantasmata, ordinata proterea dixit ꝙ fiunt à casu, dico ꝙ Arist. intellexit non simpliciter. s. quod simpliciter habeant fantasmata ordinata, sed habent ordinata quo ad motiones, eo quia excitata vna imagine omnes excitentur, quia propter uehementem motum excitantur phantasmata, & vna commota & mouente sensum communem commonentur & etiã omnes, & etiam omnes excitant sensum communẽ & ideo fit discursus in omnibus imaginibus, & propter istum discursum prouident futura in breui tempore: & sic commouentur, in aliis hominibus cum non sint ijs pleni flatu & vento melancholico, quòd autem inferebas quòd isti præuident futura accepta vna imagineper quandam similitudinem, & si similitudo ergo à casu præuidet. Sed quæ nam ista similitudo erit? Albert. & Auer. videntur dicere quòd hæc similitudo intelligitur quodam argumenti modo & coniectura, vt exemplificat Albertus si quis somniauerit se comedere ouum, significabis reuelationem ab sconditorum, & hoc non nisi per quendã similitudinem præuidet de futuro, quia ouum nõ potest comedi nisi frãgatur testa ipsius, & interiora apparent, sic a simili dico ꝙ illud quod absconditũ, & occultũ reuelabitur, ac scietur, & sic per similitudinẽ indicat de futuro aliquo, exemplum si quis somniat se coire cum virgine significat ꝙ patitur angustiã de re sua. i. sicut in coitu virginis requiritur maxima difficultas, quã in alia, quæ non sit virgo, per istam similitudinẽ præuidet similiter futurum. s. angustiam, sed Albert. loquitur obscurissime & confuse, tñ ista expositio non potest stare, ista. n. coniectatio de qua loquitur Arist. per similitudinem fit in somno dũ somniat, quod vero Albert. dicit est interpretatio quę fit ab aliquo vigilante, hoc patet si recte consideres verba philosophi, dicit Arist. ꝙ isti melancholici in somnio discurrunt à principio, ista vero interpretatio eo modo, quo dicit Albert. non est in somniãte dũ somniat per quandam similitudinem: quia iste potius vigilat. Secundo & fortius dicit Aristot. ꝙ ista somnia sunt à casu si sunt à casu, vana erit illorum interpretatio. s. ꝙ patiar angustiam de rebus meis, ꝙ signatum fuit per comestionem oui in somnio, non erit ergo eis aliqua de interpretandis somnis huiusmodi tertij generis: Dicamus quòd ideo videtur aliter dicendũ ꝙ philosophus intelligit ꝙ melancholici in somnio per quadã similitudinẽ & discursu quodã præuidẽt, ꝙ discursus fit à simili. v. g. si quis somniabat dum dormiret, ꝙ erat magna pluuia postea per virtutem cogitatiuã videt ꝙ illo anno erit maxima penuria frumenti discurrendo à simili ad simile, vti hoc anno fuit hoc pacto ex imagine reseruata quasi per similitudinem quadam infert quòd annona erit cara: ita & pari modo erit si quis somniatus sit se videre haritas vehemẽter vstas per cogitatiuam in somnio infert ꝙ erit penuria: Dices tu quòd Arist. hoc tribuit magis melancholicis quàm prudentibus, soluit quòd fortè hoc est, quia isti continue somniant, & somnia eorum non sunt multum profunda, & habent imagines in continuo motu propter flatulentiam humoris melãcholici, & sic discurrunt per vnam imaginẽ tãquam à principio, si aliud intelligat philosophus oecio, *artificiosissimus aũt est iudex* dicebã vobis quomodo erat sententia Arist. ꝙ melancholici discurrẽdo per imagines quas habent ordinatas. s. quo ad cõ motionem hoc est quòd mota vna omnes mouentur, ideo accepta vna illarum tanquam principio eligit per illam aliquid futurum per quandam similitudinem sicut dictum est, quòd melancholici ex casu pluuiæ vel vredine Aristarum quæ se offeruntur virtutes discursiuæ somniando præuident caritatem discurrens per imagines & ex multis illarum, & ex vna tanquàm principio accepto, cur principio assenti discurris & infert ex illo assumpto contingens futurum: sed aliquando quæ præuident non sunt vera, quia possunt assumere principium falsum quandoque ex illo principio falso posset etiam sequi verum &c. Remansit circa dicta superiora vltima dubitatio discutienda quæ talis est, quòd melancholici recta somnia habent, & præuident futura cur copulatiue loquitur? Credo domini quòd philosophus dicat sic quòd præuisio respiciat futura & id scilicet quòd recta somniant respiciat factum. i. somniant de his quæ sunt, eo modo quo sunt, qa illa diuinatio non tñ est de futuro, sed de re præsenti facta etiam. Reuertamur nunc ad textũ, quòd postquã Arist. vidit causam quomodo fiat somniũ à casu, vult modo dare nobis artem interpretandi somnia, sed videtur dicere philosophus quòd ille est optimus interpretatur somnii, qui imagines confusa & distortas & truncas reducit ad claras, rectas & perfectas, scilicet, ut certe sciat cuius sic imago illa, & quid repre-

repręsentet, multotiens sunt imagines quędā & reducuntur inde ad rectas, si optimus erit interpretator, multotiens imagines apparent truncatæ. f. videtur tantum brachium hominis seu crus, & tunc reducat causam illam, & dicat φ hęc est imago fortis, & iste erit solertissimus interpres, quod probat philosophus dupliciter, primo qa interpretari somnia recta est cuius via hominis tā periti quam imperiti, & nullius est artis, ideo quilibet potest reducere imagines, si sunt truncatæ ad integras, & ita de alijs. Secundo omnis similis quia similis est indagator somniorum ipsi visui inspicienti in aqua imagines illas in aqua intuetur imagines sensibiles, & per illas pcipit obiecta sua, & si aqua fuerit valde mota imagines sunt distortæ & multum truncatę, & non est nisi acuti visus discernere illas imagines & illas adinuentas reducere ad integras, ita quòd à simili ī somnio si sunt imagines clarę & integrę, nullus interpres laborat interpretando, si vero imperfectę sunt & distortæ & manchæ, dicatq; illa est idolum hominis, alia est idolum vrsi seu equi, vel leonis: & illa est idolū illius, & qui sic faciet iudicabitur solers somniorum interpres, reducendo omnes illas ad rectas, & clarius loquēdo, dico, φ similitudo stat in hoc φ cū imagines quę apparent in aqua quieta sunt claræ, & integræ, omnis visus siue acutus siue hebes potest ipsas iudicare, & discernere, si sint distortæ & diminutæ & mancæ, & in aqua agitatæ apparēt, tunc non nisi acuti visus est discernere eas, & dicere hæc imago truncha est imago Cęsaris, & illa est imago Tyberij, & non quilibet visus pōt hoc facere, sed tm̄ acutus: sic à simili, Dico de interprete, φ si imagines in somnio sunt clarę & integrę & rectę quilibet potest interpretare, siue solers, siue ignarus, si vero illa simulachra sint truncha non nisi solertissimi est iudicare hoc idolum esse Ciceronis: & qui hoc faciet solertissimus somniorū interpres erit iudicandus, & tūc philosophus epilogat dicens, *quid igitur sit somnus & somnium & propter quā causam utrunque horum fit, amplius autem & de eis que in somnijs est diuinatiue iam dictum est*, post hoc de cōi motu animalium est dicēdum notu. dico de incensu, quia liber de incesu, post ponitur ad secundum de partibus animaliū, & hic est finis huius tractatus præsentis capituli. Est tamen vnum aduertendū φ in latinis codicibus quos hodie habemus be ne reperitur, & de facto bene stat: Sed in dictis philosopho dubitatur, & primo in verbis eius qa dicit ipse φ solers interpres sēniorū est ille qui scit discernere imagines distortas & diminutas, & iudicare istā imaginem esse periti, & illam esse fortis, & illam Cęsaris dubitatio est, quia non potest hoc facere iste qui somniat, quia imagines sunt informatæ in somniante, interpres vero extrinsecus est, ergo interpres nisi videat imagines non potest iudicare: sed imagines sunt in somniante, ergo nullus potest esse interpres in somniis. Secundo redactis istis imaginibus simplicibus ad claras imagines & rectas remanet alia interpretatio, scilicet indagare quid significarent illa somnia quia sunt de futuro contingenti, quod est in ænigmate & sub inuolucro quodam, quod indiget interpretatione magna, quid portendant, & quid significent, v. g. ille qui somniat comedere ouum, certum est, quòd iste habet imagines claras oui, opus est ut nos indagemus quid significent, & in hoc laborant omnes doctores, & multi fecerunt libros de interpretatione somniorum, vt Hyppocrates & Arnaldus de villa noua, tamen est difficillimum velle scire veram somniorum interpretationem, Albertus dicit, quòd commestio oui significat reuelationes absconditorum, etiam obscuratio solis, & descensus scalarum depreßionem honoris significat, & confirmatur cum somnium sit apparitio facta ex motu fantasmatum, verior interpretatio erit si inquirat philosophus à qua causa mota sint ista phantasmata, & non alia, & cur ille & non illa fuerint repręsentata, quia melius apparet interpretatio an somnium habeat causam, an sit per signum, aut per accidens fortuito coniunctum, an à casu, dimisit ergo philosophus hoc, & sic est manchus, & confirmatur, quia Ptolomæus in libro centum verborum & in quadripartito, docet interpretari somnia ex configuratione Astrorum, scilicet quod ex tempore debemus interpretari somnia, hoc est cum fiunt somnia, debemus aspicere astra & motum eorum, & valde imperfecte loquutus est Aristot. de hac materia præ diuinationis somniorum. Tertia dubitatio philosophus vtitur similitudine incongrua, scilicet comparare solertem interpretem acuto visui, & probatur dicit enim philosophus quòd visus acutus potest discernere imagines distortas & reducere ad integras & rectas, sed hoc non conuenit visui quantumcunque acuto, patet, quia hoc iudicium reducendi imagines ad rectas, non fit nisi discursu quodam à parte ad totum, pars imaginis repręsentabat manum hominis, ergo erat tota imago hominis, sed visus non potest sic discurrere, sed sensus interiores possunt hoc facere & non visus, non recte ergo philosophus fuit usus hac similitudine, de primo dicatis cum dicebas, interpres somniorum est extrinsecus, quomodo ergo pōt interpretari somnia quæ in alio sunt, dico & credo φ Arist. intelliget φ interpretator somniorū sit ille met qui somniat & non alius, & cū surrexit hoc interpretat, de scd'o cū asserebas φ redactis imaginibus simplicibus distortis & trūcis ad rectaa & integras super est alia interpretatio q̄ ista, Albert. in libro de hoīe ex sn̄ia Algazelis & Danielis respondet φ Arist. qū dicit φ interpres somniorum solers debet reducere imagines distortas ad rectas, nō intelligit simplices imagines imperfectas, sed idola, in somno distorta, nō quo ad sui figurā & quātitatem ut de imaginibus in aqua, sed intelligit idola distorta quo ad futuri euentus significationem, quia tunc reducuntur imagines, quæ exeunt sub ænigmate, & sub inuolucro ad rectā significationem, quia significat et portendunt futurum, v. g. in commestione oui idola sunt distorta, quo ad significationē, qa significat reuelationem absconditorum, quia sicut ouum nō potest comedi nisi frangetur, et appareant interiora eius, ita φ tibi occultū est fit patens, ēt fit

Similitudo quā ponit Arist. in rectè interpretandis somniis, i quo consistit.

Dubitationes variæ circa dicta ab Aristot.

In quo cōsistat melior, ac verior somniorū interpretatio.

est coitus cum virgine significat angustiam futuram in rebus tuis: quia sicut difficilius est mulium cũ virgine coire quàm cum muliere, etiam sic in angustia rerum tuarum patieris difficultatem: debemus etiam quærere à qua causa sint mota illa simulachra, & non ista, si ab effectu animæ siue ab habitu corporis, & sic debemus inspicere significationem somniorum. Sed hoc quod dicit Albertus falsum est, quia philosophus ex verbis suis dicit interpres solertissimus somniorum debet reducere imagines distortas ad veras, quòd scilicet dicat: hoc est idolum hominis, & sic de imagine simplici loquitur Aristot. non de significatione totius imaginis per somnium, similitudo etiam quàm facit Arist. de visu procedit in imaginibus simplicibus, hoc quid nã phantasmata simplicia significent, & portendant nobis per somnium, postquam aspexerat simulachra distorta & trunca, & re uera illa erant simulachra hominis, quia ex parte imaginis hominis, puta brachij arguet totam figuram hominis, & non debet respicere quid significetur, quia significatio, aut vana est, aut est alterius artis à philosophia.

Secundo & fortius contra Albertum quia dixit ipse quòd ista interpretatio somniorum aliquando fit à simili aliquando à dissimili, à simili cum in somnio insomniaris solem obscurari & descendere à scalis significat honoris depressionem, à dissimili etiam si quis somniat se mori significat se non mori. sed significat longam vitam, vt vulgo dici solet D. Albertus & hoc etiam Auer. quòd interpres somniorũ debet respicere similitudinem communem omnium climatũ & locorũ mũdi, & hæmisperia. Sed contra eos sic arguo, ista somnia de quæstione oui & de coitu virginis & obscuratione solis & similibus à casu sunt & significant futurum euentũ à casu & fortuito, ergo explanatio eorum irrita & vana, sicut illa præuisio erat irrita, ita & interpretatio irrita erit, ergo nõ potest per artem inuestigari somnium à casu. Tertio arguo dicit Albertus ꝙ ista interpretatio debet fieri à simili aliquando à dissimili, & omnis res infinitis rebus similis est, & infinitis dissimilis etiam est, omne ergo somnium infinitas patietur interpretationes, quomodo ergo comestio oui significat reuelationem absconditorum, ita etiã poterit habere alias significationes, quia alijs rebus posset assimilari &c. ideo ego aliter dicerem ꝙ interpretatio somnij est duplex altera generalis, altera specialis generalis est quo ad simplices imagines quæ occurrunt in somnio cuius sint, si sint distortæ & confusæ & ista est naturalis interpretatio, & de hac loquitur Arist. alia interpretatio est specialis qđ nã portendãt somnia vt comestio oui, dubito qđ prætẽdat illa oui comestio, dico qđ illa interpretatio est vana & alterius artis à philosophia, & ista nõ pertinet ad philosophũ naturalẽ, qa aut vana, est aut irrita, aut alterius artis. Nã triplex est somniũ naturale verũ. s. quod oritur ex affectu corporis s. si quis somniat se submergi in aquis significat dominiũ flegmatis, & hoc est signũ, & hęc est interpretatio medici, non aũt philosophi, & ideo Hyppocr. facit librũ de somnijs quæ significent sanitatẽ futurã, vel ęgritudinem: Aliud somnium oritur ex affectu animæ sicut artifex, & nauta sæpe somniat de naui & remis, & scholares sępe somniant de libris, & venator somniat de canibus, artifex ergo quilibet, sic præuidet de rebus suis, & ista somnia vocantur animalia, eo qa ex animæ affectibus oriuntur, & ista somnia specialia habent causas, & non sunt vana neque irrita, & sic interpres istorũ somniorũ specialis est, nõ spectat ad philosophũ naturalẽ, vnde & de ministris Pharaonis, quorũ alter eius pincerna præuidit in somnio per vinum & caseũ alter per farinã, quia cuiuslibet somniũ fuit, iuxta exercitium artis suæ: cũ isti duo ministri fuerint intenti in diuerso munere. Si vero somnia fuerint de virtutibus moralibus, data est generalis cognitio ab Arist. vt problematum parte secunda. Si vero somnia tertij generis sint qui sunt à casu i. significant futurum à casu, non nascuntur ex affectu corporis aut animæ, vt si somniaret cõcumbere cum virgine, hæc somnia vana sunt & irrita apud Arist. & sic si sunt somnia primi generis ad medicum pertinent, sine sint secundi finis ad specialem artificem, si vero fuerint tertii generis quę non sunt de rebus nostris, sed extrinsecis, hæc à casu habent futurum euentum, & istorum interpretatio est vana irrita & frustratoria, eo quia à casu & fortuito significãt, & non potest dari regula aliqua ab Arist. quæ interpretaretur huiusmodi somnia, quia à casu eueniunt & multotiens non eueniunt, multi. n. vt vulgo applauderent dicunt, istud somnium hoc significat, & istud tale significat, & si aliquando somnia eueniunt ut somniantur, transeat, tñ est per accidens vt sic eueniat, vt fuisti somniatus, & ideo Auer. vanè loquitur quòd debet interpres inspicere similitudinem communem omnium climatum, quòd si accidit per accidens est, & sic philosophus dat artem generalem, & non specialem, quia aut est, alterius artis aut vana est, quando ergo in secundo argumento dicitur quòd præter reductionem imaginum ad integras & claras necesse est indagare significationem totius somnij, dices quòd soluta est, quia philosophus non quærit istam, eo quia non spectat ad philosophum, aut est uana apud ipsum aut est alterius artis, ad confirmationem ergo cum dicebas veriorem interpretationem esse inuestigare, qua nam causa sint mota ista phantasmata, & non alia, & quare potius istæ imagines mouerunt sensum communem & non aliæ, & tunc cognoscentur nunquid ex affectu animæ, an corporis procedant? dico ꝙ Arist. supposuit hanc inquisitionem tactam esse in speciali arte, quòd autem addis de Ptolemeo qui docet interpretari somnia ex motu astrorum, quòd eo tempore quo fit somnium, debemus inspicere motum astrorum, dicendum est quòd Ptolomeus cum multis alijs dicitur somniũ esse à cœlo, & ideo fatui sunt qui tenent ad mentem Arist. quòd somnia sunt à cœlo, dico tñ specialiter ꝙ cœlum nõ imprimit somnia nobis, etiam ꝙ omnes motus à cœlo procedant & opera omnium inferiorum scđm Arist. & secundum Ptolemeũ præcipue fiant mediantibus motibus cœli: Ad tertium quòd similitudo, qua vsus fuit Arist. in inter-

Interpretatio somniorũ secundũ Albertũ aliquãdo fit à simili, aliquãdo à dissimili.

Interpretatio propria qualiter secundum Aristot. pôt tradi an diuinaodi pſomnia.

De somniis specialibus pertinẽtibus à virtutib' moralib' agit Aristot.

Arist. qua re tradat nisi artẽ generalẽ somniorũ & nõ specialem.

in interprete solertissimo cũ visu acuto nõ erat cõueniens data ab ipso philosopho, eo ꝙ non potest visus atutus reducere partem imaginis ad totam imaginẽ putaad corpus integrale, quia hoc iudicium est tantum sensus communis & virtutis interioris, dico ad hoc ꝙ verum est, dices tu similitudo est vana, respondeo & dico, ꝙ similitudo in hoc conuenit quòd sicut cogitatiua discernit imagines distortas, & truncas & reducit eas ad non trunchas: sed ad rectum & ad integras & claras, sic sensus communis per uisum acutum iudicat in aqua cõmota imagines distortas multorum animalium, & reducit eas ad claras & integras & perfectas iudicando hanc esse idolum hominis, illam vero esse idolum equi, &c.

Lectio XXVII.

Somniorũ interpretationẽ adhuc declarauit ad mentem Arist.

DICEBAMUS interpretationẽ somniorum & dixi uobis ad mentem Arist. quomodo fit hæc interpretatio, subest nunc alia quæstio consequens, cur est quòd somnia matutina sunt veriora quã alia, Themist. dicit ꝙ somnia matutina non sunt veriora. Sed bene magis clariora, quia tunc temporis imagines clariores sunt quã alio tempore, & ratio est, quia facta digestione spiritus mouentur conuenientiori motu ad cerebrum quàm ante, quia ante digestionẽ, erat vehementior motus in ipso spiritu & sanguine, tamen dico quòd et si communiter dicatur ꝙ somnia matutina sunt veriora: forte est quia sensus communis facta digestione eo tempore animus grauatur sanguine, quia sanguis tunc est in omnibus membris, ideo sensu potest discurere per omnes imagines præseruatas, & accepta vna tanquam principio per quãdam coniecturam discurrendo per omnes & circũloquendo uenatur & præuidet futura, generaliter tamen dixit Arist. in 30. particula problematum, problē. vltimo quòd meliores homines habent meliora somnia, & mali habent mala somnia. Insurgit etiã alia dubitatio nũquid homini Christiano potest esse licita interpretatio per somnia S. Thom. respondet ꝙ si huiusmodi somnia ab angelis, vel à diuina potẽtia immittantur licita est. Si uero à dæmone in licita est, replicabis, tu quomodo ab angelo bono & malo potest fieri ista præuisio futuri in somnio? respondet S. Thomas, quòd ista præuisio fit, non quidem, quòd angelus imprimat illas cogitationes in phantasia, tum propter dictum Arist. in secundo de anima tex. c. 161. phantasia ẽmotus factus à sensu secũdum actum. Tum etiam propter Augustini dictum ꝙ nulla alteratio subest uirtuti angelorum, ista ergo impresaio futuri contingentis est quædam alteratio quomodo fiet. S. Thomas dicit quòd fit per motum localem, quia in somniante sunt reseruatæ imagines sensibilium affixæ in spiritu & sanguine, & tunc dæmon, seu angelus cognoscens futurum trãsmutat illos spiritus animales, & phantasmata in quibus sunt imagines affixæ, quæ possunt representare illud futurum, & facit illa phantasmata esse præsentia sensui communi & sic sensus discurrendo per omnes illas imagines præuidet futura ex illa materia, quòd omnes effectus qui dependet à motu locali potest immediate applicari angelo, non autem qui fit per motum alterationis, ita angelus applicat spiritus vitales, vel animales, in quibus sunt affixa phantasmata hoc pacto representantia futurum.

D. Thomæ opinio qualiter fiat præuisio in somno.

De interpretatione somniorum.

REMANET vltima dubitatio, de interpretatione somniorum, scilicet super tractatu de interpretatione somniorum vtrum. s. homini sit posibilis ista præuisio futurorum, & videtur, ꝙ non, quia neque ex causa neque ex effectu haberi potest, ergo &c. valet consequentia, quia omnis cognitio fit aut ex causa aut ex effectu præcognito, non ex causa præcognita, quia futurum contingens raro est, & quod contingens est, nõ habet causam, neque ex effectu quia illud futurum contingens nondũ est &c. Secundo somnium est apparitio quæ fit ex motu simulachrorum reseruatorum sensibilium, sed futurum contingens non habet imagines in sensu nec simulachra, quia nondum sunt sub sensu, ipso futuro non existente, ergo &c. In oppositũ est Arist. & pro Aristotile sic argumentatur. Nullũ famosum est ex toto falsum, sed hoc est famosum aliquem præuidere futura, ergo &c. Sed ꝙ nobis inest, aliqua præuisio futuri cõtingentis experientia probatum est: quia unus quisque aliquando præuidet futura per somniũ &c. de hac quæstione omnes medici conueniunt ꝙ in nobis est posibilis diuinatio futuri contingentis, sed quo nã modo fiat difficile ẽ, hoc opus hic labor est, Arist. enim in hac materia. Truncatim loquutus est: ideo omnes dubitauerunt, & de modo quo fiat ista diuinatio sunt discordes &c. Primus modus, dicendi qui est, ex lege nostra est, attributus Arist. ab Alberto & Suessano, dicunt enim isti quòd hæc præuisio fit à Deo mediantibus angelis bonis vel malis, vel ab ipso Deo immediate potest in fundi præuisio futuri contingentis, & hoc probatur auctoritate Galeni, primo regiminis acutorum, ubi dicit, quòd somnia à Deo sublimi sunt, etiam probatur ex Aristot. quem citat Albertus dicit enim ꝙ præuidere de rebus distantibus ab Oriente est supra captũ humanum, ergo à Deo vel ab Angelis, sic dicit Albertus & sic Suessanus. Secundo probatur ex diffinitione quid nominis ipsius, cum dicatur diuinatio quasi cognitio infusa à Deo, quia Deus cũ sit artifex omniũ primus habet exẽplar futuri in se, iõ habet ꝙ põt istã cognitionẽ homini ipsi infundere. f. eo quia Arist. ponit angelos bonos vel malos, & iõ nõ negauerũt angelos iuxta sñiam istorũ &c. Sed cõtra hunc primũ modũ arguo, licet hęc scđm fidẽ sit, nõ tñ stãt cũ principijs peripatet. qa somniũ fit p phãtasmata representata, & primo arguo ex pte Dei, qa si Deus eẽt cã huius pręuisionis, ista ita fierent de die, sicut de

An præuisio futurorũ ex somniis habeti posit.

Diuinatio hæc quo fiat est sũme difficile ex maxima discordia inter authores.

 nocte

nocte & ita hominis vigilanti sicut dormienti. Ita e͏̃t prudenti sicut ignoranti, quia Deus facit quòd fit ad libitum suæ voluntatis, quia potest infundere cognitionem quamlibet & de die, & de nocte, & si fiant à Deo non potest reddi causa quare fit, secundo hęc præuisio fit à casu ut inquit philosophus, ergo non à Deo: sed ego sum miratus de istis expositoribus, & ꝙ fit à casu ego probo, ꝙ fit extra semper & frequẽter fiunt raro, & quod raro fit, fit à casu, sed somnia sunt huiusmodi, ergo &c. Tum à simili quando recordabar de amico quòd hic accederet ad me, & fortè accessit tunc amicus ad me, tamen hoc fuit casu & memoria de amico casualis fuit: ita aduentus talis contingentis casu fuit: si à casu ergo non habet causam per se, ergo non à Deo, tertio argumẽtatur, quia natura est ꝙ ista diuinatio fit particulariter, ergo non à Deo quia fit ab humore melancolico cõtinuo cõmouente spiritus animales in quibus sunt affixa simulachra sẽsuum, iõ cõtinue sunt pñtia talia simulachra eleuata à spiritibus, & accepto vno tanquã principio per simile pręuidet aliquid, vt patet de illo qui multa loquitur, sic melancholici qui habẽt cõtinuas cõmotiones imaginũ, ergo non à Deo & hæc sunt verba Arist. ex qbus cõtra oẽs arguam: Auer. 12. Methaph. com. 51. dicit ꝙ Deus tm̃ se intuet: vilesceret. n. intellectus diuinus si ista inferiora consideraret, & hoc nisi ex doctrina peripateticorũ, qa Rex nõ habet curam de ministro viliori puta de coco, tum e͏̃t ex parte nostra, quia phantasia est motus factus à sensu secũdum actũ 2. de anima. 3. ergo sic iste motus non nisi à senso exteriori, ergo non põt infundi à Deo &c. Quarto sequeretur ꝙ deficiente sensu esset possibilis nõ deficere sciẽtiã illius sensus cõsequẽtia est manifesta, quod si per te phantasmata coloris põt imprimi à Deo & ab Angelis, possumus ergo nos habere notitiã colorũ sine colore, hoc absurdũ est, quia deficiente sensu à natura deficit sciẽtia illius sensus, ꝙ dicit Arist primo Posteriorũ, primo falsa esset illa propositio Arist primo Poster. ꝙ omnis cognitio seu doctrina & disciplina fit ex pręexistenti cognitione, quia disciplina futuri contingentis non haberetur per discursum, neque ex cognitione alicuius principij, quia habitus illius futuri infunderetur à Deo cuius oppositum dicit Arist. Tum e͏̃t dicit Arist. in hominibus, & brutis eadem est causa, qua fit somnium. Sed in brutis non fit à Deo, ergo neque in homine, ergo ista diuinatio nõ est à Deo, patet consequentia quia, à quo fiunt somnia ab eodẽ & diuinatio, tum ex parte angelorum, dicunt isti Arist. pôsuisse angelos, quod falsum apparet ex Arist. 12. Metaphisices ubi nominauit substantias abstractas ex numero motuum, quia non est alia via probandi nisi ex motu extrinseco, sed octo sunt motus extrinseci, ergo octo sunt substantiæ æternæ, & abstractę, ergo nõ sunt plures, ergo non dantur angeli boni vel mali, & quanuis potuerit scire, tñ ipse ex suis principiis illos ponere non potuit. tũ ex cõtinua mutatione essent. n. istę substantię abstractæ in continua mutatione, cuius oppositũ dixit Arist. 8. Phys. ꝙ substãtię abstractę nullo modo mutantur. Sed videndo intendendo & mouendo ista inferiora essent in continua alteratione. Tum ex cognitione aut. n. angeli inferiora ista cognoscunt aut non, si non, quomodo, ergo infundunt? si sic, aut cognoscũt vniuersaliter, aut particulariter, si vniuersaliter tantum, cur magis vnius futuri contingentis cognitionem imprimunt, & non illius, cũ ita capax est iste, sicut & ille, ergo nõ in vniuersali, si in particulari, cum vnius contingẽtis habuit notitiam, & omniũ habebit notitiam, ista sunt infinita, ergo infinitorũ inhærit eis cognitio, sed omne infinitum est ignotũ, ergo hæc notitia angelo non est possibilis, & præterea cognoscerent signate: & sic essent substantiæ materiales, qa nulla virtus nisi materialis potest cognoscere signatẽ, tum ex motu, quia substantiæ indiuisibiles si mouerent, hoc repugnat dictis Aristotelis 6. Physicorũ assumptum patet, quia si angelus modo orienti, modo occidenti infunderet cognitionem oportet, ibi esse præsens & sic moueretur de loco ad locũ, cum secundum veritatem philosophiæ nullum indiuisibile moueatur. Tum quia quod mouetur partim est in termino à quo, & partim in termino ad quẽ. Tum ista pręuisio futuri aut imprimit immediatè ab angelis, quia oportet esse per primas qualitates & illæ carent huiusmodi esse, & etiam falsum est, quia nulla alteratio potest immediate subesse angelo: dices tu quòd ista impressio fiat ex motu locali ab angelo, ut S. Thomas. Contra, quia superfluit iste angelus, quia ex habitu melancholico potest fieri ista diuinatio continue mouente phantasmata, tum quando quis præuidet, non habet phantasmata futuri contingentis, eo quia futurum nundum est, neque causat species, ergo & confirmatur, quia Aristotelca non ponit dæmones, ait enim Auer. quòd peccant astronomi, qui ponunt, quòd in cœlis sit malitia, quia omnis malia oritur ex materia prima, modo intelligentiæ illæ sunt abstractæ à materia prima, sed intellectus per accidẽs materię coniunctus est, ideo quandoque errat, & sic errat per materiã in potẽtia, qa nũquã erraret intellectus humanus, si materię nõ cõiungeretur, & in hoc Arist. deuiat multũ à fide, qa angelus potuit peccare, quod Arist. negat, nõ dantur ergo scd̃m Arist. angeli mali, iõ forte verior est opinio illa ꝙ angelus nõ est substãtia simplex sed cõposita ex materia & forma, vt Apuleius, q̃ dixit angelos esse cõpositos ex materia aerea, & e͏̃t D. August. 8. de ciuitate Dei cap. 15. scribit hoc, & sic possumus ponere, ꝙ sunt mali pp materiam, mouentur e͏̃t quia sunt compositi, sed hoc non põt stare, sic arguendo. Nullum subiectum simplex põt esse subiectum aiæ, in sublunaribus, qa omne animatũ indiget subiecto constante, modo exemplum non constat, quia si constaret oporteret habere terrã & aquam & esset mixsum, vt quarto Metheororum, & sic si angelus esset compositus ex materia & forma, esset generabilis & corruptibilis, valet consequẽtia, quia si hoc animatũ cõstat ex materia aerea, habet materiã in potẽtia, ergo gñabile & corruptibile, & sic non est cõpositus ex aere, & aia, & sic ista opinio implicat. s. ponere, ꝙ sit compositus, & quòd sit æternus, sed dices angelus est compositus ex mixtione omniũ elementorũ &c. Contra

Instantia ex D. Thome.

Euasio.

Omnema lũ pendet ex materia prima scd̃m peripateticos.

Arist. deuiat multũ à fide.

An Angelus sit natura simplex.

Argumenta ad partẽ negatiuam.

Contra, quia autem ista mixtio est æquè perfecta sicut mixtio hominis, & hoc non, quia tunc forma hominis & angeli essent eiusdem speciei: aut magis aut minus perfecta, si magis, esset contra Auicennam prima primi, doctrina tertia cap. ij. cap. de complexionibus, quòd Deus donauit homini complexionē temperatiorem quàm in hoc mundo esse possit cum suarum virtutum conuenientia, quia omnium sublunarium finis est homo: si minus perfecta, tunc esset angelus minus perfectus homine, quòd falsum est: ergo Aristoteles non posuit has substantias esse, & sic non potest poni substantia composita, neque simplex neque mixta ex simplici elemento, neq; ex materia mixta, ex nullo ergo effectu potest conuinci quòd dentur angeli ad mentem Aristotelis: hoc itaq; non est Arist. opinio, neq; Peripatetica, licèt sit vera quantum spectat ad fidem nostram, quæ certissima, & verissima est. Ad argumenta Galeni dicit Donciliator, quòd Gale. loquitur ad mentem Stoicorum ad verba verò Arist. quòd præuidere de futuro distanti usque ad orientem est supra captum humanum: ergo erit à Deo, vel ab Angelis, dicerem vt horum opinionem defendam: quòd illa verba non absolutè intelliguntur. s. præuidere futura, scilicet si esset aliqua causa talis præuisionis, talis esset Deus, quasi referendo illa verba ad superiora, sed hoc falsum est, probatur maior, quia aliam inuenire causam esset supra captum humanum, & supra prudentiam nostram: ergo hoc non posset inuenire causam talis præuisionis, non ponit Deum vel angelum esse causam. Ad aliud de vi nominis eò quia dicitur diuinatio, dico, quòd ista denominatio est ex communi vsu loquendi vulgarium, quia vulgares ita loquuntur putantes hanc præuisionem esse à Deo: cum ergo subdis, quòd in Deo sunt exemplaria omnium producibilium, dicunt aliqui ad hoc, quòd Deus nō habet exemplaria vt Auerr. & multi dicunt, quòd non cognoscit ista inferiora, sed ex motu cœli gubernat ista sublunaria etc. Themistius verò dicit, quòd præuidet ista in vniuersali tantum, puta hominem, non Socratem, non Marcum: quia si in particulari præuideret, essent dubia quàm plurima secundum philosophos, quia ista memoria est maximæ difficultatis apud Theologos: sed ista est veritas, quòd Deus preuidet in particulari, quia Deus est tanquam speculū, in quo omnia relucent, vt sancta fides catholica prædicat, & sic soluemus argumenta Peripateticorum, & istam opinionem tanq̃ veram sustinebimus etc.

Homo finis omniū sublunarium.

Ad argumēta pro primo dicendi mō adducta respōsio.

An Deus habeat exēplaria oium rerū s̄m Peripateticos.

Nota cōclusionem Authoris veram ac Christianam.

Lectio XXVIII.

SECVNDA opinio est Auerrois hic in Paraphrasi, qui dicit, quòd ista præuisio non sit à Deo, neque ab angelis, sed ab intellectu agenti, qui est pars animæ rationalis tertio de anima tex. cap. xvij. & xviij. quia sunt duæ substantiæ, ex quibus tota constat anima rationalis, dicit enim Auer. intellectus agens est id, à quo procedit ista diuinatio futuri contingētis persimilis est notitiæ primi principij, quia sicut notitia talis propositionis, totū est maius sua parte, de quolibet dicitur esse, vel non esse, & huiusmodi habentur sine discursu habita, scilicet solum terminorum notitia, lumine scilicet intellectus agentis, ita hæc præuisio est in nobis sine discursu habita tantum simplici terminorum notitia, sed illa notitia primi principij sit ex notitia terminorum, & innotescit lumine tantum agentis intellectus: ita hæc præuisio sola terminorum notitia habet in somno ex lumine intellectus agentis etc. Secunda probatio sua est, quia somnium est apparitio, quæ fit ex motu phantasmatis, sed in nobis phantasmata fiunt ab intellectu agēti: & ista diuinatio non est nisi ex motu phantasmatum: ergo est ab intellectu agenti. Sed tu dices cōtra, intellectus agens est substantia vniuersalis abstracta in existendo, & in operando, ergo ista notia erit vniuersalis, & sic non potest causare notitiam singularem, & signatam: quia cum ex sui natura sic vniuersalis, quomodo producet notitiam signatam? Sed ista præuisio non est nisi singularis: ergo ab intellectu agēte vniuersali perueniret: Respōdet Auer. quòd ista notitia impressa phantasiæ si consideratur ex parte dantis, est vniuersalis, si verò ex parte recipientis subiecti s phantasiæ erit particularis & signata: & sic non inconuenit, quòd agens vniuersale ratione passi singularis producat effectum singularem, & sic in nocte magis quàm in die, quia tunc anima est minus solicita circa curas humanas, quasi vacua ab opere, & sic etiam magis ignaro homini quàm prudenti, eò quia virtus eius interior est magis vacua & remota à passionibus: & hæc est mens Auer. fideliter recitata etc. Sed contra hanc opinionem ex verbis Aristotelis arguitur primò, dixit ipse, q̀ hæc diuinatio quæ est de rebus longe distantibus, casualis est, ergo non habet per se causam, ergo intellectus agens non erit huius diuinationis causa, ergo est falsa opinio Auer. Secundo sic, eadem est causa somnij in brutis, & in homine, vt probat Arist. si à Deo ista somnia immitterentur, sic ab eodem immitterētur in brutis & in homine, sed hoc est falsum: simili modo arguatur Si eadem causa somnij est in homine & in brutis, sed per te ò Auerroes intellectus agēs esset causa huius: tunc etiam in brutis intellectus agēs huius præuisionis esset causa, sicut & in homine, sed in brutis non est intellectus agens, ergo intellectus agens non est causa etc. Tertio sic arguitur iij. de aīa dicit Aristot. quòd intellectus agens est ad hoc, vt ipse cum phantasmate concurrat ad producendum species intelligibiles, quia phantasma adueniens sensui non causat cognitionem, ideo intellectus agens concurrit ad causandum species intelligibiles, nō ergo intellectus agens imprimit phantasmata etiam ex sententia Aristot. ij. de anima, phantasma est motus factus à sensu in actu, & sic arguatur, aut intellectus se solo imprimit ista phantasmata, aut non se solo, sed cum obiecto: non se solo, esset enim contra Aristot. quia phātasma vt toties dictum est, sit à sensu in actu, & phantasma est motus factus à sensu, in actu scilicet quòd concurrat cum obiecto: si verò nō se solo, sed cum

Rationes variæ pro isto modo dicendi.

Arguit cōtra istam opinionē Auer. ex Aristot.

cum obiecto concurrat, minime hoc esse potest, quia obiectum nudum est, cum sit futurum contingens, quomodo ergo imprimet istam secundam præuisionem: sequeretur enim quòd deficiente sensu exteriori nõ deficeret sciẽtia illius sensus, quia intellectus agẽs se solo produceret phantasma illius rei productæ etc.

Quarto sic arguitur, aut intellectus agens cognoscit hanc præuisionem signatam, aut non, si non, quo modo ergo infundet hanc præuisionem, seu hanc prę cognitionem. Si dicas, quòd cognoscit, aut vniuersaliter, aut particulariter, & signate, si vniuersaliter, quomodo infundit hanc notitiam magis quàm aliã, cum anima cuiuslibet hominis sit capax, sic de ista, sic de illa: & sicut est capax vnius futuri, ita & alterius, & anima istius est capax huius & illius præuisionis, sic anima alterius eum sint eiusdem complexionis: si verò cognoscit signate hoc futurum, quęro, quia repugnat illi vt littera in commẽto xviij. iij. de anima, vel cognoscit, si cognoscit, quare non causat expressam cognitionem futuri contingentis magis quàm sub enigmate, & confuse, & ratio huius est; quia agens naturale agit meliori modo, quo potest: & de possibilibus semper agit, quod melius est: ergo ista opinio non est ad mentem Arist. in se, ideo restat respondere ad argumenta Auerr. & ideo respondeo.

Infirmatio rõnũ illius scdę opinionis

Ad primum cum dicis, quòd hæc notitia est persimilis notitiæ primi principij. nego istud, tu probas, q sicut cognitio primi principij habetur sine discursu, sic ista: negatur similitudo, quia hæc habetur coniectura quadam, & discursu à simili: ergo hæc notitia primi principij non est persimilis illi, dixit enim Aristot. quòd ista præuisio coniecturatur per alteratione quandam. De secundo cum dicit, quòd hæc præuisio fit per phantasmatis motum: sed ista phantasmata fiunt ab intellectu agente; ego dico, quòd hoc est falsum, quia non dixit Aristot. quòd phantasma fit ab intellectu agente, sed à motu facto à sensu in actu, & sensus in actu fit ab obiecto etc. & ideo est. Tertia

Tertia opinio est Auicennę Conciliatoris, & D. Tho.

opinio, quæ est Auicennæ iij. naturalium cap. 2. & 4. de anima, eiusdem & Conciliatoris differentia 157. & Sancti Thomæ, quòd hæc præuisio est ab intelligentiis cœlestibus immediate tamẽ, à Deo vero procedunt mediate: & hoc probat Auic. sic declarando; sicut intelligentiæ ipsæ immediate mouent cœlum, sic immediate mouẽt animam humanam, cum anima sit persimilis ipsi intelligentię magis quàm orbes cęlestes: imprimit ergo animæ humanæ hanc præcognitionem potissimè, si fit homo temperatus in com plexione, iste est dispositus recipere hanc notitiam, sicut homo extasim patiens eum seiungatur à corporeis passionibus: ita homo ignarus semotus à curis facilius recipit istam præuisionem etc. Pro veri-

Arguit cõtra istam opinionẽ variis rationibus.

tate autem quid sit tenendum secundum fidem, non est opus modo determinare, sed pro nunc dico, quòd ista opinio non est ad mentem Arist. quia argumẽta facta contra Auerroem sunt etiam contra hanc opinionem, scilicet ista diuinatio est à casu, ergo nõ habet causam per se, ergo intelligentia non est causa huius præuisionis. Secũdo eadem est causa somnij in homine in bruto, intelligentia non est causa somnij in bruto, ergo neque in homine etcę. Tertio dixit Aristot. quòd phantasma est motus factus à sensu in actu, ergo non ab intelligentiis cœlestibus, quia tunc non esset necesse, quòd deficiẽte sensu deficeret sciẽtia illius sensus, eò quia ab intelligẽtiis imprimeretur scientia sensus corrupti. Quarto, quia tunc non esset necesse, quòd omnis notitia & disciplina fieret ex præexistenti cognitione, quia ab angelis haberetur: & confirmatur, quia aut intelligẽtiæ cognoscunt aut non, si non, quomodo imprimunt? si sic, & vniuersaliter, tunc cur infundit illas per enigmata, & nõ claras? eò quia natura perfectiori modo debet operari quo possit: & cur huic magis quàm illi? & cur huius futuri & non illius præcipue? cum intelligentię secundum principium Aristotelis sint agentia naturalia, & non libere, quia tunc possent quiescere. Scdo quia obstat illud, *viij. phys. tex. cap. vij. & ij. cœli. vij. Methaph. text. c. xxviij. & xxxj. & xxij. Mete.* quòd à substantia oĩno intransmutabili & æterna non potest prouenire hic & causare hic aliquid noui, & immediate producere, dicit enim Aristot. quòd omnis nouitas in effectu arguit mobilitatem aliquam in causam, aut est, quia approximatur agens ad passum: sed in substantiis abstractis nulla potest esse nouitas ab æterno intransmutabili. Posses dicere, profecto anima intellectiua, replicabis, omnis mutatio inferiorum habet essentialem dependentiam à motu cœli: ergo sine ipso motu non possunt fieri, ergo non immediate: ergo ab intelligentiis simpliciter abstractis non possunt immediate hæc fieri, multo minus potuerunt in nobis producere præuisionẽ futuri cõtingentis. Tertio ad principale, ista opinio contradicit Aristoteli in alio, dicit enim Conciliator, quòd ista præuisio aduenit homini optimè temperato, cõtrarium tamen asserit Aristot. quòd aduenit homini melancolico. Respondet Conciliator, quòd ista dispositio est hominis melancolici per accidens, temperati autem ex ratione sua, quia homo temperatus diuertititur à passionibus appetitus sensus, melancolicus verò non auertitur ab omni cura appetitus sensus, dico, quòd per accidens melancolio, & per se homini tempetato, eum ab his passionibus appetitus sit remotus: sed contra hanc opinionem est Aristot. quia nullam aliã viam seu causam assignat, quòd hæc præuisio conueniat melancolico, nõ quia diuertatur ab omni cura appetitus sensuum, sed est, quia in melancolico est vehemens commotio flatus: ergo commouentur omnes imagines & spiritus, in quibus sunt simulachra rerum sensibilium, & discurrendo per illa accipit vnum tanquam principium per quandam similitudinem præuidet futura. sed ista imaginum commotio non reperitur in homine temperato, ergo ex sui natura hæc passio inest melancolico, quia per se illis inest multus flatus commouens imagines in imaginatiua viri melancolici, & ideo ista opinio non est ad mentem Aristotelis.

viij. phys. c. 4. & 15. & in libro destructio nũ disp. 3.

Et ideo est quarta opinio, quæ est Alberti magni, Albertus enim magnus fuit inconstans in dictis, & ista opinio est quoquo modo D. Tho. quòd animæ cœlestes mediatè motu cœli causant in homine præuisionem

uisionem futuri contingentis non immediate, quia concurrit motus cęlestis, qui motus imprimit phātasmata in anima, & cognitionem in sensu humano in dormiente magis quàm in uigilanti, quia tunc homo est magis remotus à curis, quia diuerteretur propter motus factos, & sic non esset benè dispositus, & hanc viam sequutus est Petrus Pomponatius, dicit enim ista opinio, quòd anima cęlestis cū motu cęli imprimit phantasmata futuri euentus repręsentatiua, & hoc ipsi probant verbis Aristot. his, *qui autem motus*. Exponūt ipsi scilicet cęlestes causant phantasmata, quæ præuident de futuris contingentibus. Secundo, quia ij. de generatione dixit, ꝙ omnes formæ generabiles continentur in terminis, siue in corpore cœlesti. i. in virtute cœlesti: ad corpus enim cœleste terminatur omne opus: si ergo omnes formæ continentur in cœlo, cum ista phantasmata sint formæ, ergo ibi continentur: cœlū ergo & intelligentia cognoscit ista. Tertio, quia Ptolomęus docet genituram eius, qui debet verè interpretari somnia: & quomodo debet ex astris interpretari: ista ergo preuisio pendet ex cœli motu astris mediantibus.

Sed ista opinio non est ad mentem Aristotelis: & contra eam arguitur illis met argumentis factis contra alias opiniones, quòd hæc præuisio est casualis: ergo non habet causam per se, secundo eadem est cā somnij in homine & in brutis, tertio phantasma est motus factus à sensu in actu, ergo non à cœlo, quia aliter deficiente colore non deficeret scientia illius coloris, quia ab angelis illa notitia potest dari, quarto, cœlum aut intelligit istam præuisionem, aut nō? si non, quomodo ergo infundit, si sic, aut vniuersaliter, aut signate, si vniuersaliter, cur ista & non illa præuisio infunditur, si signatè, cur magis in enigmate infundat. cum agens naturale de possibilibus facit, quod melius est, quia perfectiori modo & proprias cognoscit, cur ergo non infundit claras etc.?

Et ideo respondetur ad argumenta horum, & cū primo dicunt, motus faciunt phantasmata, dico, quòd Aristot. non facit mentionem in illo tractatu de motu cœlesti. dixit enim Aristoteles, ibi, *hi motus*; expone tu, scilicet sensibilium facti à sensu exteriori; quia phantasmata fiunt à sensu in actum, cum dixit, quòd verior causa est ea, quam assignauit, quàm scilicet illa Democriti, si tamen daretur causa. i. si volumus inuenire causam per se, non quòd sit vera, scilicet quòd verè possit dari etc. De secundo, cum dicit, omnes omnes formæ continentur in terminis; ergo continentur in corpore cœlesti per eius motū, ergo & hæc phantasmata ibi continentur, concedo, ergo producūtur immediate a cęlo, nego consequētiam, eò quia omnis effectus continetur in cœlo tanquam in causa vniuersali. Nos tantū quærimus causam particularem ei propinquam, cœlum autem est causa remota, & est in vniuersali propter quod de necessitate debet cōcurrere agens particulare: qa cœlū non potest per se solum agere effectum aliquem hic immediate, cœlum enim non generaret hominem sine homine etc. De tertio ergo Ptolomeus docet genituram illius, qui erit interpres verus somniorū, & docet tempus in quo solent interpretari somnia: ergo ista dependent à motu cœli. Dico, quòd Ptolomęus loquitur in opinione sua, quia ipse tenet talem opinionem, scilicet quòd hęc diuinatio fiat à cœlo, vel pendeat à motu cœli immediate generante talia phantasmata, eò quia hominis complexio à cœlo dependet, cuius complexio inclinat ipsum ad interpretandum somnia, vt melancolicus, qui multa contectat, & discurrit ab vno in aliud, dico tamen concedendo, quòd ista dependet à motu cœli. Aliquo modo dependent, eò quia omnis effectus pendet ex motu cęli non immediate, & ideo est alia opinio, quę est quinta in ordine, & est Gandauensis, & Buridani, et cū his Alberti dicentis, ꝙ hæc somnia significantia futurum fiunt à motu cęli non causante phantasmata nec eas imprimendo, sed à motu cęli excitantur phātasmata, quæ habent ex rebus sensibilibus. v. g. facta alteratione in calido ex dominio humoris, & homo magis violenter calefactus, puta colericus, vehementer somniat, qa domināte signo Martis calefit aer & accenditur humor colericus, & sensus interior mouet phantasmata, & sic somniat de rebus similibus. dominante verò Saturno excitantur phantasmata rerū frigidarum, & homo sanguineus ꝑdominatur Astronomo temperato imaginante phantasmata illi similia, quæ res iucundas repræsentent etc.

Lectio XXIX.

ERANT multæ opiniones, & inter alias erat quinta opinio: quòd somnia fiunt per cœlum mediante motu, non per phantasmata, sed excitans ipsa facta alteratione in ipso aere frigido siue calido, siue frigiditatis siue caliditatis, excitabat ēt phantasmata.

Sed ista opinio et si minores patiatur angustias q̄ aliæ. saluat tamen quomodo sub inuolucro somnia fiunt per simulachra sensibilia reseruata, quæ prædicunt futurum, & tamen non conuenit hæc opinio cū Aristotele, vt ex verbis ipsius patet, quia etiam ista præuisio casualis est, ergo non habet per se causam: cœlum ergo excitans non est per se causa: somnia. n. si essent à cœlo, non essent à casu & à fortuita. impugnat hanc opinionē & sua principia.

Secundo etiam eadem est causa somnij in homine & in brutis: in brutis non est à cœlo, vel à frigiditate & caliditate. Tertio etiam talia somnia fiunt, vt Aristoteles hic dicit, natura paticulari, eò quia ab habitu melancolico commouente simulachra, ergo nō à cœlo, quia tantum loquitur de causa immediata.

Quarta etiam, quia non tantum melancolico, sed etiam alio homini conueniret, & magis hæc præuisio contingeret homini temperato, quia ipse per alterationem melius alteraretur à distemperantis etc. hoc contra Aristot. sequeretur, quòd non esset ista præuisio præcipue in homine melancolico, vt Arist. tenet. Quinto sequeretur hanc præuisionem habere originem in nobis, quia tunc calor impressus ab aere excitaret phantasmata rerum calidarum, cuius

oppositum

oppositum dixit Aristot. quòd est de rebus distantibus à nobis vsque ad occidentem etc. Et ideo videtur aliter dicendum iuxta Aristote. doctrinam, non autem secundum veritatem & catholicam fidem, quòd diuinatio per somnum nullo modo est à Deo, & nec ab alijs causis supra nominatis. sinec ab Angelis, nec à cœlo imprimente, & excitante, tanquam à causa particulari, vnde dixit Aristot. quòd somnium tripliciter continet præuisionem futuri euentus, vno per mediũ signi ab effectu corporis ex dominio humoris, puta ex dominio flegmatis excitantis simulachra pluuiæ & dominio scilicet coleræ excitante imagines ipsius ignis, sic & de cęteris humoribus, & de hoc primo genere somniorum in primo tractatu de somno fuit loquutus Aristoteles.

Aliud ex somnium secundi generis, & hoc vocatur animale. s. ab effectu ipsius animæ, vel ab habitu artis seu ab habitu virtutis sensitiuæ ab Aristo. Artifex per somnia præuidet, quid in die sit operandum ab appetitu sensitiuo, vt iratus & timidus pùidet rixas. Auicenna enim in tertia & quarta tertij dicit, quòd de quodam splenetico, qui præuidit in somnijs, quòd p flobotomiam sanaretur, & per flobotomiam liberatus fuit à morbo illo ab appetitu sensuino, aliquis somnians præuidet futuras contumelias & digladationes cum suis inimicis, & multotiés aliquis existẽs in habitu virtutis meliora somniat, & auarus de pecunijs, & ambitiosus de honoribus, & dignitatibus, q omnes habitus excitant phantasmata rerum sensibilia existentium in nobis etc.

Aliud est somnium tertij generis, quod non habet originem in nobis, neque ab effectu corporis neq; ab effectu animæ, & hoc à casu euenit, & hoc est quòd præcipue accidit melancolicis, vt dictum est propter flatum continue mouẽtem & agitantem phantasmata, & assumpto vno tanquam principio conicćtat per quandam similitudinem de futuro euentu, & tale fuit somnium vxoris Iulij Cęsaris, quę somniauit se amplecti virum confossum telis, quòd crastina die sequenti accidit, etiam de Neronis matre, quę somniauerat se parituram draconem, qui eandẽ deuorabat: etiam Hęcuba somniauit se parere facem ignis ardẽtis, quæ omnia casu eueniunt, & sic illi effectus eueniunt à casu: ita somniauerant à casu, non negatur tamen aliquo pacto cœlum posse concurrere excitãdo phantasmata sui alteratione præcipue suo calore, tamẽ proxima causa huius est natura proprij habitus, puta melancolici, & hæc præuisio fortuita est, & ideo philosophus non posuit nisi triplex somnium naturale, animale, et fortuitum: cœleste autem nullo pacto posuit. Sed bene posuit somnium à casu aliquo, tamen adiuuante cœlo, & ideo Conciliator videtur non recte sensisse, & hæc videtur mens Aristo. salua tamen semper iudicio meliori, & salua ipsa veritate, quæ est secundum fidem catholicam.

Sed hic sunt innumeræ contra Aristotelem difficultates, quarum maiores & perarduas tangam, longum enim esset omnes adducere: prima difficultas; hoc dato ab Aristotele, quòd ista somnia si habent præuisionem futuri euentus de rebus distantibus lõge à nobis esset causa, sequeretur omnes diuinationes per oracula esse à casu, & diuinationes factas per sybillas esse etiã à casu, hoc falsum est, ergo etc. probatur antecedens, quia sicut præuisio per somniũ fortuita est, ita etiam ista præuisio in vigilia à casu erit, & fortuna: quia loquutio sequitur imaginationem ita in vigilia sicut in somno: ergo prophetiæ peroracula tunc erunt fortuita, consequens falsum & impossibile, ergo etc. falsitas consequentiæ probatur, ut in pluribus enim hystoriis, quòd oracula, sybillæ, prophetiæque vera dicebant: ergo non ex cã: postea & fortius ista oracula cessarunt in aduentu Christi. signũ, quòd dæmon tunc ligatus fuit, ergo non sunt à casu, & confirmatur, quia si causa proxima huius præuisionis esset natura habitus melancolici, vt Aristo. testatur, ita inueniretur hæc præuisio in muliere melancolica nunc, sicut erat tunc tempore illo, sed tamẽ nunc non sunt illa oracula & prophetiæ & sibillæ, ergo non sunt à casu, & confirmatur, quia ipse Aristote. tertia particula problematum, problemate j. dixit, quòd vates sybillę oracula fuerũt afflatæ spiritu diuino: ista ergo præuisio erat à flatu diuino, ergo nõ est verum, quòd sit ab habitu melancolico, ut dixit Aristoteles, & ipse j. de hystoria animalium, cap. xix. ponit oracula. Secunda difficultas est, quia tunc perirent omnes artes diuinatoriæ, cosequẽs est falsum, ergo etc. falsitas autem per Platonem clarescit, dicit namque ipse Plato in Thimęo, quòd huiusmodi artes sunt necessariæ in republica bene ordinatę: quod etiã Arist. videtur innuere primo de hystoriis animalium cap. ix. & hic xxxiij. particula problematum, problemate vij. meminit de arte augurandi, scilicet quòd strepitamentum & signum sanctum & augurale dicit pro Numine habetur: ergo Aristot. ponit auguria, ipse etiam Aristot. fecit librum phisionomiæ, vltimo ars Necromantiæ non fuit vana sicut dixit Plato etc.

Tertia difficultas si negentur angeli boni vel mali, non poterit Aristot. reddere causam, quare ipse rusticus variè loquatur. s. latine hæbraice, & cuius vis ydiomatis: si ergo ab angelo vel à cœlo non possunt imprimi talia phantasmata, quomodo ille rusticus loquetur variis linguis, etiã peribit omnis Magia, quã Plato summopere excoluit, quę solis sapientibus traditur, ea namque de occultissimis naturæ mysteriis. Vlterius etiam reperitur illa pars Magiæ, quæ est de transmutatione corporum, cum homines transmutãtur in bruta, vt de Pharaone, de socio Diomedis, & de sociis Vlyssis, qui in aues versi sunt, & hoc etiam temporibus nostris de strigiis apparet, etiam solis verbis mulier vetula fascinat pueros, tum etiam de aliis earum veneficiis, quando ligant homines à coitu alterius mulieris, & impeditur à cocubitu alienæ vxoris, hoc etiam Albertus xxij. de animalibus affirmat de cauda lupi, quæ ligat homines à concubitu alieno, hoc etiam ex carracteribus conscriptis in aliqua figura, veneficia etiam Aristot. non negat vbiq; de veneficio loquitur, nostris etiam temporibus quidam solis verbis sanant ægritudines, vltra etiam verbis eleuant cribra, tum etiam periret quoque ea pars Magiæ, quæ est de carminibus, & incantationibus,

vt à

vt à Virgilio demonstratum est, extrahunt etiam sagittas confixas in membro sacri: facit etiam apparere imagines in vase vitreo, vt puellis visum est quam ergo causam istarum assignabit Aristo. si negat somnia à cœlo & ab Angelis procedere.

Quarta & vltima difficultas est, quia Aristot. non potest reddere causam prodigiorum, quæ in hystoriographis leguntur, vt de infante, qui in ortu suo prædixit mortem magni principis, & Conciliator particula x. proble xxij. affirmat puerum quendam in natiuitate prædixisse euersionem regni sui patris, qd etiam dicet Aristot. de statuis ex brutis animalibus, quæ tunc tēporis voce humana loquebantur, & fontes emanarunt sanguinem. Pluit lapides & animalia? quid dicet Aristot. de simulachris apparētibus coram hominibus, vt Plutarcus recitat in vita Marij: quam ergo causam dabit istorum Aristote. recitatur etiam xxij. Macchabeorum, quòd homines in aere pugnare visi sunt, ideirco rectius Plato & Socrates admiserūt angelos bonos, & malos hominis custodes: si ergò hos negat Aristot. & cœlum negat agere nisi lumine & motu: quam causam assignabit istorum Arist. hæ sunt difficiliores difficultates, quæ contra positionem Aristotelis insurgunt, tamen est difficillimū his satisfacere.

Ideo Domini quantum potero satisfaciam uobis, ex Aristotelis sententia, loqnendo semper ad mentē Peripateticorum, dimittēdo pro nunc ea, quæ ex fide habemus vera esse, & indubitata, & apud Theologos nostros demonstrata, quibus assentimur nūc & vbiq;. Scimus namque Aristotelem negasse Dæmones, non tamen ignorauit temporibus suis esse oracula, & loquutiones brutorum, & non dedit causam omnium horum, & maxime, quia multum desiderantur inter scientias naturalium effectuum: quid ergo possumus dicere, nunquid possumus has difficultates saluare?

Ad hæc aliqui respondent, vt Petrus Pomponatius in libro de incantationibus, vbi multa falsa dicit, & multas nugas & magnas, dicit namque ipse, ꝙ fiunt à cœlo mediante eius motu. Primo, quia Deus, & cœlum cum sint causæ efficientes, finales, & conseruantes omnium sublunarium habēt curam ipsorum, & præcipuè hominis, quia de rebus nobilibus ipse homo nobilior est, & inter homines maiorē curam habet de bonis, quàm de malis, & plus durat doctos ꝙ̄ indoctos: & plus de illo, qui est Rex, quàm de illo ꝙ non est Rex, vt Aristo. ij. Phys. & ideo qui hominum habent curam dant homini inditia futuri euentus, sicut in morte principis, aut Imperatoris videmus multa signa: & quia sic est, dant indicia & in somno & in vigilia producendo imagines reales, & acies pugnātes in aere, & per ista simulachra sunt loquuti voce humana, & emittunt sudores. Dicit de secundo ipse Pomponatius, quòd Deus largitur homini innumeras virtutes, vni virtutem sanandi varias ægritudines, huic prophetandi, aliis verò interpretandi, his profugandi nubes. sed quid mirum? si cubitalis pisciculus retinet nauigium velis & remis impulsum, nōne torpedo piscis mortificat, & stupefacit manum piscatoris, magnes nonne attrahit ferrum, etiam aliis plantis & herbis dant virtutes; quid mirum, si homini namque maiores debet dare virtutes, & sic ipse dicit, quòd omnia ista sunt à cęlo mediāte motu, qui sicut facit simulachra, ita imprimit omnes istas virtutes, & quòd omnes isti effectus debeant referri in cœlestes causas mediante motu. Hæc asserit Pomponatius esse ad mentem Aristotelis.

Sed Domini ista opinio cōtradicit in multis Arist. & fundamentum suum debile est etc. & contra istam opinionem sic primo argumentabor. Dicit. n. Pomponatius, quòd Deus habet curam sublunarium, & ex hoc dat indicia futuri contingentis, & dat virtutes secundum gradus hominum. his stantibus, sic arguo, aut Deus cognoscit istos effectus, & virtutes, quas immittit, & largitur hominibus aut non, si non, quomodo ergo dat specialem virtutem huic homini specialiter, & non alteri alterius complexionis, cum eo illum non operatur, nisi naturaliter: si sic, aut cognoscit vniuersaliter, aut signate, signate hoc erit contra Auer. qui dicit, quòd substantiæ sunt vniuersales, & non comprehendunt particularia, si signate, cur dat homini istam præuisionem sub enigmate, et non expressam cum agens naturale perfectiori modo, quo potest, operatur, & breuiori: si tantum vniuersaliter, cur dat huic homini signato hūc effectum signatum, vt hæc opinio tenet, & nun alteri homini, & maxime cum sint homines multi consimilis complexionis, cur non hominibus consimilis complexionis nō attribuat? Respondent isti qui sunt in hac opinione, quòd comprehendit ista sublunaria non signate, sed in vniuersali, scilicet in specie, quia substantiæ abstractæ comprehendant in specie nō hunc hominem, sed hominem simpliciter, ut inquit Auerr. xij Meth. & c. xv. et hoc de mente Themistij, et ideo omnes cognitiones, quibus substantiæ abstractæ cognoscunt, sunt in vniuersali, et quia Deus est causa sublunariū, ideo in ipso relucent omnes species sublunarium etc.

Sed contra hoc arguitur, hæc opinio implicat cōtradictionem: dixit enim, quòd habet curam maiorem principum, quàm aliorum, et magis curat doctos quàm indoctos, et bonos quàm malos: ergo signate cognoscet, quia aliter non haberet particularē curam, et etiam maiorem de principe quàm de rustico, ergo contradictio manifesta. Sed contra, verior esset causa singularium, quàm esse specierum, cū omnis actus sit circa singularia, verius ergo cognoscet singulariter quàm vniuersaliter: impressiones autem cœli sunt circa singularia. Tertio argumentatur, cognitio obiecti vniuersalis sue speciei est cognitio cōfusa sui singularis. Sed Deus cognoscit speciem non cognitis singularibus: ergo erit Dei cognitio cōfusa de ipsis singularibus, iusta Auer. xij. Meth. contra Themistium. Secundo ad principale contra aliud eius dictum, quòd cœlum habet maiorem curam de doctis, quàm de indoctis, et maiorem de principe, quàm de rustico, ideo dat præuisionem futuri infundendo spiritualiter phantasmata in somno, in vigilia autem producendo simulachra in aere realiter: contra quod dictum sic arguo, cœlum lumine et motu tantum operatur circa hæc inferiora in doctrina

ctrina Peripatetica generatio phantasmatis: ex quo est forma spiritualis non generatur lumine & motu, ergo phantasma non subest actioni cœli, & confirmatur, quia si cœlum tribuit phantasma futuri contingentis ipsi homini, tunc phantasma non erit motus factus à sensu in actu, q̄ i ij. de aïa reclamat Arist. Sequitur ergo, quòd omnis doctrina, & disciplina non fiat ex præexistenti cognitione discursiua. Nec erit necesse, vt deficiente sensu sensu deficiat scientia illius sensus, quod absurdum est, & inauditum in sciētia naturali, eò quia omnis nostra cognitio habet ortum à sensu, hoc patet, quia corrupto aliquo sensu infunderetur à cœlo phantasma illius sensus. Et cōfirmatur, quia eo modo fit ista præuisio in somno, quo euenit effectus illius somni, seu præuisionis: sed per accidens præuidetur de aduentu amici sui, nam à casu accidit, quòd post memoriā eius amicus accedat ad re, ita & somnium, ergo præuidet futurum contingēs à casu, quia ille effectus scilicet aduentus amici à casu fuit, ergo præuisio ista fit à casu, si à casu, ergo non habet causam per se, ergo non à cœlo intendente talem præuisionem. Tertio principaliter cōtra aliud dictum, dicit enim, quòd non tantum imprimit phātasmata principalia, sed realia simulachra in aere, vt homines bellantes & bruta loquentia. Dices profecto, si placet, quomodo namque cœlum faciet talia simulachra in aere, cū ipsum tantum motu & lumine agat, hæc enim agentia sunt vniuersalia, & ad causandum similem effectum cōcurret de necessitate intellectus agens particulare, videtur ergo radicula hęc positio, & confirmatur, quomodo possibile est illas imagines habere loquutionem, si vox propria est homini, quomodo ergo erit vox in structura lapidea, vox enim in sui diffinitione includit imaginationem, animam, & instrumenta, vt est arteria vocalis, primum patet, quia vt secundo de anima dicit Aristot. vox, vt vox est cum imaginatione aliquid significandi. Quarto ad principale contra illud dictum, quòd largitur cœlum multas virtutes homini, & ita saluat quomodo Magi Pharaonis generabant ex virgis multos serpentes, quare ergo & nunc non reperiuntur huiusmodi homines, si talis infusio est à cœlo mediante nisi motu & lumine cœli, cum idem sit ipsius cęli motus, qui erat prius cum sit vniformis motus in cœlo, & etiam eædem complexiones quæ tunc temporis fuerunt, & nūc reperiantur, & hæ virtutes potissimæ essent in homine tēperato, quia hoc corpus magis appropinquat animæ cœlesti, ergo maiori modo potest recipere illas præuisiones. Sed hoc est falsum, quia huiusmodi incantationes sunt in hominibus cuiusvis remperamenti, & non tantum temperatissimis. Et ideo saluo semper meliori iudicio, & veritate ipsa catholica, cui me summitto, aliter ego dicerem secundum doctrinam Aristotelis, quam Petrus Pomponatius putauit se intellexisse. Nam Dñi & re uera cœlū habet curam omniū sublunariū in vniuersali, & nō cognoscit signatē sed in specie, vt dicit Auer. xij. Meth. & hoc patet, qa cognoscendo semet ipsum cognoscit aliquid quod eminēter cōtinentur in intelligentiis, quæ cognoscunt perfectiones omnium rerum, eò quia illæ perfectiones sunt in se ipsis. Sed replicabis tu, & non immerito, quia vnum magnum absurdum sequeretur, quia preces & sacrificia essent vana & superflua, quæ fiunt erga Deum, quia cum ipse non cognoscat, nec audit, nec flectitur. Dico si iuxta fundamenta Aristot. & Peripateticorum loqui volumus, quòd non sequitur, scilicet ipse nō cognoscit, ergo sunt vanæ huiusmodi preces. Nam finis duplex est sacrificiorum, alter est vt flectatur Deus, & audiatur alter, in semet ipso, vt est actus pietatis & virtutis, quia preces sunt actus moralium virtutum, si loquamur quo ad primum finem, sic vanæ sunt videlicet secundū doctrinam Peripateticorum, quo ad secundum verò nō sunt vanæ, quod & Theologus diceret: Nam illę preces possunt esse tales, quibus mediantibus præuideat Deus si dacur talem gratiam mediante tali prece.

Ad rationes autem contra opinionem Aristotelis adductas respondeo: et primo ad primum si arguebas, si præuisio est casualis in somno & in vigilia, præuisio per vates erit casualis, concedo, quòd sit casualis, quia sunt ab eadem causa, quia sicut illa fit à flatu melancolico commouente phātasmata in somno, & excitante simulachra. Ita etiam diuinatio in vigilia fiet ab humore melancolico commouente phātasmata, & sic per easdem met causas, & sic diuinatio sybillæ et oraculi fieret per accidens et à casu, et ex hoc sequitur, quòd qui habet habitum melancolicum habet per se causam prædicendi de futuris, et ideo per illum habitum prophetia erit secundum naturam, et melancolicus habitus erit pro propheta naturaliter, quia ille habitus est naturalis, et propter hoc Astrologus videt temperamentum huius, et iudicat de ista passione: non quia cœlum iudicatur ab eo quòd dederit sibi hoc, sed videt quòd ille est huiusmodi cōplexionis melancolicæ, ex quo pōt argui ipsum præuidere futurum euentum. Sequitur vltra ex hoc, quòd cum diuersi sint gradus melancolici, sicut potus vini in quo aliqui tristantur, alij verò gaudent, sic persimile est de ipsa melācolia per diuersos gradus ipsius, quòd diuersi homines qui præuident futura et intelligunt, quidam alij præuident et non intelligunt ob nimiam extenuationem humoris melancolici, alij verò sciunt interpretari, et non prædicunt, alij verò prædicunt, conceditur tamen, quòd à cœlo est talis passio quoquomodo à cœlo dico excitante et alterante hunc flatum, iste namque humor melancolicus alteratur à cęlo ipso alterante extrinseca ad prædicendum futura, et quoquo modo flatu commouētur ipsa phantasmata, et ex tali habitu reducuntur in actu, et potissime à motu lunæ, quia est propinquus motus ipsis sublunaribus, et cerebrum humanum est humidum, et luna est humida inter planetas etc. vlterius patet, quòd ista præuisio est naturalis non potius speciei, sed ratione indiuiduali complexionis insequentis temperamentum naturæ in ipso indiuiduo. Sequitur ēt, quia huiusmodi præuisiones sunt subinuolutę, quia non fiebant tales præuisiones nisi in cōmotione phantasmatum rerum sensibilium reseruatarum in memoria, sed quia species futuri nondum

erat

erat in sensu, ideo habebat imagines huiusmodi futuri euentus. Sed ex sola commotione simulachrorum sensibilium, quæ erant in ipsis melancolicis circumloquebantur ista futura.

Sed tu dices obuiando, cur in antris viuebant vates & sybillæ: Albertus respondet ad hoc, quòd ideo manebant ibi, vt essent immunes ab omni passione corporali, & vt seiungerentur à passionibus appetitus sensuum vacarent melius ipsis cogitationibus. etc. Aliter respondet Theophrastus in libro de mundo, dicens, quòd propter hoc degebant in antris, quia illa sunt repleta humore & vapore calido & sicco, propter quem excitabantur illa phantasmata rerum sensibilium, vt habitus ille melancolicus deduceretur ad actum.

Aliqui de gentilium oraculis & statuis, ac illarum responsis loquentes aliter putant, dicentes ista oracula non fuisse statuas, sed sacerdotes, & vates quosdam delphicos, quamuis vulgares dicebant futurum hoc prædixisse illas statuas, re uera tamen ibi aderant sacerdotes: concedimus ergo, quòd ista præuisio vatum erat à casu, & ratio est, quia præuisio illa fit ab eadem causa, quia semper fit ab humore melancolico æstuante, si ista est à casu quæ in somnis, ergo & illa quoque à casu erat, quæ erat in vigilia. Sic enim, salua semper veritate cum Aristotele dictum sit, qui Dæmones non posuit.

Sed non immeritò replicabis contra, ista oracula vt plurimum vera prædicebant, & quod est à casu raro est verum, ergo tales diuinationes non erant à casu: hic Domini debemus dicere, quòd erant falsa, eò quia sub enigmate, & vult Aristoteles, quòd omnia illa dicta essent prædictura falsum, vt est exemplum de homine male loquente.

Ad aliud quod subdis, quòd illa oracula cessarunt in Aduentu Christi: ergo à Dæmone fuerant, concludit enim Augustinus quarto de ciuitate Dei, cap. quarto, quòd Dæmon ligatus fuit in aduentu Christi. Tu confirmabas, si esset eadem causa, nunc sunt homines melancolici sicut tunc, cur ergo non sunt istæ præuisiones, diceret ad hoc Peripateticus, quòd ideo cessarunt oracula in aduentu Christi, quia tunc fuit sublata lex gentilium, ideo fuerunt sublata oracula, quia gentiles alia præcepta obseruabant, & mores varios & distantes à lege sancta catholica.

Ad id quod addebas nunc sunt & reperiuntur homines huiusmodi habitus melancolici etc. Respondeo quòd nunc adhuc sunt, non dant tamen oracula, quia lex nostra non permittit, prohibentur autem ab hac actione, ita ex habitu illo melancolico multos prophetas prædicantes oracula, qui tamen vitantur iuxta legem nostram.

De alio quod dicebas, quòd isti sunt afflati spiritu diuino ex Aristotele: ergo à cœlo sunt afflati, ergo cœlum est causa huius vaticinij. Dico, quòd Aristoteles ibi expressè dixit, quòd talis diuinatio fit ex habitu melancolico, & nullo modo est à Deo secundum Peripateticos loquendo hæc pono, salua semper veritate vna, quæ Christiana est, ac catholica, vt supra etiam dixi. Tu dices, ipsi vates spiritu diuino sunt afflati. Dico, quòd tunc Aristoteles loquitur more vulgarium, dicentes omnes effectus à Deo prouenire, & ipsius tantum est præuidere quid futurum contingens erit, vel aduenerit: dici posset, quòd aliquo modo à cœlo prouenire potest, remote tamen concurrente aliqua alteratione facienti extuare humorem ipsum melancolicum, proximè tamen & à propinqua causa ab habitu melancolico fit excitante phantasmata reseruata, vt etiam de poetis legitur carmina componentibus, ergo est causa in poetis vatibus, & sibillis, etc.

De secundo principali dicebas tu, quòd si talis præuisio esset à casu omnes artes diuinatoriæ vt Geomantia, Chiromantia, & Phisionomia essent frustratoriæ, quæ sunt de præuisione alicuius futuri, eò quia omnis præuisio casualis est, ergo horum non datur ars & scientia, vnde contrarium dicit Plato, quòd istæ artes sunt necessariæ in republica bene ordinata, Aliter Respublica manca esset: dico etiam, quòd Aristoteles consensit de auguriis, & veneficiis. Dico vltra, quòd ars prædicendi futura est solius Astrologiæ loquendo ad mentem non veritatis, sed quorundam philosophorum, quæ pendet ex motu astrorum, & præuidet de genitura, & hæc non est ars diuinandi, sed prædicendi futura, quia est per causam, & est verè ars dicenda.

Addo aliud de Necromantia, dico, quod autem intelligitur de arte reuocandi animas ab inferis in corpus, & hoc apud Aristotelem ridiculum est, quia corruptum: qua corruptum non potest amplius reuerti, si verò intelligatis de arte, quæ facit apparere multas imagines mortuorum, & hæc dupliciter potest esse, quædam ab intensa imaginatione, vt accidit pueris in vigilia præ nimio timore, quibus repræsentatur ante oculos Dæmones, quòd vt ait Auerroes tertio idem, & cap. vigesimooctauo, sic quia multiplicantur simulachra à sensitiua communi vsque ad sensum visus, adeo quòd videtur imago amici sui ante oculos, & videtur videre amicum suum. Alio modo propter vaporem adeo spissum, & multiplicatum ac formatum in signum hominis mediante aliquo lumine, vt inter nubes multotiens solemus videre ipsas figuras ad figuram hominis, uel alterius animalis animalis, & hunc modum videtur tangere Sanctus Thomas.

De Geomantia, quæ fit per puncta & figuras in puluere multum credebant: Albertus secundo mineralium, cap. tertio dicit, quòd non est vana, eò quia figura illa in puluere sequitur figuram cœlestem existentem illi persimilem, & sic sicut ex figura cœli fit præuisio, ita ex illa per puncta.

Dico, quòd uana & falsa est, quia si sint decem homines, qui faciant eandem figuram, certum est il-

las figuras non esse similes, ergo nec illa figura punctis signata, & cœlestes erunt similes, & sic isti homines uolunt hoc pacto illud etiam mulieribus demonstrando & persuadendo, & est multa mendacia.

De Phisionomia autem Aristoteles fecit librum, & ista est præuisio, & non est à casu, quia per eam iudicat philosophus, si membra sunt similia brutis, indicat eos qui habent huiusmodi membra in moribus similes brutis.

De chiromantia, dico quòd Aristoteles fidem adhibuit, ergo agit de diuinatione uitæ hominis, per eam enim iudicamus vitam hominis longiorem uel breuiorem. Nam si lineæ in palma erunt profundæ & bene coloratæ, viuent longo tempore, quia est signum ipsam virtutem formatiuam fœtus fecisse ualde fortem, è contrario autem sequitur, si lineæ erunt non profundæ: at si volumus spiritualius deducere, quòd dicant totiens vera, & quòd est ibi motus astrorum, dico quòd illa præuisio est à casu, & à casu præuidet.

Consimiliter et si dicatur de arte augurandi, si attenditur generaliter, dico quòd non est uera, quia si cornix à dextra uolat, aliquem effectum bonum prætendit, scilicet bonum euentum, si uerò à leua malum euentum, & ita de artibus aliis deinde etc.

De tertio principali si negentur angeli boni uel mali, non posset Aristoteles reddere causam, quare rusticus loquatur uariis linguis, & idyomatibus græcè & latinè, dico ut dixit illa opinio, quòd phantasmata imprimebantur, sed reprobatum fuit hoc ab Aristotele supra eo, quia phantasma est motus factus à sensu in actu, & phantasmata significat res & non uoces: Vltra aliud absurdum sequeretur quòd deficiente sensu, non deficeret scientia illius sensus. Dico, quòd causam assignabit philosophus, & Theophrastus, & Sanctus Thomas, quòd non potest ista impressio fieri scilicet phantasmatum immediate ab angelis, quia nulla alteratio subest immediate alterationi angelorum, sed mediante motu cœli & eius influxu commouentis & excitantis spiritus, in quibus sunt affixa talia phantasmata, quæ mouentur ad sensum communem per quandam similitudinem, accepta vna scilicet re tanquam principio circumloquuntur futurum euentum.

Obiicies fortè & bene, si angelus non imprimit uocem, quomodo loquetur uariis linguis cum iste sit ignarus, & non doctus: quomodo hoc erit? non potest dici hoc esse ex commotione phantasmatum, cum hic talia phantasmata talis loquutionis non habeat.

Ad hoc diceret Peripateticus, quòd experimentum non est verum. Dices tu, quòd vulgo dicitur, quòd sicut de mulieribus, quæ in templo audientes verba à sacerdote mandant memoriæ talia verba. Aliquando etiam mulieres audiunt carmina poetarum, & illa memoriæ affigunt, & sciunt postea illa recitare. Aliquando illæ cantant huius modi versus, sed si dicas ipsas loqui perfectè uario idiomate, cum sint ignaræ, Peripateticus dicet non esse uerum, quia Aristoteles non potest reddere causam huius rei, attamen si sit aliquis rusticus qui loquatur vario sermone, hoc est, quia ipse forte habebat in memoria aliquem sermonem prius ab aliquo intellectū, quod phantasiæ suæ fuerat impressum. Theologus uerò, cui consentio, aliter diceret, vt Scotus, quòd dæmon imprimit cognitionem suam animæ humanæ, hinc est varius loquendi modus.

Lectio XXIX.

MVLTA diximus heri, contra quæ occurrunt difficultates, quia agens in extremum non agit in medium, quod est contra Aristotelem: & hoc dato sequetur, quòd remoto aere intermedio visibile coloratum poterit immutare visum aere non permutato, cum sit actio spiritualis, namque apud Aristotelem est extraneum, quia oculus non uideret nisi per dyaphanum actu illuminatum, vt secundo de anima. t. c. 87. etiam esset cognitio intellectiua, siue sensitiua, quomodo potest virtus Angeli imprimere cognitionem suam alteri angelo, agens enim naturale non potest agere in extremum sine intermedio, quomodo ergo hoc fiet? Dicerem huic, quòd essentia dæmonis intimè illabitur animæ humanæ, & ex præsentia eius cum anima imprimit, quia habet cognitionem omnium idyomatum, Aristoteles uerò negaret hoc experimentum. Sed quid dicendum de istis, qui vexantur à spiritibus immundis? Respondet Aristoteles, quòd isti uexantur atra bile, qua purgata redūtur sani: huic tamen dicto Diuus Thomas refragatur, non enim videtur sibi hoc esse possibile.

De alio cum arguebas, quia periret magia naturalis, quam Plato mirifice extollit in libro de republica, eò quia debet requiri in republica bene ordinata, quia est de occultis naturæ. Dico, quòd et si Plato posuerit magiam naturalem scientiam, iubet ipsam astrologiam, tamen prohibet, eò quia mali homines abutuntur ipsa, aut ad malum finem, aut ad amorem, aut ut fiant aborsus, & si quis ea bene uteretur, etiam prohibetur, quia sic etiam posset ea male uti, & ideo ex lege est prohibita. Dico ad hoc, quòd non perit ex omni parte scientia hæc, est tamen illicita, tu probas quoad transmutationem, quòd Magi Pharaonis transmutauerunt virgas in serpentes, & de sociis Vlyssis, ac etiam de strigibus. Dico, quòd si Aristoteli diceres quòd transmutant corpus in corpus eodē modo, sicut Moyses virtute diuina, tunc quæreret Aristoteles, quòd si hoc fit, non potest esse nisi dupliciter, aut quòd talis trāsmutatio corporis in corpus est uera transmutatio, & tunc oportet quòd fiat per alteratione, sed

Quid de Magia naturali sentiendū philosophū tenendū.

sed Angelus non potest immediate alterare, quomodo fiet ab Angelo nisi inducendo corpus, quòd alteret & applicet alteri corpori quemadmodum saxum transmutatur in coralum, si ergo fiet per verã transmutationem naturalem: hoc potest facere homo, dęmon ergo superfluit, quia non requiritur: at si trãsmutatio non fit vera corporis in corpus, sed apparenter, scilicet quòd fiat illusio, & præstigiatio sensus, puta virgæ insertæ, quæ appareat serpens, non autem *erat re uera, sed uirga*; eundem modum dicendi insectatur Diuus Thomas in libro de miraculis, sic etiam Diuus Augustinus in libro decimooctauo de ciuitate Dei, cap. decimoseptimo. & hoc secundum apparentiam, homo enim remanet homo, & tamen videtur in alia specie animalis ad illusionem sensus, si hoc modo fit ista præstigatio sensuũ aut alterando oculos, aut per fumum in aere multiplicatum, & sic Aristoteles diceret quòd homo potest hoc facere per corpora fumantia in aere ante oculos, & facere vt appareant huiusmodi apparitiones. Alij verò dicunt quòd homo habet virtutem propriam alterandi, domini hoc est difficile, quomodo fiat, quia hoc non potest fieri nisi præcedente alteratione: melius ergo dicendum quòd hæc fiant per veram transmutationem: Licet secundum Peripateticos non possunt concedi tales Magicę trasmutationes nisi secundum apparentiam, aliter autem est secundum veritatem & fidem, quoniam vere ex sacris habemus Moysem potuisse facere, ac de facto fecisse virtute diuina illas transmutationes reales, Magos autem Pharaonis phantasticas apparitiones effecisse virtute Dęmonum.

Ad id quod addis de hominibus transmutatis in brutis vt socij Vlyssis, qui in aues transmutati fuerũt, dicit hoc esse figmentum poetarum, aut forte fuit hoc propter eorum malos mores. De strigiis verò quæ mutantur in cattos: dico domini si volumus à Peripateticis præceptis discedere, quòd est quædam illusio quòd cum quibusdam vnguentis vngendo tempora virorum, sic dormiunt sapore maximo per viginti dies, aliquando & forte faciunt alia mala, & postea experrecti dicunt, quòd multa viderunt, sed in hoc Theologis magis credendum est, qui vera de talibus tradiderunt. De alio de vetula fascinãte puerum: dico, quòd fit naturali virtute, & hoc potest esse dupliciter, aut monstrifica figura, & horrendo intuitu deterrendo, & sic puer ille ex intensa imaginatione illius rei terrificæ, & ex omni anhelitu suo, quia anhelitus vetulę venenosus est, & inficit puerum, vt est de homine pestifero, & de muliere menstruata, quæ suo tactu desiccat arbores, & basiliscus à longe afflatu venenoso interficit.

De alio de veneficiis: videmus enim quòd aliquis homo impediatur à muliere aut verbis, aut virga lupi, aut caracteribus, aut cum corpore æneo signato ad formam Mercurij, & sic ligantur in amore, & sic impediuntur à coitu alterius mulieris, Sanctus Thomas libro vndecimo, quæstione vigesima, in quodlibetis suis, dicit quòd dęmon repręsentat istam mulierem homini, uel sub ratione boni & amabilis, & sic homo prosequitur eam, uel sub ratione abominabilis, & instantia sic refugit eam.

Sed tu dices, adhibent uerba & caracteres: dico quòd hæc fiunt ad maiorem illusionem hominum. Non enim secundum veritatem loquendo aliquid agunt caracteres ex virtute propria, nisi ex virtute eius condonata per dæmones. Sed miror de hoc, quod dicit Diuus Thomas, quia homo amans mulierem, & præstans in amore illius mulieris impeditur tamen à concubitu illius, etiam si sit oblata sub ratione boni, vt Aristoteles octauo de hystoria animalium cap. vigesimoquarto, de hyppomene illa caruncula, quæ nascitur in frõte equi, qua mulieres vtũtur in veneficiis: dico quòd hæc sunt figmenta muliercularum loquendo in fundamentis Aristotelis: dico tamen ultra philosophiam Aristotelis, quòd secundum ueritatem per mulierculas quasdam à dæmonibus seductas, & illis inseruientes dicta hæc, ac maiora his patrantur, vnde à sancta & catholica ecclesia propter multa scelera lege uetitum est talia perquire. Sed uerum est, quòd ex sanis inducunt homines ad insaniam ex uerbo, & potu alicuius rei uenenosæ: de cauda uerò lupi quam Albertus affirmat, vos qui estis amantes faciatis circa hoc experimentum, quia ego non credo de caracteribus per quæ impediuntur homines, quando fingunt imagines sub forma Iouis & Saturni ex auro & argento: dico ut dicit Thomas in quæstione de occultis naturæ, quòd vana sunt, & nihil operantur, quia nullam à cœlo recuperant impressionem, & quòd illa figura sit quantitas, dico quòd non habet principium agendi. Dico, quòd forte habet uirtutẽ ut hoc operaretur, quia materia sua possit operari, & forsan est propter fidem quam habent illi, qui vtuntur talibus rebus rebus. Dices tu, quòd argentum non potest ligare hominem, dico quòd forte hoc fit propter imaginationem, quæ multum facit: dicit enim Aristoteles in libro de motu animalium quòd ex imaginatione fiunt maximæ alterationes, & de hystoria libro nono cap. viij. quòd si galina superauerit gallum in pugna reddit virum effeminatum, & in muliere prægnante ex longa imaginatione parit filium longe distantem à figura parentis, etiam si mulier prægnans desiderauerit aliquam rem comestibilem afficit fœtum de re desiderata, & ex hoc pluries uidemus homines signatos in uultu pręseferentes appetitum matris suę prægnantis: hoc pacto etiam illi qui ducuntur ad torturam ex uerbis habitis & singraphum secum portantes dormiunt dum torquentur: quia ex intensa imaginatione: illa enim imaginatio mouet humores ad cerebrum, & ibi infrigidantur & oppilantur ibi uiæ, & sic causatur somnus: & hoc non est nisi per fiduciam, & hoc non est nisi propter id quod diximus, ut ẽt hi qui habẽt scripta, & accedũt tuti ad pugnãdũ cõtra hostes, & hoc est pp imaginationẽ & fiduciã, & sic operantur scripta illa & figuræ, & sic ad oĩa hęc diceret Aristot. de alio de incantationibus, & carminibus, diceret Peripateticus, quod uerba sunt & uana.

Imaginationi forti multa tribuit ẽ mẽte Aristo.

inscriptiones & figurę Magicæ qualiter operantur.

S 2 Nam

Nam inquit S. Thomas, uerba non possunt immutare sensum nisi per accidens, scilicet per credulitatem, & ex fide eis adhibita operantur maxime, quando sunt in distantia, dices tu quòd hoc habet illam virtutem: dico quòd graue est, quòd homo distans per illã virtutem vult hoc agere.

De alia verò parte Magiæ, quæ est ad sanandum ægritudinem, quòd multotiens adhibitis verbis, aut etiam signo aliquo magico sanantur vulnera. Mirum náq; hoc est, sed ita rei veritas se habet, atque ita credere oportet. Sed circa hoc quæreret Aristot. quomodo potest à Dæmone sanari: hoc enim non potest fieri nisi alteratione præcedente, oportet enim affici corporea alteratione ad ipsum vulnus, quomodo fiet ista sanatio cum veniet ab occulto, & videntur à circumstantibus. & tamen tactu percipitur ab eo, à quo apponuntur hæc ? ab Angelo, vt inquit Augustinus, cui assentio, sed diceret Peripateticus hoc fieri ab homine virtute naturalis complexionis, scilicet mediãte imaginatione ad sanandum, mouet enim spiritum, qui habet virtutem sanandi ad illum locum, & isti qui volunt sanare vulnera vt plurimum adhibent aliquod corpus vt oleum & lenimenta; adhibent ægroti fidem præcantatori, & hoc multum adiuuat, vt conciliator differentia. 56. dicit, quòd calor ex fide illa fit potentior, cuius signum est, quòd non quilibet homo habet huiusmodi virtutem, et sic concludendò dicit, quòd vigore caloris naturalis resoluit illa, & diuersi habent diuersas virtutes, etiam non conferrei nisi homini rudi, & non docto, quia credit, & credulitas hæc facit, hoc enim in fatuis & ignaris hominibus: in hominibus verò doctis quia non credunt rebus vanis, non sanantur ægroti etc.

Erat tertia pars de motu, quomodo mouent cribros ipsi præcantatores, & extrahunt sagittas ab osse, quæ à perito medico extrahi non possunt, mouens enim proximè debet esse iunctum mobili, & ipsum tangere, & sic non possumus dicere vt aliqui, quòd habent isti virtutem mouendi, quod est falsum: mouens enim, vt dictum est, debet esse proximum cum moto, & isti confirmant eorum dictum per exemplum illud Alberti de duobus gemellis. Sed hoc est fatuum, quia hoc omnibus messet gemellis. Dico, quòd hoc dicere facile est dicere, re uera tamen dico, quòd non mouent: instabis tu, dicens, ego video quòd mouetur, dico quòd potest esse ista motio à tenente cribrum: instabis vlterius, quòd ille qui tenet, dicit se non mouere, dico quòd vult te decipere, quia ex quocumque leuissimo impulsu fit ille motus, videtur tamen sibi quòd non moueat: de sagitta verò infixa quæ extrahitur ab osse, dico quòd potest fieri ab homine propter agilitatem manuum etiam adiuuante fide, quæ mouet spiritum, & calorem naturalem ad locum vulneris alterando os, & aperitur ac dilatatur vulnus ex calore naturali excitato, & fit exterius.

Ad aliud de imagine apparente in vitro quomodo hæc à Dæmone fieri possunt: Dices tu, quòd vnus Angelus habens imagines illarum rerum imprimit in illo vase, sic à pari potest dicere Aristoteles, quòd homo hoc faceret, homo enim habens imaginationem istiusmodi, simulachra mouent sensum communem vsque ad oculos, quia inde adeo multiplicantur vsque ad oculos, vt ibi videat imagines illas in vitro, vt dicit Auerroes tertio colliget: & quãdoque ponunt aquam in vase, vt illa phantasmata reuerberent in pariete, & sic est, vt quando sol mittit radios in aqua mota, quæ reuerberat splendorem in aliqua superficie alicuius subiecti oppositi; & sic homo posset includere sicut est dæmon, sicut clare patet in pueris, quibus aliquod horrendum minatus fueris præ timore, quem ex verbis contraxerunt, abscondunt faciem, quia vident simulachra deferri ad oculos multotiens propter deceptiones, quas faciunt isti incantatores, sic diceret Aristoteles: adducunt innitiatos enim pueros suos, vt hoc dicant, vt vulgares credant, & isti homines futui sunt sicuti boues credentes hæc talia: tamen si adducas alios pueros nihil videbunt, & ideo est deceptio, quia adducunt virgines puellas: verum est hoc, adducunt ipsi pueros virgines, quia sunt acuti visus, & ideo illas imagines uident: sed si esset aliquis homo acuti visus etiam uideret, licet usus fuisset coitu.

De quarto principali de prodigiis, quia non potest Aristoteles reddere causam de puero, qui cum esset infans prædixit patri euersionem regni sui, quo modo enim potest hoc fieri, hic enim non habebat huiusmodi phantasmata, non enim à cœlo imprimente: quia hoc fuit supra reprobatum, cum phantasmata fiunt à motu sensus in actu, quomodo ergo fient, Ptolomeus namque prædixit puerum nasciturum hoc facere, quid mirum, ego Domini multum cogitaui super hoc, tamen dico, quòd Peripateticus diceret, qòd quemadmodum præuisio futuri contingentis fit per phantasmata reseruata in imaginatione, ita isti infantes potuerunt esse complexionis ætatis senilis, non puerilis, qui haberent simulachra, & cogitatiua discurrens per illa phantasmata circumloquitur illud futurum, & componit, & diuidit: & illa complexio illius infantis forte non fuit secundum naturam, quia statim mortuus est: uel posset Aristoteles dicere, quòd forte habuit phantasmata extrinsecus, uel etiam possumus dicere, quòd complexio illa non conueniebat secundum naturam: sed præter naturam fuit & à casu, quia hoc rarissime fit: ego Domini nescio aliter dicere secundum Peripateticos, ideo Theologis debemus assentiri, qui difficultates has verè soluent, in proprias causas hos effectus reducendo. Dicebas etiam, quòd statua lapidea loquuta est, similiter & animalia bruta: dico, quòd hoc phillosophus habet negare, quia vox homini tantum conuenit, & nõ nisi præsit imaginatio significandi aliquid mouens organa vocis per aerem, non potest esse à cęlo, quia agens est vniuersale, quod non potest operari nisi sit coniunctum agenti particulari, licèt dicant hoc Hystorici, quòd ex cõcauitate simulachri, & murmure quodam, quasi similem voci humanæ iudicarunt fuisse vocem

vocem humanam, ac si esset verum: & si sic est de facto ars Aristotelis est falsa: & credo quòd sit falsa propter fidem nostram: & ideo domini non credatis Aristoteli, quia ipse non potest redddere causam de murmure: Ad id quòd dicis, quòd fontes sanguine manarunt, & dicunt etiam lapides pluisse, dici potest, quòd forte ibi aliquod animal in loco illo fuit interemptum, & stante calamitate in eo tempore dixerunt fuisse prodigium. De alio quòd vltimo subdebas de simulachris, quæ Bruto, & Cassio apparuerunt, et quòd acies sunt visæ pugnare in aere. diximus supra, quòd hoc prouenit ex intensa imaginatione, vt est de his, qui noctu timent & vident videre ante eos homines in cimiteriis ecclesiarum, & propter hoc timent illa pertransire, ne imagines appareant, tamen sunt mortui, & re uera non videntur ibi neque imagines, neque quid aliud, possunt tamen ibi videre ex vapore aliquo ex cadaueribus putrescentibus elato diceret Peripateticus, & sic in tenebris apparere aliquod figuratum figura animalis. Sed aliter dicendum esset secundum fidem & veritatem ipsam, ita potuit esse in Aquila ciuitate, vbi cum per decem dies durasset pluuia, fecerunt Rogationes, & dum facerent, apparuit i media platea sup pinaculũ tẽpli S. Petrus Celestinus, diceret Peripat. sed nõ bene, quòd ex vapore exeunte ab oribus eorum cum nube formauerunt figuram, cum illi vapores essent grossi propter multitudinem gentium. Sed quomodo vapores potuerunt durare ad tantam distantiam? certum est, quòd hoc non fuit per intensam hominum imaginationẽ, cum illa magna hominum copia cogitationes essent diuersæ: non enim poterant omnes idem imaginare. quomodo ergo ex vapore illo potuit formari illa figura? Dico, quòd forte fuit, quòd cessante pluuia nubes & vapores commixti á vento formare potuerunt illam figuram, & illustrata à sole contraxit diuersos colores vt repræsentaret figuram hominis, & quia fuit super templum Diui Petri, ideo dicunt Diuum Petrum Celestinum ibi apparuisse. Dico tamen, quòd illa figura non erat perfecta. Sed visa illa figura ex imaginatione videbatur eis verus homo. Possumus dicere, quòd fuit res naturalis facta à nube illustrata radiis solaribus repræsentante imaginem hominum, vt in nubibus solent multotiens videri, ibi enim apparent quædam nubes figuratæ figura leonum, Tauri, & figura humana, & quia tunc habebant illi imaginationem super illa visione, ideo verior imago videbatur eis, sed re uera soli Theologi verasu afferunt causam, quibus assentior. Ad aliud dico, quòd Aristote. negat Dæmones, sed Plato posuit, dico, quòd forte Plato non posuit, neque Socrates, sed voluerunt innuere substantias abstractas, videlicet de genio bono vel malo, quæ non sunt nisi bona genitura, vt tẽperatura à cœlo, & Plato multa loquutus est secundum vulgares, & sic ipse habuit talem mentem ponendi Angelos: Aristot. tamen non habuit vnde ex suis principiis cogeretur illos ponere: sed ex fide nostra quæ veritas est, certe habemus illos esse.

Sed tu dices, hucusque possunt tolerari quæ dicta sunt: sed quid nam dicendum est ad aliud, quòd firmati fuerunt cœli, & quòd lumen solis venit in tripla sui proportione, & quòd obscuratus est sol in passione Domini, quod videns Dionysius Areopagita dixit, & videns ecclipsim solis tunc conuersus est ad fidem Christi? quid etiam dicendum de miraculis sanctorum, & de resurrectione mortuorum, & de tot millibus hominum, qui fuerunt saturati ex quinque panibus, & duobus piscibus? quid ergo ad hoc diceret philosofus: certe Domini hæc omnia vera sunt, nec hæc possunt inficiari. Domini debemus dicere, quòd doctrina Aristotelis in hoc manca est & falsa: sed veritati credendum est: & etiam quòd isti effectus à natura possunt fieri, & à Dæmone, vt Sanctus Thomas dicebat, & quòd Dæmon sub aliqua constellatione vocatus venit et præsto est, et magis Dæmon operatur cum illa constellatione: sed tu dices, quòd hæc fiunt adhibitis verbis, et herbis, de facto sic est, neque argumenta Aristotelis sunt ita fortiora, quòd hæc tollere possint quin vera sint, et quòd multa patrari possint per Dæmones ipsos, vt fides nostra catholica tenet, et tanto magis per Deum, & per eius ministros Angelos et sanctos homines miranda fieri posse non negamus. Et ideo dicamus ad illud, primo, quando dixit duodecimo Methaphysi. quòd substantiæ abstractæ numerantur ad numerum corporum cœlestium. hoc est, ex numero motuum corum, cum nulla alia via relinquatur phylosopho probandi substantias abstractas, nisi ex motu æterno: dixit enim ibi, quòd octo sunt motus, ergo octo substantiæ etc. Dico, quòd falsum est dictum numerum motuum consistere in hoc numero, imò et negari potest substantiæ numerum esse sumendum ex numero nisi motuum ipsorum orbium, habita ipsa veritate, quæ ex fide catholica habetur, de facili varia Aristotelis tanquam falsa negare possumus. Præterea falsum est, quòd substantiæ æternæ non alterantur: dices, demonstratur illas substantias esse intransmutabiles: dico, quòd falso demonstratur, imò substantiæ abstractæ mouentur, et sunt in continua transmutatione, et habent cognitionem istorum inferiorum, et Deus infundit tales species imaginatiuæ hominis: non dantur Dæmones, falsum est: imò dantur Angeli boni, et mali, qui multa operantur. Vltra dicebas, quòd omnis malitia oritur ex materia prima, falsum est: quia à mala voluntate oritur, et à Dæmone, et sic de facili euademus omnia manendo cum fide. vnde veritas, quæ nisi vna est certe haberi potest, ac de facto habetur.

Quid dicẽdũ posset secundũ Peripateticos de quibusdã operibus vere miraculosis.

Aristotelis doctrina nõ põt attingi ad ea quæ sunt supra naturę opus ideo defectiua est.

EXPOSITIO D. LVDOVICI A BVCCAFERREO

In libellum Aristot. de causa motionis animalium in communi, quem legit in uacantijs 1533. die nona Ianuarij.

Lectio I.

CONTINVATIO huius libri haberi potest ex verbis Aristotelis qui in calce præcedentis libri de diuinatione p somnũ vbi cõtinuat hunc librũ, cũ dicit, *consequens est de communi motu animaliũ dicere*, causam huius continuationis dixi, quòd erant quinq; partes magnæ naturalis philosophiæ, prima pars cõ siderat de principiis cõibus & accidẽtibus communi bus rebus naturalibus, secũda pars de principiis pro ximis videlicet corporibus simplicibus, & hæc para perficitur in duobus libris, videlicet de cœlo, & de generatione, tertia pars pertractat de mixtis imperfectis, & hæc in tribus primis libris Meteoror. in iiij. aliam habuit considerationem, vt dictum est supra, quarta considerat de animalibus, & hæc in pluribus libris tradita fuit ab Aristotele, quinta de plãtis, qua ex animalium notitia & eorum partium cognitione cognoscuntur partes eorum, & ideo Arist. ordine do ctrinæ vtit, verum para illa, quæ est de animalibus, partita est in plures libros, & prima pars tradita fuit ab Aristot. per modum hystoriæ, vbi tamen quia est de animalibus cognitionem tradidit, & hæc in nouẽ libris differitur, hanc partem etiam posuit ob faciliorem doctrinam, vt in primo Meteoror. apud Aristot. videri potest, hæc etiam pars partitur in plures, quia Arist. in primis quatuor libris de hystoria pertractat de substantia animalium, & etiam de eorum sensibus in secunda parte à quinto vsque ad octauum exclusiuè pertractat de generatione animalium, in iij. par. & hanc in viij. lib. pertractat de morte & vita animalium, in iiij. & in lib. ix. de eorum motibus.

Alia pars magna, quę pertractat de animalibus, dicit causam, & propter quid eorum, quæ pertractãtur in nouem libris de historia animalium, ita quòd pars correspondet illi, & diuiditur in plures libros, primis quatuor libris de hystoria animalium deseruiũt libri de partibus animaliũ, liber de incessu, & liber de aĩa, & omnes isti dicunt propter quid eorum, quæ in illa parte pertractantur, & ex eo eo, quod ibi de sensu actum est, ordinauerit etiam ad illam partem librorũ de sensu & sensili post illos tres libros prædictos, videlicet de partibus, de incessu animalium, & de anima, & quia habet sensus interiores præter exteriores tradidit de memoria & reminiscentia, post hunc de somno & vigilia, & horum continuationem, & intentionem vide in locis propriis, eidem etiam parti proximæ de hystoria animalium correspondet liber, qui est de communi motu animalium, quia ibi de motu multa tradita erant, voluit hic postea declarare quæ requirantur ad motum animalium, & hoc facit uniuersaliter, ei parti quæ est de generatione animalium correspondent quinque libri, qui sunt de generatione animalium, ei qui est de vita correspondent quinque tractatus, videlicet de longitudine & breuitate vitæ, de iuuentute & senectute, de inspiratione & respiratione, de morte & vita, & vide in par uis naturalibus, vltimæ parti, quæ tractabat de motibus non facit Arist. correspondentem partem, sed illam inseruit libro de partibus, cum dicit quæ habent sanguinem talem, iste est ordo secũdũ græcos expositores ex Aristot. & hoc semper videri potest in fine suorum librorum, vbi semper solitus est ponere continuationem, in fine enim de partibus animalium sequitur liber de incessu, ex eius continuatione sunt in fine libri de incessu continuat librum de anima, iste vero liber immediatè continuatur ad librũ de somno & vigilia, & licet in textu latino deficiat illa particulã, est tamen in græco codice, intentio est autem tangit Arist. in principio, & vos uidetis quomodo liber de incessu præcedit istum de communi motu, & ne esset hs in hoc ipse dicit quòd in illo libro fuerunt disputata, quæ vero in hoc differenda sunt, statim aggreditur, dicit disputãdum est de com muni motu animalium quo ad eius differentias, & genera ipsorum, quæ tria sunt, aquatile, volatile, & gressibile, & declaratæ sunt causæ illorũ, & instrumẽta conuenientia, & partes animalium deseruientes motui, videlicet quæ carent sanguine pluribus pedibus, quæ sanguinem habent duobus pedibus vel quatuor mouentur, nũc intendimus in hoc libro de eodem motu voluntario animalium, alia tamen conditione in generali, & duo quæremus, videlicet quòd omne mobile dum mouetur, oportet quòd aliquid eius intrinsecum quiescat, & aliquid extrinsecum, & sic patet intentio. Sed vos diceris non ne Arist. in tertio de anima locutus est de causa motus in communi, ergo superfluit illa consideratio. Secundo quia Arist. non agit hic de communi motu animalium quæ dicuntur Zeophitæ ut spongiæ maris, & conchilium genera, quia dicit quòd pars quiescens animalis est iunctura, qua carent animalia illa imperfecta. Tertio quia si Arist. hic generaliter de motu, & in libro de incessu specialiter, ergo hic liber debet præponi. De primo dico quòd consideratio communis de motu dupliciter potest attendi vel ex parte animæ, vel ex parte corporis, ex parte animæ in libro de anima, hic vero ex parte corporis.

Ad secundum dico quòd certum est, quòd causa quæ hic assignatur de motu non conuenit omnibus animalibus, sed perfectis, & de his est sermo, quę mouentur de loco ad locum, tamen motus dilationis & constrictionis, etiam eget aliquo immobili. Ad tertium dico, quòd iudicio meo de facto hic liber deberet præcedere illum de incessu, sed Arist. illum præposuit ad commodiorem doctrinam, quia com in li bro de partibus animalium statim declarasset partes quæ deseruiunt motui in omni specie animalium, sta tim postea incepit declarare causas omnium motuũ, & in vnoquoque genere animalis, tamen ordine do-

ne doctrinæ liber iste deberet præcedere, vt liber de plantis, librum de animalibus, tamen quandoq; peruertitur ordo, vt commodior & facilior habetur doctrina. Post intentionem diuiditur iste liber in quinque partes, primo ostendit de generabilibus & corruptibilibus, quòd in motu indiget duplici quiescente, secundo de cœlo hæc eadem quærit, tertio de inanimatis. Quarto num requirantur hæc ad illorũ motum, quinto de motu voluntario, in prima ergo dicit quòd motus indiget quiescente, sed ad hoc declarandum reliqua supponit, quæ (ut ipse dicit) dicta sunt in aliis libris videlicet 8. Phys. quòd in omni motu principiũ motus est immobile, dictũ est aũt ibi ꝙ cœlum indiget in motu suo aliquo immobili videlicet intelligentia, & extrinseco vt terra, ut dictum est 2. cœli, imo hoc generaliter quòd nō pōt esse motus naturalis nisi sit aliquod immobile, & dicit ista declarata sunt vniuersali rōne, modo declaratum est per sensibilia inductione quadam, quæ inductio erit animalium tum cœli, tum inanimatorum omnium, & quare hoc? quia notitia vniuersaliter non sufficit, sed ordinatur hoc ad notitiam particularẽ, & est gratia illius, nec hoc dicit Michael, quia si ista cognitio animalia conuenit sensui assentimus ei, sin minus assentire non debemus, & patet quantum recedant à peripateticis, qui rationes vniuersales attendunt, præcipuè tamen illæ sensibus repugnare videntur.

Dicimus ergo descendendo ad sensibilia, & primo de animalibus corruptilibus, ꝙ omne animal in motu indiget duplici quiescẽte & immobili, & primo dicemus de intrinseco immobili, secundo de extrinseco quiescente, tertio ex eo quod præposuit ante, iam deducit quòd impossibile ẽ aliquid moueri nullo quiescente, vide Suessanum quomodo hic philosophus incipit probare d parte in motu animalis, & quòd necesse est quòd in motu animalium si vna pars mouetur altera quiescat, & infert iuncturas esse sicut crurũ in ipsis animalibus, ac si diceret ꝙ iuncturę insunt animali tãquã cardines in ianuis, postea declarat cãm cuiusdã apparentię in motu alicuius mẽbri, vt puta brachij, videmus n. brachiũ in eiusmedio supra iuncturã fieri vnũ cũ. s. integro & cōtinuo motu mouetur, & d eo qñ altera pars mouetur & altera quiescit fieri ẽt rectũ & rectũ & flexũ, & hoc quia permutatur secundũ potentias & actus propter iuncturã, cum. n. vno motu mouetur actu vnũ est, potentia plura, tñ altera pars quiescit, altera mouet actu duo sunt, potentia vnũ, & cum actu est rectum, potentia est flexũ, & ecōtra, huius apparentię est iunctura, deinde Aristot. declarat quomodo sit iunctura, ut medium partium, & ut centrum per exemplum in figuris, & dicit parte autem, scilicet brachij inflexa & mota in eo erunt duo signa, siue duæ partes designabiles, altera quidem mota, & flexa, ut brachij pars versus manũ, altera vero manet & quiescit, q̃ versus humerũ, quę tñ coniunctę manẽt in iuncturis, exponit in figuris, & describatur circulus b. g. d. cuius diameter sit b. d. & punctum medium sit a. si ergo manet ea diametri pars, quæ est a. d. & moueatur medietas quæ est b. versus g. donec illa linea sit à g. necesse est alteram partẽ ad imaginationem quiescentem esse, vt à d. ei alteram motam, vbi punctus a immobilis permansit, ergo in brachio cum vna pars mouetur, et altera quiescit, vno puncto medio vtitur vt duobus, vide expositores, quia res est clara, postea dicit Arist. quòd exemplum est aliquo modo simile, et aliquo modo dissimile, quia a. centrũ in circulo erat indiuisibile, sed iunctura non indiuisibilia, secundo motum quem posuimus hic, videlicet quòd mouetur pars diametri, et altera quiescat, non conuenit ei secundum naturam, quia Mathematicus abstrahit à motu, quia abstrahit à materia, simile non est, quia sicut a punctum in diametro est causa ut diameter sit multum potentia, et vnum actu, vel econtra, quia cum extenditur membrum, tunc est multum potentia, et vnum actu, et quãdo incuruatur est oppositũ, videlicet duo actu, et vnũ potentia. alia similitudo, quia sicut a punctũ indiuisibile quiescebat et erat immobile, ita ẽt iunctura, quæ est in brachio, aut in aliquo alio membro, quia qñ mouetur tibia vsque ad talũ, tunc quiescit crus, et cum crus mouetur, tũc tibia quiescit, et sic cũ pars inferior mouetur, iunctura eius motus iuncturæ genu, et sic cōsequenter vide quę dicũt alij, concludit postea Aristo. suum intentũ, et tu vide expositores, sed tu dices, quia Arist. dicit, ꝙ membrum aliqñ vnũ actu est, et plura potentia, aliquando dicit, quòd iunctura debet quiescere.

Accidit in primo difficultas, quia siue extendatur brachium, siue incuruetur, semper est actu vnum, et plura potentia, contra quinto Metaphys. continuum est vnum actu, et plura potentia. Secundo, quia licèt mota vna parte animalis altera quiescat, qd dicemus de toto? q a motis nobis mouẽtur quę sunt in nobis.

De primo, quòd si consideretur continuum Mathematicè qua continuum est, sic verum est, quòd est vnum actu, et plura potentia, si autem consideretur non in eo quòd continuum, sed in eo quòd motum, sic potest esse quod dicit Arist. quia quando extenditur brachium, tunc est vnus motus inhærens sibi, et est tunc plura potentia, quia potest incuruari, qñ autẽ incuruatur habet duos motus & diuersos actus, et ideo bene dicit Aristot.

Ad secundum quod est difficilius, dico, quòd reuera mouentur partes omnes, sed quomodo habet tunc intrinsecus quiescens dicemu, et dico, quòd nō quiescunt iuncturæ, sed mouentur, Arist. dicit, quòd quiescũt respectiuè comparando eas ad diuersa mẽbra, quia membrum superius dat motũ membro inferiori, et motum diuersum specie, et sic quiescit saltem illa specie motus, quam tribuit alteri, vel si mẽbrũ superius moueatur eadem specie motu, qua mouetur membrum inferius, saltem non mouetur tanta velocitate, quanta mouetur membrum quod recipit nomẽ ab ipso, et sic dicimus de motu pisciũ in aqua, et auium in aere, quòd si moueatur aqua tanta velocitate quanta mouentur pisces in motu natationis, tunc pisces non mouerentur et hoc idem accideret si aer impulsus moueretur tanta velocitate, quãta aues in ipso motu volationis mouentur, tunc aues in aere moueri non possent.

Lectio

Lectio I I.

ERAT dubitatio, quia philosophus dicebat quòd in motu animalis aliqua eius pars quiescit, & dedit exemplum mathematicum in diametro, & dixit ꝓpter hoc natura fecit iũcturas in partibus animalium, fuit dubitatio, quia moto animali mouentur omnia quæ sunt in ipso, dico quòd moueri potest animal quo ad vnam partem, & tunc quo ad aliã partem quiescit, simpliciter autem non mouetur eadem specie motus, non tamen eadem velocitate, quia motus animalis fit sicut motus ianuæ super cardines, exponitur ergo litera Arist. vt dictum est, si vero moueatur motu pulsus, & vt sciatis causam, quare animal dum mouetur, vna pars quiescat, est quia omnis motus animalis, qui est in partibus animalis est pulsus aut tractus, & talis motus est innixus quiescenti, si mouetur totum animal, & aliquid quiescit, quia dum sinistra impellitur, dextra trahitur, & sic dico quòd dum mouetur totum animal, quiescit aliqua pars, licet moueatur per accidens, ita ergo intelligitur dictum Arist. *Quoniam autem unũquodque in se ipso quiescens*, cum ostendit quòd motus animalis præsupponit aliquid intrinsecum quiescens, vult ostendere quòd etiam indiget aliquo extrinseco quiescente, & addit quòd hoc nõ solum est verum in animali corruptibili, sed in cœlo etiam, & addit quòd illud quiescens non debet esse pars illius quod mouetur, & dicit Michael quòd hoc dicit Arist. propter exemplum quod dabit Arist. de naui, & sic omne animal in motu aliquo extrinseco quiescẽte indiget, probat hoc tripliciter, primo quia cœlum in sui motu indiget aliquo extrinseco, ut terra, ergo animal corruptibile, dubitabo de ista consequentia, secundo probat de experientia, quia animalia terrestria vt mures non possunt ambulare super farinam, aut super arenam, nisi sit aliquod fixum, & sic neque aues in aere, neque pisces in aqua nisi sit fixa, postquam Arist. ostendit, quod animal indiget aliquo extrinseco quiescente, ostendit quòd illud quiescens est aliud à toto animali, & quòd nulla pars sit illius, tertio probat alio experimento, dicit Aristot. quia est problema quod aliter solui non potest, quia si in litore innixus temone ipso repellit malum nauis, facilè mouet nauim ipsam, si autem fuerit in naui non poterit facilè impellere ipsam nauim & mouere, & dicit Arist. etiam si fuerit iste Titius homo ille magnus, etiam si fuerit Boreas ventus maximus hocmodo poterit, & quæ causa huius? quia quilibet propulsurus nauim debet inniti alicui quiescenti, qđ non sit pars eius quod mouetur, qui autem est in litore innititur alicui quiescenti, quod non est pars nauis, neque ipsa nauis, remus enim innititur vulnæ, & hæc humeris & sic deinceps, & ita qui nititur faciliter mouetur, qui autem in ipsa est naui hoc non potest facere, quia simul moueretur, & quiesceret, vide alios.

Sed uos dicetis, quomodo ualet argumentum: Arist. cœlum indiget extrinseco quiescente, ergo animal corruptibile. Secundo quia videmus aquam velociter currente pisces natare in ipsa, & ita de auibus in aere, & confirmatur, quia remiges mouendo naui nullo quiescente indigent aut innituntur, quia non naui, cum moueatur.

De primo dicatis, quòd ratio Arist. valet ex hoc, quia in omni motu locali requiritur aliquid extrinsecus quiescens, ex hoc quòd omne, quod mouetur aliter se habet respectu magnitudinis super qua mouetur, quia semper aliter, & aliter se habet, ideo necesse est, quod illa magnitudo quiescat, & si illa moueretur eadem uelocitate, tunc quod moueretur nõ ex se moueretur, quia non aliter & aliter se haberet, sed veheretur, & sic supponitur quòd animal ex se moueatur, quia si cœlum, quod mouetur super terram, terra etiam moueretur, non continuè cœlum se haberet aliter & aliter respectu terræ, & sic illa magnitudo aut simpliciter quiesceret, aut non tanta velocitate, de cœlo dubitabimus, quomodo si terra moueretur, cœlum adhuc non moueretur.

De secundo quia videmus pisces natare in aquis, etiam velociter currente, dico quòd intelligitur pro positio Arist. quòd illud extrinsecum debet aut simpliciter quiescere, aut non tanta velocitate moueri debent, ut mouentur pisces, & ita etiam de auibus, & hoc ex ratione motus, quia mouere est aliter se habere nunc quàm prius, & si magnitudo non moueretur, hoc non posset accidere, si dicas textus dicit ꝙ debet simpliciter quiescere, dicas quòd respectu illius quod mouetur simpliciter quiescere dicitur, eodemmodo est de aere respectu auium, sed dices, ego vellem scire, nunquid si aer moueatur magna velocitate, & aues cum non possint moueri ex se cum non transeant ex parte aeris in partem aeris, nunquid aues possint moueri motu tractionis? dicam. Quod addis de nauta in naui, quia impellit remo nauim, dico ꝙ innititur, quia ille motus ex eleuatione & depressione fundatur in aqua quiescente vel simpliciter, vel secundum quid, ita ꝙ aqua non ita mouetur eadem velocitate sicut nauis, sed dispari.

Sed dubitare sanè quis poterit, Addit dubitationem difficilem & in præsenti parte sunt duę expositiones, vna Michaelis Ephesij, alia Petri de Aluernia, dicit Michael quòd Arist. mouet tres dubitationes de motu cœli, primo nunquid motor cœli sit immobilis. Secundo nunquid motor ille sit pars cœli, & hoc quia pars quiescens in animali est pars animalis, tertio esto quòd non sit pars, nunquid sic in cœlo sicut rector nauis est in naui, hæc est expositio Michaelis, soluit primamquæstionem secundũ ipsum, & dicit quòd motor cœli est immobilis, quia si moueretur indigeret extrinsecus quiescente, cuius tamen tactu moueretur, sed hoc falsum est, quia motor cœli ex quo ostensum est 8. Phy. quòd est incorporeus impartibilis non potest contra, generatur extrinsecus quiescens, secunda quęstio fuit, & soluit ipsam, ex quo sit in moto nũquid sit pars eius, non, quia si esset pars eius, aut cœlum posset moueri, aut

aut discinderetur, quia vna parte mota ipsum cœlũ totum moueretur, & sic vtrunque est impossibile.

Tertia quęstio nunquid sit in eo sicut rector nauis in naui, & hanc reliquit insolutam, expositio ista licet videatur conformis textui mihi tamen est difficilis, quia 8. Phys. soluit Aristo. has quæstiones, & ꝙ motor Immobilis, & quòd est pars cœli, quia ille motus est naturalis, & in libro de anima soluit tertiam, quia est sicut rector iu naui, & etiam vanæ sunt solutiones, qa dicit quòd si esset motus, ille motor tunc non esset indiuisibilis, ego idem dicam de anima animalium videlicet intellectiua, quia est mobilis cum suo motu moueat corpus, & tamen non contangit, & secunda solutio nulla est, quia argumentum sophysticum est, quia de facto motor cœli est in cœlo, neque oportet quòd moueatur, quia argumentum valet de parte quantitatina cœli, non de motore, quia est pars essentialis, & ideo expositio Michaelis est dubia. Alia expositio est Petri de Aluernia, ꝙ Arist. hic vult probare quòd cœlum non indiget in sui motu aliquo motu extrinseco quiescente sicut animal corruptibile, & sic erit dubitatio nunquid totum vniuersum indigeat aliquo extrinsecus quiescẽte in motu ab ortu in occasum, dicit quòd non, quia pars intrinsecus quiescens in cœlo non potest mouere nisi innitaretur alicui parti, quæ esset extra ipsum vniuersum, vt est in animali corruptibili, & hoc est falsum, secundo quia moto corpore sphærico, necessario mouentur omnes eius partes, & ideo non aliqua intrinsecus quiescet, & ideo dicit Arist. in laudem Platonis ꝙ hoc senserit, ꝙ moto corpore sphærico omnes eius partes mouentur, & videtur mihi ꝙ ista expositio verior sit & melior, quia Aristot. quærit nunquid cœlum indigeat parte intrinsecus quiescente, sicut animal corruptibile.

Lectio III.

IN superiori lectione duas expositiones circa dicta Arist. vbi dubitabat vt diximus quòd expositio Petri de Aluernia erat melior, nũc autem post meliorem considerationem alias sentio, & videtur mihi ꝙ expositio Michaelis sit magis ad verba Arist. quia sic dicit, *quòd aliquis dubitaret an si quid mouetur totum cœlum esse immobile, & hoc nullam cœli esse partem*, & non possumus adaptare illa verba, *& confestim immobile*, nisi extorqueamus verba & textum Arist. & ideo magis conformis verbis Arist. videtur mihi expositio Michaelis, & tunc dicemus tres quæstiones, & duas soluit, & vnam reliquit insolutam, in prima nunquid anima & motor cœli sit immobili vt anima corporis corruptibilis, vel saltem vt nauta in naui, & hæc eadem quæstio est tacta secundo de anima animalis corruptibilis, & dicit quòd non est mobilis, quia coextenderetur alicui extrinseco quiescente, & hoc est impossibile, quia est indiuisibilis, & indiuisibile non contangit diuisibile, ergo immobilis. Secundo soluit secundam, quòd non sit pars essentialis cœli, vt anima animalis corruptibilis, & postea est tertia quæstio, ut an ad minus sit ut nauta in naui, hæc expositio rectior est, sed fuit dubitatum contra hanc expositionem, quia 8. Phys. & secundo de anima hæ quæstiones sunt solutæ, & de facto ita est, sed Arist. repetit hic eas ad propositum suum & ad specialius problema, aliæ etiam dubitationes facillimè delentur, deinde Arist. incidentaliter damnat Platonem de motu cœli cum dixit cœlũ moueri à polis, ita quòd poli duo sunt secundum ipsum, & quòd errauerit, probat tribus rationibus, prima probatio, sunt indiuisibiles, ergo nullam habent magnitudinem, ergo nullam virtutem, quia virtus in magnitudine consistit, & magnitudinem consequitur, ita quod in maiori quanto maior virtus. Secunda ratio diuersimode formatur. dicit Michael poli non sunt entia, sed sunt fictitia per opus intellectus, ergo non possunt habere virtutem per quam moueant cœlum, sed ille modus mihi non placet, & ratio est, quia axis cœli ab vno extremo ad aliud extremum cœli per centrum mundi, & sic illa duo extrema sunt indiuisibilia & sunt termini illius axis, ergo poli sunt, & sunt illa duo extrema, quæ sunt etiam immobilia, aliter formatur ratio hæc à Latinis sic, poli illi non sunt substantiæ, sed sunt accidentia, ergo non habẽt virtutem motiuam cœli, antecedens relinquitur manifestum consequẽtia probatur ex scd̃o Phy. natura est principium motus, & natura est ex materia & forma, ergo sola substantia est principium motus, tertia ratio impossibile est quòd vnus motus sit à duobus mototibus per se non ordinatis, sed sic sunt poli ergo, sed dices Arist. iniuste increpat Platonem de polis, quia Plato non posuit polos mouere cœlum, sed quasdam substantias abstractas & indiuisibiles, secundo quia 5. Phys. Arist. declarans requisita ad unitatem motus, enumerat tria requisita, & non meminit de vnitate motoris, ergo vel hic superfluus uel ibi diminutus.

Ad primum dico quòd de facto Arist. impugnat Platonem tantum in verbis, quia Plato locutus est enigmaticè, & posuit duas substantias abstractas, & indiuisibiles, ut sint duo poli qui mouent cœlũ, & sic ad similitudinem polorum, qui sunt indiuisibiles, posuit substantias mouere cœlum, & sic Arist. redarguit ipsum, ne quis caderet in errorem ex verbis male intellectis ut diximus supra. Ad secundũ dico, quòd licet Arist. in 5. Phys. in uno textu non dixerit unum motum esse ab uno motore, tamẽ in eodem quinto in alio loco hoc dixit, dum dixit ꝙ motus sagittæ non est vnus, quia non est ab eodem motore, quia modo est ab isto aere, modo ab illo, sed ex illis uerbis inferatis esse contra Tho. & alios qui dicunt quòd motus sagittæ est à qualitate sibi impressa à sagitario, quia ille motus esset vnus, cum qualitas illa sit vna, etiam nunquam deficeret illa sagitta à motu, quia semper haberet illam virtutem sibi impressam, quæ est causa motus secundum ipsos.

Quòd quidem igitur ad uniuersam, hic Arist. mouet illam dubitationem nunqnid cœlum indigeat ita extrinseco quiescente cũ mouetur sicut animal corruptibile,

ruptibile, sed huic quæstioni nõ respõdet hic, sed soum arguit ad partes ducendo ad incommoda postea, & primo recitat opinionem priscorum, qui ponebant Atlantem pedibus innixũ terræ, & terra erat illud extrinsecus quiescẽs quo indiget cœlum sui motu. Ad oppositum arguit Arist. duabus rationibus quarum prima est ista, quòd si cœlum.i. vniuersum aliquo extrinseco indigeret in sui motu, quòd tunc daretur aliquod esse extra mundum, & sic terra esset extra mundum, quia cum cœlum.i. vniuersum indigeat extrinseco, & illud est terra, erit quid extrinsecum mundo. Secunda ratio hæc est, quia tunc terra erit maioris uirtutis in quiescendo quàm esset in mouendo, & antequàm faciat hanc rationem supponit ibi quædam, *adhuc autem*, & res est clara, posteà facit rationem ibi, *propter quod siue Atlas*, ducit ad inconueniens quòd si cœlum tãtum indiget terra in motu, quòd vel cœlum mouebit terram ex proprio loco, vel quòd terra erit maioris uirtutis in resistendo quàm cœlum in mouendo: Quod si dicas quòd non est maioris virtutis, ergo non resistit motui ipsius cœli, & sic motor non poterit mouere cœlum, vt si nauta sit in littore, & velit mouere nauẽ, tunc si terra non erit forma nõ poterit mouere ipsam, adeò quòd tunc pedibus innixus terræ nou poterit detrudere nauim sed terra, erit firma, & maioris vel æqualis virtutis poterit nauta mouere, sic est de tota terra respectu motoris cœlestis, quia si terra non erit maioris virtutis vel æqualis virtuti motoris, nunquam motor mouebit cœlum, sed hoc est falsum quòd terra sit maioris virtutis vel æqualis inquiescendo virtuti motoris in mouendo cœlnm, ergo terra non est illud extrinsecus quiescens, quia terra se habet ad cœlum sicut punctus ad lineam, sed in maiori quanto est maior virtus, ergo terra non erit maioris vel ęqualis virtutis virtuti ipsius cœli, dispntat Aristot. hanc quæstionem, & non dicit quòd non melior pars, sed iterum videbitur quærere hanc quæstionem, & sic vt dixi Arist. videtur inuolutus, dicemus tamen de hoc infra.

Lectio IIII.

E*ST autem dubitatio circa motum partium*, dubitauerat nunquid vniuersum in motu diurno indiget extrinseco quiescente, & dixi secundum priscos, ꝙ indiget Athlãte, arguit postea ad oppositum, quia sequeretur quòd terra maioris esset virtutis quã id quod moueret, & quòd hoc sit verum probatur, quia sicut ille qui mouet nauim & innititur terræ, occasione huius quod dixerat dubitat Arist. nũquid maior sit virtus in vniuerso quàm in tota terra, & quod dicitur de terra intelligitur etiam de aliis partibus vniuersi vt de aere, arguitur ad vtranque partem, & primo quòd sic, quia omni finito dabili est maius, sed virtus terræ in quiescendo est finita, quia iusgrauitas est virtus qua quiescit, sed hæc est finita, & omni finito datur maius, ergo eodem pacto possumus arguere de aliis partibus uniuersi, ex opposito argumentatur pro parte vera, quia si contingeret virtutem esse maiorem tota virtute terræ, contingeret vniuersum corrumpi, sed hoc est impossibile, quia demonstratum est primo cœli, quòd simpliciter impossibile est cœlum corrumpi, & dicit simpliciter, quia duplex est impossibile, simpliciter vt vox, quæ nullo modo potest videri, & secundum quid qđ est aliquomodo possibile, sed propter impedimentum est impossibile vt homines in lunæ orbe existentes posse videri, ideo si cõtingeret dari virtutem maiorem virtute terræ corrumperetur vniuersum, quia virtus terræ à maiori corrũperetur, & sic etiam virtus aliorum, & si hæc corrumpi possunt, ergo & contingit destrui, & contingit ipsum destrui, ergo non est necessarium partes non destrui, & valet regula consequentiarum inter contradictoria, secundo de interpretatione, & sic si contingẽs est vniuersum destrui, ergo necesse est ipsum non destrui, quia si duorum oppositorum vnum est cõtingens, reliquum necessarium non est, & si est necessarium ipsum nõ destrui, ergo impossibile, si impossibile, ergo non contingens ex opposito contradictorii, & sic valet, contingit reperiri virtutem maiorem virtute terræ, ergo contingit mundum destrui, ergo non necessarium, & sic non est necesse ipsum destrui, ergo non impossibile ipsum destrui, & hæ regulæ sunt logicæ, quòd duorum contrariorum si vnum est contingens reliquum est necessarium, si vnum impossibile, reliquum possibile, ex vtraque ergo parte arguit Arist. quod patet, sed tu dices, dicit Arist. impossibile secundum quid esse quòd homines, qui sunt in lunæ orbe si videantur, quia hoc videtur impossibile simpliciter, quia ibi esse homines impossibile est, dicatis quòd loquitur Arist. secundum opinionem aliorum pro exẽplo, sed si accipiamus de partibus lunæ, quæ sunt remissę in lumine erit verum exemplum Arist. *Vtrum autem*, tangit quæstionem aliam Arist. & est tertia quæstio dictum est quòd vniuersum in motu diurno non indiget terra in quiescendo, quærimus de partibus vniuersi nunquid ad minus si non totum vniuersum indiget terra quiescente, partes vniuersi indigent aliquo quiescente extrinseco addit Aristot. ꝙ alicui videtur impossibile quòd cœlum indigeat aliquo extrinseco quiescente vt terra, quia moto cœlo mouetur quælibet eius pars, & etiam de nauta in naui. Respondit Arist. quòd tres sunt partes vniuersi, cœlum est principaliter pars, postea animalia, postea inanimata, si quæramus de cœlo dicit Arist. dico quòd sic indiget aliquo extrinseco quiescente, de toto autem vniuerso negauit, & cœlum indiget primo motore immobili per se & per accidens, vt declaratum est in 8. Physi. sed & authoritate Homeri, qui dicit quòd si omnes dij vellent mouere Iouem non possent, in quibus verbis duo colligit, primo ꝙ Iupiter, qui est prima intelligentia non mouetur. Secundo quòd non sit pars cœli, sed sit quid extrinsecũ à cœlo, & adducit uersus Homeri, qui sunt tres, & Auer. primo Phys. malè allegauit hanc propositionem, quia hoc intellexit de terra, & hic soluit Arist.

quòd

quòd non contingit dari virtutem maiorem virtute terræ in quiescendo, quia sic cœlum corrumperetur, quia si totum vniuersum pendet à motore immobili, sequitur totum vniuersum incorruptibile, & Michael aduertit quòd in vna litera dicit, soluitur prima dubitatio, habet dubitationem ex hoc: quod dicit hic, de animalibus non corruptibilibus quæ se ipsis mouentur, dicemus, quòd non tantum extrinsecus, sed etiam intrinseco quiescente indiget, & sic loquendo de ipsis, de inanimatis vero, vt de elementis, & aliis dicit difficilior est quæstio, dico tamen quòd in istis datur extrinsecus & intrinsecus quiescés, quia inanimata ista non mouentur ex se, sed ab his quæ sunt animata, sed ista indigent duplici quiescente, ergo & ista, & iam dictum est animata indigere duplici quiescente, & sic inanimata reducuntur ad animalia, ita animalia reducuntur ad cœlum, & primũ motorem qui hic est ignoratur, dictum est difficile nunquid motores cœlestes aliquomodo mouentur per accidens, & hoc probat de inanimatis, quòd dũ ambulamus innitimur alicui quiescenti, dum projicimus dum aliquid aliud facimus indigemus intrinseco & extrinseco quiescente, & sic patet de celo & de animatis, & de inanimatis, est ergo soluta dubitatio de partibus vniuersi, sed vos dicetis, quia Arist. dixit de primo motore quòd s. cęlum indiget extrinseco quiescente primo motore, dubitatur quia motor non est extrinsecus motor, sed forma cœli, dicetis quòd motor non est forma informans sed assistens, dico quòd sequendo opinionem quòd motor sit forma cœli; quomodo ergo erit extrinsecus quiescens, secundo quia dicit quòd quiescit, erit etiã dubitatio quomodo non moueantur, quia motis nobis mouentur omnia quę sunt in nobis, ita moto cœlo mouebitur actus ipsius cęli, quòd si non, dicam de intellectu quòd non mouetur aliquomodo, & sic erit difficultas in hoc non parua.

Secunda dubitatio est quia dicit quòd vniuersum non potest dissolui, quia dependet à principio æterno immobili, sequitur ergo ex hoc vniuersum habere æternitatem ab extrinseco contra Auicennam primo cap. de substãtia orbis, & primo de celo, & alibi. Tertio quia dicit inanimata duplici egere quiescente, quia mouentur ab illis, quæ ex se mouentur, contra quia elementa sunt corpora naturalia, & habent materiam, ergo mouentur ex se, etiam quia moueri ex se videntur derelicta in sua propria natura, etiam quia dicit quòd mouentur à generante 8. Phys. ergo non ab animatis.

Lectio. V.

ERANT dubitationes in præcedenti lectione, quo ad primum de primo motore dicemus post ad secundam quòd non potest deficere vniuersum propter immobilitatem & immutabilitatẽ primi motoris, erat dubitatio, quia videtur Arist. innuere mundum habere æternitatem non ex se, sed ab extrinseco, cuius oppositum probauit ipse Auer. primo cap. de substantia orbis, quòd impossibile est hoc, dico quòd vniuersum habet perpetuitatem à primo motore non tanquam à primo efficienti, sed tanquam à causa finali, quia pendet à fine intransmutabili, & sic est illa causa efficiens, & conseruans non distincta à causa finali nisi nomine. Ad tertiam, quia erat dubitatio de elementis & inanimatis, quia ista sunt naturalia, de primo dico quòd verum est, quòd à se mouentur & à se ipsis, cum arguis ergo non ab alio, nego argumentum, sed quare Arist. tertio celi dixit quòd mouentur ab intra, hic ab extrinseco, dico quòd mouentur à principio extrinseco à generante, quia sicut dans formam dat accidentia consequentia formam, sed si ignis aut est impeditus, aut non impeditus à remouente prohibens, si non impeditur ab aere, & sic quia in istis non potest fieri motus à principio extrinseco nisi præcedat primum extrinsecum, ideo sic appellauit Arist. ea moueri, sed dices ita etiam dicere poteris in motu animalium, quia sicut generans in illis, ita in istis, etiam animal nunquam mouet semetipsum nisi prius moueatur ab extrinseco appetibili, dico quòd non sequitur, quia uocauit Arist. inanimata moueri à generante, quia impressa forma in inanimato statim mouetur inanimatum, non est sic in animalibus, quia non statim impressa forma mouentur, vocauit ista moueri ab extrinseco à remouente prohibens, dices etiam animalia ab appetibili extrinseco, dico quòd verum est, quia istud extrinsecũ principium non est nisi specialiter principium, & nõ materiale, ideo habet ab extrinseco, & quia de principio reali intelligit, ideo &c. sed cum dicimus quòd ista mouentur à generante vel remouente prohibens, sed Arist. dicit quòd mouentur ab animalibus, fortè animalia remouent prohibens, quia columnam, uel fortè rectius quòd mouentur ab animalibus, quia reducuntur ad motus animalium, & motus alius ad motus cęli, & hoc quia motus inanimatorum pendet à motu animalium, motus animalium à motu cœli, & animalia indigent duplici quiescẽte, cęlum vero vno quiescente ut extrinseco tãtum, quod est primus motor, & quia animalia indigent duplici quiescẽte, ideo motus inanimatorum. *Vtrum autem mouentes se ipsum:* addit aliam dubitationem, quæ sequitur ex dictis, quia dictum est quòd cęlum indiget extrinseco ut motore, animal duplici, est dubitatio nunquid id quod mouetur motu alterationis, aut augmentationis indigeat extrinseco quiescente, ut in motu locali, & quia uniuersaliter aliquando anima ab extrinseco, aliquando ab intrinseco, & sic etiam in augmentatione, alteratio ab intrinseco est à calore, ab extrinseco est ab aere, de augmentatione ut cibus formales partes, dubitatur modo de alteratione & augmentatione, quæ fit ab intrinseco nõ ab extrinseco, & sic vt excluderet eam, quæ fit ab extrinseco, & dixit in his quæ ex se alterantur, etiam dicit Arist. loquimur de alteratione ex se, ut excludatur generatio & corruptio, quia istæ sunt alterationes, quæ fiunt ab extrinseco, & ideo dixit de generatione, quæ à principio,

pio quia eſt generatio, quæ fit in vtero matris, & vt hanc & omnea alia excluderet dixit in his, quę ex ſe.

Soluit & quare dices, quia generatio & corruptio præſupponit præexiſtens generans, de nihil præexiſtit ſibi, ideo ſoluit poſtea, cõditionaliter dico ſi motus localis eſt natura prior in animali ſicut in vniuerſo, dico ꝙ alteratio & auctio quę fiunt ex ſe requirũt extrinſecus quieſcens, ſi autem in his motus localis non fuerit prior ſequitur quòd indigeant quieſcente extrinſeco.

Sed tu dices, quid dicendum eſt de hac quæſtione abſolute. Secundo quia dicit quòd in alteratione ex ſe, contra quia hoc eſt impoſsibile, quia ſi aliquid ex ſe alteretur, ergo idem ſimul in actu & in potentia reſpectu eiuſdem. Tertio quia dicit fœtum in vtero ab extrinſeco eſt à calore proprio eius, quia tranſmiſſo ſanguine. Quarto quia dicit, dico alterari ex ſe vt excludatur generatio & corruptio, quia dicit quòd in his præexiſtit ſibi, dices quia ſic innuit Ariſtot. & confirmatur, quia generatio non valet, quia omne mouens præexiſtit moto, ſic ſequitur quòd nihil moueatur à ſe ipſo, hoc falſum eſt, quia in etherogeneis eſt principium intrinſecum ſuæ corruptionis.

De primo dico, cum tu dicis cur conditionaliter locutus eſt Ariſtot. dico quòd 8. Phyſ. dictum fuit quòd motus localis eſt prior omnibus alijs in animali, quia non poteſt fieri alteratio niſi approximetur agens patienti. Et ideo quia ſoluta fuit quæſtio 8. Phyſ. ideo conditionaliter locutus eſt Ariſt. & dicendum quòd indigent illi motus alterationis & auctionis extrinſeco quieſcenti, ſed dices hoc eſt per accidens. quia ratione motus localis, hoc verum eſt, ſed cur addit auctio ex ſe, quia non omnis motus localis indiget extrinſeco quieſcente, niſi valde per accidens, vt in motu inanimatorum, ſed quia in motu locali ex ſe fuit oſtenſum ibi indigere duplici quieſcente, ideo erit manifeſtum de alteratione ex ſe & auctione, ſed dices nihil alteratur ex ſe, adequate verum eſt, & contrarium eſt impoſsibile, de aqua quare ducit ſe ipſa ab extrinſeco alteratur, & ſic non poteſt vna & eadem pars alterare ſe ipſam, ſed in diuerſis partibus poteſt eſſe, vel in alteratione ſpirituali. Quòd dicimus tertio de fœtu in vtero matris augeri ab extrinſeco, dico quòd etiam ab intrinſeco, ſcilicet à ſanguine matris, ſed manifeſtius ab extrinſeco. Quod dicit quarto, quia dicis alterari ex ſe, vt excludat generationem in vtero, ergo in genere extra vterum erit ex ſe, concedo quia fœtus tunc ex ſe participat & mouetur. Quod addis quia tunc per rationem ſuam nihil moueret ſe ipſum, dixit Michael quòd Ariſt. non eſt locutus de omni mouente, ſed generante, & iſtud tempore præexiſtit generato, & ſic mouere per verba ſequentis ſunt reſtringenda.

Quod addis corruptio fit à principio intrinſeco, dico quòd non proprie ex ſe fit corruptio, quia partes animalis ſi fuerint in ſua ꝓpria diſpoſitione nunquam alterabuntur ad corruptionẽ, & ſic dicerẽ, iſta erant dubia literalia, quæ erant examinanda, remanent dubitationes ſuper totum caput.

Lectio VI.

SVPER cap. lecto ſunt plures difficultates, prima nunquid cœlum in ſui motu indigeat terra extrinſecus quieſcente, argumentatur, ꝙ non, quia neque ex parte motoris, neque ex parte moti, quia ex ſe ipſo recipit motum. Secundo quia prius natura non recipit neque pendet in ſui motu à poſteriori, nam neque incorruptibile à corruptibili, ex oppoſito eſt philoſophus, quia dixit quod cœlum in ſui motu indiget extrinſeco quieſcente, ergo & animal corruptibile, dicendum cœlum indigere terra dupliciter, vno modo cui innititur in motu ſuo, vt nauta terræ, & hoc non, quia nullus motor indiget aliquo extrinſecus quieſcente, niſi quia mouet motum contra inclinationem ſuam vt eſt de animali, quod mouetur aliquo pacto cõtra inclinationem naturalem eius, ideo indiget extrinſeco quieſcenti, non ſic mouet intelligentia cœlum. Secundo quia ſi cœlum indiget hoc, fortior eſſet virtus terræ in quieſcendo quam cœlum in mouendo, hoc falſum eſt, & quòd hoc ſit verum patet, quia nõ poteſt motor inniti alicui quieſcenti niſi quieſcens ſit fortius quàm illud quod mouetur, ſicut illud extrinſecus cui innititur nauta qui mouet, ſi cœlum ergo inniteretur in ſuo motu terræ, ſicut finxerunt poetæ, neceſſe eſſet quòd virtus terræ in quieſcendo eſſet fortior motore cœli, quia ſi non eſſet fortior extruderent à loco ſuo, ſi ergo intelligamus modo declarato non indiget ſic cœlũ terra ipſa, aliomodo poſſumus intelligere quòd cęlum indiget terra reſpectu cuius moueatur, quia ſi terra non quieſceret, & volueretur ut cęlum, tunc non videretur bene moueri, & ſic indiget cęlum terra quieſcente, reſpectu cuius continue aliter, & aliter ſe habeat, & ſic dixit Auer. quòd cęlum habet locum ſuũ ipſam terram propter diuerſitatem quam habet cęlum reſpectu ipſius terræ in motu ſuo, & ſic iſte locus eſt locus per accidens, & non per ſe, quia continetur locus iſte à locato.

Sed dices eſto ponatur quòd terra voluatur ęquali uelocitate ſicut cęlum, non ne tunc mouebitur cęlum, ſecundum ſe non mouebitur. Secundo quia motus cęli eſt natura prior quiete terræ, ergo illud nõ per ſe conuenit, quòd antecedens ſit uerũ patet, quia cęlum eſt cauſa grauitatis terræ, & grauitas terræ eſt cauſa quietis. Tertio eſto quòd cęlum in ſui motu nõ innitatur quieti terræ, nunquid innitatur polis ſuis. Quarto quia Ariſt. dixit quòd iſta erat ratio per locũ à maiori, cęlum indiget extrinſeco quieſcente, ergo & animal, hoc non eſt uerum, quia videtur à minori, quia magis animal corruptibile videtur extrinſeco quieſcente indigere quàm cęlum, quia motor cęli mouet maiorem magnitudinem quàm moueat animal corrutibile, De primo cũ diximus, videtur quòd cęlum non indigeat extrinſeco reſpectu cuius aliter & aliter ſe habeat, quia adhuc mota terra cęlum nõ moueretur, verum eſt quòd tunc non moueretur cęlum reſpectu terrę, ſed reſpectu alicuius fixi imaginati, vel

ti,vel respectu aeris,vel respectu alicuius alterius, & sic dicitur ad diffinitionem, sed tu dices iste motus est realis,ergo seclusa imaginatione erit motus,dico quòd seclusa imaginatione non erit motus nisi respectu alicuius fixi & imaginabilis. Quòd dicimus secundo quòd motus cœli est natura prior,verum est, & non præsupponit quietem terræ tanquam sui causam,sed respectu cuius motus cœli aliter & aliter se habeat,sed dices Auer.dicit primo phy. 41. & 42. ꝙ immobilitas cœli est ex imobilitate terræ,q̃a ita cœlum quiescit,quia terra quiescit, non ergo motus cœli indiget quiete terræ, sed immobilitas, dico quòd vtrunque requirit, quia immobilitas cœli requirit immobilitatem terræ, quia si transferretur in alium situm quàm sit,sic etiam esset de situ cœli qui transferreretur, & sic immobilitas totius cœli requirit immobilitatem totius terræ,& hæc immobilitas priuatiua de situ in situm,non immobilitas respectu motus,quem habet ipsum cœlum. Quod addis tertio nunquid cœlum innitatur polis suis,videtur quòd sic, quia cœlum voluitur super axem,& dico quòd non, quia cum poli sint accidentia,non quiescunt nisi per quietem totius, & poli non habent istam fixionem nisi ex fixione totius, quia accidentia non habent hoc nisi ratione totius,etiam quia motor non innititur quiescenti nisi quòd moueat contra naturalem inclinationem motus. Quòd dicimus quarto quo modo ratio Arist. valebat,quia minus videtur de cœlo ꝙ indigeat extrinseco quiescente, & tñ indiget, ergo & animal corruptibile,dico ꝙ valet, quia animal corruptibile indiget extrinseco mouente contra inclinationem naturalem moti, motor cœli mouet cum naturali inclinatione moti, minus ergo videtur ꝙ requirat cœlũ extrinsecus quiescens. Quòd addis q̃a cœlum maiorem mouet magnitudinem, ergo magis indiget extrinseco,nego consequentiam,quia licet moueat maiorem magnitudinem, mouet tamẽ cum naturali eius inclinatione, & sic respondetur ad argumenta adducta in oppositum. Ad primum quia si cœlum indiget terra vel ex parte motoris,vel ex parte moti. Dico quòd requiritur ex parte vtriusque,non quòd virtus motoris indigeat cui innitatur,neque indiget illa vt causa sui motus, sed ut fixo aliquo circa quod aliter, & aliter se habeat sed in motum. Ad secundum dico quòd nõ indiget quiete terræ,quæ sit causa sui motus, sed ea indiget tanquam eo circa quod moueri debet cœlum,& sic habetur secunda dubitatio nunquid terra sit maioris virtutis in quiescendo quàm cœlum in mouendo, & argumentatur quòd uirtus cœli sit maior, quia essentialiter perfectior est maioris virtutis, sed illa cœli est huiusmodi, ergo,quòd sit pfectior patet, quia est causa æquiuoca respectu grauitatis terræ,ex alia parte sequeretur quòd cœlum extenderet terram ex loco suo,sicut est nauta,cum innititur terræ,dico quòd propositio Aristot. habet duplicem sensum,verũ,& falsum,& possumus intelligere ꝙ virtus cœli est maior in mouẽdo terrã in loco suo,q̃ sit illa in quiescendo,alius est sensus ꝙ maior est virtus cœli in mouendo se ipsum,quàm virtus terræ in quiescendo, & hoc verũ est,quia illa cœli est virtus abstracta, & quando dicebat Arist. intelligebat in primo sensu videlicet, quòd cœlum innititur terræ motu suo, tunc repelliit terram, aliter virtus terræ esset maior, quàm virtus cœli in mouendo, sed dices nunquid ad minus,& si cœlum non indigeat extrinseco terræ, nunquid indigeat extrinseco quiescente,& per se & per accidens, videtur quòd non,quia motor cœli est pars essentialis ipsius,numerantur intelligentiæ numero orbium, si est pars,non ergo est extrinsecum sicut pars in animali. Secundo non dicitur quiescere,quia illud dicitur quiescere,quod est natum moueri, motor autem non est huiusmodi, ergo, primus enim motor cœli omnino est immobilis,& nõ aptum natum moueri. Tertio & fortius quòd motis nobis mouentur anima intellectiua,& est substãtia abstracta, moto ergo cœlo mouentur omnia, quæ sunt in cœlo,si dicas ꝙ primus motor nõ mouetur, quia ita abstractus est iste,sicut ille, & confirmatur secundo, quia sicut aliquid est in loco, ita mouetur secundum locum,quod est in loco per se,per se mouetur, quod per accidens,mouetur per accidens, quia quarto phy ficor.omnis pars essentialis locatur per accidens, tñ etiam vj. Phys.84. dicit quòd primus motor locatur per accidens in circunferentia ratione motus velocissimi qui est ibi.

De primo dico quòd fuit sententia Arist. ꝙ motor est immobilis per se & per accidens, tu dicis primo ꝙ non est quid extrinsecum, dico quòd verum est,dicit Arist.ꝙ est quid extrinsecum, dico ꝙ intelligit ꝙ est extrinsecus, quia non est pars quantitatiua,& sic quia spiritus in animali nõ est pars quãtitatiua,respectu spiritus in aĩali dr̃ extrinsecus. Ad secũdum dico ꝙ intelligitur negatiuè,& sic non tm̃ illud qđ põt moueri dicitur quiescere, quia negatio non præsupponit subiectum aptum natum sicut priuatio. Ad tertiũ præceptor meus tertio libro de orbibus sequutus verba Arist. 8. Phys. 52. dicit primus motor neq; per se,neq; per accidẽs mouet, alii mouetur per accidẽs,q̃a eorũ orbes pluribus mouetur motibus, ex quo colligit moueri p accñs dupliciter,vel à se ipso vel ab altero,à se ipso per accidẽs forma materialis mouetur,forma abstracta non mouetur, & sic ab altero,q̃a in quantũ corpus humanũ mouetur ab extrinseco,& orbis inferior ab orbe superiori mouetur per accidẽs,& sic videtur intẽtio Arist.ibi ꝙ intellectus humanus & intelligẽtię moueãtur per accidens ab altero,sed hæc opinio falsa est, quia arguo sic,ꝙ nulla forma neque intellectiua neque intelligentia moueatur per accidens isto modo, quia omnis forma abstracta abstrahit à materia, ergo & à conditionibus materiæ,ergo à motu & loco, ergo à motu per accidens,& sic neque mouentur neque sunt in motu,quare albedo per accidẽs mouetur, quia caussata est à substãtia & educta de potẽtia materię,& probatur ex Auer. sententia,primo de anima 65. & 66. qui dicit ꝙ nulla forma pręter uegetatiuã & sensitiuã potest moueri per se aut per accidens, & probat, q̃a magis distrahit intellectus humanus à materia quàm albedo, sed albedo per accidens, ergo intellectus

T neque

neque per se, neque per accidens & sic miratus sum, quia Auer. dicit oppositum, quòd motores inferiores non mouentur per accidens motu sui subiecti, quia sunt abstracti à materia, sed quia dicit philosophus, quod motores inferiores mouentur per accidens, exponit Auer. hoc dictum, quòd motores inferiores mouentur per accidens ab extrinseco, non quia moueantur motu subiecti sui, sed quia sunt in motu per accidens moto ab extrinseco, & sic dicatis quòd moueri per accidens dupliciter, quādo mouetur forma sui subiecti vel ab alio extrinseco vel intrinseco, & sic anima intellectiua non mouetur per accidens, alio modo dicitur moueri per accidens, quia est in subiecto quod per accidens mouetur ab extrinseco, & sic intelligentiæ dependentes, & anima intellectiua mouentur per accidens quia sunt in subiecto, quod mouetur ab extrinseco, quia motu diurno ipsorū orbes mouentur, & sic etiam vt mouētur motu proprio pñt moueri per accidens, quia tūc mouentur duobus motibus. s. primo & proprio. Sed dices quō fieri pōt quod corpus animæ intellectiuæ transferatur, & nō intellectus, dico quod nō transfertur neque per se neque per accidens, quia sic probarem primū motorē moueri, quia sicut anima intellectiua indiuisibilis est, ita primus motor, & sic in qualibet parte esset, & tunc accipio partem firmamenti, & si hęc mouetur, oportet quod motor, & sic dico quod nullo modo transfertur anima, quia anima nō est in loco, ergo non mouetur, sed cōtra arguo, quia anima intellectiua opera tur cū corpore, & modo intelligit hic, & prius nō intelligebat hic, ergo dico quod nō est verū, quia sicut anima nō erat hic, neque ibi, ideo neq; hic operatē, sed subiectū est quod operatur hic, & sic translatum est subiectum, & non anima ipsa.

Lectio XVII.

DICEBAMVS quonāmodo intellectus humanus, & intelligentię dependentes mouentur per accidēs, primus motor nullo modo, dixi quod formæ abstractę non mouentur aliquomodo, quia abstrahūt à materia, & à loco, ideo mouentur istę formæ motu sui subiecti, quia minus abstracta est albedo q̄ aia intellectiua, ergo cū hoc per accidens moueatur, illę moueri isto modo non possunt per accidens, & moueri per accidens erat dupliciter, tū quia mouetur aliquid motu sui subiecti, tū quia ab extrinseco motore mouētur, & sic intelligentiæ & intellectus humanus per accidens mouentur, quia est in motu ab extrinseco, sed dubitabam, quia transfertur corpus humanum, & anima est cum ipso simul operatur cum eo, ergo &, potest fortius confirmari, quia cum transfertur corpus de loco ad locum, prius operatur hic anima, deinde in alio loco, & sic translata est anima ipsa, cum tu dicis, transfertur corpus humanum unum est, & cum ipso est anima, verum est, ergo mouetur in loco per accidens, nego argumentum, quia anima nō est in loco neque per se, neque per accidens, tu dices si non transfertur, remanet vbi prius erat, dico quod nullibi erat, sed bene subiectum erat in priori loco. Quod addis prius operatur hic, & post alibi, dico quòd falsum est, quia bene operatur in subiecto hic existente, & postea in subiecto in alio loco existente, & ex hoc soluitur dubitatio ex secundo Topi, Dico quòd authoritas Aristot. intelligitur non vniuersaliter, sed motis nobis mouentur omnia, quæ sunt in nobis, quæ aut sunt materia, aut pendent à materia.

Ad aliud cum confirmabas, quia sicut aliquid est in loco, ita mouetur secundum locum, sed primus est motor per accidens in loco, ergo, nego minorē, tu probas, quia pars essentialis per accidens locatur, 4. Phys. Dico quòd intelligit Arist. de parte essentiali materiali, addebas ex 8. Phys. 84. dico quod Arist. impropriè intelligit illa locari ibi secundum operationem, quasi sensum & apparentiam, quod addebas, tertio quia ex primo cœli 22. locus Dei secundum omnes leges erat cœlum. Dico quòd impropriè dicitur Deum locari in cœlo (ut dixi) & sunt ibi intelligentiæ & formæ, non vt locatum in loco, & sic est soluta difficultas. Alia dubitatio inde motu inanimatorum, nunquid inanimata indigeant aliquo fixo in eorum motu, argumentatur quòd non, quia non indigent intrinseco quiescente, ergo nō extrinseco quiescente, probatur consequentia, quia animalia indigent extrinseco quiescente ut super eo intrinsecus quiescens innitatur, sed in elementis non requiritur intrinsecus quiescēs, ergo neq; extrinsecus quiescens, quòd non requiratur intrinsecus quiescēs probatur, quia pars vna non dat motum alteri in elementis, quia sunt continua.

Ex opposito est Arist. vt dixi, dico quod motus inanimatorū potest dupliciter considerari, vnomodo videlicet rōne principii extrinseci accidētalis, & sic indigent duplici quiescēnte in eorū motu, per accidēs tñ ratione illius principii extrinseci, si vero cōsiderētur quo ad principiū intrinsecū sui motus, sic requirūt extrinsecus quiescēs, quod duo esse pñt partiū videlicet, quia ut dictū est ad hoc quod motus aliter & aliter se habeat oportet vt super immobili moueatē, & hoc vt supra dictū est. s. vel simpliciter, uel eo motu, vel non tāta velocitate. Requirūt etiam terminū ad quē mouent quiescētē, quia si moueretur terminus eadē velocitate, nunq̄ motus prouenitet ad suū finē, & sic ignis mouetur in sua sphęra, sed non tanta velocitate quanta cœlum mouetur, & sic dicimus elementa inanimata indigere extrinseco: Arist. aūt locutus est primo mō.

Vltima dubitatio, quia q̄nit Arist. de motu alterationis, nunquid sicut id quod ex se mouetur motu locali indiget extrinseco quiescente, ita etiam quod ex se alteratur, & augetur indigeat, dixit Arist. quòd requiritur, quia sicut motus localis in vniuerso est natura prior quocunque alio, ita etiam in animali, quia omnis auctio & omnis alteratio præsupponit motū localē, & iste motus indiget extrinseco quiescēte, ita & iste motus indigebit, & sic soluit Aristot. vt uisum est, licet conditionaliter sit locutus, & sic quia omnis auctio præsupponit alteratione, & omnis alteratio motū localem, & iste motus extrinsecus quiescens, ergo

ergo & motus alterationis & auctionis, quæ ratio est dubia mihi, quia frustra Arist. limitauit in alteratione ex se, & auctione, quia alteratione & auctione, vel ab extrinseco vel ab intrinseco vera est sua solutio, quia omnis nutritio, & omnis alteratio præsupponit motum localem, quia approximationem moueutis, & moti, & magis, quia dixit quòd omnis motus localis præsupponit intrinsecus quiescẽs, quia animatorum per se inanimatorum, per animatorum motum, secundo quia decipit nos Aristot. quia alteratio & auctio intrinsecus quiescens requirunt, quia præsupponunt motum localem, hoc falsum est, quia non probauit Aristot. de omni motu locali, quòd indiget extrinsecus quiescente, sed probauit de motu progressiuo tantum, hic autem in motu alterationis videtur velle præsupponi motus localis absolutè, quia ille progressiuus non est prior natura. Tertio quia ipse debuit dicere ita de extrinseco quiescente sicut de intrinseco, quia non magis videtur probare de vno quàm de alio, quare igitur limitauit quæstionem ad intrinsecus quiescens.

Quarto etiam quia in primo de generatione dictum est de auctione partis, omnis pars augetur, quomodo ergo hic reperiemus intrinsecus quiescẽs, cum auctio in animali quælibet eius pars augeatur.

Dicerem quòd Aristot. in ista quæstione cum quærit nunquid quod mouetur secundum locum indigeat extrinseco quiescente, ita quòd ex se alteretur, dico quòd vnomodo potest intelligi de qualicunque intrinseco quiescente, aut per se aut per accidens, & hoc non intelligit, quia sic ita requireretur extrinsecus quiescens, sicut intrinsecus, aliomodo quærit nunquid in istis motibus sit aliquid intrinsecus per se quiescens, & hoc quærit Aristo. & quòd erit illud principium anima ipsa, sicut in motu animalis, ita etiam in motu locali est principium intrinsecus per se quiescens, tum in motu alterationis & auctionis, quia anima est huiusmodi principium nutritionis, & ideo ipsa quiescit in isto motu sicut in motu locali animalis, cum ergo dicimus quòd dum alteratur & augetur, quòd præsupponit localem, ergo principium qualemcunque, hæc videtur dicere Aristot. sed non dicit hæc, sed dicit quòd sicut in motu locali anima erat principium, ita in motu augmentationis & nutritionis, & sic quasi per similitudinem præsupponit motum localem videlicet alterationis, & alteratur, & tamen Aristot. probauit de motu progressiuo, quod non est prior origine alijs, dico quòd de facto motus progressiuus non est natura prior origine, sed est natura prior perfectione, & hoc pacto motus localis natura prior est aliis, & tunc erit ratio Aristotelis, quòd sicut motus localis natura prior alijs sic est principium intrinsecum, ita & alij. Quod addis secundo dico quòd Aristot. ita limitat ad intrinsecus quiescens, quia non qualecunque principium quærit per se aut per accidens, sed per se, tamen principium intrinsecus quærit, quod habet motum auctionis, & cum addis in auctione quælibet pars augetur, dico quòd verum est de parte quantitatiua.

Lectio VIII.

De anima autem siue moueatur, siue non. cum declarauit Aristot. quòd motus localis indiget extrinseco quiescẽte, vult declarare, quæ sint principia motus voluntarii & inuoluntarii, & primo præponit motiuum dicens, primo ꝙ in libro de anima dictum est nunquid anima moueatur, & quo motu, quia spirituali & nõ reali cõtra Platonẽ, & dictũ est 8. Phys. de motu cœli & à quo motore. s. qui est abstractus infinitus, & 12. Metaphy. ꝙ ille motor mouet ut appetibile per modũ amati et desiderati, nunc vero loquẽdum est de motu progressiuo animalis, quia motus animalis est causa motus omnium inanimatorum & mixtorũ, quare de motu animaliũ est dicendũ, cũ sit causa motus aliorum, et de isto prima principia sunt dicenda, hæc est intentio et causa intentionis, sed tu dices, quomodo Arist. declarauit principium motus in primo de anima 65. cõtradicit sibi ipsi, qa ipse dicit tertio de anima ꝙ nõ debemus dicere ꝙ aĩa mouet, et ꝙ intelligit, qa ista operatio est corporis, secundo quia Arist. videtur innuere, ꝙ cœlũ nõ sit animatũ, qa dicit. *De primo quidem motu & quomodo mouetur.* postea dicit in aliis verbis, ꝙ animata sunt causa motuũ inanimatorũ præter motũ ipsius cœli, vbi innuit ꝙ cœlũ est inanimatũ, et tñ 2. cœli ostendit oppositum. Tertio quia de motu elementorum dixit 3 et 4. cœli, ad quid ergo hic, et dictum est ibi ꝙ mouentur à genetante et huiusmodi, et mixta inanimata ab elemento prædominante. Ad primũ de anima ꝙ mouet, alibi dictũ est primo de anima, dico ꝙ impropria est hęc locutio, qua vtitur. De secundo quia hic videtur dicere cœlũ esse inanimatũ, ut patet ex superficie verborũ, tamẽ nõ est ita vt dicã exponẽdo literam. De tertio dico ꝙ ibi posuit duplicẽ cãm motus elementorũ per se à generante, pro quãto dat formã, per accidens vt remouet prohibens, et hoc quandoque remouens prohibens est animal, quia potest esse ipsum elementũ aliqñ. Quod addis, qa motus mixtorũ est ab elemento prędominante, nõ ergo est ab animali, et sic anima non est principiũ istorum motuũ, verũ est ꝙ ista mouent ab elemẽto prędominãte, sed prius mouentur à generãte, vel à remouẽte prohibẽs, quia vel terra est vel non est, et sic quęlibet inanimata mixta mouentur ab elemẽto prędominãte, mouẽtur tñ ab animali tanquã à primo principio et hoc qñ ista nõ mouentur ab inuicẽ. i. qñ extruduntur ad inuicem, ut vna pars moueat aliã, postea dicit Arist. ꝙ motus elemẽtorũ re finitus, quia motus animalium est finitus, ꝙ motus animaliũ sit finitus patet, qa gratia alicuius mouẽtur ipsa animalia, quo cõsecuto cessãt motus, sed vos dicetis, motus animaliũ habet finẽ, ergo est finitus duratione, cõtra qa motus corporũ cœlestiũ habet finẽ, et tñ nõ est finitus duratione, dico ꝙ duplex est finis acquirendus præexistens et conseruandus, primomodo est finis aĩalium, secũdomõ est finis corporũ cęlestiũ, qa ibi finis sunt ipsę ĩtelligẽtię, put cõseruãtur in earũ et sua dispõne.

Videtur autem, replicat Aristot. quæ nam sint prima principia motus voluntarii in animali, dicit quòd sunt tria videlicet mens, appetitus, & electio, siue pro hæresis dicta à græcis, duo prima mens & appetitus, commune vero his electio est, & per mentem tria intelligit, scilicet intellectum, sensum, & phantasiam, quia istæ sunt uirtutes indicatiuæ, phantasia græce, à latinis dicitur imaginatio, & hæc non differunt, sub appetitu etiam tria comprehendimus voluntatem, iram, & concupiscentiam, quia duplex appetitus, quia omnis virtus appetitiua communis, & sic duplex virtus cogitatiua intelligens, & huic correspondet voluntas, & appetitus, hæc duplex est concupiscibilis & irascibilis, prima est gratia boni prosecuti, alia gratia alicuius mali, & sic dicit principia, prima sunt duo mens, & appetitus, & sub vtraque ponit aliam, & post hæc est communis istis electio, quia non mouetur animal in motu locali nisi appetibile extrinsecus moueat desiderium & appetitum suum, vltra bonum extrinsecum est duplex bonum, scilicet intellectus & scientiæ, & bonum operabile, & primum bonum non est causa motus, sed quietis potius, quia dum volumus addiscere illas scientias potius quiescimus, alteratio bonum est principium motus & operabilium à nobis, & hoc bonum duplex verum, & apparens, & sic electio commune quoddam est, quia mens & appetitus nõ mouet nisi moueatur ab extrinseco appetibili, & sic primum bonum mouet virtutem cogitatiuam, videlicet mentem aut phantasiam, hac præsentata appetitui appetitus mouetur ab appetibili, & sic fit electio, & tunc appetitus mouet spiritus animalis à corde ad instrumentũ motus, tria ergo sunt prima principia motus animalis, dixit Aristot. quòd finis est duplex, bonum quod est gratia finis, & alterum quod ordinatur in finem, & hoc duplex vel apparens, vel verum, & sic bonum, quod habet rationem appetibilis debet esse bonũ, quod est finis, in eo quod ordinatur in finem, & vel apparens, vel vere bonũ, & ita colligit Aristot. tria problemata, primo quòd eodem pacto mouetur cœlum & animal corruptibile, & aliquãdo dissimiliter mouetur, similiter quia vtrunque habet principium bonum appetibile, sed differunt, quia in motu cœli est uerè & primum bonum, quo nihil est melius, & æternum est, & inuariabile, & iõ est causa motus æterni, in animali vero corruptibili bonum aliquando est bonũ, aliquando non est bonum, & ideo aliquãdo est motus, aliquãdo nõ, & sic istud non est verè per se bonũ, & ideo non põt esse causa motus æterni, & in cœlo duplex finis, scilicet proprius, & est intelligentia propria, & communis & est primum mouens, & quia illæ intelligentiæ sunt abstractæ, ideo ab omni malo, quia materia est causa omnium malorum secũdum Peripateticos 9. Metaphy. & Auer. ibi arguit cõtra Astrologos.

Quòd quidem igitur. Secundũ correllatiuũ esto ꝙ motus cœli sit incorruptibilis & motus aĩalis corruptibilis, in vtroq; tñ est principiũ non motum, quia sicut ibi mouens omnino immobile, ita hic appetibile, ꝙ mouens est non motũ, est mouens non vero mouens, animal ipsum est motũ mouẽs appetitũ, ita ibi finis mouet non motũ, est ibi mouens motum appetitus intelligentiæ, motũ & non mouens cœlum ipsum, & si dixit ꝙ intelligentiæ mouentur, & sic primũ mouens non mouetur aliquo modo, dico quòd ille motus est metaphysicus, & valde impropriè dictus, quia ille appetitus & desiderium est idem quòd sua essentia, tertio conueniunt, quia motus localis est finis omnium operationum, quæ fiunt ab appetibili extrinseco, quia primo appetibile mouet mentem & phantasiam, hæc appetitum, qui mittit spiritũ ad instrumentum motus quæ extenduntur, & sic fit motus localis.

Lectio. IX.

QVONIAM intellectus, cũ declarauit Aristo. ꝙ ex parte animæ tria erant principia motus localis, vult ostendere quo ista concurrant in motu locali animalis, & quatuor dicit primo dicit quòd intellectus quãque mouet, quãdoq; nõ mouet, & per intellectum intelligatis phantasiã & sensum, & quãdo ꝗa duplex est intellectus speculatiuus & practicus, differunt tamen ex parte obiecti & finis, quia vnius speculatio alterius speculatio, & sic ꝗñ intellectus fit speculatiuus non mouet imò quiescit, quando autem fit practicus tunc mouetur, quia ergo intellectus practici est operatio. i. ꝙ ad ipsam statim sequitur operatio, & triplici exemplo probatur, videlicet bonũ est hominem laborare, Socrates est homo, ergo ambulare debet. Secundo si quis ita syllogizet, commoda res mihi facienda, domus est res commoda, ergo mihi facieda est domus. Tertio triplici syllogismo sic, tegmẽ to corporis indigeo, tunica est indumentũ corporis, ergo tunica indigeo, vltra id quo indigeo est mihi faciendũ, tunica est id quo indigeo, ergo tunica est mihi facienda, & sic statim facto syllogismo practico amoto impedimento sequitur operatio, & sic finis speculatiui speculatio, & practici operatio, & propter ea quãdoq; intellectus mouet, & sic notitia practica vel factiua, quia dictat de operę, & quòd habet duas conditiones, et quòd possit attingi à nobis, et quòd sit bonum, et sic si ambæ præmissæ sint factiuę, ꝗa dictãt de opere ex duplici cõditione videlicet, ꝙ sit bonũ et sit possibile, *quemadmodũ autẽ*, secũdũ dictum est quòd practicus quando vtitur entimemate, ut dialecticus, et hoc facit maxime quando vna præmissa fuerit manifesta. v. g. omni homini nunc ambulandum, ergo mihi ambulandum, requirit hæc ego sum homo, quia *propter quod, & quæcunque*, tertium dictum ꝙ intellectus practicus in mouendo animal quandocunque nõ vtitur entimemate, neque syllogismo, sed sola apprehensione appetibilis sub ratione boni, et hoc fit ex uehementi appetitu eius rei appetibilis sub rõne boni, sicut in magnis caloribus fit maxima sitis, tunc sitiens oblato sibi fonte statim mouetur ad potũ absque alia ratiocinatione.

Vltima quidem causa, quartum dictũ præter intellectũ practicũ vltimo requirit appetitus ꝓ vltima cã motus

motus, & duplex appetitus sequitur præter intellectum, sed tu dices quòd appetitus non est ultima causa, quia preter appetitum requiritur transmissio spirituum, dicentis quòd est vltima causa ex parte ipsius animæ, sed dices quare hic non dixit aliquid de electione, cum de illa dixit se velle dicere, dico quòd satis dixit de electione, si declarauit de intellectu & appetitu, quia hæc erat communis, ideo de ipsa, electio autem cum nihil aliud sit quàm appetitus sequens alterationem appetitua sequena syllogismum practicum, & quia electio est illa deliberatio, quæ præsupponit intellectum & appetitum, ideo Arist. satis declarauit de ea quomodo concurrat, quemadmodum declarauit principia motus ex parte animæ, vult declarare ea ex parte corporis, & quia res est difficilis, recurrit ad exempla, & dicit quòd similis est motus animalium motui locali multarum machinarum cum mouentur, vna pars mouet alteram, sicut fiunt istæ machinæ spontanæ quæ ex se mouentur in motu horologii, & hæc fiunt in speculis apud princeps vbi plures imagines ostenduntur, item motus localis in animali est similis motui currus, quia sicut in exemplo est principium mouens, scilicet accidens extrinsecus, ita in curru auriga, ita in motu animalis anima ipsa. Secundo sicut in motu illorum vna pars mouet aliam sicut in horologio, etiam in motu currus rotæ maiores mouentur, minores vero quiescunt, vel si non simpliciter quiescunt, videntur tamen quiescere; quia non tanta velocitate mouentur sicut in motu animalis, quia vna pars aliam impellit, quia calor mouet neruos, nerui musculos, & sic consequenter vna pars quiescit in motu alterius, quia vna pars mouet alteram, sicut deambulamus mouendo pedem dextrum innitimur pedi sinistro, est alia similitudo, quia ferrum est in curru, & machinis & funes sicut sunt ossa & nerui in animali, tunc apparet similitudo in motu machinæ & currus & animalis per tria quæ dicta sunt, differt vero tripliciter, quia in motu currus nulla fit alteratio, vel calefactio, vel frigefactio, in animali vero fit alteratio, quia non transmittitur spiritus nisi ibi fiat calefactio, & secundo dicit quòd partes istæ mutant quantitatem & figuram in animali, quia secundum quòd calor transmittitur à corde ad membra intumescunt membra, econtrario contrarium fit, in curru vero non accidit hoc, in motu etiam illorum semper seruatur idem motus, vt apparere potest in verbis Aristot.

Lectio X.

DIXERAT Aristot. quòd motus localis animalis erat similis motui artificiali, quia idem inanimali erat mouens intrinsecū, quia ibi una pars mouet aliam sicut in motu animalis, sed erat differentia ꝙ in motu animalis sequebatur alteratio in partibus suis, quia ipsius partes permutantur de contrario in contrarium, non autem in motu artificiali, sed hic consequenter vult philosophus ostendere, quomodo in motu animalis fiat alteratio in partibus eius, & cur etiam partes permutentur, & dicit quòd hoc aduenit, quia motus animalis potest augere partes per caliditatem, diminuere vero per frigiditatem, hoc autem non accidit in curribus, dicit etiam animal posse fieri magis & minus, & immutare figuram auctis partibus extensione caloris, & depressis ex eius contractione.

Alterat autem, nunc Arist. vult declarare causam alterationis, quæ accidit in motu animalis, quia ille motus fit mediante sensu & cognitione & cū phantasia, quæ causa alterationis membrorum, quia sensus quædam alteratio est, id est actus sentiendi quædam alteratio est, quæ est impressio speciei sensibilis à re sensibili in sensum, quia igitur sensus est alteratio, & quia imaginatio sequitur sensum, sic cognitio ut declarat secundo de anima, ergo cognitio & imaginatio sunt alterationes cum præsupponunt sensum, si igitur actus sentiendi, & imaginatio simulachra rerum sensibilium, & cum ita sit, sunt quodammodo ipsa sensibilia, & ipsorum virtutem seruant, & ita sequitur quòd cum omnis motus localis sit à sensu, à quo imaginatio & cognitio, ideo cum actus sentiendi sit alteratio, & alii duo, & hoc est ex impressione specierum sensibilium, quæ sunt quodammodo ipsa sensibilia, & eorum virtutem habent in alterando, & hoc confirmat Arist. experientia cum dicit.

Quapropter ueniunt, quia uidemus non nullos phātasiantes pertimescere, & sic phantasiam videtur sequi alteratio, sed dices, quid volunt verba ista, scilicet quòd sit alteratio in motu animalis, ex hoc quòd cognitio, & imaginatio sunt simulachra rerum sensibilium, quia si hoc sit verum pauper in hyeme nunquam frigescet, cum ex imaginatione caloris semper calefieri possit, ad hoc dico pro nunc, ꝙ simulachra rerū sensibiliū nō alterantur ꝑ se sed per accidēs, q̄a simulachrum caloris nō magis calefacit quā simulachrū equi, sed per accidens calefacit, q̄a ex appetitu tūc fit delectatio vel tristitia, ex delectatione fit seu sequitur extēsio caloris & spirituū, ex tristitia remotio ipsius caloris, & sic sequitur ipsa frigiditas, & hinc ēt sequuntur alterationes, & sic dicit Arist. ꝙ imaginatio & phantasia alterant, quia inducunt delectationem vel tristitiam, ut si obiectū esset præsens ex quibus postea sequitur dilatatio, vel attractio caloris.

Ad aliud de paupere, quia apprēhendit calorem & calefit, dico ꝙ apprehendit calorem non sub ratione delectabilis & præsentis obiecti, sed potius absentis & tristabilis, & sic potius causant oppositum, quare errant illi, qui ex sola imaginatione dicūt ꝙ sequitur lętitia vel tristitia, q̄a dicit philosophus ꝙ hæc proueniunt mediante appetitu, & non sola apprehēsione.

Alteratio autem in corpore, hic philosophus osten dit membra quandoque maiora, quandoque minora fiunt ex alteratione, quæ prouenit ex lætitia vel tristitia, vt dictum est.

Quòd autem parua mutatio, vult Arist. remouere dubitationem, quia quis diceret tu dixisti, quòd imaginatio obiecti extrinseci est causa alterationis, est dubitatio cum sit ista alteratio in animali in corde, quę est pars parua in corpore, quomodo igitur fit permutatio in toto corpore, dicit quòd causa est ꝙ parua mutatio in principio fit maxima in his quæ sunt post principium, & dat exemplum de temone, qui est principium motus in naui, & reliquæ partes ipsum consequuntur, & sic parua mutatio in temone facta est causa maximæ permutationis factæ in aliis partibus, & hoc est, quia se habet ut principium, & ita est de corde in motu animalis, & hoc Aristoteles confirmat experientia, quia videmus quòd in ira cum irascimur, ira ipsa facit modicam mutationem in corde, inducit tamen maximam permutationem in toto corpore, vt in facie fit rubor maxime, & idem accidit in timore facto in corde, & sic de alijs passionibus.

Sed dicetis vt Leonicus, quia philosophus dedit exemplũ de temone, vt soluit problema, vide ipsum. *Adhuc autem principiũ motus*, reuertitur Aristot. ad declarandum quæ sit causa alterationis in motu animalis, scilicet sensus, imaginatio, & cognitio sunt causa huius motus, scilicet non fit absque appetitu & appetibili extrinseco, quod mouet sub ratione proficui, aut nocui, & secundum primum sequitur delectatio, & ad ipsum calor, ex secundo sequitur tristitia, & ad ipsam frigefactio, quia dicit quòd imaginatio & cognitio, ideo alterant, quia repræsentant obiectum sub ratione boni, uel mali, quòd autem delectatio inducat caliditatem declarat, & de tristitia similiter, vt clarum est dicit, scilicet, quòd cum est modica apprehensio, vel cum modica est delectatio vel tristitia ex subiecto, tunc modica est alteratio, & ex hoc sequitur quòd istæ alterationes aliquando latent.

Memoria autem. addit documentum dicens, quòd cum dictum sit quòd sensatio est causa alterationis, idem est dicendũ de memoria, quia sicut sensatio repræsentat obiectum de præsenti, ita memoria præteritum, & species futurum, quia sub ratione delectabilis vel tristabilis tunc vel delectationem, vel tristitiam afferunt, & sic alterationes sequuntur, & dicit quòd memoria & species aliquando magis, aliquando minus hæc inferunt, secundum quòd subiectum est magis uel minus dispositum.

Lectio XI.

Q*VARE rationabiliter*, declarauerat quòd in motu animalis necessario sequitur alteratio. s. calefactio & frigefactio, quia obiectum mouẽs sub ratione conuenientis & disconuenientis causat caliditatẽ & frigiditatẽ, sequitur ꝙ natura caute posuit calorem in corpore & membra, vt sunt nerui, qui sunt corpore lapso, quia per illa debet transfundi spiritus, & sic membra quandoque fiunt dura, aliquando mollia, vt cũ recipiunt calorẽ naturalem, vel ipsum amittunt. *Ipsis autem accidentibus*, prosequitur dicens ꝙ habita imaginatione obiecti extrinseci sub ratione boni vel tristabilis cũ appetitu, tũc statim sequitur motus, quia dicit philosophus ꝙ actiuo & passiuo appositis, remoto extrinseco impedimento, statim sequitur actio & passio, sed imaginatio est sufficiens principium ad ponendum motum, ergo & hoc patet ex dictis & dicendis, maior patet, quia si non sequitur actio & passio, tunc non essent sufficientia & disposita, & dicit nihil deficiat remoto impedimento, quia si aliter esset actio non sequeretur.

Propter hoc autem. ponit ordinem causarum motus, quia primo visio vel cognitio obiecti extrinseci sub ratione boni vel mali mouet imaginationẽ, imaginatio appetitum, appetitus autem spiritum & sanguinem, spiritus vero mouet neruos, isti vero mouẽt organa motus, scilicet pedes & manus, & ista mota mouent totum animal, quare posita imaginatione obiecti extrinseci sub ratione boni, vel mali sequitur statim motus in animali, si nihil deficiat, nec fuerit impedimentum, sed dices imposibile est quòd simul appetat incedere, & simul incedat, quia non statim ex imaginatione incedit, cum prius incedere intendat. Secundo quia philosophus dicit quòd intellectus mouet phantasiam, contra, quia tantum sensus exterior mouet phantasiam, & phantasia intellectum, non autem intellectus phantasiam, & quòd illud dicat philosophus patet in textu cum dicit. *Hoc autem fit per intellectum*, Ad primum dico quòd simul quis intendit incedere & incedit, & simul. i. in tempore imperceptibili quare.

Ad secundum quia intellectus non mouet phantasiam, ut dicit Aristoteles, dico & nescio aliter dicere, quòd hoc dicit Aristoteles exemplariter, quia quomodo intellectus moueat phantasiam non video, ideo hoc fortasse dixit gratia exempli, & sub conditione.

Primum autem mouens animal, hic Aristot. vult declarare quid nam sit primum principiũ motus in animali, quia cum interuenit alteratio in corpore animalis, vult declarare à quo proueniat illa alteratio, tanquam à primo principio, & dicit quòd istud primum principiũ habet esse circa aliquod mẽbrum, secundo dicit quòd non est iunctura, tertio dicit quòd est ipsum cor. De primo dicit quòd debet esse aliquod principium in quo sit virtus mouens animal, & quia virtus ista est intrinseca, ergo principium debet esse intrinsecum, sed cor est huiusmodi, ergo, secundo quòd iunctura non sit huiusmodi virtutis principium, cum omnis iunctura, quæ est vna actu, vel plures potentia sit principium vnius & finis alterius, quia cum brachium mouetur, pars superior mouet inferiorem partem brachii, & sic una pars brachii innititur alteri, & hoc est ratione iuncturæ, & sic aliquomodo est principium iunctura, sed hoc non est verum, quia si aliqua ponatur, præsupponitur igitur quòd brachium moueat,

tunc

tunc quæro nunquid iunctura brachij sit istud principium, vel non, si non, habeo intentum, si sic, tūc cōtra in brachio sunt plures iuncturæ, sicut iūctura manus q̃ coniungit manū in brachio, & iūctura cubiti, & iunctura humeri, tunc arguo sic, iunctura manus non potest esse principium istius motus, ergo neque alia iunctura, antecedens est notū quia cū mo ueatur brachiū motum à brachio, iuncturæ brachij mouentur, & sic ab aliquo principio superioris, & hoc probat Aristoteles per multos textus vsque ibi, *quoniam autem similiter*; & tu vide expositores.

Postquam ostenderat quòd iunctura non est primum principium motus, ostendit quidnam sit istud principium primum, dicens quòd est cor, & ex eo ꝙ primum principium debet esse cōstitutum in medio loco totius corporis, & hoc potest persuaderi, quia istud principium æqualiter dat motū omnibus partibus animalis. s. sursum & deorsum à dextris & à sinistris, ergo æqualiter se debet habere ad omnes partes, ita animal mouetur secundum partes contrarias simul. s. secundum dextram & sinistram, ergo neutra est alterius principium, ergo principium vtriusque est aliquid commune ambobus, sed hoc medium est vtriusque, quia mouens simul debet esse cum moto, & istud debet esse proximum istis partibus, & sic medium locum inter ipsos obtinere.

Etenim sensitiuum; Secunda ratio est ista, quia membrum. s. cor est in quo locatur virtus sensitiua, ergo & appetitiua ei correspondens, ergo & motiua virtus, maior patet, quia cor est primum & nobilissimum membrum inter membra animalis, ergo ei debetur nobilissima virtus, & sic sensitiua & appetitiua ei correspondens, & virtus motiua secundū locum, quia cum obiectum delectabile præsentatur, sequitur delectatio, ex qua postea extensio caloris à corde ad membra, & ex ista extensione fit motus membrorum organicorum, & sic motus totius animalis, sed diceres, quid diceret Galenus, quòd ratio Aristot. non demōstrat, quia ipse negat quòd virtus motiua debet esse in medio, quia cum dicimus, ꝙ virtus æqualiter mouet omnes partes, ergo æqualiter est in medio, negat, quia sic cerebrū mouet omnes partes, & tamen non est in medio, sed sufficit ꝙ inter partes intersecentur nerui, qui cum recipiunt virtutem à calore, possunt mouere omnes partes.

Ad secundum concedit totam rationem, solum negat quòd sit communis omnibus partibus, tamen non sequitur quòd sit in medio, & cum dicimus ꝙ mouens debet contingere passum seu motum, concedit, sed dicit quòd sufficit, quòd neruus contangat illas partes, sed de hoc postea erit sermo.

Secundo dubitatur, quia dicit in libro de animalibus, quòd omnes partes animalis oriuntur à spina, quia spina in animali est tanquam fundum nauis, super quo erigitur tota nauis, hic nō dicit partes inferiores animalis oriri à spina, partes verò superiores à capite. s. à parte superiori. Secunda dubitatio, quia dicit, quòd virtus sensitiua sit in corde, negatur hoc, quia est contra Galenum, qui dicit quòd illa est in cerebro. Ad hoc Galenus ita diceret, & quòd non demonstrat Aristoteles. Dico, quòd de facto non demonstrat, sed neque rationes Galeni multum cogunt: sed dico quòd solum differūt in hoc, nunquid spiritus animalis quo fit motus ꝓgressiuus oriatur à corde vel à cerebro, male dixit Aristoteles, & Galenus bene, si à corde bene Aristoteles, & Galenus male dixit, sed dices cōtra philosophum, nonne iste spiritus debet contemperari à cerebro, sed hoc dicemus infra.

Ad aliud dico quòd ita appellat Aristoteles, quia videntur partes superiores oriri à capite, inferiores uerò à spina, licèt omnes oriantur secundum veritatem à spina, secundum autem sensum & apparentiam videtur esse locutum hic. Ad aliud dico, quòd Galenus errauit, quia Galenus habet quàm plures difficultates contra se, & præcipue videntur, quæ mihi est maxima, quia cerebrum caret sensu tactus, ergo & omni sensu, quia tactus est natura prior cęteris omnibus sensibus, neque est inuenire aliquem sensum, quem nō præcedat tactus, & sic videtur deficere Galenus, sed tu dices, non sequitur, est principium sensus, ergo sentit, dico quòd sic, ego arguo, hic non est sensus tactus, ergo neque alius aliquis sensus. *Medium autem*; ex quo dixit, quòd virtus motiua debet esse in medio, melius vult ostendere quale debet esse principium, & dicit quòd non debet esse indiuisibile, quia in motu altera pars quiescit, quando altera mouetur, quia supponimus quòd pars dextra animalis moueatur, & sinistra quiescat, & tunc necesse est illum principium partim quiescere, & partim moueri, diuidatur ipsum in tres partes, in a. b. c. quia istud principium tribuit parti dextræ, ergo oportet vt moueatur pars media b. ex quo pars media mouet partem dextram indiget aliquo quiescente cui innitatur, vide expositores, quia illi duo textus sunt multum intricati, & dicit ipse, quòd anima est in illa parte, sicut forma in materia, dicit etiam dādo exemplum de duobus hominibus, & dicit quòd istud principium debet esse vnum secundum materiam, & plura secūdum operationem.

Secundum rationem quidem; Cum declarauit ꝙ cor est primum principium mouens animal, hic vult declarare, quid sit primus motus à corde, & dicit ꝙ spiritus, & dicit postea, quòd sicut in causis effectiuis motus erant tria. s. mouens tantum. i. appetibile, mouens motū. s. appetitus, & motum non mouens scilicet animal, ita ex parte animalis tria sunt scilicet ex parte corporis, mouens tantum est cor, mouens & motum est spiritus, motum tantum nerui & membra, & sicut mouens motum habet naturam duorum, ita motum mouens, subdit quomodo generetur, siue quomodo membrum animalis habeat spiritum complantatum à quo fit motus, & dicit, quomodo conseruetur, & dictum est alibi, scias quòd spiritus generatur ex parte puriori sanguinis, & conseruatur ex conuersione humidi.

Lectio XIII.

HOC autem ad principium; Declarabat Aristo. postquam dixit, primum principium est cor, quòd instrumentum eius est spiritus, scilicet primum, qui scilicet spiritus se habet sicut appetitus in motu, & quòd iste spiritus habet virtutem, cum habeat mouere, & quomodo generetur & conseruetur, dictum est, hic declarat vbi sit primo iste spiritus, & quomodo se habeat ad virtutem motiuam sicut iunctura in animali, quia sicut iunctura vnius membri se habet tanquam media inter partem immobilem, & mouentem, & motum, ita spiritus se habet in principio, sicut existēs, vel in aliquo proportionali, quia virtus mouens debet contangere motum, & sic vbi est vnum debet esse alterum, & licèt iste spiritus animalis sit distributus in omnibus partibus, tamen cor est primum principaliter, in quo fundatur iste spiritus vitalis.

Videtur quidem igitur; Hic dicit, nunquid iste spiritus vitalis permaneat idem in toto corpore animalis, & dicit, quòd hæc quæstio potest esse de aliis partibus, & quòd alibi est sermo, quia soluta est in primo de generatione, quòd partes animalis permaneant eædem in principio vitæ vsque ad vltimū, sed non simpliciter eædem, quia partes continuę permutantur, sed dico quòd sunt eædem secundum æquiualentiam, secundum eandem figuram, & in eadem dispositione vt de fluuio, quod non est idem numero simpliciter, sed est idem numero, quia in eodem loco & eadem dispositione conseruatur, ita dicere possumus de spiritu animalis.

Videtur autem bene; Quartum dictum, quòd natura cōmodè fecit calorem naturalem instrumētum huius motus progressiui propter duas causas, primo, quia motus animalis cōstat ex tractu & pulsu, & sic iste motus est violentus, sed dicitur naturalis tantum ex parte animæ, ex parte corporis violentus, quia cum constet ex tactu, & pulsu, hoc instrumentum est maxime commodum vtrique motui, quia in motu pulsus membrum debet contrahi & spiritus, cum facillimè cōtrahatur, est aptus illi motui, & in motu tactus membrum constringitur, quia spiritus potest condensari, & sic commodè natura adaptauit hoc instrumentum motui progressiuo; tum etiā quia iste spiritus potest summere vicissim naturam corporis grauis & leuis, quod est necessarium in motu partium animalis, & fit graue cum constringitur, & leue cum rarefit, & dicit postea quòd non est huiusmodi alterationis, sed ex natura sua, deinde epilogat & patet.

Existimandum autem; Cum declarauit principiū primum, quod est cor, & primum instrumentum, quod est spiritus, nunc redit add eclarandum, quòd anima motiua est in corde, quod est primum principium motus, & dicit, quòd ita se habet animal in motu progressiuo sicut se habet ciuitas in legibus optimis instituta, quia sicut ciues exercent sua opera ex consuetudine legum absque præsentia principis, ita anima in motu suo, quia cum mouentur mēbra sua exercent sua opera, & contrahunt, & dilatātur absque hoc, quòd sit eis præsens virtus motiua, sed sufficit quòd sicut princeps satis est, quòd sit in aere, ita quòd hæc virtus sit in corde, & solum ibi vt patet ex dictis philosophi, ex hoc tenet Albertus, ꝙ anima est indiuisibilis, & sic non est extensa per totum corpus, quæstio hæc pertractatur secundo de anima. Secundo si est tantum in corde, quomodo mouet pedes & manus, quia mouens debet esse proximum moto, tu dices à calore naturali, qui transmittitur ab illa virtute, sed contra, quia si anima non est in illo calore, quomodo mouet illum? & quomodo reuocatur iste calor ad ipsum cor, cum mouens debeat esse simul cum moto? Dico ad primū quòd non loquitur Aristoteles de anima, sed de virtute motiua secundum locum, sed tu dices, ista virtus est anima, ergo dico quòd anima est, connotando aliquid, & sic secundum connotatum dicitur esse in corde, quia ibi primo mouet. Ad secundum dicam in examine totius, quia hoc est satis difficile.

Quomodo quidem igitur; Hic epilogat, deinde *mouentur autem & in aliquibus*; cum declarasset ꝙ triplex est motus in animali, scilicet voluntarius, inuoluntarius, & non voluntarius, cum declarasset inquam, de principiis motus inuoluntarij, id est ꝙ fit contra imaginationem, & licèt imaginatio & voluntas oppositum velint, tamen fit ille motus vt in erectione membri visa puella pulchra, & iste motus dicitur esse inuoluntarius, quia aliquando fit ab appetitu, aliquando contra appetitum, motus verò nō voluntarius est ille, cui nō concurrit appetitus, neq; consentit ei, vt oscitare & motus anhelitus, & horū motuum quæ causa sit, dico quòd ex eadem causa fiunt motus inuoluntarij & voluntarij, scilicet quòd fiunt à calore naturali alterante membra, scilicet cōtrahendo, & dilatando, vt dictum est, sed tu dices, si fiunt ab eadem causa, cur ergo isti inuoluntarij, illi voluntarij appellantur? Dico quòd ab eadem causa fiunt, scilicet calore naturali, sed isti fiunt ab imaginatione simplici, quia visa pulchra puella statim fit delectatio, & transmissio caloris naturalis ad priapum, in motu verò voluntario appetitus consentit facta imaginatione, sed tu dices, quid est istud cōsentire, vel non consentire? Dico quòd iste motus licèt etiam concurrat in eo appetitus tamen inuoluntarius, quia ei refragatur intellectus, sed dices, nunquid fieri posśit, quòd homo posśit moueri isto motu inuoluntario non concurrente intellectu, & hoc difficile est, vt dicam infra in dubitationibus.

*

Lectio XIIII.

MAXIMA *autem partium*; addit Aristot. cur est, quòd membrum virile,& cor maxime isto motu moueantur, & non alia membra, dicit, ista membra se habent sicut animal separatum respectu aliarū partium,& hoc est,quia habent multam humiditatē vitalem, id est calorem naturalem, & dicit hoc esse manifestum de corde, quia est principium omnium sensuum,pars autem genitalis, quia in ipsa est signū animalis generandi.i.idolum & simulachrum, quia virtus spermatis, quæ exit ex ipsa, est veluti animal quoddam. Declarabat Arist. de causa inuoluntarij motus animalis,& motus erat triplex vt dictum est, voluntarius,inuoluntarius,& non voluntarius, dixi, quòd eædem erant causæ motus voluntarij, & inuoluntarij, quia sicut in motu voluntario mediante imaginatione & appetitu transmittitur calor ex delectatione vel tristitia,ita etiam in motu inuoluntario præsentato obiecto ab imaginatione, & cur iste inuoluntarius dicatur, dixi, quia in isto motu refragatur intellectus,& appetitus intellectiuus, quia sic intellexit Arist. per appetitū intellectiuum,& sic iste motus nō potest esse nisi in rationabilibus animalibus, causa quare cor & membrum virile patiantur istum motum,quia sunt tanquam animalia seiuncta, & hoc quia habēt multum caloris,& pars genitalis, quia retinet sperma, in quo multum caloris reperitur,sed tu dices,pari ratione cerebrum & pulmo debent isto motu moueri,quia cerebrum multam habet copiam spirituum naturalium, præterea virtus generatiua est in corde, ideo est, quia matrix mulieris erit etiam membrum patiens hunc motum. Secundo dubitatur,quia dixit quòd motus, qui est somnus,non est voluntarius, neque inuoluntarius, quia fit etiam contra inclinationē uoluntatis,vt de motu anhelitus,qui fit ab imperio voluntatis. De primo cum dicimus quòd cerebrum debet eodē motu moueri, dico quòd forte cerebrum non est membrum ita mobile sicut ista, & ibi non est tanta copia neruorum. Quod addis, quòd videtur dicere, quòd virtus generatiua est in pudendis, at oppositum videtur, quia ex Galeno est in corde, dico ꝙ non sequitur contra Aristot.sed vult dicere Arist. quòd ibi transmutatur semen proficuum habens multam caloris copiam,& sic dat copiam caloris membro pudendo. Quod addis de matrice,cōcedo,& hoc Aristot.sumplit à Platone in Thymęo.

Quod addis de somno & anhelitu, quòd scilicet sunt motus inuoluntarij,dico ꝙ non est verum, sed iste motus fit à virtute naturali cordis, & sic simpliciter naturalis est,& si erit voluntarius, erit secundū quid,non simpliciter,procedit postea Arist.& dicit, ꝙ fit reciprocatio in motu animalis,modo à dextra in sinistram, modo à corde ad sinistram, & sinistra ad cor. Declarat exemplo Mathematico,& dicit, vocetur pars dextra b. cor a. g. sinistra, & tunc ostendit qualiter fiat reciprocatio, & dicit quòd est causa huius,dicit Arist.quia cor est vnū actu, & plura potentia,vt dictum est,& sic fit motus à corde ad partem dextram, & dicit quòd animal dum mouet partem dextram, dextra mouetur, quasi quòd tunc sinistra quiescat, & ita de sinistra etiam dicit, cum mouetur totum animal, tunc mouetur simul secundum sui partem, & tunc cor tribuit motum vtrique parti,& quando mouetur dextra, vel sinistra, reciprocatur motus ab vna parte in aliam intercedente corde, videlicet quòd fit reciprocatio ab vna parte ad cor, & deinde transmutatur à corde ad aliam partem,& innituntur partes ad inuicem, ita quòd vna mota innititur alteri quiescenti, & dicit ꝙ differunt isti motus, quia vnus est ad principium, alterum à principio. *Quòd autem*; Soluit hic problema,quia concutitur vehementer cor viso hoste,cur est,inquit Arist.quòd ex memoria eiusdem obiecti aliquando fit iste motus,aliquando non fit,vel si fit,non tantū, dicit quòd hoc est ex diuersa dispositione passi, qa quando multum caloris fuerit in membro, tunc fit, & excitatur membrum vt in iuuene, in sene autem non est multa copia caloris, ideo in ipso non fit, tū etiam quia si fuerit in membro calor crassus non fit, si subtilis fit, quia dispositus est valde ad motum.

De partibus quidem; Epilogat ponens ordinem librorum,qui pertinent ad Theoriam causarum naturalium, quia dicit quòd dictum est de partibus animalium,postea de anima, deinde de sensu & sensibili,postea de memoria & reminiscentia, postea de somno & vigilia,nunc diximus de motu, postea debemus dicere de generatione animalium, sed tu dices, Aristot.omittit de incessu animalium, quia ille pręcedit librū de anima,& hoc patet ex vltimis verbis Aristotelis in illo tractatu,quia dixit, diximus de partibus animalium, & de partibus quæ faciunt ad motum animalium, restat nunc dicere de anima, & multoties dixit in libro de partibus, quòd cum iam dictum sit de partibus, reliquum est dicere de generatione aīaliū, & sic hic malè ordinauit illos libros.

De primo dico quòd comprehenditur liber de incessu cum libro de partibus, quia in vtroq; de partibus agitur,eū dicimus,quòd in fine de partibus anīmaliū dixit, quòd dicendum erat postea de generatione, dico quòd textus græcus erat corruptus, & vt ostendam sua verba hic,sic debet dicere, cum dixerimus de motu communi animalium,reliquum est dicere de generatione animalium.

Cum ergo motus communis sit animę & corpori,ex parte vtriusque, dubitabimus primo ex parte animæ, prima dubitatio est,nūquid intellectus practicus & appetitus sint motus, & principium istius motus progressionis in animali, & argumentatur ꝙ nō,primo,qa motus debet esse actu entis in pōa iij. phys.t.xvij. ista verò sunt potētia iij. de anima in principio. Secūdo quia motus vnus numero debet habere vnum motorem numero, vt dicit contra Platonem, supra de polis, sed isti sunt duo motores. tertio, quia in homine dormiente est intellectus practicus & appetitus,& non est motus, etiam in bruto est iste

An intellectus practicus & appetitus sint principiū motus localis.

est iste motus progresiuus, & tamen non habet intellectum, ex opposito est Arist. iij. de anima xlix. & hic intelligentia practica & appetitus sunt principia motus animalis, dicimus ꝙ in motu animalis est duplex motus, scilicet naturalis, & hic fit ab elemento prædominante, alter voluntarius, & hic non dicitur voluntarius, quia subsit voluntati, nec quia subest animæ, sed quia sequitur cognitionem sensitiuam, quæ duplex est, exterior, & interior, exterior non facit motū voluntarium, scilicet aqua cum perfusa est in animali, iste motus est pure naturalis, vt est in tactu, alia est cognitio intellectiua, & istam non sequitur motus iste, motus voluntarius est, qui sequitur cognitionem sensitiuam interiorem, sed dicetis quòd per intellectum tria intelligebat, videlicet cum ipso phantasiam, & sensum exteriorem, dicemus, cognitio interior duplex est, quædam interiot, & hæc non est principium motus voluntarij, alia collatiua est, & sic dicitur, quia in brutis non est discursiua, vel compositiua, vel diuisiua, & hæc est cum præsentat obiectum vt conueniens, vel disconueniens, & ad hanc sequitur appetitus, qui postea transmittit calorem, ista est duplex, concupiscibilis & irascibilis, prima respectu boni prosequendi, secunda est respectu mali arcendi, & sic istæ virtutes differunt respectu obiecti, & virtus irascibilis est pugnatrix virtutis concupiscibilis, & propterea ista versatur circa arduum & difficile, & ideo illa dicitur concupiscibilis, quia est ratione rei delectabilis, ista irascibilis, quia cum ista non potest repellere & oppugnare concupiscentiam irascitiuā, differūt etiam ex parte passionis, quia in concupiscentia sit delectatio, & eius species vt est species, & huiusmodi, & passiones irascibiles sunt tristitia specierum earum, adhuc concupiscibilis diuiditur ab Aristotele j. Rethoricorum, in rationalem. & irrationalem, rationalis est, quæ fit cum imaginatione, non cum ratione, alia irrationalis, quæ fit sine imaginatione, vt est cō cupiscentia sensuum exteriorum, & differunt in homine & in bruto hæ, quia quando offertur obiectū bruto sub ratione boni, vel mali, tunc statim fit motus in ipso non obstante impedimento, in homine vero non, quia homo potest resistere concupiscentiæ, vt homo temperatus, sed dices, cur non ita diuisit appetitum intellectiuum Aristo. in concupiscibilem, & irascibilem, sicut in appetitu sensitiuo, cū voluntas autem moueatur ex parte duorum obiectorum, dico quòd fortasse per diuisionem in sensitiuo potest intelligi in intellectiuo. Vel dicamus & melius, quòd non conuenit intellectui, quia in sensu hæc habent diuersa organa & diuersos motus, scilicet extensionem caloris, & tetractionem, & cum intellectus abstrahat ab organo corporeo, ratione cu ius possit exercere illas operationes, ideo non habuit illam diuisionem. Secundo dices, quia animam ipsam moue e mediate phantasia & appetitu ipsum animal, anima ipsa est natura, nam est principium motus, & sic sine istis potest mouere.

Et confirmatur, quia anima ipsa non est principium mouens, sed appetibile, ergo male dicit Arist. quòd anima ipsa sit proximum mouens, etiam quia requiritur virtus motiua secundum locum, & tamen Arist. tacuit istam virtutem, ergo est diminutus.

Lectio XV.

ERAT Dubitatio, quomodo ab anima secundum substantiā exeat motus, cum ipsa sit natura, quæ est principim motus, et sic immediate mouet, secundo, anima ipsa non est principium mouens, sed appetibile, etiam requiritur virtus localis motiua, et tamen ipsam tacuit Aristot. Dico quòd anima secundum sui substantiam est natura, ergo principium motus. primum verum est aptitudine, tamē actu talis fit mediante apprehensione et appetitu. Quod addebatur, quia ista erāt prima principia motus realiter, appetibile verò spiritualiter mediate, vel ista sunt prima principia non absolutè, sed proxima, sed tu dices, quia appetibile extrinsecū est finis motus, si finis, non ergo causa efficiens, dico quòd vtrunq; ei conuenit, non tamen sub eadem ratione, sed sub diuersis respectibus, quia est finis motus in esse maxime, est efficiens motus in esse intentionali, sicut dixit Auerr. xij. Metaph. xxxvj. de balneo in anima, et extra, quia in anima mouet vt efficiens, vt in re, dixit, est mouens vt finis, appetibile ergo est primum principium simpliciter, addebas, quia Aristot. dimisit virtutem secundum locum motiuam, quę est principium proximum, dico quòd sunt duæ opiniones, vna quòd potentia animæ distinguatur realiter, si teneamus hanc opinionem, oportet dicere quòd ista virtus est principium proximum, et nō phantasia, et appetitus, sed pro tanto dixit, ista esse proxima, pro quanto virtus illa motiua non mouet sine istis, sed non expressit Arist, quia ista mouente phātasia et appetitu mouet, vel dicendum et melius, ꝙ istæ potentiæ non distinguntur realiter vij. phys. ij. vt Auer. secundum Alexandrum, et sic istæ nō sunt qualitates, sed anima taliter operans, et sic connotato differunt tantum, et hæc opinio est Auerrois in destruc. destruc. et Nominaliū, et sic dicimus quòd Arist. nuncupauit principia proxima, quia anima est eadem cum ista secundum substantiam, et præsuposita apprehensione et appetitu statim mouet, sed tu dices, quòd istæ potentiæ sint eædem cum anima, et quòd hæc opera anima exercet mediante phantasia et appetitu, dices, nunquid iste appetitus sit cognitio quædam, Tho. de Garbo iij. summę suę dicit, quòd sic, quia si desiderium non esset apprehensio, posset remanere per Dei potentiam desideriū absq; comprehensione, quod falsum est, quia voluntas nō fertur nisi in præcognitum et sensum, hæc opinio falsa est, quia si virtus appetitiua est, comprehendēs superfluit, ergo alia virtus prior ostendens obiectum ipsi appetitui, et ideo iudicio meo falsa est opinio, et sic dicendum quòd actus appetitus non est apprehensio, sed qualitas quædam consequens apprehensionem, et sic dicēdum de actu voluntatis, sed tu dices,

ces, separet Deus illam apprehẽsionem, dico quòd hoc est impossibile, quia hoc desiderium pendet ab illa apprehensione, & sic remota illa apprehensione remouetur desideriũ, sicut imago pẽdens à speculo, & sic anima secundum sui subiectum non est mouẽs proximum actu, sed aptitudine, actu verò secundum apprehensionem, & appetitum.

An voluntas sine appetitu & appetitus sine voluntate in nobis possit mouere.

Tertia dubitatio, ex quo in homine est duplex appetitus, nunquid in homine in sui motu possit voluntas sine sui appetitu, vel appetitus sine voluntate vel non, & videtur quòd sic de motu inuoluntario, & in hoc motu fit ab appetitu sensitiuo, siue intellectiuo, sicut de erectione membri genitalis, & contremitu cordis, & hoc est contra inclinationem appetitus intellectiui, & sic videtur quòd possit fieri motus in homine ab vno tantum appetitu sensitiuo, nõ tamen concurrente voluntate, ex alia parte videtur quòd non, quia dixit Arist iij. de anima, quòd temperatus in hoc differt ab intemperato, quia vterque delectatur, tamen temperatus differt, quia non prosequitur obiectum, intemperatus prosequitur illud obiectum, & castus non prosequitur, quia repugnat ei appetitus intellectiuus, si ergo nõ potest fieri ista prosecutio, quia ei reclamat appetitus intellectiuus, ergo si ad delectationem temperati nõ sequitur iste motus, quia suo appetitui reclamat intellectiuus, motus localis animalis non potest fieri ab vno tantum appetitu. Dicerem, quòd est duplex motus localis in homine, imperfectus, sicut determinatę partis corporis, sicut excitatio membri & cordis, & isti fiunt ab appetitu sensitiuo absq; intellectiuo, & iste motus potest fieri ab vno appetitu tantum in aĩali, vt dicit Arist sed nunquid econtra appetitus intellectiuus possit mouere sine appetitiuo, non, quia iste motus inuoluntarius fit alteratione corporis, appetitus autem intellectiuus cum sit organicus & abstractus non vtitur organo corporeo, & sic non potest effundere calorem neq; retrahere, sed si potest, per accidẽs potest ratione appetitus sensitiui, & sensitiuus potest ratione dicta, si verò loquamur de motu animalis perfecto, qui est totius corporis, dico quòd non potest fieri ab altero appetituum separatim, & hoc probat argumentum, quia non potest in motu perfecto vnus sine altero.

An appetitus & phantasia conueniat animalib⁹ imperfectis.

Alia dubitatio & quarta, nunquid principia huius motus conueniant animalibus etiam imperfectis; scilicet phantasia & appetitus, videtur quòd non, quia Arist dixit iij. de anima, quòd in his non est nisi sensus tactus, ex alia parte hic tradidit causam communem omnibus animalibus, dico ꝙ soluitur ab Arist. ista quæstio iij. de anima lvj. quòd sic, tu dicis ibi, solum est sensus tactus, dico quòd duplex est phantasia, perfecta, & imperfecta, imperfecta non apprehendit nisi præsens obiectum, sicut aliquod obiectũ sub ratione obiecti conuenientis, vt in ij. de aĩa: alia alia est perfecta, quæ etiam operatur absentia obiecti, & tunc dico quòd phantasia illa non distinguitur à tactu, sed tu dices, quia supra tu exposuisti sensum exteriorem in motu voluntario, quia tu dixisti quòd motus, qui prouenit ex sensu exteriori est naturalis, dico quòd ille motus est voluntarius, quia sequitur phantasiam, & tamen dicis, est à sensu exteriori, quia à sensu tactus, dico quòd non est simpliciter à sensu tactus, sed ab eo, vt habet rationem phantasiæ. At tu dicis quòd est idem, dico quòd verum est, quòd est idem realiter, non tamen est idem secundum rationem, quia tactus est sensus exterior vt apprehendit illas sub ratione cõuenientis vel disconuenientis, & sic est phantasia licèt imperfecta, & ideo Aristot. hunc sensum nominauit, vel dicatis quòd Aristo. nominauit sensum exteriorem. pro quanto est principium cognoscendi obiectum, & appetibile.

Quinta dubitatio, nunquid ista eadem principia sint causæ motus cœli, dicēs tu, falsissimũ est in cœlo, dico quòd supra dixit Arist quòd sic, quia phantasia reducitur ad id, quòd cœlo commune est, quia iam voluit Aristot. phantasiam & sensum reduci ad intellectum, cętera verò quæ cõcurrebant ad motũ, reducebantur ad oppositum ipsum, & dixit etiam supra Aristo. quòd motus cœli fiebat quemadmodum & animalis ab appetibili, ita etiam motus cœli ab appetibili intrinseco, licèt inuariabili, & fuit dictum ab Auerroe iiij cap. de substantia orbis, & accepit ab hoc loco, ex alia parte est communis opinio, ꝙ motus cœli non sit voluntarius, sed naturalis: dico ꝙ phantasia extendendo nomen phantasiæ ad intellectum sunt principia motus in cœlo, & fuit dictum supra ab Aristot. & ideo dixit lviij tertij de anima, ꝙ sicut est duplex motus phantasiarum, ita est duplex motus communis, & proprius, & communis motus est ab appetitu communi, & proprius à proprio, & iste prouenit ab appetitu proprio, quia amat se inet ipsum, & tunc facit motum particularem, quatenus verò ille motor appetit suum motorem primum tãquam finem communem, mouetur appetitu communi, & facit motum diurnum & communem, & appetitus communis est extrinsecus, proprius est intrinsecus, & ideo dixit Arist. viij. phy l. lij. quòd orbes planetarum mouentur per accidens, non quia illi orbes non moueantur effectiuè à propriis intelligẽtiis, sed quia mouentur ab appetibili extrinseco, & sic quatenus mouentur ab illo appetibili extrinseco est p accidens, pro quanto verò est ab appetibili intrinseco est naturalis, & sic dico, quòd motus cęli est ab istis, cur ille non dicitur voluntarius vt iste? quia ille potius dicitur naturalis, quia potius est ab appetitu per modum naturæ, quàm sit ab appetitu *cognoscente finem motus inuariabilẽ, & semper se habentem in eadem dispositione*; quàm sit ab appetitu sequente cognitionem, quia ille appetitus est inuariabilis, & æqualiter fertur in finem communem & proprium, posset autem dici voluntarius pro quanto est ab animali cognoscente obiectum & ab appetitu, et tu vide hæc omnia xij. Meth. p. et iij de anima.

Cur motus progreßiuus non inest omnibus animalibus.

Vltima dubitatio, cur non omni animæ competit iste motus progressiuus, quia non vegetatiuæ, non sensitiuæ, dico quòd iste motus non conuenit omni animæ, sed illi quæ habet phantasiam, et sic vegetatiua, quæ non habet apprehensionem et appetitũ, non habet istum motum, et sic quæ habent has cõditiones

tones imp erfectas habent hunc motum imperfectũ vt conchilia, ſed dices, non ne vegetatiua in plantis eſt natura, ergo principium motus localis, dico dñi quòd Ariſtot. in illa diffinitione non extenditur tantum in motu locali, ſed in aliis motibus, & de hoc dicemus in noſtris lectionibus phyſicis.

Ad dutationes arguebatur primo in principio dubitationum, ꝙ appetitus & phantaſia non ſint principia motus, quia non ſunt actu ens, dico quòd iſtæ duæ virtutes in actu primo non mouent, ſed mouent quatenus actu ſunt ſecundo videlicet apprehenſionem & appetitum, addebas quia motus vnus numero eſt ab vno motore numero, dico quòd licèt iſte motus ſit à duplici motore, habent tamen rationem vnius, quia apprehenſio limitatur per appetitum, tamen quia ad eundem finem mouent, ſed tu dices, quomodo appetitus intellectiuus poteſt mouere, quia abſtrahit à corpore, tum quia omnis motus localis non eſt ſine alteratione, quomodo erit appetitus intellectiuus principium huius motus, dico ꝙ licèt appetitus intellectiuus ſit abſtractus, non proportionatur materiæ apprehenſæ, & non poteſt alterari, verum eſt tamen quòd alteratur ratione appetitus ſenſitiui. Addebas quòd in homine dormiente eſt intelleſtus practicus & appetitiuus, & tamen nõ mouetur, dico quòd intelligimus de intellectu practico in actu ſecundo, non in actu primo, & ſic ſunt principia huius motus. Quod addebas, ꝙ in brutis eſt iſte motus, & tamen ibi non eſt intellectus, iam dixit Ariſtot, quòd per intellectum intelligebat propriè phantaſiam & ſenſum exteriorem, vel quia erat principium, vel quia coincidebat cum phantaſia imperfecta. Alia quæſtio, quia dixit, quòd motus fit a phantaſia & ab appetitu mediante apprehenſione, quia dicit quòd phantaſia & appetitus alterant, & quia habent virtutem ſenſibilium, quia habent ſpecies ſenſibilium, quæ ſunt quodammodo ſenſibilia, & quia omnes ſpecies repræſentatur ſub ratione delectabilis vel triſtabilis, ideo alterãt quoquo modo, eſt ergo difficultas an imagines ſenſibilium in ſenſu, aut phantaſia, aut intellectus habeant virtutem alte-

Virtus alteratiua vbi ſit ſita.

raudi, arguit quòd non, quia agens & paſſum debent communicare in materia j. de generatione, ſed inter imaginem & imaginationem, & pręcipuè inter ſpeciem intelligibilem & intellectum nulla eſt materia communis, ergo. Secundo, quia omnis alteratio fit à contrario, illi imaginationi nihil contrariatur, ergo alteratio non poteſt eſſe. Tertio, quia ſpecies in intellectu abſtrahit omnino à materia, ergo ab alteratione, eſt argumentum Ariſtotelis contra Platonem, quia idea abſtrahit à materia, ergo ab alteratione & corruptione & generatione, ex oppoſito eſt Ariſto. hic, & Auicen. iiij. naturalium, & Gale. ij. cõmento pronoſticorum, eſt & experientia in oppoſitum, quia in timore frigeſcit animal, etiam alio experimento, quia dicit Ariſtot. quòd gallina cũ vincit gallum in pugna, tunc attollit criſtas, & gallus tunc non coit amplius, & gallina ſubit omnia officia galli, quia ſupponit alias gallinas, & gallus fouet pullos. Etiam mulieres quandoque pariunt filios ex imaginatione ſimiles cum illis, quæ ab ipſa imaginantur, & ideo conueniunt medici & philoſophi in hoc, ſed differunt in modo, Auic. dicit in iiij. parte naturalium, quòd hoc fit ex multa imaginatione.

Lectio XVI.

REMANSIT dubitatio valde difficilis examinanda, ideo aduertatis, quia pulchra audietis, eſt dubitatio, quia dicit philoſophus quòd anima mouetur mediante appetitu & phantaſia, hæc non mouent mediante alteratione vel frigefactione, uel calefactione, quæ fiunt ex imaginibus apprehenſis in anima, eſt modo dubitatio, nũquid ſpecies obiecti ſenſibilis ſit cauſa huius alterationis, argumentatur primo quòd non, quia omne agens & patiens j. de generatione debent communicare in materia, ſed imago talis abſtrahet à materia, ergo, ij & j. phyſ. & j de generatione, omnis actio fit ex contrario, hæc nulli contraria, ergo, ex oppoſito eſt Ariſto. & Auicenna j pronoſt. ex Galeno, quòd confidentia medici multum prodeſt infirmis, & hoc idem habetur ex Auic. & confirmatur multis experimentis, tum ex Ariſto. ix. de hyſtoria animalium cap. xlix. vbi dicit ꝙ gallina cum gallum viceret in pugna attollit criſtas, & vtitur voce galli, & gallus non amplius coit, & hæc omnia operantur ex imaginatione, tum etiam quia mulieres ex diuerſa imaginatione huius viri vel alterius pariunt filios ſimiles illis, tum etiam ex Ariſtot. vij parte problematum hoc dicẽte, ẽt ſi aliquis viderit aliquẽ comedẽtẽ vuã acerbã eius dẽtes ſtupeſcũt, & hoc ſola imaginatione, & ſi quis viderit mingentẽ ex imaginatione commouetur ad mingẽdum, & viſo oſcitante ad oſcitandum, de hoc conueniunt medici & philoſophi, de modo verò quõ hæc accidunt, differunt, Auicenna vj. naturalium dicit duo primo quòd ex intenſa imaginatione alicuius rei anima eleuatur ſuper corpus, & ſic fit perſimilis ſubſtantiis ſeparatis, et ita, vt ſic anima ipſa eleuata ei obedit materia vt ſubſtantiæ ſeparatæ, ſed hæc opinio falſa eſt, neque Peripatetica, quia anima noſtra quanto magis eleuatur à corpore, tanto minus proportionatur huic materiæ ſignatæ, quia fit vniuerſalis, et ſic non poteſt agere in materia particulari, vt dicit Ariſto. de ideis j. Methaph. xxvij. Secundo et fortius quia omne mouens proximũ debet contangere motum vij. phyſ. ſed anima ipſa, ſeu imperium voluntatis, ſeu animæ ſeparatæ non poſſunt mouere humores, quia iſti inanimati ſunt, et materiales, ergo.

Tertio ex verbis Ariſtotelis, quia hoc fit, dicit Ariſt. ex eo, quòd detinetur affectibus corporis. ſ. ex eo, quòd iſtę imagines recipiuntur ſub ratione conuenientis, aut diſconuenientis, ſub ratione conueniẽtis ſequitur delectatio, et hæc eſt cum calore, quia iſta eſt cum effuſione caloris, et ſanguinis à partibus interioribus ad exteriora, è contra in receptione magnitudinum, ſub ratione diſconuenientis ſequitur frigiditas.

Ideo est secundus modus Auicennæ, quòd id operatur anima ex parte speciei sensibilis, non ex parte animæ, sed ex hoc quòd species rei sensibilis habet hanc virtutem, quia sicut forma artificialis in anima est principium in arte, ita species & forma caloris in anima est principium sensationis, & hoc videtur de mente Aristotelis, quia dicit quòd hæc operantur species ex virtute, quam habent ex obiecto sensibili à quo causantur, sed contra istam expositionem instatur experientia, quando pauper nudus in hyeme quocunque concipiat & imaginetur ignem, non calefit, & sic ex imaginatione sanitatis, nisi accidat confidentia: & confirmatur, quia si species in anima reseruant virtutem obiecti, etiam in aere à fortiori, quia dum sunt in medio, sunt propinquiores obiecto. Tertio & fortius, quia sequeretur quòd sola species caloris posset calefacere, & sola species frigoris frigefacere, cuius oppositum dixit Aristoteles, quia ipse dixit quòd ex imaginatione cuiusvis effectus sub ratione conuenientis vel disconuenientis sequitur ista calefactio, vel frigefactio ex specie rei sensibilis, ideo est alius modus dicendi, quem etiam Conciliator tetigit clvj. differentia, quòd imago rei sensibilis est causa caloris per accidens, quòd ex hoc quòd per phantasiam accipitur species rei sensibilis, aut vt conueniens, aut vt inconueniens, quia ex his videlicet ex conuenientia sequitur delectatio, & ex hac calefactio, ideo, & sic è contra sequitur ex disconuenientia, vt sic videtur quòd ex imagine impressa non per se, sed per accidens sequitur calefactio, & sic confidentia etiam potest hoc facere, & hoc dixit in differentia clvj. de incantationibus, ꝙ aliqui prosunt, ideo non tollenda est fides illis præcantationibus, & sic dicit ipse, istæ præcantationes non sunt causæ, nisi ratione confidentiæ, & hæc videtur mens Aristotelis, sed tu dices primo, si ista imago rei sensibilis impressa animæ est causa calefactionis & frigefactionis per accidens ratione delectationis vel tristitiæ, ergo motus talis per accidens eueniret animalibus. Secundo, quia dicit Aristoteles, sensus exterior, phantasia, & cognitio sunt causa alterationis, & hoc non potest stare, quia ista calefactio, vel frigefactio, cum proueniat, est materialis, præmeditatio verò est immaterialis: ergo non potest. Tertio, quia experientia patet pauperis nudi, qui cum imaginatur ignem vt quoddam côueniens non calefit, imò potius frigefit. Quarto & fortius, quomodo fœtus in vtero matris signaretur ex sola motione spiritus & sanguinis, cû spiritus & sanguia non habeant istam virtutem effingendi rem desideratam in fœtu, & si calor habet istã virtutem, cur non sufficit ista sola imaginatio, sed requiritur vltra, contactus membrorum exteriorum vt puta manus, & fortius cur non signatur, ita iste fœtus ex alia re, sicut ex cibo & potu desiderato.

De primo cum dicimus, si anima alterat corpus animalis calefacit & frigefacit mediante imaginatione per accidens, ergo motus localis erit in animali per accidens, Dico quòd deciperis, quia si putas, quòd motus localis non fit, nisi præconceptu obiecti rei sensibilis, Dico quòd verum dicimus, & sic non sequitur argumentum, si tu putas, quòd animal non mouetur nisi prius præconcipiatur obiectû sub ratione delectabilis & tristabilis, concluderet argumentum, sed hoc nô dicit Aristoteles, quia potest fieri motus localis animalis sine delectatione & tristitia, vt puta, si quis videat hostem statim tristatur, & tamen emittitur per imperium ipsius animæ calor & spiritus ad exteriora membra, & sic fugit, & sic membra motus non mouentur ex hoc, quòd sit ex ratione obiecti tristabilis ille motus, sed ego quærã à te in isto casu, quo nam modo mouetur iste spiritus & sanguis ad exteriora membra, aut ex se ipso, & hoc non, quia nulla res inanimata potest moueri côtrariis motibus, neq; ab imperio voluntatis, quia ij. phys. omne mouens debet esse proximû moto, neq; à qualitate impressa ab anima, quia quæ nam esset ista qualitas, quia anima ipsa substantia est. Tenet Iacobus Forliuiensis, quòd à qualitate impressa, quæ nam qualitas aut prima, aut secunda, non prima, quia tantum quatuor sunt primæ qualitatea, neque secũda est ex primis, ista dubitatio fuit tacta ab omnibus, sed à nullo vidi solutam.

Dicerem ego, seruato sem per meliori iudicio, ꝙ mouetur iste calor à corde mediante constrictione & dilatatione, quia calor constrictus est, & cum fit dilatatio cordis fit expulsio istius caloris à membro ad membrum vsque ad membrum motus, & sic etiã è contra reuocatur iste calor mediante constrictione, sed tu dices, tu contradicis Aristoteli, quia dixit quòd est sicut Rex, non est in qualibet parte ciuitatis, ita anima nô est in qualibet parte corporis, quomodo ergo fit ista dilatatio & constrictio ab anima in vnoquoq; membro, si illa anima est in corde, quia dicimus quòd illa dilatatio vel emisio caloris in dilatatione fit per virtutem animæ expulsiuam, quæ est in vnoquoque membro.

Dicendum quòd verba Aristotelis de rigore sunt falsa, quia virtus motiua est in omnibus membris, & Aristo. intelligit quòd ista virtus principaliter est in corde, quia cor est fons caloris & spiritus, & quia anima non operatur nisi mediante calore & spiritu, ideo dicit, quòd ista virtus est in corde tantum, quia ibi principaliter est in arce, secundum virtutem tamen & potentiam est vbique in ciuitate.

De secundo cum tu dicis quia cû præmeditatio sit immaterialis, non potest, dico ꝙ per accidẽs potest, quia meditatio colligatur phantasiæ, phantasia coniungitur appetitui sensitiuo, & appetitus sensitiuus mediante delectatione vel tristitia calefit vel frigefit, ideo intellectus potest hoc facere merito sensus, & sic non potest sine sensu in hoc, sed bene aliquando sensus potest sine intellectu i vt dixi.

De tertio de paupere dicetẽ, ꝙ iste pauper in hyeme potius côcipit illud obiectû sub rône tristabilis, ꝙ conuenientis, quia tunc côcipit sub ratione absentis, sed'o dicerẽ, ꝙ iste côcipit obiectû sub rône delectabilis, tñ nô calefit, qa acquirit tûc tam paruã excalefactionẽ, ꝙ respectu frigidi extrinseci nulla est.

De quarto, quia tunc quæris quomodo ex sola

motione spiritus fœtus signetur, & si habet virtutem istam, quare requiritur contactus membri exterioris scilicet manus ad genu, & nō genu ad genu, & quare ex aliis non signetur infans, res difficilis est, ego crederem quòd ista impressio cibi, & potus, fiat sola motione sanguinis & spiritus, tu dicis, vnde habet istam virtutem, dico quòd ex motu præconcepto in corde acquirit istam virtutem, tu dicis, quare non sufficit ista imaginatio, sed requiritur contactus membri exterioris vt manus ad genu, vel alicubi, ego credo quòd hoc dictum commune sit falsum, quia signatio illa fit in parte fœtus, quæ erit passibilior, & calor habet illam virtutem ex præconcepto motu in corde, ratione cuius cor mittit magnā copiam caloris & spiritus, & si spiritus datus à parte habet virtutem delinendi & figurandi fœtum similem parti, ita quòd illos quandoque similes facit etiam in carceribus, vt dicit Aristoteles & Galenus, cur iste calor cum tali motu non poterit causare illā significationem, & sic dictum illud mulierum (vt puto) est falsum, quòd signatio fiat ex contactu membri exterioris, si autem illud dictum sit verum, ego nescio reddere causam.

Quod addis, quare ex re alia desiderata non conficitur ista impressio, sicut ex cibo & potu, dico ꝙ ego credo quòd nullius rei sit magnus appetitus in muliere prægnante, sicut cibus & potus, quia laborant vt plurimum mulieres prægnantes appetitu, qui dicitur reisba, quem medici nuncupant picam ob id, scilicet quòd picæ afficiuntur sępe huiusmodi appetitu ἀκυνόδην; ὄρεξις græcè, latinè dicitur pica, & cum appetitus iste sit vehementissimus, ideo et si fuerit alterius rei, ita appetitus magnus, dicerē quòd posset fieri illius rei impressio, et si non accidit, illud est, quia non accidit appetitus ille tam vehemens ex alia re.

Ad primum argumentum ante oppositum, quia omne agens communicat in materia ipsi passo, & omne agens est contrarium ipsi passo, Dico quòd illæ propositiones Aristotelis intelligunt de agente per se, & sic non opus est, quòd communicet in materia, & quòd sit contrarium passo.

Lectio XVII.

An imagi natio alte ret corpus extrinse cum.

EVIT dubitatio, nunquid sensus, phantasia, & meditatio alterent corpus animalis, remanet modo considerandum, nunquid sicut hęc alterant corpus intrinsecum, & arguitur quòd sic, primo de fascinatione, & incantationibus quæ fiunt mediante sensu & imaginatione, ex opposito est Aristote. ꝙ sensus & imaginatio non possunt hæc operari nisi effusione sanguinis & caloris, sed in corpus extrinsecum hæc effusio non potest mitti, ergo. Ad hoc argumentum respondet Auic. vj. naturalium, par. iiij. cap. iiij. quòd potest, & non tantum in corpus proximū, sed in extrinsecum ēt, & hoc ea ratione prius habita, quia anima rationalis in tantum potest eleuari supra corpus, quòd fit similis principiis eius, hoc est, substantiis separatis, Vnde dicit ipse, quòd iste homo inducit sanitatem, ægritudinem pestem, & huiusmodi, & sic dicit ipse quòd eueniunt omnes prophetiæ naturales, sed cōtra istam opinionem arguo primo, quia dicit, quòd substantia abstracta potest; contra., quia ij. cœli xlij. cœlum nō agit in hęc inferiora nisi tantum motu & lumine, ergo solo imperio voluntatis non possunt intelligentiæ agere.

Secundo & fortius, quia vij. phys. & j. de generatione omnis actio fit per contactum, sed imperium voluntatis non potest transgredi per materiam sublunarē, quia corruptibilis materialis, quare nego illam alterare. Tertio, quia actio realis à contrario agente est, sed substantię simpliciter abstractæ nihil contrariatur, ergo ab illa non potest immediate aliquid prouenire, bene mediante cœlo, secundo arguitur ex parte animæ, ꝙ illa eleuata supra corpus non possit hæc, & primo sic, quia quanto magis anima eleuatur, tanto vniuersalior fit, et minus proportionata signatæ, ergo tanto minus potest agere in ipsam, et hoc fuit argumentum Aristotelis contra Platonem in septimo Metha. Secundo, omnis actio fit per contactum, sed imperium voluntatis non potest transferri per aerem medium, ergo nō potest agere.

Tertio mirabile est, quòd sine ratione, sine experientia hoc possit mouere tanta virtute, et superare et superare cœlum forti imaginatione.

Ideo est secunda opinio, quòd sensus, imaginatio potest alterare corpus nostrum proprium, sed extrinsecum minime, et hęc opinio est vera quo ad hoc.

Ad argumentum in oppositum, quando dicimus quòd videmus, quòd fascinationes. Respondet Albertus hic, et hunc secutus Conciliator differentia xiij. et Petrus Pomponatius in tractatu de incantationibus, quādo dicimus, ꝙ per fascinatores alterantē homines extrinsecē distantes, negat hoc Albertus, quia dicit, quòd hęc non fiunt per sensum, et imaginationem, sed per virtutem sibi datam à cœlo, et quomodo, dicit ipse, per medium, eo modo quo magnes per qualitatem attrahit ferrum, et sic fiunt ista a qualitate impressa alterāte medium, suboritur ista qualitas imperio hominis, et ista qualitas influxa est sibi à cœlo in istum hominem alterandum, ita quòd non illum, et sic (dicit ipse) fiunt metalla et imagines ad amorem, et sic prophetia naturalis fit, quia sic datur homo, qui habet virtutem fascinandi à cœlo, ita prophetizandi, probat, quō Astronomus prædicit visa hora generationis nati, prædicit, quòd iste natus erit talis, et talis dispositionis, ergo oportet quòd ista proueniant à virtute astrorum, aliter non posset Astronomus prædicere, et sic figura vel pictura, quę est in metallis, est impressa à virtute cœli, adiuuat ad multa, et tu vide illum.

Sed ista opinio est peripatetica, primo falsum est, quod dicit Albertus, de prophetia non potest fieri, nisi prius habeantur imagines rei prædicendæ, sed istæ imagines non possunt sibi influi à cœlo, ergo, et patet hoc, quia phantasia est motus factus sensibus exterioribus, non à cęlo. Et confirmatur, quia

omnis

omnia actio cœli in ista inferiora ij. cœli est lumen et motus, quia sic essent naturales. Et confirmatur, quia omnis doctrina & disciplina fit ex præexistenti cognitione primo Posteriorum, sed si imagines essent à cœlo, falsa esset illa propositio Aristotelis, ergo male dicit Albertus. Secundo male dicit Albertus, quòd homo vtatur fascinatione & præcantatione virtute sibi influxa à cœlo per aerem medium, hoc falsum est, quia nō posset ista qualitas deferri ad Ciceronem valde distantem, nisi prius ad aliquem alium hominem ista qualitas transferretur.

Tertio, quia dicit Albert. de figuris īpressis in metallis habere istam vim, hoc non potest stare, quia figura secundum Arist. nihil aliud est, nisi superficies corporis, & quantitas, non qualitās nisi secundū q d, & quantitas non est principium alterandi iiij. phys. lxxxiiij. ergo figura non est principium agendi, cum sit quantitas. Quarto, quia dicit, quòd temporibus suis erant nati duo gemelli in Hispania, & vni aperiebantur hostia à parte dextra, & alteri à parte sinistra, cum scilicet hostium intrare volebant, sed sepe ego legi apud ipsum multa miracula & mendacia, (Domini ego illi non credo) & hoc erat illis (dicit ipse) inditum à cœlo, quia ista virtus, quæ à cœlo influitur nisi per aerem in fœtu in vtero matris alterando, hoc mirabile est, quia cum ista virtus sit impressa à cœlo, huic vel illi videtur mirabile, quia aer attractus ita attrahitur à parte dextra, sicut à sinistra, hoc non video quomodo posisit esse, ideo aliter dico, & peripateticè magis, primo sicut dicit Albertus re uera, quòd non potest sensus, phantasia, & meditatio agere in corpus extrinsecum, sed tantum in proprium. Ad argumentum de fascinatione dico, quòd fascinatio non fit per sensum, imaginationem, per imperium voluntatis, & dico quòd fascinatio ista fit ex aliquo menstruosæ figuræ, quia sic alteratur puer, quoniam ex figura vetulæ puer pertimescit, Dico etiam quòd fit ex spiritu alterato vetulæ, qui est immundus, & sic alteratur puer, vt patet, sicut dicimus, quòd spiritus mulieris menstruosæ multa potest, ita spiritus vetulæ.

Tertio ex pharmaci venenosi exhibitione etiam fieri potest fascinatio, qui tu dices de incantationibus. Dicunt Peripatetici, quòd omnia sunt mendacia nisi interueniente confidentia, vt dicit Conciliator differentia cxvj. quia dicit quòd incantatio ex verbis solis nihil agit, nisi merito confidentiæ, & Aristoteles in multis locis appellat hæc deliramenta mulierum. De prophetia, quia aliquis habet vim prædicendi futura, & ego vidi quendam domini, tamen semel dixit mendacium, ego vidi vnum fratrē Romæ, qui multa prædixit, dixit tamē de Rege Gallorum, quòd nunquam liberaretur, & tamen liberatus est, vt scitis, dixi domini in vltimo de diuinatione per somnium, & dicit Aristot. quòd hoc fit casu ex habitu melancholico, quia melancolicus est flatulentus, & flatulentus, & flatus continue motus mouet imagines sensibilium existentium in memoria, & quia imagines sensibilium excitantur, possunt ex imagine vna præconcepta prædicere similem, & hoc casu fit, si quis multa loquens quandoque potest prædicere verum, & si casu præuidet futura, & ego loquor de prophetia naturali non diuina, & hinc est quòd Astrologus potest prædicere multos effectus, quia ex figura nati cognoscit Astrologus complexiones natorum, quæ inclinant, si fuerint melancolici ad artes magicas, & sic mores hominum vt plurimum sequuntur habitum & temperamentum ipsius nati, vt dixit Arist. xxx. parte problematum.

Quod dicimus de figuris magicis impressis in metallis non est verum secundum Aristo. nisi mediante confidentia, quia qui habent illam promptius alloquuntur principes & amores exercent, & sic potest responderi ad argumenta Alberti.

Postquam vidimus de motu ex parte animæ, remanet dubitatio duplex ex parte corporis, & prima est qua quæritur quod nam est primum principium motus animalis ex parte corporis, & dicimus motū voluntarium, sed quia sequitur cognitionem, & iste motus est violentus corpori, & naturalis animæ, & quasi est compositus ex violento & naturali. Ad istam difficultatem est duplex modus dicendi, vnus, qui fuit Platonis, quem sequitur Galenus in libro de simpl. & alibi, qui dicit quòd cerebrum est primum principium huius motus, ita quòd anima exercet hunc motum mediante cerebro, & probatur dupliciter, primo, quia vbi est principium virtutis, ibi est instrumentum primum seruiens illi virtuti, quia virtus & instrumentum ordinantur in eandem operationem, ideo cui conuenit virtus, & instrumentum conuenit, vltra, sed primum principium est spiritus animalis, qui est in cerebro, ista virtus est quòd in cerebro sit instrumentum principale, patet, quia spiritus transmutatur ad cerebrum, & in prima parte sit spiritus contemperatus à sensibus exterioribus, in vltima parte cerebri pro motu voluntario, et non solū motu spiritu, sed neruis et musculis, et sic tandē corde, quibus motis fit tandem motus, et isti scilicet nerui oriuntur à cerebro, ergo. Quid est principiū motus voluntarij.

Secundo, appolexia et epilepsia sunt primo passiones cerebri, sed isti sunt prius priuationes motus voluntarij, secundo priuationes sensuum, ergo primum principium motus voluntarij est cerebrum, & non cor. Tertio, quia cor secundum Peripateticos est primum principium virtutis vitalis, spiritus vitalis est primum principium vitæ, ergo sic est primum principium virtutis vitalis, non ergo est primū principium motus voluntarij, quia natura ex primo Politicorum non vtitur aliqua re ad duo opera, quia ibi disputat an fœmina sit ad seruitutem viri, & dicit quòd non, quia est ad generationem filiorum, ergo non ad seruitutem. Quarto, quia cor non mouet motu voluntario sed naturali, quia motus systolis & dyastolis est naturalis, ergo nō est primum principium motus voluntarij. Quinto, quia videmus extracto corde ad ipsum animal moueri & palpitare. Et confirmatur quarto phys. ex Galeno, qui vidit arietem carentem corde ambulare per quatuor passus, ex alia parte sunt Peripatetici, & videntur Aristotelis rationes esse probabiliores

tamen neutrius rationes ſunt demonſtratiuæ. Arguit primo Ariſtoteles, quia cor eſt principium totius vitæ, ergo principium omnium operationum vitalium, ſed volũtarius motus eſt quędam operatio vitalis, ergo, quòd cor ſit primum principium, pſter, quia omnis pluralitas debet reduci ad vnitatem, ſicur de ciuitate reſpectu principis, ſecundo & fortius, qa in corde eſt phantaſia & appetitus, & ibi eſt principium motus voluntarij, antecedens ꝓbatur, quia illi debent habere inſtrumentum nobiliſsimum, cor eſt tale, ergo quia in cerebro non eſt ſenſus tactus, ergo neq; alij ſenſus & virtus voluntarie mobilis, quia ſi ibi non eſt prior ſenſus, quo ablato auferũtur poſteriores, ergo, hoc argumentum eſt efficax, licèt ipſi haberent. Tertio, cor eſt primum principium ſpiritus & caloris, quibus fit iſte motus, ſed fons eſt talis ſpiritus, ergo, dicit Gale. quòd eſt cerebrum, quia ibi contẽperatur, decipitur Gale. quia generatio ſpiritus eſt in corde, alteratur tamen à cerebro, & contẽperatur, & ſic non negaret Ariſto. quòd cerebrum non concurrat aliquo modo, ſed principaliter & primo cor cõcurrit, & illi ſpiritus vt effluunt à corde, & vt cõtẽperantur à cerebro, nõ differũt ſpecie, niſi accidentali, iõ à quo ſpiritus genrrantur erit primum principiũ illius motus ℭ et in hoc cõſiſtit tota lis inter Ariſt. & Gale. quia à quo primo illi ſpiritus generabuntur, patebit illud eſſe primum principiũ motus voluntarij. ℞ Quarto arguitur, quia animal aliquãdo mouetur ad ſiniſtram, & quandoq; ad dextram, & omne mouẽs proximũ debet eſſe ſimul cũ moto, ergo debet eſſe in medio mouẽs illo motu, ſed cor eſt in medio dextri & ſiniſtri, ergo dico ſubſtinẽdo hãc opinionem ℭ quia re mota omni affectione videtur mihi verior opinio Ariſto. apud me. n. rationes eius ſunt probabiliores in cõſcientia. ℞ Ideo reſpondeo ad argumẽta Galeni, ad primũ, quia vbi eſt virtus, ibi eſt inſtrũm, ſed ſpiritus generat̃ ĩ cerebro. Dico ꝙ ſpiritus generat̃, & virtus eſt in corde, ipſe cõfirmat, qa nerui ſunt à cerebro, negat hoc Ariſto. quia in corde dicit ipſe nos videmus, ſed de hoc dicemus. Ad ſecundũ de appoplexia & epilepſia, nego argm̃, ſed bñ ſequitur quòd cerebrum concurrat ad voluntarium motũ, quia oportet ꝙ illi ſpiritus cõtẽperentur à cerebro, & qa ĩ appoplexia opilãtur vehiculũ ſpirituũ. Dico ꝙ cor diuerſo inſtrumẽto eſt principium iſtorũ motuũ, quia ſpiritu vitali & generato in corde eſt principium vitę, ſpiritu verò gñato in corde & cõtẽperato in cerebro eſt principium motus voluntarij.

Quod addis quarto, cor non eſt principiũ, dico ꝙ non valet, quia etſi cor non moueatur motu volũtario, tñ non ſequitur, quia ẽt nõ mouetur motu olfactionis & guſtationis, & tñ eſt primũ principium ſenſationũ exteriorum, ſed tu dices, ad minus nõ erit primũ organũ, cõcedo, qa nos dicimus ꝙ eſt principiũ primũ, nõ organũ, qa eſt tale neruus, vel aliud, vt dicemus. Ad qrtũ ſoluit Ariſt. in de iuuẽtute & ſenectute, ꝙ ille motus nõ fit ab aĩa, ſed à paſsione reſeruata. i. à calore reſeruato in aĩali, & cũ dicit ipſe ꝙ vidit arietẽ, reſpondet Auer. oppoſitum ſe vidiſſe. i. arietem ambulare per ſex paſſus ſine capite.

Lectio XVIII.

QVIA erat altercatio inter Gale. & Ariſt. quidnam eſſet primum principiũ motus voluntarij in animali, vnus ponebat cor, Gale. cerebrũ, quia ibi nerui oriuntur, ẽt Ariſtot. ponebat cor ob id, quòd ibi nerui oriũtur, ideo eſt quæſtio de hoc, & eſt triplex dicẽdi modus, & primus Galeni xij. de vſu partium, vbi dicit quòd cerebrum eſt principium, à quo deriuantur nerui, Auic eſt eiuſdem opinionis j. primi, ij. de aĩa, & xij. de animalibus dicit, ꝙ iſta opinio, ꝙ oẽs nerui oriũtur à cerebro, ſed diuerſimode, quidam n. à parte interiori immediatè, & iſti ſunt ſeptem paria, qui deſeruiunt ſenſibus exterioribus, aliqui oriũtur mediãte nucha, quæ eſt einſdem complexionis cum cerebro, & iſti ſunt triginta paria & duo, & ſic etiam nerui, qui ſunt in corde oriuntur à cerebro, & ſic vel immediate oriuntur, vel mediante nucha, & probatur ſic, omnes nerui prope ſubſtantiam cerebri ſunt craſsiores albiores, & magis ſubſtantiæ cerebri ſimiles, ergo, probatur conſequentia, quia vnumquodq; ortum atteſtatur ſuo principio. Secundo, quia diſſoluto neruo pedis, vt in anothomia licet videre, ſi exquiramus eius finem, in cerebro reperiemus.

Tertio, quia in lęſione, magna lęſio percipitur in cerebro, non in corde, ergo ibi oriuntur omnes nerui, contra iſtam opinionem arguit Auic. iij. de animalibus, & primo ſic, cor in animali primo generatur, ergo nerui integrantes ſubſtãtiam nerui, ꝙ prius cor generetur, patet, ꝙ nerui ſint diſſeminati in corde, patet, tum ẽt quia arteria à porta eſt multũ neruoſa, & tamen oritur à corde, & ſic dixit Auic. quòd malè facit Galen. qui iurauit apud Arabes de hoc, ꝙ nerui oriantur à cerebro, & in hoc fuit Auic. incõſtans, ſed Conciliator, & fuit ſententia Conciliatoris differentia cxlvj. quia dixit Gale. quòd neruus complantatus auriculæ naſcitur à corde, ideo Conciliator dicit, & alij medici, quòd neruorum aliqui oriũtur à cerebro, aliqui à corde, vt qui ſunt diſſeminati in corde, habent ortum à corde ſecundum materiam & ſecũdum efficiens, alij verò qui ſunt in corde diſſeminati, oriuntur à cerebro ſecundum materiam, tamen ex corde effectiuè, quia virtus formatiua orto iam corde conſtituit ſibi cor tanq̃ ſedẽ, cuius calore poſtea producit oẽs neruos, & hanc opinionem tenet hic Albert. & ẽt D. Th. & ſic Cõciliator conciliat, ſed cõtra iſtã opinionẽ inſtant, quia ſic debemus dicere ꝙ omnia mẽbra oriuntur à corde, & probo, ꝙ nerui per te oriuntur à corde effectiuè, quia à virtute ſeminis formatiua, ita etiam omnia alia membra hoc pacto ſunt à virtute effectiua, quia virtus formatiua mediante calore, ita producere dicetur alia membra. Secundo et fortius, quia non eſt neceſſarium, quòd cor animalis geniti concurrat ad procreandum alia membra, quia ſufficit virtus gignitiua, quæ ex communi materia et ſanguine menſtruoſo generat omnia membra. Tertio, primum principium virtutis voluntarie motiuæ eſt cor, ergo

ergo nerui inde oriuntur per illam maximam, quæ ab omnibus conceditur & à Galeno, Auic. & Arist. & non soluitur à Conciliatore, quia vbi est virtus, ibi est instrumentum ortum ad opera illius virtutis sunt prius orti in corde, ideo Gentilis aliter dixit ꝙ aliqui à corde generantur, aliqui à cerebro, qui sunt disseminati in corde ortum habent à corde, quia sunt ex materia superflua existente in corde, qui sunt dispersi in corpore sunt à materia superflua existēte in cerebro, & dicit ipse quòd ista dixit Arist. quia primus neruus oritur à corde, ideo omnes.

Sed contra, quia sic sequeretur, quòd omnia ossa orirentur à corde, quia sunt animalia quæ habēt ossa in corde, quorum principium habent à corde, & tamen non omnia alia ossa habent ortum à corde, sed à spinæ dorsi ea ortri dixit Aristoteles. Secundo vt scitis, neruus est substantia alba flexibilis, ligamentū differt à neruo, quia caret sensu & motu, corda est ex his duobus, musculus est ex illis duobus & carne, & dico, ligamenta reperiuntur in corde in generatione animalis, ergo debent dicere Medici & Aristo. quòd oriuntur ista à corde, & non oriuntur ab osse, tertio non soluuntur, quia vbi primo est aliqua virtus, ibi est instrumentum primo illius virtutis, ideo non cōciliat Conciliator, neq; Gentilis aliquid dicit.

Est tertia opinio Aristotelis, quòd omnes nerui habent ortū à corde, & nulli oriantur à nucha, neq; verum est quòd nucha sit frigida & humida, sed calida & humida, quia ponitur ad contemperandum cerebri frigiditatem, dicit ergo Aristot. quòd omnes nerui oriuntur à corde, quia cor est primum principium sensus, si ergo cordi primo tribuit natura virtutem, ergo & instrumētum, verum est, quòd tripliciter neruus à corde generari intelligi potest, vel secundum materiam, & sic nullum membrum generatur ab alio membro. Alio modo intelligitur secundum efficiens, sed neque hoc modo dicimus, quia sic à virtute gignitiua, alio modo & sic Aristoteles & Galenus intelligunt, non quia generatur ex illo tanquam secundum materiam uel efficiens, sed quia coniunguntur illi, & continuantur, & coppulantur, & sic secundum Galenum cerebro continuantur, secundum Aristotelem cordi coppulantur, & sic primo illi seruiunt, & ab illo primo recipiunt virtutem suæ operationis, & sic virtus voluntariè motiua est prius in cerebro, bene dicit Gale. si sunt in cerebro, & si hæc sit in corde bene dicit Arist. & sic hæc quęstio pendet ab alia quæstione, & quia Aristot. posuit principium virtutis motiuæ esse in corde, ideo ponit quòd nerui conglutinentur cordi, & ego dixi ꝙ sententia Aristotelis magis mihi placebat, & verior videbatur, quia cum in corde sit phantasia & appetitus, ideo, & quia sensus tactus non est in cerebro, ergo, neque alius sensus est, & hoc mihi facit fidem. Ideo soluamus argumenta Galeni, & primo sic arguit, nerui omnes propè substantiam cerebri sunt similio es substantiæ cerebri, quia meliores albiores, ergo cum orta attestentur suis principiis habent ortum à cerebro, nos autem afferamus medicos contra medicos. Respondet autem Auicenna, & optimè negando argumentum, & dando instantiam de neruis opticis, qui sunt albiores quàm humor glacialis, & tamen non oriuntur ab illo.

Secundo, rami in arbore sunt molliores suis radicibus, ergo oriuntur à suis radicibus, falsum est, quia à trunco oriuntur, & ad aliud principium ꝙ orta attestantur suo principio, falsum est, quia aliquid oritur ex terra humida, & tamen est durissimum vt corallū in littore maris, secundo argumentum est contra te, quia nerui sunt substantiæ duræ & compactæ, ergo à corde, quia talis est caro cordis, sed tu dices, ego video quòd inde exeunt nerui. Dico, quòd licèt ita sit, quòd nerui sint molliores & crassiores, est quia terminantur in substantiam cerebri, & in ipsam euanescunt, & desinunt, vt dicit Auic. xxj. tertij canonis, & bene soluit Auicenna, & sic fuit instans.

De secundo, quia videmus ex anothomia, ꝙ si excarnemus neruum, & quæramus eius finem ad cerebrū terminabitur, dico quòd deciperis, quia à corde tendit ad cerebrum, & inde ad pedem, sed tu dices, cur fecit natura neruos terminare ad cerebrum, fecit rationabiliter hoc natura, quia nerui debēt deferre spiritus vitales contemperatos in cerebro, sed dices tu, iste spiritus animalis, quem tu dicis, cōpletur in cerebro, & isti nerui sunt deputati ad deferendum istum spiritum vitalem animalem, ergo primo seruiunt cerebro ipsi nerui, dico ꝙ non sequitur, ꝙ licèt isti nerui sint deputati ad hoc, quia spiritus accipiunt complementum suum in cerebro, tñ quia accipiunt generationē suam in corde, ideo debent ipsi à corde generari, quia inde radix virtutis est, tertio arguebatur ex passione nerui, q̄ est maxima in cerebro, dico ꝙ etiam sit maxima in corde, & si fit in cerebro est per accidēs, quia ēt neruus est organū tactus secūdum medicos, & caro secundum Arist. tamē neruus maxime dolet, & sic dolet ibi neruus ex maxima copia spirituū, & caloris, quia currit semper calor ad partē læsam, & sic dicemus de pūctura nerui in cerebro, ibi maxima copia spirituū inflammatur, inflammata causat maiorē dolorē, & sic negatur argm̄, sed tu dices, iam scimus ꝙ cor est primū principiū, et neruus oritur ab ipso, sed qd nā primū instrumētū motus, Auic et Galen. de vsu partium dicunt, quòd neruus, Auerr. dicit ꝙ musculus, ita est de hoc sicut de visione, primum organum visionis est oculus, primum organū principale est humor glacialis, et sic primum organū motus simpliciter est neruus, primū organum completè est musculus, deinde corda.

Sed tu dices, nunquid omnis neruus, qui est principium motus sit principium sensus, Dico ex Gale. lib. j. de causis simptomatum, cap. v. ꝙ omnis neruus qui est principium motus est principium sensus, sed non ècontra est, quia nerui obtici sunt principium sensus, et non motus, et tamen ècontra est, quia si natura pōt in maius, ergo etiam in minus, et sic neruus quantum est ex sui ratione, et natura pōt esse principium sensus, si sit motus per accidens, tamē pōt impediri, videlicet si neruus fuerit nimis intra carnem, ita quòd tegatur, ita quòd eius virtus habeat impedimentum, Vide Galenū, et de hoc tractatu hactenus.

Clarior expositio eius quod vult dicere superior responsio (hoc est per accidens) vult dicere quòd si in cerebro, vbi sunt nerui ibi maxima læsio & dolor hoc est per accidens, quemadmodũ dicimus secundũ Arist. quòd caro est organum tactus, tamen in punctura nerui maior sentitur dolor quàm in punctura carnis, sed hoc est per accidẽs ratione alterius, videlicet ex maxima spirituum copia & calore, quæ est in neruis, cum deseruiant motui voluntario, etiam quia ad partem lęsam concurrit calor etiam, & inde postea agitatur, & inflammatur, ex cuius inflammatione sequitur postea dolor, & sic etiam est dicendum de neruis in cerebro existentibus.

EIVSDEM EXPOSITIO IN LIBRVM de incessu animalium.

Lectio I.

QVIA dũ exponeremus libros paruorum naturalium, remansit hic omnium difficillimus & vtilissimum, quem sępe citat Aristo. ideo vtilitatis gratia volui exponere hunc librum.

De ordine huius libri ad reliquos iam aliàs dixi, & nunc repeto quòd immediate sequitur ad librum de partibus animalium, præit autem immediate librum de anima, quud patet tum ex verbis Aristot. tũ ratione ex verbis Aristot. quia in calce huius dicit de partibus singulorum animalium, tum aliis, tum his quæ ad incessum spectant, & ad omnem motum dictum est, consequens autem est de anima dicere, præsupponit ergo iste liber librũ de partibus, & pręsupponitur à libro de anima, id est præit librum de anima, & sequitur librum de partibus, tum etiam in calce libri de communi motu animalium in epilogo dicit, cum egimus de singulis partibus animalium de de sensu & memoria, consequens est de animalium generatione dicere, ibi Arist. tacet librum de incessu, quasi quòd ipsum comprehendat sub libro de partibus animalium, ergo & liber iste domini diu fuit ignotum Latinis.

Tum ratione argumentatur, quia communia & priora ordine doctrinæ debent præcedere, sed liber de partibus animalium se habet tãquam quid commune ad hunc librum, probatur, quia in libro de partibus fit consideratio de partibus animalium in se, & in genere, & absolutè, in isto autem libro fit cõsideratio de partibus animalium per omnem speciẽ animalium, & quatenus sunt organa & instrumenta motus incessus, modo pars animalis, vt talis est, & absolute est natura prior se ipsa, quatenus est organũ vel instrumentum, ergo liber de partibus præcedit librum de incessu, & iste immediate præcedit de anima, & iste præcedit librum de sensu & sensili, deinde de somno & vigilia, deinde de memoria & reminiscentia, postea de communi motu animaliũ, deinde de animalium generatione.

Sed hic est dubitatio triplex, primo, quia Aristo. videtur sibi aduersari, quia iiij. de partibus animaliũ cap. x. dicit, cur id genus animalium pedibus careat, iam diximus in libro de incessu animalium, præponit ergo hunc librum libro de partibus. Tum clarius ibidem cap. xij. dicit, cur quidam pisces pinnis careant, eadem est causa, cur quidam serpentes pedibus carent, eius causa redditur in libro de animalium incessu, ergo hunc proponit libro de partibus.

Tum ibidem in libro de partibus animalium in fine dicit epilogando, cum de partibus animalium dictum sit, consequens est de generatione animalium dicere, non autem dicit Aristo. consequens est de incessu animalium dicere, ergo liber de generatione animalium est, qui immediate sequitur ad librum de partibus, & non iste.

Secundo ratione, quia vt dictum est, communiora debent præcedere ordine doctrinæ, sed ita est, quod incessus animalium in libro de communi motu animalium cõsideratur sub ratione communiori & natura priori, quia ibi consideratur quo ad conditiones cõmunes omnibus animalibus, quia dicitur ibi, quòd omnis motus naturalis quicumque sit requirit duplicem fixionem intrinsecam & extrinsecam, extrinsecam scilicet cui innititur in mouendo, quoniã si id cui innititur citius cedat, quàm id quod innititur, parum durat motus, vt patet in arena, etiam requirunt fixionem intrinsecam, quia semper in mouendo superiora membra inferioribus innititur, vt femur deprimit coxam, illa verò crus, illud autẽ genu & tibiam, hæc verò talos & extremos pedes, qui postea vltimi subiectam deprimunt terram, hic autẽ consideratur incessus, quo ad organa specialia & particularia, in vnoquoque animali, ergo liber de communi motu in quo agitur vniuersalius de incessu animalium præit hunc librum.

Tertio, quia videtur quòd alter horum tractatuũ superfluat, scilicet aut liber de communi motu animalium, aut iste, quia vtrobique subiectum primum est incessus animalium, videtur idẽ subiectũ, quare.

Dico domini de primo, quòd Aristot. in his verbis non intendit explicare ordinem illorum librorũ inuicem, sed illud dixit, quia forte composuit prius librum de incessu quàm de partibus, quod manifeste ostendunt verba eius in fine libri, quòd scilicet iste de incessu præsupponit librum de partibus, & ꝑ hoc patet solutio ad eã authoritatẽ secundam ibi eodẽ libro. Ad aliud, quia in fine libri de partibus, dico dupliciter, quia Arist. dicit consequẽs est de generatione animalium dicere, non quòd liber de generatione animalium immediate sequatur ad librum de partibus, sed sequitur longo tempore & interuallo; sed ad librum de partibus immediate sequitur liber de incessu, deinde de anima, aliter dicerem, ꝙ illa litera est correcta, debet legi, cõseqnẽs est de incessu.

Ad secundum fortè quòd liber de communi motu animalium ordine doctrinæ debet præcedere de incessu propter rationem dictam, sed cur igitur præponit hunc librum illi, ò, multotiẽs hoc facit Arist. propter faciliorem, cõmodioremq; doctrinam peruertit ordinem, sicut fecit in iij. de anima, de intel-

lectu agente & possibili, quia cum duæ sint partes animæ rationalis.s. intellectus agens, & intellectus potentia, agens est natura prior possibili, tñ prius egit de possibili propter eius maiorem cognationẽ cum sensu, quia sicut sentire est pati, ita intelligere nostrum erat quodam pati, quia immediate à sensu, à cognitione, sicut etiam fecit in tractando de plantis, plantæ enim priores natura sunt animalibus, tñ quia plantarum partes innotescunt ex partibus animalium, ideo prius egit de animalibus propter faciliorem doctrinam, ita in casu licet liber de communi motu animaliũ prior sit ordine doctrinę libro de incessu, quia sub vniuersaliori conditione considerat incessum, tamen quoniam iste liber maximam habet cognationem cum libro de partibus, quia vterque agit de partibus animalium licet diuersimode, ideo præit iste librum de communi motu animalium.

Ad tertium de subiecto nego argumentum, quia licet vtrobique sit idem primum subiectum, est tamẽ diuersa ratio considerandi illud, quoniam in libro de communi motu incessus est subiectum primum quo ad illam conditionem communem.s. fixio extrinseci & intrinseci, hic autem incessus consideratur quo ad instrumenta, & organa incessus naturalis in vnaquaque specie, quare non est eadem considerandi ratio. Et hic pro nomine incessus debetis intelligere omnem motum cuiusque animalis qualiscunque sit ille motus de loco ad locum, notanter dico de omni motu de loco ad locum, quia hic non intendit de animalibus terrę affixis sed tantum intendit de motu animalium de loco ad locum animali conuenienti ex eorum ratione intrinseca ex anima ipsa, qualiscunq; sit ille motus vel volatus, vel saltus, vel natatus, vel progressus.

De commodis autem animalium. Diuiditur iste liber in tres partes in prima parte ponit intentionem dicendorum, in secunda ponit quæstiones & problemata soluenda, in tertia ponit ordinem illarum quęstionum. De prima intendimus explicare de partibus commodis incessui, & tria quæremus de his partibus animalium, primo quæremus de his partibus quo ad earum configurationem, quo nam pacto con fabricatæ sint à natura. Secundo quo nam fine istæ partes in animalibus insint, tertio quæremus differentiam harum partium ad inuicẽ in eodem animali, quoniam multæ partes concurrunt ad motum animalium vt crura, & brachia, alæ, aliomodo tamen illæ, aliomodo aliæ concurrunt, & quæremus harum partium differentiam in reliquis partibus animalium his similibus secundum proportionem, quia sicut in quadrupede quatuor sunt partes, duæ anteriores, & duæ posteriores concurrentes ad motum, ita etiam in volatilibus, & in omnibus animalibus sunt quatuor partes ad motum concurrentes, & sic dicemus differentiam harum partium à reliquorum animaliũ partibus dummodo inuicem habeãt proportionem, hæc ergo tria quæremus, hoc est primum.

Secundo Aristot. ponit ordinem doctrinæ dominus antequam inquiramus notitiam harum partium incessus in animalibus quo.s. fine, & quomodo differant prius soluemus aliquas quæstiones, & ponit quinque quæstiones ante intenti executionem soluendas, prima est quot nam notis numero paucissimis possint animalia incedere, notis.i. signis, articulis, inflexionibus, iuncturis, de quibus dicet longo processu infra.

Secundo quæremus cur animalia omnia sanguine prædita quatuor notis exercent motum incessus, scilicet duobus secundum crura, & duobus aliis secundum humeros, & similiter volatilia quatuor tantum notis vtuntur, & quadrupedia etiam tantum quatuor notis vtuntur ad incessum & non pluribus, cur autẽ non pluribus, reddet causam Arist. addet tñ Aristot. quæstionem de vespertilione, quia pluribus vtitur quã quatuor ad incessum, q̃a duobus animalis & quatuor pedibus, & ipsam soluet in fine tractatus.

Tertia quæstio cur animalium quædam carent pedibus, & quædam habent pedes, & cur habentiũ pedes, quædam quadrupeda, quædam bipeda, quædam multipeda, & quæremus cur animalia habentia pedes habent pedes numero pares, & etiam quæremus cur de numero animalium mouentium notis mouentur paribus non autem imparibus.

Quarta quæstio cur in toto genere animalium aliqua sunt bipeda sicut homo & aues, cum tamen in aliquo animalia careant pedibus vt pisces, secundo quæremus cur licet homo & aues sint bipedes, & quatuor notis moueantur, quæremus causam cur homo & auis mouent crura, quare eo modo inflectendo, quia homo inflectit crura ad conuexum.i. ad partem posteriorem, aues autem inflectunt crura ad concauum.i. ad partem anteriorem, quæremus etiam causam cum ad motũ hominis concurrant pedes & crura, cur habent contrarium modum inflexionis, quia crura inflectuntur ad conuexum, pedes autem ad cõcauum, quæremus etiam causam cum in quadrupede priores partes correspondeant brachiis in homine, posteriores autem pedibus, cur duo priores pedes in quadrupede non tantum mouentur contrario modò inflexionis ad partes posteriores quadrupedis, sed ẽt contrario modo inflectuntur ad partes priores hominis, & similiter posteriores partes in quadrupede, non tantum mouentur contrario modo ad primas, sed etiam ad posteriores partes hominis.i. ad pedes, quia in homine crura mouentur ad conuexum, brachia autem ad concauum, quare ergo est contrarietas harum partium, non tamen inuicem in quadrupede, sed etiam in homine, & isti sunt fructus philosophiæ, non autem vt de vniuocatione artis, illi potius sunt vanitates.

Dicit Arist. homo inflectit brachia ad concauum, crura autem ad conuexum, econtra autem quadrupeda crura posteriora ad concauum, priora autem ad conuexum, declaremus ergo recte dicit iste Leonicus, & quicquid ipse dicit accepit à Michaele Ephesio, aliqua tamen addidit, imaginatur Arist. quòd in hominẽ fiant duo circuli, vnus ex inflexione pedum, ita quòd vnguibus pedum contangat frontem, alius fit circulus quo inflectat brachia ad frõtem, in vtroque horum circulorum est duplex pars, scilicet interior

rior & exterior .i. concaua & conuexa, concaua enim pars dicitur interior, conuexa autem exterior, concaua ceu interior pars primi circuli eſt frons, facies, guttur, torax, venter & crura anteriora, pars vero exterior ſiue conuexa eſt occiput, dorſum, poſteriores ſuræ, & calcaria, & Galenus in tertio de vſu partium vtitur eodemmodo loquendi, ergo hic vtitur Ariſt. quia ergo homo inflectit crura verſus dorſum, & hæc eſt exterior, & conuexa pars circuli, ideo homo dicitur flectere verſus dorſum. i. ad conuexũ eodemmodo ſi imaginemur circulum ex inflexione manus ad frontem, exterior pars huius circuli eſt humerus, cubitus, pars autem interior & concaua eſt alæ, inferior cubiti, & vola manus, & ideo quia homo in flectendo manum inflectit verſus volam, vola autem reſpicit partem interiorem ſui circuli & cõcauam, ideo homo dicitur vertere brachium ad concauum eodemmodo imaginatur Ariſtot. in aue fieri circulos ex inflexione pedis ad roſtrum, huius circuli eſt pars interior & exterior .i. concaua & conuexa, pars interior & concaua ſunt roſtrum, pectus, tibiæ, & vngues, pars autem exterior .i. conuexa ſunt occiput, dorſum, cauda, & quia auis in inceſſu inflectit crura ad concauum, eſt ergo contrarius modus inflexionis pedum in aue & in homine. & ideo quæremus cauſam huius quando. ſ. auis puta grus inflectit pedes verſus concauum, homo autem verſus conuexum, & ſic in homine imaginatur duplex circulus vnus pedis ad faciem, alius manus ad faciem, & ſimiliter de aue, ita in quadrupede imaginatur duplex circulus, vnus pedum anteriorum ad caput, alius pedum poſteriorum ad caput, in primo circulo erit ſimiliter exterior & interior, pars interior erit facies, genu, pedes, exterior autem erit occiput inflexio iuncturę, & quia equus dicitur inflectere pedes ſuos anteriores ad cõnexum ſui circuli, quia ipſos verſus occiput inflectit, homo autem econtra, ſcilicet manus inflectit ad concauum ſui circuli, quia verſus volam manus, eodẽ modo ſi imaginemur ꝙ equus inflectat poſteriores pedes verſus faciem, ibi erit pars exterior & interior .i. conuexa & concaua, pars interior, idest concaua erit frons, facies, genua, & partes anteriores pedum, exterior erit occiput, dorſum, & partes poſteriores pedum, quia igitur brutum dicitur inflectere pedes poſteriores ad concauum ſui circuli, quia ipſos inflectit verſus dorſum, ideo contrario modo inflectit quàm inflectantur crura in homine, quoniam pedes in homine ad conuexum inflectit, quare quæremus diuerſitatem iſtam.

Quinta quæſtio erit cur omnia quadrupedia per diametrum mouentur, quia cum equus incedit, mouet pedes ſecundum diametrum, primo mouet duos pedes. v. g. pedem dextrum anteriorem, & ſiniſtrum poſteriorem, poſtea mouet duos alios vt patet, poſtea dicit, quòd quadrupeda quæ primo pariunt oua non immediate animal, vt lacertę crocodilli non inflectunt econtrario ad hominem crura priora & poſteriora, ſed ſpeciali quodam modo inflectunt, ſcilicet in latus, vt lacertæ & dicit Ariſtot. quòd quadrupeda hocmodo mouerantur manifeſtum eſt ex naturali hyſtoria, ſed cauſa hic quærenda eſt & inueſtiganda à nobis.

Lectio. II.

PERSCRVTATIONIS *autẽ principium*, ponit Ariſt. intentionem dicendorum, & problemata diſſoluenda, & eorundem ordinem, hic ſecundomodo repetit ſuppoſitiones neceſſarias huic libro, & eas repetit ex naturali philoſophia. Quæ pars præſens continet quatuor particulas iuxta quatuor ſuppoſitiones quas facit, prima expoſitio eſt quòd opera naturæ per ſe ſemper eodemmodo fiunt vt ignis ſemper aſcendit, dico ſemper per ſe aſcendit, quia ſtat, licet raro & per accidens quòd impediatur aliquando, & non eodemmodo operentur ut patet de generatione hominis ſi impeditur, & ita ex hoc ſuppoſito Auer. 8. Phyſ. accepit contra Auicennam quòd homo non poteſt generari ex putri materia, & per ſe, & ſi ſic, ergo ſemper eodemmodo generatur ex putri materia, aut raro, & per accidens quare prę ter intentum hoc eſt primum. Secundum ſuppoſitum famoſum vbique ab Ariſtot. & Galeno in de ſectis, quòd natura nihil facit ſuperfluum nec diminutum per ſe, ſtat tamẽ oppoſitum quòd aliquando abundantia materiæ producit ſex digitos in manu, ex defectu materiæ tantum quatuor, & addit non tãtum in animali, natura nihil facit ſuperfluum, nec diminutũ, ſed omnia in animali ſemper facit propter melius & econtra, vnde natura facit omnia membra in animali in optima diſpoſitione ſecundum quòd poſsibile eſt omni conuenire, & hæc ſuppoſitio patet inductione, & hoc eſt, quod dixit Auer. quòd naturalis philoſophus debet eſſe imitator naturæ, & Leonicus dixit quòd philoſophus non debet vti verbis ſynonimis, quia debent imitari naturam, quę vtitur paucioribus mediis quàm poteſt. Tertia ſuppoſito, ꝙ ſex ſunt differentiæ poſitionis. ſ. dextrum, ſiniſtrum, ante, retro, ſurſum, & deorſum, & hic Ariſt. agit melius de differentiis poſitionis, quàm ſecundo cœli, & alibi & alius expoſitor, ſex ergo ſunt differentiæ poſitionis, quæ ita imaginantur à nobis, dicit Ariſt. quòd ſint tres lineæ ſe ſecantes ſuper eodem puncto ad angulos rectos, iſtæ tres lineæ declarant nobis tres dimenſiones, & ſex differentias poſitionis, & harum vna dicitur longitudo, & termini huius extremi ſunt ſurſum & deorſum, alia dicitur latitudo, cuius extremi termini ſunt dextrum ſiniſtrum, alia dicitur profunditas, & huius termini ſunt ante & retro, quia vna linea menſurat latitudinem animalis, alia longitudinem, alia profunditatem, & hæc ſuppoſitio eſt tantum propoſitio perſuaſibilis à mathematico & indemonſtrabilis. Quarta ſuppoſitio ex 7. Phyſi. decimo omne quod mouetur ab altero mouetur altero quinque modorum. ſ. aut pulſu, aut impulſu, aut tractu, aut vectione, aut vertigine, cum igitur in motu animalis neceſſario debeat vna pars mouere alteram, quia vna pars figitur terræ & trahit

alte-

alteram, quia pes dexter figitur terræ, & trahit pedem ſiniſtrum, ſiniſter autem ad dextrum, & iterum figitur, ergo animal mouetur altero quinque modorum, principia autem dicit Ariſt. per ſe motus in animali ſunt tantum duo. ſ. pulſus & tractus, motus autem vectionis nihil facit ad propoſitum noſtrum, quia eſt motus per accidens rei delatæ, vt cum homo vehitur naui, ille dicitur motus per accidens non per ſe, per ſe autem principia inceſſus ſunt duo tantum dicti, & intellige quòd iſti duo motus ſunt principia, id eſt ſunt partes illius motus, quia ille motus inceſſus nō eſt ſimplex, ſed mixtus ex pulſu & tractu tanquam ex partibus, ideo 8. Phyſ. dixit Auer. quòd motus inceſſus animalis non eſt purè naturalis, quia eſt ab extrinſeco, motus autem vere naturalis eſt tantū ab intrinſeco, eſt tamen verè naturalis homini reſpectu animæ à qua eſt, ratione tamen corporis eſt violentus, quare non eſt pure naturalis, hæc eſt quarta ſuppoſito quòd prima principia per ſe inceſſus ſunt tantum impulſus & tactus.

His autem conſtitutis, cum poſuit ordinem & intentionem dicendorum, & quæ nam ſunt quæſtiones diſſoluendæ & earum ordinem, & ſimiliter poſuit ſuppoſitiones neceſſarias huic ſcientię, nunc aggreditur propoſitum ad oſtendēdum quomodo fiat inceſſus animalium, & per quæ organa fiat, dicit primo quòd in genere bifariam poſſunt moueri animalia motu inceſſiuo, primo quidem ſi toto corpore ſimul nulla ſucceſsione partiū corporis, & partis poſt partem, ſed ſimul cum toto corpore ſicut mouetur ſaltu, vt locuſtæ, & alia vt dicemus, & videtis quòd Ariſt. intelligit per inceſſum quēcunque motū, aut ſecundo animal poteſt moueri ſucceſsione partium, vt patet in quadrupede, cum enim moueatur quadrupedia prius figunt pedē anteriorem dextrum, & poſteriorem ſiniſtrum, poſtea mouet pedem ſiniſtrū anteriorem, & poſteriorem dextrum, dicit Ariſto. ꝙ in vtroque horum motuum requiritur aliquod extrinſecum firmum, ſeu fixum, ſuper quo animal innititur ſuo motu, & hoc patet inductione diſcurrendo per omnes motus, vt etiam patet in libro de communi motu animalium, vt cum piſces intra aquam mouentur ſuum ſtabilimentum eſt aqua, quia ſi piſcis debet moueri oportet quòd aqua reſiſtat ipſi piſci, & ſi velociter ipſa aqua currat quàm piſcis, tunc non poteſt ſe mouere, eodemmodo aues in aere requirunt aerem extrinſecum fixum ſuper quo innitatur, quia ſi aer facilius cederet, tunc aues non poſſent volare, & eodemmodo greſsibilia requirunt firmum ſuper quo innitatur, ſ. ipſam terram, & ſi terra facilius cederet inniuxui pedis animalis, vt patet in arena, non poſſet ſe mouere animal, aut ſaltem difficile ſe moueret, in motu autem ſaltus requiritur vltra extrinſecum firmamentum etiam aliquod intrinſecus fixum, & firmum, cui una pars innitatur in motu ſuo, quia in iſto motu vna pars innititur alteri, ſicut vna pars deprimit alteram, & pars deprimens innititur parti depreſſæ, mediante articulo, aut iunctura ſicut patet in homine, quia pars ſuperior mouet femur mediante coxa, & ei innititur, & femur mouet tibiam mediante genu & ei innititur, & tibia mouet pedem mediante talo, eodemmodo humerus mouet brachium mediante vlna, & ipſam deprimit cui innititur mediante vlna. i. cubito, & item vlna ſeu cubitus mouet manum mediante carpo, generaliter, ergo patet dicit Ariſt. ꝙ in omni motu ſaltus duplex fixio requiritur, probat hoc Ariſt. quòd ita ſit in natura, quia ſicut eſt in arte, ita eſt in natura, quia ars imitatur naturam, ſed hi qui arte ſaltant in motu ſuo innituntur alicui fixo, ergo etiam ita debet eſſe in natura, quòd ita ſit in arte, probat Ariſt. duplici exemplo, primo q̃ ſaltantes pentathli plus ſaliebant cū vtebantur in motu ſuo halteris in manibus, de hoc vide Leonicum, eodemmodo in veloci curſu fit, quoniam velocius currunt homines cum iactant manus & brachia, quia quaſi totum corpus innititur brachiis, quare non tantum hic eſt extrinſecus ſtabilimentum, ſed etiam aliquod intrinſecus.

Sed dices hoc etiam conuenit motui progreſsionis, quia ut dixit Ariſt. in de communi motu, omnis motus naturalis requirit, duplex fixum, ſcilicet extrinſecum & intrinſecum cui innitatur, quia dicit Ariſt. vna pars mouet alteram, & illa mouet alteram donec perueniat ad vnam partem mouētem immotam quæ eſt cor, ergo non tantum in motu ſaltus quàm in motu progreſsionis requiritur hoc duplex fixum quare.

Dico quòd ita eſt de facto, quòd etiam in motu progreſsionis requiritur hoc duplex innixū, ſed hoc Ariſt. dixit ſolum de motu ſaltus, quia in eo erat magis neceſſarium, licet hoc ſit verum de omni motu. *Semper autem illud*, ex quo ſequitur ex primis dictis dicit Ariſtot. ꝙ ſi omne animal in motu ſuo requirat innixum partis mouentis, & deprimentis ſuper motam & depreſſam, ſequitur quòd omnis motus animalis neceſſario debet exerceri per duo organa & partes duas diſtinctas, quarum vna alteram deprimet ut ipſi innitatur, altera autem tanquam ſtabilimentum cui deprimens innitatur, vna quæ deprimat, altera quę deprimatur, ex quo ſequitur ꝙ ſi fuerint animalia in quibus hæc non ſint inſtrumenta ut in animalibus terræ affixis, non erit iſte motus inceſſus, quod patet exemplo, quoniam ſi debet moueri homo motu progreſsionis, neceſſario ibi debet eſſe hęc diſtinctio duarum partium, quarum vna alteri innitatur. *Quoniam autem dimenſiones*. reuertitur Ariſt. ad declarādum tertiam ſuppoſitionem vbi facit pulchram digreſsionem, in qua erunt pulchræ difficultates, dicit, quia diximus in tertia ſuppoſitione quòd tres erant dimenſiones, longitudo, latitudo, profunditas, ſex autem differentiæ portionis, & ꝙ quęlibet harum trium dimenſionum habet duas differentias.

Vult modo declarare Ariſt. quem ordinem naturæ differentiæ iſtæ habeant inuicem, & quibus nam animalibus inſint, & loquitur generaliter de omnibus animalibus corruptibilibus, quia vt dicitur 2. cœli in cœlo ſunt iſtæ differentiæ diſtinctæ ex natura rei, per ſe autem ſunt tantum in animalibus, in inanimatis autem non verè inſunt, niſi in reſpectu ad viuens, facit autem totum ſermonem, ut oſtendat ꝙ totus

totus incessus animalis est à parte dextra, & terminat in sinistram,& primo exequitur desursum & deorsum,deinde dicet de ante & retro, tertio vero de dextro & sinistro,de primo cum ergo sex sint differentiæ positionis, earum duæ communissimæ sunt, scilicet sursum & deorsum,quia non tantum in animalibus,sed etiam in plantis insunt,quia summuntur sursum & deorsum in animalibus ex receptione nutrimenti,quia sursum est pars p r quam trahit cibum vt os,& in planta radices sunt sursum, quia per illas fit nutrimenti distributio, deorsum autem est pars per quam emittuntur excrementa. Quia ergo in omni viuente generaliter tam animali quàm planta necessario requiritur motus nutrimenti & augmenti,sursum autem & deorsum summuntur ratione horum, ergo sursum & deorsum insunt omni viuenti. Secundo dicit Aristot. hæ duæ partes.s. superior & inferior non tantum opere ab inuicem distinguuntur,sed positura etiam, opere, quia per superiorem quidem accipitur nutrimentum, per inferiorem eijcitur superfluum nutrimenti,positura etiam siue situ differunt ad ipsum vniuersum, quia in plantis superior pars respicit sursum vniuersi, in animali autem vt in homine,quia est rectæ figuræ superior pars respicit superiorem partem vniuersi, quæ inferior respicit inferiorem vniuersi, in quadrupedibus autem vt in brutis,quia hæc dicuntur prona medio modo se habent,quia se habent in situ medio, quia se habẽt in situ medio,quia oblique vniuersum respicit,& lateraliter,istæ ergo duæ partes non tantum opere,sed etiam positura differunt ad inuicem, scilicet superior & inferior.

Quæcunque autem non solum. Secundo loco prosequitur Arist. de ante & retro, quæ duæ differentiæ positionis sunt minus communes quàm primæ, quia conueniunt per se solum animalibus, & hoc erit difficile tam perfectis quàm imperfectis, probat Arist. quia istæ duę differentiæ summuntur ex motu sensus.i.ex actu sensationis,per sensum absolutè semper intelligit exteriorem, cum autem intelligit sensum interiorem semper addit aliquid, quoniam pars anterior dicitur in qua vigent sensus vt oculi,aures, os, & ideo natura dedit sensum animali in parte anteriori,quia dicit debet moueri ad partem anteriorem, pars posterior est ei opposita,quia ergo in omni animali vigent sensus necessario, quia omne animal sensu est animal,ideo in omni animali inest pars anterior & posterior, de hoc tamen est difficultas propter animalia affixa.

Tertia differentia adhuc minoris est ambitus dextrum & sinistrum, quę solis perfectis animalibus pro cessum habentibus de loco ad locum insunt, quia summuntur istæ duæ differentiæ in animali perfecto ex motu incessus,quia semper motus incipit à parte dextra in sinistram,quare secundo addit Arist. quòd istæ duæ differentiæ distinguũtur positura ad ipsum vniuersum in ipsis animalibus sicut distinguebantur cæteræ differentiæ,sed tantum opere distinguuntur, ratio est, quia pars dextra animalis non necessario respicit partem dextram vniuersi,quæ est oriens,nec pars sinistra animalis necessario respicit partem sinistram vniuersi quæ est occidens, sed solo opere. Et addit quòd in aliquibus animalibus istæ duæ differentiæ sunt minus distinctæ,in aliquibus autem magis,quia animalibus habentibus manifeste organa distincta vt alas,latera manifestè insunt, quia manifeste videmus quòd ab vna parte incipit motus,& hęc est dextra, & in aliam desinit, & hæc est sinistra, in animalibus autem in quibus organa non sunt distincta,vt in serpentibus, vermibus,qui appellantur intestina terræ non manifestè insunt partes istæ, scilicet dextrum & sinistrũ,sicut manifestè insunt animalibus partes & organa manifestè distincta habẽtibus.

Examen.

SVPER his dictis Arist. est multiplex dubitatio, prima est in eo quod dixit ꝙ saltantes facilius & melius saltabunt cum illis instrumentis in manibus, si habeant in manibus, & hoc est propter extrinsecus innixum manuum,quia duplex firmum requiritur, secundo dicit quòd etiam currentes velocius currebant iactando manus & brachia quàm nõ mouentes manus, quia innitebantur membra totius corporis brachijs sic se mouentibus.

Est prima dubitatio,quia non videtur ꝙ saltantes innitantur illis alteris,imò sit econtra, quòd illæ alteræ manibus innitantur,quia alteris est descendere, & descenderent,nisi manus detineret, si quo à manu detinentur,ergo manui innituntur.

Tu in secundo dicto ꝙ iactantes manus citius currunt,contra quia in libro de communi motu, omnis innixus necessario fit super aliquod quiescens, vnde piscis in aqua non moueret se, nisi aqua quiesceret, & sic de aue in aere,quomodo ergo membra totius animalis possunt inniti brachiis & manibus se mouẽtibus,cum omnis innixus fit super aliquod quiescens fixum,melius ergo innituntur membra corporis brachiis firmis quàm motis. Secundo si ita sit quomodo innituntur,& iste innixus est causa velocis motus. Dico domini de primo quoniam res est difficilis quòd salientes innituntur illis instrumentis plumbeis siue alteris,cum dicimus salientes habent instrumentum cui innituntur manibus, dico quòd non innituntur manibus, sed bene detinentur à manibus,quasi quòd iste innixus fiat aliis musculis.s. membrorum superiorum, dico ergo quòd non sequitur, detinentur violenter à manibus,ergo innituntur,nego argumentum, quia diuersis musculis innituntur.

Ad secundum dico vt dicitur in libro de communi motu animalium,quòd omnis innixus debet fieri super aliquod quiescens,vel extrinsecum vel intrinsecum, ad argumentum dico ꝙ non est necesse ꝙ illud innixũ simpliciter quiescat, sed bene necesse est, quòd quiescat ab eo motu, quo mouetur illud quod innititur, sicut piscis innititur aquæ, & tanquam aqua defluit & mouetur, aqua non mouetur eo motu, scilicet veloci quo mouetur piscis, quia si sic tunc

sic tunc piscis mouetur & sic de aue in aere.

Ad tertium quomodo facit iste innixus ad velocitatem,& quomodo mēbra superiora innituntur his partibus, dico quantum scio, quoniam hæc Aristot. accepit ab experientia,non ratione, dico quòd forte iste innixus est similis ei,quo nauis innititur remis in aqua, & quasi ꝙ similiter in eo sit pulsus & tractus, impellitur enim remus ad partem anteriorem, postea ibi fixus trahit nauim ad illam partem, sic est in casu.

Secunda difficultas de differentiis positionis,quia dixit Arist.quòd in omni viuente insunt duæ differentiæ positionis,scilicet sursum & deorsum. Est dubitatio quia ex Theophrasto primo de hystoria plantarum cap. 1.dubitatio est de tuberibus, quesiti tartuferi carent radicibus, sic etiam fungi videntur carere radicibus, & sicut etiam sunt multæ plantæ supernatantes in superficie aquæ, quæ non habent radices,quomodo ergo in his est pars superior est qua trahitur nutrimentum,in plātis trahitur per radices, quomodo ergo est in his cum radicibus careant.

Dico etiam si non omnibus plantis distinctę sint istæ partes sursum & deorsum,tamen sunt in eis confusæ,quia est aliquod proportionale illis,& ita est de tuberibus & fungis, quæ licet non habeant radices apparentes,habent tamen radices aliquas, quibus à terra trahunt nutrimentum,& ita est de plantis natantibus in superficie aquæ, quoniam habent aliqđ loco radicum,& sic est in fungis, quoniā fungi sunt etiam plantæ. Tertia dubitatio dixit Arist.licet sursum & deorsum insint omnibus viuentibus, tamen secunda conditio.f.anterior pars & posterior nō omnibus viuentibus, sed solis & omnibus animalibus, plantis autem non nisi per respectum ad hominem, quia pars anterior in animali est principium sensationis.i.pars in qua viget sensus exterior. Est dubitatio,quia si sic, ergo etiam in animalibus in quibus solummodo est sensus tactus necessario sumuntur istæ partes.f.anterior & posterior,sed ostēdo, quòd non possunt sumi in eis, quia sensus tactus viget solum in corde, quia tactus primo demandatur cordi, ergo in ea parte quæ in huiusmodi animalibus habet rationem anterioris est cor,& non alia pars,ergo nō habet ante & retro. Tum fortius, quia sensus tactus in huiusmodi animalibus disseminatus est toti corpori, ergo non magis viget in vna parte quàm in alia, ergo non magis vna pars dicitur anterior quā alia.

De primo dico ut Arist.ad argumentum dico ꝙ licet cordi primo demandetur tactus, non tamen cor dicitur pars anterior, o pars anterior est in qua viget sensus tactus,dico ꝙ illa est pars anterior,quę est exterior, & in qua manifeste apparet vigere sensus tactus modo licet in corde vigeat, tamen quia cor nō est pars exterior,sed interior, & in eo non manifeste patet ad sensum,ideo non sufficit quare.

Ad secundum dicunt aliqui,quòd ideo dicitur vigere magis sensus tactus in vna parte quàm in alia, quia cor in vnam partem magis declinat quàm in aliam vt secundo de partibus cap.7.ideo cum primū tangendi sit ea pars in quam magis inclinat cor, in ipsa magis viget sensus vt in determinata parte. Sed quid secundum Galenum cor est in medio animalis, & nō magis declinat ad vnam partem quàm ad aliā, quomodo igitur dicetur magis vigere in vna parte quàm in alia,intelligatis ꝙ cor est in ea parte corporis, quæ est ad vitam necessaria videlicet caput, torax, & venter, quoniam si abscinderentur ab homine crura & brachia adhuc posset viuere, quia non sunt necessariæ partes ad vitam animalis,remanet ergo difficultas secundum Galenum, quia cor est in medio precisè.

Dicerem quòd de facto sensus tactus non magis viget in vna parte quàm in alia, quæ ergo pars in huiusmodi animalibus.f.spongiis est anterior pars? dicerem ꝙ quælibet pars est anterior & posterior, confunduntur,sed dices quomodo ergo istæ differentiæ positionis distinguuntur in omni animali ex natura rei ut dixit Arist.secundo cœli dico ꝙ huiusmodi animalibus ex natura rei non organo & subiecto, quia hæc distinctio ex natura rei, organo, & subiecto tantummodo est in animalibus perfectis ut in homine, sed in his distinguuntur ex natura rei, quia solo opere,quia anterior pars erit in qua vigebit sensus, posterior ei opposita non tamen subiecto & organo distinguuntur,quia in qualibet parte potest vigere, sed opere,quia pars in qua vigebit dicetur anterior,pars opposita dicetur posterior. Quarta dubitatio de dextro & sinistro, quia Arist. dicit quòd pars dextra animalis est in qua incipit motus,sinistra in qua desinit,& quòd istæ duæ differentiæ insunt tantū perfectis animalibus,quæ habent motum incessus de loco ad locum,est dubitatio de cancris & ostreis,quia cancri æqualiter incedunt in omnem partem, & ostreę vndique habent dextrum & sinistrum ergo.

Secundo ex Platone in libro de legibus dicit ꝙ pars dextra & sinistra in homine non insunt,nisi secundum consuetudinem distinctē, cuius signum ꝙ si quis assuescat sinistram manum ita vigorose vtetur sicut dextra, ergo nō ex natura rei ut dicit Arist.

Tertio quia secundum Aristot.cor est principium motus, sed cor magis uergit in partem sinistram quā in dextrum primo de hystoria cap.17.ergo magis sinistra est principium motus quàm dextra pars.

Quarto quia experientia uidemus oppositū, quia sicut etiam dicit Arist.textu sequēti homo stans incipiens progredi prius porrigit pedem sinistrum,deinde trahit dextrum,ergo sequitur ꝙ pes sinister est principium motus, quia prius mouetur quare.

Dico quòd pars dextra est principium motus,ratio est,quia calidior ex membris ut ex epate circunstantibus, ad argumentum dico vt dicet Arist. ꝙ licet æqualiter inclinetur in omnem partem, tamen magis in vnam partem quàm in animaliam, quoniā ea pars in qua chelæ sunt maiores & crassiores illa est dextra pars, dicit tamen Arist. quòd in huiusmodi animalibus istæ differentiæ sunt distinctæ & inordinatæ à natura.

Eodemmodo de ostreis,quia quęlibet pars in illis est dextra & sinistra,dextra quatenus ab ipsa est principium motus,sinistra quatenus ipsum finit motum, & di-

stinguntur ex natura rei, non subiecto & organo sed opere vt dictum est, de hoc tamen in sequentibus. Ad secundum dico quòd in hoc Arist. recedit à Platone, quia vna pars est vigorosior in homine quàm altera quæ dicitur dextra, stat tamen per accidens ꝙ ex consuetudine quòd æquè vigorose vtrisque vtamur. Ad tertium, ad quartum nego argumentum quòd licet incipicus moueri prius mouet sinistrum, non tamen sequitur quòd sinistrum sit principiū, mo tus prius mouet sinistrum pedem vt ei innitatur tota moles corporis ad trahendum pedem dextrū, pars tamē dextra est principium motus, quia est calidior.

Quinta & vltima dubitatio, quia dixit Arist. quòd istæ differentiæ positionis ex duplici motu suminuntur sursum & deorsum ex motu nutrimenti, ante & retro ex motu sensus exterioris, dextrum & sinistrū ex motu locali, est dubitatio, quia vt dicitur secundo cœli istæ differentiæ pōnis insunt cœlo distinctæ ex natura rei sicut in homine ipso, & tamen in cœlo non sunt isti tres motus, ergo ex tribus motibus vniuersaliter non summuntur. Dico quòd re vera istæ differentiæ generaliter non summūtur ex duplici motu, sed solum summuntur ex triplici motu in generabilibus & corruptibilibus, quia in cœlo tantum summuntur omnes ex vno simplici motu locali, quia poli in cœlo habent notam superioris & inferioris, quia pars superior quam innititur motus localis cœli habet notam superioris & inferioris, sed cœlum in notis suis super polis innititur, ideo quo ad regionem nostram polus qui est super caput est superior, qui infra pedes est inferior, & quare in polis summuntur superius & inferius respectu nostræ habitationis, quia vt dicunt philosophi hæc regio nostra est perfectior quàm alia, ideo polus, qui respicit partem dextram est polus dexter, & qui respicit partem sinistram nostræ regionis est polus sinister, & anterior in qua viget motus posterior ei opposita, & dextra per quam inciperet motus, sinistra in quam desineret, quare ex vno motu simplici in cœlo summuntur differentiæ.

Sed dices cœlum est corpus sphæricum, ergo si inciperet moueri non magis ab vno puncto inciperet quàm ab alio, vt patet si reuoluatur corpus sphericum, non ergo magis inciperet moueri ab vna parte quàm ab alia. Confirmatur quia pars dextra est ex qua oritur motus sinistra in qua occidit, sed quælibet pars cœli oritur successiue, & occidit indifferenter, ergo quælibet pars cœli est dextra & sinistra indifferenter, ergo non sunt in cœlo ex natura rei istæ differentiæ distinctæ sicut in homine.

Dico quòd res hæc est difficilis, quia s. cœli tot sunt opiniones, quot sunt expositores de istis differentiis positionis in cœlo, dixi & dico ꝙ istæ differentiæ positionis sunt in cœlo distinctæ ex natura, rei, i. subiecto & organo sicut in homine. Ad argumentum, dico quòd licet in corpore sphærico non possit incipere motus in vna parte quàm etiam in alia incipiat, tamen principalius incipit motus in vno pūcto quàm in alio, & tale punctum est pars dextra, & in cœlo appellatur oriens, in quo primo, definit appellatur occidens & est sinistra, & hoc patet reuoluenti corpus sphæricum. Ad confirmationē aliquī vt Scotus dixerunt propter hoc argumentum quòd in cœlo non sunt istæ duæ differentiæ positionis, nisi in respectu. Aliqui ut Thomistæ imaginando intelligentias de quibus vide ibi. Dico ꝙ duplex est pars orientalis, s. simpliciter oriens, & oriens secundum quid, oriens secundum quid est illa pars quæ continue eleuatur supra orizontem, oriens simpliciter, s. pars ea quæ inciperet primo moueri & hæc pars est stella, & nunquam fit sinistra, & licet sit ad locum aliquando in quo erat sinistra nunquam tamen fit sinistra, sicut manus mea dextra semper est dextra, tamen aliquando est ad locum sinistrum, hæc de differentiis positionis.

Quoniam autem à dextris, prosequitur Arist. intentum suum, dixit quòd pars dextra animalis erat principium vnde motus, probat hoc Arist. triplici signo primo in homine, quia homo, qui est tanquam mensura omnium, & in quo maxime distinctæ sunt istæ partes cum sint erectæ figuræ, videtur ꝙ si debet ferre onera facilius fert sinistris humeris quàm dextris, & hoc etiam est problema Alexandri & Aristot. ideo ne impediatur natura docente ponit onus supra latere sinistro.

Secundo quia homines qui substantim vno pede mouentur velocius & commodius exercent motum si eleuetur pes dexter, & moueatur sinister quàm econtra, & statim subiungit causam, quia pars dextra est principium motus & debet mouere, ideo facilius & citius mouet si ipsa fuerit expedita quòd non comprimatur à mole oneris, vnde dicit Michael hinc est, quòd claudicans facilius progreditur si claudicat pede sinistro quam pede dextro, textus dicit *Ascolia* optime notat Leonicus, erant quidam solēnes ludi.

Tertium signum quia homo stans debens moueri prius prouicit pedem sinistrum deinde eleuat pedem dextrum cum tota mole vt innitatur pede sinistro tota corporis moles.

Leonicus dat aliud signum in certamine studii, cursores lineam sinistram contangunt pede, dextrū adductum retro habent, ex quo dicit Aristo. sequitur corruptibiliū ꝙ omnis pars dextra equaliter in omni animali est dextra, quia in omni animali est in qua est principium motus, *eadem* intellige, scilicet secundum uirtutem. Probat hoc Arist. in ostreacco genere à signo, ostreacea sunt quæ reguntur silicea testa dura, sicut sunt purpuræ bucini, dicuntur autem purpuræ ex denominatione preciosi coloris, & sunt ex genere concarum, buccinas est minor quàm concha, & ad similitudinem buccinæ, Aristot. declarat quarto de hystoria animalium cap. 4. ꝙ aliqua habēt testam duram & apertam in vno loco aliqua autem aliomodo, in huiusmodi animalibus pars dextra est in qua est principium motus undique tamen habent partem dextram, subdit Arist. *non enim ad uertiginem mouentur, sed aduersum omnia procedunt*. Eadē verba habet Arist. quarto de hystoria aīalium cap. 4. vbi inuenit saxa, non enim ad vertiginem mouentur omnia, sed in aduersum illi, & oppositam partem.

Dixit

Dixit Arist. in tertio signo *q* ideo principiū motus erat à parte dextra, quia homo stans incipit ambulare, prius porrigit pedem sinistrum, deinde trahit dextrum ad locum sinistri, dicit textus, *eoque etiam modo dextra tueretur*, dupliciter ista litera transfertur à Leonico hocmodo quasi quòd homo in progrediendo vero tantum prius porrigit pedem sinistrum vt trahat pedem dextrum, sed etiam vt pede sinistro tueatur dextrum, quasi natura docente imperfectiores partes tueantur perfectiores, & ita triplici de causa fiat illa protensio sinistri, alii aliter transferunt, *eodemque etiam modo dextra pugnat*, tex. græcus tolleret vtranque expositionem, dicebat vltra Aristot. quòd eodem est pars dextra in omnibus animalibus, scilicet à qua est principium incessus, & hoc subdit quòd in ostreacco genere, ea quæ sunt turbinata.i. piramidis figuræ, ex quo in omnem partem corporis indifferenter mouentur, ideo in his omnis pars est dextra, subdit, *non enim ad uertiginem mouentur, sed aduersus omnia procedunt*, quæ verba non videntur continuari cum prius dictis, & eadem hæc verba habuit quarto de hystoria animalium cap. 4. non enim ad vertiginem, sed ad clauiculam, per vertiginem exponit Aristot. quò est ea pars animalis, quæ est in vertice capitis intorta & inuoluta spina quadam, dicit quòd hæc animalia non mouetur ad vertiginem, idest ad eam partem quæ est in vertice, nec ab ea mouentur, sed ab omni alia parte mouentur, & ad omnem aliam partem præter ad illam, Leonicus non exponit hæc verba, ideo Hispanus qui traduxit hunc librum, & apposuit quædam glossemata exponit dicens quòd Aristot. per vertiginem intelligit eam partem & clauiculam à qua incipit motus, & tendit in partem oppositam, & quæ est principium motus, & imaginatur iste homo quòd huiusmodi animalia intra aquā reuoluantur in girum à parte dextra in sinistram, & quòd motus incipiat semper à parte dextra in sinistram, quæ dicitur vertigo, & tendat in partem aduersam illi.

Sed hęc expositio seipsam destruit ex verbis Arist. tum etiam ex expositione Michaelis, primo quidem quia hic Arist. dicit quòd hæc animalia vndique habent partem dextram, ergo non ex sola hac vertigine habent principium motus. Secundo quia Michael dicit quòd omnes huiusmodi animalium partes sunt dextræ præter istam partem, quæ dicitur vertigo, quia ab illa parte non pôt esse principium motus, nec ad illam potest terminari motus, hoc dicit expresse, & miratus sum quomodo iste homo tam manifestè errauerit, cum habeat literas græcas, & viderit expositionem Michaelis, ideo iste est sensus quod huiusmodi animalium ab omni possit esse motus, & ad omnem partem possit fieri motus, præter vertiginem ad quam non potest esse motus, nec ab ea fieri, ideo omnes partes habent rationem dextri præter vertiginē. Sed dices quomodo Arist. loquitur ita absolute, *q* vndique & partes oēs istorū animalium sunt dextrę, cum hoc non sit verū de vertigine. Tū ēt est dubitatio nūquid Arist. loquaē de motibus horū animaliū intra aquā, an intra harenā. De primo dico, *q* Arist. locutus est absolutè, nō exprimendo vertiginē, quia vertigo respectu totius oī hil est, tum ēt si aduertamus verba Arist. facit exceptionē istā, quia dicit non.n. ad vertiginē mouentur, quæ verba non habent aliquam continuationem cū verbis superioribus nisi intelligantur exceptiue.i. mouentur hæc animalia ad partem præter vertiginem, sed in aduersum Ioan. Hispanus transtulit, sed in diuersum.

De secundo dico quòd hæc forte de motu horum vtrobique tam in aqua quàm in harena, quia dicit *q* hæc animalia ēt serpunt in terra, vt de patella affixa lapidibus dicit 4. de hystoria cap. 4. ideo hoc est verum vtrobique. *Absolute autem maxime*, cum posuit Arist. ordinem harum differentiarum positionis, & vnde sumnantur, modo ponit in quibus nam animalibus istæ differentiæ habent manifestam distinctionem, & cū quibus non, & hic tria dicit primo *q* dextra & sinistra pars in homine sunt manifestæ & absolutæ ab inuicem, quod declarat dupliciter primo reddit causam huius, tum quia homo inter reliquis animalia est maxime secundum naturam. i. perfectissimus & absolutissimus in sui operatione, ideo propter eius perfectionē hæ partes in ipso manifestè sunt seiunctę. Tū secundo quia in hoie manifesta est distinctio roboris & vtriusq; partis, & ideo pars dextra est magis perfecta & validior quàm sinistra, & est principiū vnde motus. Secundo dicit *q* superior & anterior pars in bipedū genere, vt in homine & in auibus manifestè sunt distinctæ, quia superior pars in homine est vertex capitis, pars aūt anterior est in qua vigent sensus auditus, visus, sub qua eō preheduntur brachia, *q*a ergo patet quòd vertex capitis in homine seiungitur à manibus & brachiis, ideo & idem dicatur de auibus. In reliquis autem animalibus vt sunt multipeda, apeda & quadrupeda ipsę partes. f. superior & anterior sunt confusę & indistinctę, quia pars superior i istis est vertex capitis, & comprehendit omnes partes vsque ad anteriores pedes, modo in eadem parte est anterior pars, quia in ea vigent & infunduntur omnes sensus exteriores, & subdit quòd sicut in parte anteriori hominis sunt brachia, ita in auibus alæ, in quadrupedibus crura anteriora sunt partes anteriores & loco brachiorū alarum, quia hæc inuicem sunt proportionalia, quia infra declarabimus, quòd omnia animalia sanguine prædita mouentur quatuor notis. i. quatuor inflexionibus, in quibus fit totius corporis inflexio, quarū duæ sunt in brachiis, & duæ aliæ in cruribus, & ita in auibus & quadrupedibus, hoc est secundum dictum. Tertium dictum in quibusdam animalibus, vt in genere pisciū, quæ teguntur molli crusta vt in genere ostreaceorum pars anterior & posterior nō sunt ab inuicem distinctæ, sed simul confusæ, quia in his quęliber pars est anterior & posterior, sunt autē distinctæ ex natura rei, non tamen organo & subiecto, sed solum opere, sicut est dictū in ostreis eōfundi dextrum & sinistrū non subiecto & organo, quia hocmodo sola animalia perfecta, sed opere quare.

X Sed

Sed vos dicetis, qa Arist. dicit ꝙ in genere bipedum pars anterior & superior sunt distinctæ, in quadrupedibus nō cōfunduntur, est dubitatio, qa videtur, ita ꝙ cōfundantur in homine, sicut in quadrupedibus, ut in equo, & ita sint distinctæ in equo sicut in homine, qa in homine est ēt vertex anterior pars; superior, & eadem erit pars anterior, qa in ea vigent sensus exteriores, si dicas ꝙ pars superior in equo est quæ comprehendit caput & crura anteriora, o, ēt dicā ꝙ in homine pars superior erit quæ comprehendit caput & brachia & ita. Secūdo qa in libro de sensu & sensibili dicit ꝙ purpuræ ex marinis animalibus mouentur à longè ad nutrimentū, & hoc qa habent sensum olfactus, si sic ergo ēt habent sensum gustus perfectum quarto de hystoria cap. 8. vbi est sensus perfectior, ēt in eodē reperitur sensus imperfectior, sed sensus gustus est imperfectior sensu olfactus, & in his est olfactus, ergo ēt in his est gustus, quia gustus & olfactus in animali habēt partē determinatā, & hæc pars determinata erit anterior, qa sensus vigēt in anteriori, ergo pars anterior non confunditur in ipsis animalibus cū parte superiori. De primo dicerē ꝙ Arist. loquitur de partibus horū animaliū, nō cōsiderādo has partes in se, sed quatenus posituram vniuersi respiciunt, & iō quia pars superior .i. vertex capitis hominis respicit in vniuerso sursum .i. ipsum polū arcticū, pars aūt anterior respicit plagam lateralem vniuersi in quadrupedibus aūt pars superior respicit plagā lateralē, & similiter pars anterior respicit plagam lateralem, ideo confunduntur inuicē istæ duæ partes in quadrupede, qa eandē vniuersi respiciunt posituram, in homine aūt diuersas cœli partes respiciunt. Sed dices sicut dicimus ꝙ in homine est vertex, qui respicit superiorē partem cœli, ita dicam ꝙ in bruto vertex sui capitis, qui respicit superiorē partē cœli, facies aūt respicit lateralē plagam sicut ēt est in hoīe. Et hoc videtur magis habere difficultatem, qa superior pars in animali est quæ attrahit nutrimentū, sed vertex capitis hominis nō trahit nutrimētū nisi quatenus linea recta cōprehendit os, & est pars superior, & si superior pars est quæ trahit nutrimentū, hæc est os in homine, sed os in homine respicit plagam lateralem cœli, vt patet, ergo etiam in homine confunduntur pars superior & anterior sicut in boue, tñ Arist. videtur ponere differentiam in hoc, vos cogitabitis. Ad secundum dicerem quòd Arist. ibi non loquitur de omni ostreaceo animali, nec de omni turbinato, quia aliqua sunt turbinata, quæ tantum habent sensum gustus, & in huiusmodi confunduntur non in omni. *Cum autem tria sint loca*, epilogat Aristot. simul colligens quæ dicta sunt, cum ergo tres sint posituræ ipsius cœli, scilicet superior, inferior, & lateralis, cum in bipedibus superior pars respicit cœli partem superiorem, & inferior inferiorem, in plantis autem econtra, in reliquis autem animalium generibus superior & inferior pars respiciunt lateralem plagam mundi, vt sunt multipeda & apeda, quia prona sunt, ideo istæ differentiæ maxime conueniunt homini & aui proportionaliter ad posituram vniuersi, reddit causam huius, quia homo & auis erectæ sunt figuræ, reliqua animalia prona sunt.

Secundo dicit quòd de istis ex differentiis positionis quòd tres, scilicet sursum, ante & dextrum habent ordinem principii, quia sursum est principium nutritionis, dextrum autem est principium motus localis, ante vegetationis, & ideo istæ partes nobiliores sunt, quia habent rationem principii reliquæ aūt ignobiliores, & tunc epilogat, patet quòd in omni animali pars dextra est principium motus.

Sed vos dicetis, quia dicit Aristot. quòd homo & auis sunt rectæ figuræ, contra quia vt dicitur à Galeno in tertio de vsu partium, solus homo est rectæ figuræ, ergo nō auis, quod probat Galenus, quia in homine in eadē recta figura est spina dorsi cum cruribus, in auibus autem spina dorsi, & crura faciunt angulum rectum, nec sunt in eadem rectitudine, quomodo ergo. Dico quòd de facto ita est, quòd solus homo est erectæ figuræ, sed hīc Arist. dicit ꝙ aues maxime erectę figuræ non absolutè sed in cōparatione ad quadrupeda aues dicuntur erectæ figuræ.

Lectio V.

QVONIAM autem necesse, postquam Arist. demōstrauit nobis sex differentias positionis in viuentibus, & quæ, & quòd principiū motus in omni animali erat dextra pars, ostensurus Arist. quod principale erat in hoc libro .s. quòd omnia animalia sanguine prędita quatuor notis mouentur, p̄mittit duo supposita, primū est ꝙ in omni corpore cōtinuo cuius vna pars mouetur altera quiescēte, aut ambę mouētur simul cōtrariis motibus, necesse est illarū vnio & cōplicatio ꝑ neruos iuncturas, & ligamēta, in qua copulatione sit principiū motus, & quietis vtriusque partis ꝙ est cor, vnde scd̄m Arist. hoc suppositum dimittitur tanq̄ manifestū, qa si nō fieret hęc partiū cōiunctio, nō esset corpus cōtinuū, qa continuū est cuius partes copulantur ad terminum cōem, patet ergo ex diffinitione cōi, aliter non esset corpus continuū. Scd̄m suppositū ꝙ harum quacunq; differētiarū moueat animal vel à dextro in sinistrum, vel ante in post, vel à sursum in deorsum necessaria est copulatio in animali harū partium, qđ supra ꝓbatū est, quia si vna pars debet moueri necesse est alterā quiescere, qa pondus innititur parti quiescēti, & alterā partē trahit. Sed dices 5. Metaphysicę continuū est cuius motus est vnus, quo si partes animalis sunt cōtinuæ, pōt moueri cōtrariis motibus, aut vna moueat altera quiescente, cum continui sit tm̄ vnus motus. Secundo qa dicit ꝙ in hac copulatione partium, ut in iuncturis est principium motus vnius partis, & quietis alterius, contra, quia secundum Arist. principium motus & quietis est in corde, non ergo in hac copulatione. De primo dico ꝙ propria diffinitio cōtinui est ꝙ sit corpus solidum & inflexibile ut lapis, si autem flexibile vt aer vel cæra non dicitur continuum, dico ēt ꝙ corpus animalis nō proprie dicitur cōtinuū, sed potius contiguum, quia pars animalis simul ligamēto liga-

to ligatur, & illa potius est contiguatio quã cõtinuatio. De secũdo dico ꝙ hæc appellatur principiũ motus,& quietis ratione cordis, quia cor est principiũ motus & quietis mediante iunctura, sic quiescũt brachia mouet vlnam non ꝙ re vera. *Secundum ante igitur & retro.* intendit Arist. ex his duobus demõstrare quòd omne animal sanguine prędítũ mouetur quatuor notis,& solũ quatuor notis.i.quatuor membris organicis motui seruientibus, quæ partes & mẽbra distinguuntur secundũ quatuor differentias positionis, secundũ ꝙ summuntur secũdũ duas dimensiones scilicet sursum,& deorsum,dextrũ,& sinistrũ, termini aũt alterius dimẽsionis.s.ante & retro nõ seruiũt motui,nec vlla est distinctio in huiusmodi mẽbris motui seruientibus,& nõ tñ omne animal sanguine prędítũ mouetur quatuor notis, sed solũ quatuor notis, ita quòd non pluribus nec paucioribus, quia probat Arist.assumptũ quòd ante & retro nõ distinguitur à mẽbris seruiẽtibus motui,sed ꝙ solũ dextrũ sinistrũ, sursum,& deorsum distinguntur,& probat sic, secundũ partẽ posteriorẽ animalis nulla est distinctio,aut dearticulatio,ergo nec secũdum partẽ anteriorẽ, probatur cõsequentia,quia oppositorũ eadem est ratio, ꝙ aũt in parte posteriori nõ sint membra distincta motus,probat Arist.quia nullũ animal sanguine præditũ secundũ naturam mouetur retrorsum, ergo in nullo animali sanguine prædito pars posterior distinguitur partibus & mẽbris seruientibus motui, probatur quia frustra esset illa distinctio,qa ad illã partẽ nõ fit motus,sed natura nihil facit frustra,ergo patet assumptũ,& dicit tex.nullũ animal sanguine præditũ secundum naturã incedit retrorsum,qa præter naturã põt moueri retrorsum,tũc Arist.declarat secundã partẽ, quia dixit quòd hæc membra motus in animali sanguine prædito nõ possunt summi penes ante & post, & hæc fuit prima pars quã probauit,sed tñ summuntur penes dextrũ,sinistrũ,sursum,& deorsum, & hæc est prima pars, & primo probat in animalibus bipedibus, & maxime in homine, dicẽs ꝙ distinctio mẽbrorum motus per dextrum & sinistrũ manifesta est in bipede de pede dextro & sinistro, quorum vnum figit,alterum trahit,partium vero distinctio per superius & inferius manifesta est, non in bipede,sed in quadrupede,qa equus habet pedes anteriores & posteriores distinctos, qa priores sunt in superiori parte animalis,posteriores ĩ posteriori, tũ inquit Arist. licet partium motus distinctio per dextrum & sinistrũ sit primo manifesta in bipede, tñ in eodẽ est distinctio manifesta ꝑ superius & inferius, & similiter licet primo in quadrupede sit manifesta distinctio ꝑ superius & inferius, tamen in eodẽ est distinctio manifesta per superius & inferius,per dextrum, & sinistrum, declarat hoc in bipede, quia brachia in homine concurrunt tanquam duo principalia instrumenta, scilicet brachia & crura, & tamen brachia sunt in parte superiori, & crura in parte inferiori, & manifesta est distinctio in homine crurum à brachiis,& similiter dicatur in auibus,eodem modo etiã in quadrupede,quia licet primo manifesta sit distinctio per superius & inferius, quia superior pars est, quæ est ab vmbilico vsque ad superiorẽ partem inferior quæ ab vmbilico vsque ad pedes, tũ etiam in eo manifesta est distinctio partis dextræ & sinistræ,igitur in animali sanguine prædito distinctio membrorum est per superius,& inferius, dextrum,& sinistrũ, non autẽ per ante & retro. Sed vos dicetis primo cur reperitur aliquod animal sanguine carens incedens retrorsum, primum patet de gambaro quid retrorsum incedit, præterea quid scit Arist. ꝙ nullũ animal sanguine præditum retrorsum incedat, vidit ne ipse omnia animalia sanguine prædita?

Secundo dicit Arist. ꝙ secũdum partem posteriorem animalis nulla est distinctio membrorũ motus, quia ad illã non est motus, arguo ex opposito, primo in ea parte ad quã est motus est distinctio membrorũ, sed in anteriori parte est motus,quia ibi maxime vigẽt sensus omnes,ergo in ea est distinctio membrorum motus,ergo ẽt in posteriori parte est distinctio membrorũ motus, quia oppositorum eadem est ratio, argumentum tenet ex primo posteriorũ ꝙ sicut affirmatio est causa affirmationis,ita negatio est causa negationis,& econtra in causis precisis. Confirmatur qa in quadrupede crura priora distinguũtur à posterioribus per anterius & posterius, ut patet in bruto,ꝙ sunt duo pedes anteriores & posteriores distincti,quo dicit Arist. Quarto & vltimo est difficultas de vespertilione,qa quatuor pedibus & duobus alis ad incessum vtitur,& tñ est animal sanguine præditũ non ergo tñ quatuor notis mouetur. Ad primũ falsum est de gãbaro ꝙ secũdum naturã moueatur ad posteriorẽ partẽ,sed per accñs ex impedimento, ꝑ se tñ & secũdum naturã mouet ad anterius, de hoc feci experientiã,solũmodo erit dubitatio de cancro q in obliquo videt incedere. Ad secũdum dicerẽ ꝙ ratio Arist. nõ procedit per cãm adequatã,sed est ratio probabilis, aliter argm̃ coget, quo sit cã precisa infra dicemus. Ad tertiũ dico ꝙ in bruto illa non est pars anterior,nisi apud vulgares vel illa posterior,sed debet dici superior & inferior,& ita remanet ꝙ nulla distinctio membrorum motus est ꝑ anterius & posterius. De quarto dicemus in fine tractatus. *Quoniam igitur summum & imum,* vult Arist. ꝓbare cõclusionem suã ꝙ omne aĩal præditũ sanguine mouetur quatuor notis,& solũ quatuor notis,secũdo ex hoc ponet cõuersam eius,& dicit Leonicus ꝙ hic Arist. ponit conuersam illius,omne animal præditum sanguine mouetur quatuor notis,cõuersa est omne animal qđ quatuor notis mouetur,est præditũ sanguine eũ Arist. ꝓbauit cõclusionẽ in hoc tex probat cõuersam dicit Leonicus,sed mihi videtur,ꝙ nũc probet conclusionem eandẽ, secũdo explicet cõuersam eius,vult ergo ꝓbare Arist.ꝙ animal præditũ sanguine mouetur quatuor notis tñ. Probat sic oẽ instrumentũ debet copulari suo agẽti principali, sed in aĩali ꝑdito sanguine solũ sunt quatuor partes.s.dextrũ,& sinistrum, sursum,& deorsum copulat suo principio,quod est principale agens motus incessus.s.cor, ergo solummodo hæc quatuor partes sunt instrumẽta motus,maior declarata est tertio Phys. decimo,ꝙ omne mouens debet contingere passum, quia ignis non calefacit nos sed

aerem, qui postea nos, sed instrumentum mouetur proximè ab agente principali, quia ab ipso habec motum, ergo necessario debet ille vniri, maior ergo est vera, minoris probatio innuitur ab Arist. & intra magis, quia cor non vnitur membris motus, nisi mediātibus iuncturis, & musculis, sed ita est quòd solūmodo in istis quatuor partibus reperiuntur isti musculi, & istę iuncturę, non aūt in anteriori & posteriori, ergo solum istæ quatuor partes sunt tostrumenta motus, & illis tm̄ cor colligat̄, non aūt ante & retro ex quo Aristot. ponit conuersam illius, omne animal preditum sanguine mouetur quatuor notis, conuersa est, omne animal vtens ad incessum quaternis notis est animal prędituū sanguine, probatur hæc conuersa ex eadem maiori, quia omoe instrumentum debet vniri suo agenti principali à quo mouetur, sed solū in animali prędito sanguine hę quatuor partes vniuntur cordi, tanquā principali agenti ipsum incessum, ergo in solo animali sanguine prædito sunt istę quatuor partes instrumenta motus, ergo solūmodo animal præditū sanguine vtitur his quatuor notis, ergo omne animal, quod vtitur his quatuor notis est animal prędituū sanguine, tenet argumentū ex paruis logicalibus, ab exclusiua ad vniuersalē de terminis trāspositis argumentū tenet, vt docuit Arist. t. priorum.

Lectio VI.

ATTESTANTVR *autem his*, probauit Arist. quòd omne animal, quod mouetur quatuor notis est prędītum sanguine, prius probauit cōuertentem, deinde cōuersam, & probauit, quia omne agens instrumentale debet vniri principali agenti, quia 7. Physi. nullum corpus ab altero mouetur, nisi ab ipso tangatur, sed solum in animali prædito sanguine vniuntur istæ quatuor partes principali agenti, scilicet cordi, ergo solum animal præditum sanguine mouetur quatuor notis, dimisit Aristot. minorem, quòd videlicet solummodo hæ quatuor notæ in animali prædito sanguine copulentur agenti principali, & est manifesta ex exclusiua ad voiuersalem de terminis transpositis, tantum animal est homo, ergo omnis homo est animal, hoc nunc vult probare Arist. & probat sic à simili, quia solum in animali prædito sanguine istæ quatuor partes recisæ à sui toto nec ex se vniuntur, nec ex se mouentur notabili tempore, in animali autem exanguo partes recisæ à toto vniuntur ex se ipsis notabili tempore, vt de cauda lacertæ abscisa, sequitur ergo quòd in animali prędito sanguine, istę partes quatuor copulātur cōi principio motus. s. cordi, in carēti sanguine, non, causa quia copulantur cōi principio motus & vitæ, ideo abscisę nō retinēt videlicet vitā, sed in carēti sanguine, esto ꝙ priuentur illo principio, quia tn̄ illi nō copulantur, ideo retinēt recisę adhuc vitā & motum, quia ista animalia sunt, vnde animal constans pluribus animalibus viuentibus proprio principio in animali aūt prædito sanguine non sunt istę partes, vt in animali, quod constat ex multis animalibus, sed habent principium à corde, ideo resecta non viuunt ex se ipsis, reddit cām cur in prędito sanguioe partes recisę nō retinēt principium motus & vitæ, in animali aūt careoti sanguine sic, quia animal præditū sanguine respectu exanguis est maxime perfectū animal secūdū naturā, quia perfectioris cōpositionis, ideo maiori dispositione eget q̄ lacerta ad hoc vt conseruet̄ uita, & motus in ipso, & ideo plura requiruntur ad sui motū, quæ nō conseruētur in partibus recisis, sed qa in exaogui nō tot requiruntur ad vitā, & non tantæ perfectionis, & ideo idē dixit in libello de causa longitudinis & breuitatis uitæ, cur partes plantæ decisæ uiuunt, nō sic partes animaliū. Sed uos dicetis multa dicit Arist. quæ latēt, primo dicit ꝙ solum in animali saoguine prædito pars dextra sinistra, superior, & inferior copulantur cōi principio motus, quia recisæ à sui principio non viuunt eadē rōne, pars aoterior & posterior copulantur cordi, quia resectæ non viuunt, cuius oppositū dixit supra, ex rōne tamē eius sequit̄. Secundo cur loquitur in textu disiūctiuè duabus aut quatuor notis cur? Tertio videtur ēt quòd io animali exangui partes copulentur cōi principio, sicut & in prædito sanguine cor est principiū omnis motus, & omnis sensationis, ita in exangui, quia in omni animali quarto de partibus animaliū est vnum membrū principium, quod est principium motus & vitæ, ergo ipsi copulantur, quia ab ipso debet recipere principium sentiendi, mouendi. Quarto dicit ꝙ partes recisæ ab animali carente sanguine viuunt notabili tēpore, in prædito sanguine nō uiuunt notabili tēpore, hoc videtur falsum, si abscindatur pes ab equo nullo tēpore viuit. De primo dico ꝙ re vera pars anterior & posterior animalis præditi sanguine copulant̄ cordi tu rōne vitæ, nō rōne motus, quia in istis partibus nō sunt iuncturæ, quibus mediātibus cor operatur ad motū, o, ex rōne ista nō sequitur ꝙ ēt motus, quia vltra hoc requiritur ꝙ habeant iūcturas quibus iūs operat̄ motus, & ita ratio Arist. debet moderari. Ad secundū dico, fortè ideo dixit Arist. qa manifestè duabus notis mouentur non autem quatuor, ideo ꝙ humeris mouentur non est manifestum ideo. Ad tertiū quia in animali carente saoguine ēt partes copulantur tertio cōi sicut in prædito sanguine, dico ꝙ de facto colligantur cordi, sed intelligitur ꝙ nō colligātur cordi ratione motus, qa in se ipsis retinēt principiū motus. Ad quartū dico ꝙ possumus cōcedere ꝙ caput hominis pōt viuere aliquāto tpe, & possumus dicere ꝙ vegetatiua hominis diuiditur diuisione corporis, sed in animali pfecto pauco tēpore reseruat̄, in imperfectis lōgiori. *Et simili modo quęcunque sanguine*, vult hoc argumēto pbare ꝙ omne aīal pditū sanguine mouet̄ quatuor notis argumēto à minori, si aīalia pdita sanguine de qbus minus vr̄ ꝙ mouent̄ quatuor notis, & tn̄ mouent̄, ergo à fortiori de aliis aīalibus magis vr̄, & q́ sunt ista aīalia de qbus minus? duo sunt aīalia apoda aquatilia, & terrestria, & q́ sunt hęc dicemus, qa sunt in duplici differentia aquatilia, quædam quæ carent oīno pinnis, quibus piscis vtitur tanquàm manus & pedes, sicut murena, angulla,

alia

alia sunt quæ non carent pinnis, & ista quædam duas tantū habent & vnā inflexionem vt anguilla, alia plures, debemus ostendere quòd omnia animalia sanguine prædita si aquatilia sint omnino careant pinnis, siue habeant, & si terrestria, cum ibi non manifestè appareant quatuor notæ, quòd hæc mouentur quatuor notis ostendo, quia ista animalia vt serpētes mouentur duplici inflexione corporis, non autē triplici, quorum inflexum alter prior desinit ad caput, alter ad caudam, & quilibet horum distinguitur in parte dextra & sinistra mouentur per diametrum ut optimè declarauit Leonicus.

Lectio. XII.

PROBAT Arist. tertia ratione ꝙ omne animal præditum sanguine mouetur quatuor notis argumēto à minori, si animalia de quibus nō videtur mouētur quatuor notis, à fortiori, & reliqua, & primo probabo de animalibus carentibus pedibus, quę sunt anguillę, serpētes mouētur quatuor notis, ēt reddebat cām cur hęc animalia vtuntur duplici inflexu ut serpētes, qa erat improportionata lōgitudo, sicut ēt in hominibus qui lōgiores appellantur, vt dicit Leonicus, isti homines pp longitudinem corporis incuruāt humeros, & fit alia inflexio in dorsō. Si vero huiusmodi animalia habent pinnas, aut duas tm̄, autem quatuor, aut plures, si quatuor, iā patet ꝙ quatuor notis tm̄ vtuntur, pinna dextra anteriori, sinistra posteriori, deinde dicit sinistra anteriori, dextra posteriori, plures quatuor non possunt habere, si tm̄ duas vt anguillæ, tūc vno inflexu mouentur, hoc potestis videre vno inflexu tm̄ mouentur, o, dicit ergo Arist si fuerint ista animalia vt anguillæ & genus mugilū, si facerent duos inflexus, tunc mouentur anguillæ sex notis qđ impossibile, dicit *mugilum genus in lacu siphartin.* hunc lacum sæpè citat Arist. ibi debebāt esse pisces famosi, lacus est vbi est Thespię ciuitas Euboię puto ꝙ mugiles sint cephali forsam sunt lōgiores. Sed dices, dicit ꝙ anguillę paludosę tm̄ uno inflexu mouētur, & duabus pinnis, istę pinnæ nō seruiunt nisi ad motū natatus, nō ad motum incessus, in terra ergo cum vnūquodque animal debet moueri duplici inflexu ēt illę. Dico ꝙ hę ēt utuntur pinnis ad incessum, tū dextra, tū sinistra vicissim. *Causa autē cur serpentes*, ex prędictis. f. ꝙ omnia animalia sanguine prędita tm̄ quatuor notis mouētur, declarat generatim cur serpentes pedibus carent, quia si haberent pedes frustra essent fabrefacti à natura, hoc autem falsum, quia non potest facere membra meliori modo quā facta sunt, vnde dicit Galenus ꝙ appellauit Hyppocr. tultam & prudētem, dicit ergo Arist. sicut natura nihil facit frustra, ea quę facit meliori mō, quo potest facit, si serpentes haberent pedes frustra à natura facti essent, hoc īpossibile est, quare quia cū ista animalia sint sanguine prædita haberent tantū quatuor notas vt diximus, & cum hęc sint prælongo corpore, si tantum haberent duos pedes & vnum inflexū non possent mouere se, aut difficilius mouerentur, similiter si quatuor pedibus, aut omnino immobiles, aut nullo pacto possent moueri, eadem ratione quarto de partibus dicit, ꝙ multa sunt animalia in aqua & omnino carēt pinnis, dicit quòd similes serpentibus qui carent pedibus.

Omne autem pedestre, vult Arist. declarare vltimū problema, quod posuit in principio libri, cur est ꝙ animalium quædam apoda, quædam habent pedes, & omnes numero pares, consimiliter omnia animalia quæ mouētur notis, ista mouētur notis paribus, & hęc propositio ab Arist. sæpè dicitur, quęcūq; habēt pedes, habent numero pari, qa quędam sunt, quę solo saltu mouētur incuruādo corpus suū, & carent pedibus & pinnis, quædam saltu, sed nō solo saltu, vt locustæ pulices, quia ēt motu incessus vtuntur, & nō solo saltu, & in hoc textu valde delectatus est Arist. probat ratione ducente ad impossibile Arist. quia si haberent pedes impares, aut nullo modo possent moueri, aut deterius quā m si haberent pedes pares, valet argumentū ex illa propositione famosa, sicut natura non deficit in necessariis, ita etiam disponit animal meliori modo quo potest, si ergo animal habēs pedes impares deterius mouetur, quā si haberet pedes pares, ergo natura dabit ei pedes pares, quia hoc melius erat ei, & multotiens Galenus vtitur hac ratione, quare hoc membrum ita dispositum, quia melius erat ei sic esse, assumptum habet duas partes, quòd si imparet aut non moueretur, & deterius, & prima pars probatur, quia aut haberet vnum tantum, aut tres, aut quinque, aut septimum, aut aliomodo impari, si vnum tantum non posset moueri, si tres non posset moueri, v. g. si quadrupede aut bipede auferatur vnus pes, non posset moueri, si quinque, aut septem, aut alio impari numero deterius mouceretur, probatur, quia motus incessus in animali non fit toto corpore simul, sed vicissim vna qesceēte parte hominis altera mota, qa pars vna figit & quiescit, alia defert corpus, & pōdus corporis, deīde alia & vicissim deferūt corpus, mō si aīal haberet pedes ipares, impossibile esset fieri hāc pmutationē, similiter si ēt tres pedes, nō posset fieri incessus, qa cū vicissim debeat fieri ista pmutatio, pes dexter prior cū sinistro posteriori, & sinister prior cū dextro posteriori, cum vna pars iunitur si moueret caderet, si aūt haberet pedes numero quinquēnario aut alio numero impari vel pari si esset centipedū, & si à numero pari auferatē vnus pes mouebitur, sed deterius, tū qa nō erit incessus, sed potius tractus q̄ icessus, qa pars quę caret pedibus ab aliis trahetur. Scđo quia melius fit per pares iste motus, qa melius innititur super fulcimēta paria, natura ergo dedit pedes numero pares, & tūc epilogat, iā ergo dictū est ꝙ oīa animalia habent pedes numero pares, & iā dicta est causa, q. s. aut nō mouētur, aut deterius mouētur q̄ si haberet pedes numero pares. Qđ dixit de pedibus intelligatis ēt de notis, ut de anguillis. Aggrediar quoddā qđ supposuit. s. ꝙ iō animal habens pedes, necessario habet pares, assumpsit ꝙ oīs aīalis incessus fit altera parte quiescēte, altera mota parte corporis, hoc vult probare, textus

difficilis, probat syllogismo hyppothetico ducēte ad impossibile, ideo supponit duas propositiones, si nulla pars quiescit in motu ipsius animalis, nulla inflectitur, si nulla inflectitur, nullū animal incedit, ergo à primo ad vltimū nulla pars quiescit, ergo animal nō incedit, cōsequēs impossibile, animal incedit, ergo animal inflectit in incessu suo, destruimus antecedēs, ad destructionē cōsequētis, prima est si nulla animalis pars quiescit, nulla pars inflectitur, omittit declarationes huius cōditionalis, si nulla pars animalis inflectitur animal nō incedit, prius declarat nomen inflexionis, accepit declarata ī quarto Metaphysicę, inflexio est mutatio corporis à recto ad curuū, dicit inflexio est permutatio à recto ad curuū, animal ad angulū vt in inflexione membrorum animalis, ideo disiunctiue loquitur aliqñ ad curuum, aliquando ad angulum est inflexio, econtra est directio à curuo ad rectū, vel ab angulo ad rectū, & subdit quòd istę permutationes debent fieri circa idem signum, si intelligitur circa idem signum proprie, falsum est, sed intelligit circa eandem partem, crus inflectitur, crus dirigitur circa genu in poplite, non semper inflectuntur animalia in poplite, sed aliqñ circa corpus vt est in elephante, est circa femur, probatur ꝙ si nulla pars animalis inflectitur ꝙ animal non incedit triplici demonstratione prima est mathematica in animalibus habētibus pedes bipeda, quadrupeda ergo de bipedia ꝙ quali demōstratio sit ēt quadrupedū & multipedū accipiamus hominē antequā moueatur quiescit sub eadē linea pedibus sitis, & tūc designat triāgulū ęquilaterum, cuius vertex est sub cruribus disiunctis, basis interiecta linea pedibus, cum vero homo incipit progredi, profert pedē siuistrū, corpus inuitit lateri dextro, quod debet sustinere pondus corporis, tūc necesse est ꝙ pes sinister figatur, ita quòd cadat ad perpendiculum supra superficiem terræ, quia si non, tunc facit angulū obtusum necesse est ꝙ faciat angulū rectū, quia si aliter caderet faceret angulū obtusum, figitur tamē quiddam à coxa ad pedes, sed à genu ad pedes, arguitur ergo sic, in motu isto pedes erāt primo pares, cū præfertur sinister, fit triangulus orthegonicus, si faceret obtusum caderet corpus, sed in omni triangulo orthogonio latus oppositū angulo recto est maius reliqs duobus lateribus diuisim sumptis ex Euclidis quadrangula, quia yponnusa.i. linea opposita angulo isto debet esse maior crure stante, & est crus dextrū, sed crura sunt paria, quid vltra, sed quia crus dextrum abbreuiatum est, ergo inflectitur, est igitur vera conditionalis, quòd si nulla pars hominis inflectitur, quòd nō potest incedere, & ex quo inflectitur sinistrū crus ista inflexio fit à coxa ad genu non ad tibias, quia dixit ꝙ omne animal in motu inflectitur necessario, dicit nō semper inflexio fit in poplite, aut in genu, patet in pueris dū serpunt super terram modo fit inflexio hocmodo sed serpunt, iste motus tunc fit in coxa, secundo in elephante dum incedit non crura, quia caret iuncturis, ideo putauit antiqu tas, qui non inflecteretur, sed falsum est, quia est in coxa.

Demōstratio mathematica ꝙ nulla pars animalis ī motu suo flectitur ꝙ animal nō incedit.

Tertio impossibile est quòd homo incedat recta figura præterquā in palestris, & iste modus est laboriosus, si non est inflexio in genu, est in femore, hæc est prima probatio mathematica.

Secundo à signo, quia si animal incedat iuxta parietē & faciat vmbram, videmus ꝙ linea quā describit vertex capitis sui nō est recta, sed curua, vnde hoc? quia cum animal sic procedens profert pedem sinistrum, stat tota moles super dextrum, & fit angulus rectus, quia dicit Euclides si accipiamus partem lineæ oppositæ angulo recto, quòd est æquale quadratis duobus aliorum laterum simul sumptis, ergo ista linea est maior quàm sit ista, & ista, idem probauit 19. primi Euclides, necesse est ergo quòd describat vertex lineam curuam, quia hoc crus abbreuiatur postea, ita cum quiescimus sinistrum fit maius, ergo ita eleuatur ex ista inflexione partium. Tum à causa naturali, quia animalium pars magna caput, pectus, venter, ergo pars inferior debet esse magna, si magna crura, ergo omni animali valde magna sunt, si paria, necesse quòd omne animal quod mouetur, quòd crus oppositum alteri cruri in incessu fiat alterum maioris quantitatis, alterum minoris, ergo necesse quòd animal in suo motu inflectatur, & nisi ita esset, idem crus esset æquale & maius, esset æquale per te, esset maius, quia omne latus oppositū angulo recto est maius aliis lateribus, eadē ergo quātitas esset ęqualis alteri, & maior illi, lego illa verba.

Lectio VIII.

EST dubitatio quia Aristot. dicit ꝙ homo in progrediēdo figit pedem perpēdiculariter ad angulū rectū, & inflectit ēt quia in vertice capitis videbit à pariete ꝙ sit linea obliqua ī vertice capitis, dubitatur primo quia Aristot. in sua ratione attulit duas conditiones, probauit secundam, & primam omisit, dubitatur cur assumpsit duas sine probatione, si nulla pars animalis quiescit, animal non incedit, secundo dicit quòd ex primo progressu hominis crus dextrum quiescit, & crus sinistrum producitur, & hoc vi tissim fit, dicit quòd in primo progressu sit triangulus rectangulus, ergo crus sinistrum longius factum est quàm dextrum, ergo hoc crus sinistrum longius factum est quàm dextrum, ergo hoc crus abbreuiatum est, ergo crus inflexum est, hæc est ratio, dubitatur primo, quia in casu isto crus dextrum non est breuius quàm sinistrum, bene linea in summo vertice est maior, tamen crus non est longius factum, sed hoc eleuatum est à terra, quasi homo eleuatur ad latus, non ergo crus hoc factum est breuius, sed solum eleuatum à superficie, & quia eleuatum est, ideo maius est hoc latus quàm cætera, non ergo verum est quòd ex quo linea est maior quòd crus sit abbreuiatum, sed hoc crus cum reliqua parte.

Secundo etiam videtur deficere, dicit hoc crus dextrum factum est breuius, ergo inflectitur, nego argumentum, quia dicam quòd compressum est in partibus, pars comprimit partem.

Tertio, quia non eſt verum, quòd linea deſignata à capitis verticẽ ſit curua, imò videtur quòd ſemper ſit vniformis, quia dum homo præfert pedem ſiniſtrum fit breuius, ergo detrahit verticẽ capitis, modo eodem pactu eſt hic, quia ſemper vniformiter factũ eſt breuius, qualis erat iſte angulus rectus ſuper crure dextro, talis ſuper crure ſiniſtro, ſicut prius idem anguli fiant. Dico cum dicis, cur omittit declarationem primæ conditionalis, ſi nulla pars animalis quieſcit, animal non incedit, dico quòd primus ex ſecunda, ſi nulla pars animalis inflectitur, animal nõ incedit, quia ſi incedit altera pars inflectitur, ex oppoſito antecedentis ad oppoſitum conſequentis ꝓbatio efficaciſsima, eadem eſt probatio primæ & ſecundæ, quia cũ dicebat, ſi nulla inflexio fit, nõ incedit animal, quia ſi inflectitur, quieſcit, quia ideo inflectitur crus, quia quieſcit, quia ſubſtinet molem corporis, ſi ergo nulla pars quieſcit, non inflectitur, ideo abbreuiatur reſpectu alterius.

Quod dicis, quia nõ ſequitur, quieſcit crus dextrũ, dum præfertur ſiniſtrum, ergo ad perpendiculum, ergo abbreuiatur, non valet argumentum, quia eleuatur crus à terra, & ideo totum latus bene eſt maius, tamen iſtud crus non eſt maius, ſed ſimul cum linea imaginaria protenſa à ſuperficie terræ vſq; ad ventrem, Dico quòd ſupponit Ariſtot. quòd poſsit fieri motus pede radente terram, in ſuperficiæ terræ, ſi non fit iſta eleuatio, fit triangulus rectangulus, ergo latus oppoſitum eſt maius, & ſic procedit argumentum Ariſtot. de pede radente terram.

De ſecundo, cum dicis, poteſt abbreuiari per cõpreſsionem partis ad partem, dico, non poteſt fieri inflexio niſi in iuncturis, ſed propter duritiem oſſium, neceſſe eſt quòd fiat inflexio actualis à coxa vſq; ad genu.

De tertio decipitur, quia licèt verum dicas quòd nunquam homo progreditur, tamen à principio primi progreſſus vſque ad lineam ſecundi progreſſus ſunt æquales anguli, quod non ſequitur, quia in fine primi progreſſus, id eſt quando innixus pedis dextro præfert pedem ſiniſtrum, deinde pedem dextrum, ſi continue eſt æqualis triangulus, tamen in pariete linea eſt curua, quia in fine continet primi progreſſus, & ſi eleuatur caput, in medio tempore abbreuiatur, ideo iſta linea in medio eſt, in principio & fine eleuatur. Probat Ariſt. eandem conditionalem ſecũdam in animalibus carẽtibus pede, quòd ſi nulla pars animalis quieſcit, non incedit, animalia erant triplicia, aquatilia, terreſtria, & volatilia, & probat inductione, primo de carente pedibus terreſtri, quia hoc animal incedit duplici motu poteſt mouere, aut motu vndoſo & fluctuoſo, aut motu tractus, ſi vndoſus eſt trifariam, aut eſt vt motus ſerpentis nullus inflexus remouet à terra, aut eſt quòd iſte motus ſuperne fit, ſicut Erucæ incuruantes ad ſuperiora dicũtur campæ, aut iſte inflexus fit interne, facit inflexũ internè, ſicut ſerpentes, patet, quòd inflectuntur in ſecundo genere animalium, inflectuntur in tertio, etiam inflectuntur ſi incedunt, generaliter ergo animal terreſtre & ſi incedit caret pedibus, inflectitur, ſi verò mouetur motũ tractus vt lũbrici, ſanguiſugæ, quòd quaſi pars contrahit ſe ipſam, etiã in iſto motu tractus eſt inflexio partiũ, licèt ſit occulta, ergo oẽ animal terreſtre carens pedibus dum incedit inflectitur, ſecundo de volatilibus, quia aues dum incedunt, aliqua pars inflectitur, quia expandunt & contrahunt alas, tertium genus aquatilium etiam inflectitur in motu ſuo, quia aut carent pennis, & ſic duplici inflexu mouentur, ſi habent vel non habent niſi duas, & ſunt oblongi temporis, & patet, quòd vtuntur in motu ſuo inflexione partium vt aues, ſi verò duas ſolum habeat pennas, hoc eſt trifariam, aut vtuntur reliqua parte corporis inflexu vnico, quaſi ille flexus ſuppleat duas pennas, ſecũdo autem habet latitudinem vt rombus, paſtinaca ſunt animalia plani generis, & habent duas pennas, & dum incedunt, vtuntur latitudine ſua & inflexione, hoc modo inflectuntur, ambitum corporis dilatant, & extẽdunt extremum corporis, ſicut Raia, & dicit Leonicus ꝙ adiuuat motũ, quia vtitur inciſuris in extremo ambitu ad natandum, & ita qualitercumq; fuerit, aquatilia ſemper vtuntur inflexione in ſuo progreſſu.

Eſt dubitatio Leonici, quòd Raia habet duas pennas & vltra inciſuras, oppoſitum dicitur primo de hyſtoria animalium, cap. v. videtur ergo quòd ſibi aduerſetur. Secundo addo, quia ſi ita eſt, quòd iſti piſces habent duas pennas tantum, aut natant ex inciſuris, ergo non eſt verum, quòd omne animal præditum ſanguine tantum quatuor incurſis mouetur, iſta tamen duabus partibus vtuntur, vel ſi vtuntur, inciſuris, ergo pluribus vtũtur, quàm quatuor notis, cuius oppoſitum demonſtrauit Ariſtot. Tertio de motu lumbricorũ ex quo eſt motus, eſt tractus pars prior attenuat, pars poſterior ſubminiſtrat ptẽ priorem, hic non eſt inflexus, ſeruatur tamen linea recta.

Me primo dicit Leonicus, quòd re uera codex eſt mendoſus, ita quòd dicamus, quia aut omnino lati quemadmodum Raia, non ipſis natat pennis, quòd textus ſit negatiuus, ſed omnis textus ſic iacet, vltra hæc, quia Ariſtot. poſtquam dixit quòd Raia caret pennis, dicit, videmus tamen ꝙ Raia habet pennas, textus ergo ille conuenit cum ſuperiori, qui eſt ſuper duas lineas.

Lectio IX.

ERAT ſecunda dubitatio, & confirmatio, de qua dicemus infra, de tertio de lumbricis, de motu dixi, quòd hic erat etiam inflexus, non videtur, dico quòd iſta animalia vtuntur inflexu poſterioris partis, vt dicit Ariſtot. non dicit priora. Omiſi vnam particulam in textu, quòd aquatilia tripliciter mouebantur, dicit quòd iſta animalia, quæ mouentur inflexu, faciũt angulum contentum duabus lineis, quia niſi illæ duæ lineæ ſic intercipientes eſſent maiores, illud animal non moueretur, quia neceſſe eſt quòd occupet maiorem locum quàm prius, & ſic non fuiſſet illud animal crure motum de loco ad locum.

Dubi-

Dubitare autem; dubitat Aristot. circa prius ostēsa, quòd omne animal præditum sanguine mouetur quatuor notis, tripliciter dubitatur, primo in genere animalium bipedum, tum in auibus quædam volant, quædam non volant, vt anseres, ista animalia bipeda tantum duobus signis incedunt. Tum tertio de homine, quia tantum duobus pedibus ambulat, soluit bifariam, prima solutio est, quòd non diximus, quòd omnia animalia sanguine prædita mouētur quatuor notis, sed diximus, quòd nō pluribus quàm quatuor, secunda solutio est quòd quatuor partibus mouētur omnia animalia prædita sanguine, aues vtuntur & pedibus & alis ad volatum, cuius signum si abscindantur crura circa coxas, non poterunt volare, similiter aues quæ non possunt volare, etiam vtūtur quatuor notis, in motu cuius si abscindantur alæ, nō poterunt moueri, similiter homo in motu iactat brachia, si ligentur brachia, videbimus manifestè iactationem in humeris, ideo diximus quòd aues, quæ volant quatuor notis, mouentur, & primo duabus alis adiuuatur à cruribus, è contra aues, quæ nō volant, similiter homo, tum interrumpit sermonem suum more suo reuertitur ad declarandum, ꝙ omnia animalia quæcumque fuerunt vtuntur inflexu membrorum, & extensione partium, dupliciter, primo, qa omnia animalia mouentur in subiecto sibi cedente, similiter aquatilia à subiecto, id est aqua sibi cedente mouentur, ideo egent extensione, & inflexione partium, quomodo ergo sequitur consequens ad antecedens, non declarat, possumus dicere quòd animal eget in motu membro expellente, attamen indiget, ergo extensione indiget, ergo inflexu, quia vna pars traducit ad locum altera quiescente, ergo omne animal in motu suo eget extensione & inflexione, ita videtur mihi quòd possimus exponere verba Aristotelis & non alio pacto.

Secundo probat idem inductione, primo consideremus ὁλόσχιστα, quæ habent alas ex integra membrana, sicut apes, muscæ à Latinis totipenna, ista animalia mouentur inflexu, & extensione alarum suarū, vbi? in iunctura alarum suarum, quo in piscibus, vbi? in pennis in loco originis, tum in serpētibus, in vertebris spinæ est extensio, & inflexus partium.

Secunda dubitatio, quia adhuc aues vtūtur quinq; partibus in motu suo, vtunt duobus pedibus, & duabus alis, vtuntur etiam cauda vropygio, dico ꝙ vtūtur in motu suo cauda non ad volatum, sed ad dirigendum gressus suos, sicut nauis vtitur temone, non ad motum, sed ad dirigendum gressus suos, patet totipennæ, & animalia quæ habent caudam ineptā motus, non habent rectum incessum, vt pauones, si volant, volant indirectè, oloptera sunt duplicis generis, quædam quæ habent vaginam quandam, in qua reponunt alas, oloptera dicuntur à Græcis, quædam non habent tegumentum quo reponant alas ipsas, sed cartilaginem sicut muscæ & apes.

Et omnes; Tertia dubitatio, quia videtur quòd falsa sit solutio prius dicta, quòd aues nō indigent cauda ad motum, sed ad dirigendum volatum, quia omnes aquaticæ aues habent caudam ineptam motui, & recto volatu incedunt, falsa ergo erat responsio, dico quòd istæ aues vtūtur recto volatu ꝙ pedibus in recto extensis ad posteriora, ideo dirigunt gressus suos pedibus ad posteriora complicatis, solutio ergo recta, quòd natura dedit caudam auibus propter directionem volatus, non propter motum volatus.

Addit Aristot. & tria dicit, primo, quòd oloptera, id est vagini penna sunt imbecillis cursus, & volatus, sicut Scarabei, ideo dolent, & strepunt in motu suo propter grauitatem corporis, ideo debilis volatus, quia natura dedit eis paruas alas, secundo dicit, pauonibus dedit caudam non ad volatum, quia magnitudine ipsis inutilis, tum quia certa parte anni deijciunt. Tertio dicit, quòd aues velocis motus præpetes adunci ronchi habent alas, quæ plurimum seruiūt motui, & natura dedit reliquum corpus aptū motus, sicut paruum caput, & pectus acutum, angustum & posteriura crispa, dedit eis robur volatus, collum breue, & pectus obesum carne, ideo natura dedit eis contrarium habitum, dedit alas magnas ratione corporis omissi, ita est de animalibus, quę habent paruas alas, sicut illi qui habent nauim onerariam, breui cursu procedunt.

Lectio X.

SOLVIT oobis tres dubitationes, soluens primam dicit, ꝙ non ostensum est, quòd quatuor notis mouentur animalia prædita sanguine, sed ostensum est quòd non possunt moueri pluribus quā quatuor, hæc solutio non videtur vera, quia ostensum est quòd omnia animalia, quæ minus videntur moueri, mouētur tamē, Tum etiam quia in fine problematis dixit, quòd ista membra latitudine corporis mouentur, non ergo quatuor notis, tum quia dixit, quòd quædam plani corporis mouentur, & multis dissimilis scissuris, falsa est ergo omnino conclusio,

Secundo dixit quòd natura de possibilibus facit quod melius, dixit quòd cauda est inutilis, ad quid, ergo structio, camelus, habet alas & nō volat, ad qd, tum oloptera, de his dixit quòd ista sunt difficilis motus, quia habent alas exiguas, cur ergo natura nō dedit alas pro magnitudine corporis.

Dico de primo, quòd re uera ostensum est, sed qa principaliter duabus partibus mouentur manifestè, non est manifestum quòd moueantur quatuor notis, & ita dico quòd disiunctiuè loquitur, etiam quia, uera est, quia principaliter duabus notis mouentur. De secundo, quia adhuc responsio falsa, quia pisces plani generis mouentur incisuris & duabus notis, dico quòd corporis latitudo supplet duas notas, de incisuris hoc non dixit Aristoteles, sed dixit Leonicus, vbi acceperit, nescio, verum est quòd dicit Auer. ix. de hystoria, quòd mouentur motu ambitus sui corporis, si tamen ita sit, oportet videre oculata fide, qui supplent duarum partium.

De secundo, quia natura non deficit in necessarijs, verum est, cur ergo dedit caudam pauonibus? dico

dico etiam ſi non vtantur in volatu,vtũtur tamen in motu progreſsionis ſuper terram, ita de ſtructio, camelo, De inceſtis, quæ habent alas tectas in vagina, fortè domini quia abſconditæ debent eſſe, quia exiles, ne offendantur, & quia oportet abſcondi, ideo exiguæ debent eſſe, vt poſsint abſcondi ne lędrentur ab extra offendentibus.

Quod autem erectum; textus xij. aliqua parte difficilis, Ariſtot. propoſuit nobis plura problemata, eſt ergo problema cum triplex ſit genus animalium habentium pedes,bipes,quadripes,& multipes,ſi bipes, cũ homo & aues conueniant in genere bipedũ, cur ergo erectæ figuræ homo ambulat, non aũt aues poſſunt ambulare, ſecundo cum ambo ſint in eodem genere bipedum, cur natura dedit alas auibus, non hominibus, ſoluit vtrumque problema obſcurè,primo primum,ſecundo ſecundum. Dico, quòd huius eſt duplex cauſa, primo, quia bipes eſt, ſed cauſa hęc nõ ſufficit,ſecũdo,qa ſuperiora hominis ſunt minora quam inferiora,quæ maiora & grauiora, ideo ex duplici cauſa ſunt erectę figurę homines,nõ aues, patet, ſi quadrupes eſſet, caderet in terram grauitate ſua,alia cauſa eſt verior, cum iſta ſimul complẽt vnã cauſam totalẽ, quia partes ſuperiores hominis ſunt leuiores & minores,quia ſi eſſet ècontra, tunc decideret vt quadrupeda, tunt etiam in pueris non poſſunt rectè ambulare, vt ſunt pomiliones, figura pomilionis eſt,in quibus ſuperiora ſunt maiora quàm inferiora, & ſic ſunt pueri, partes inferiores ſunt à coxa ad pedes, ergo quia ſunt pomiliones,non poſſunt ambulare rectè. Et ideo homo poteſt deferre corpus erecta figura de loco ad locum, ſecunda cauſa à ſigno,aues bipedes ſunt,ſtant, ſtantes ambulant,non tamen erectæ figuræ, vnde hoc? quia anteriores partes habent minores, quàm ſunt poſteriores, & ideo anes propter hoc poſſunt ambulare, aliud eſt dicere partes anteriores, quæ ſint illæ partes, dicemus. Tertio à ſigno in artibus Venetiis, Romæ artifices formant formam equorum ſub habitu ſalientium, vndæ hoc, quòd poſsint ſtare quaſi erectæ figuræ,nec cadunt, eſt, quia habent ſuperiores & anteriores partes leuiores, cum poſsint ſtare eleuati equi,partes anteriores fiunt vacuę,poſteriores ſunt plenæ, ideo ſtant, ideo bene diximus, quia dixerat quòd aues ſtant, & ſtantes ambulant,nõ tamen erectæ figurę,vt quaſi crura ſubtenſa alıbus diuidũtur vt equilibriũ partes anteriores ad poſteres, à poſterioribus ad anteriores, pp hoc ſtare pñt, nõ tamen erectæ figuræ, reddit cauſam huius, quia auis in genere bipedum habet coxam, verſus crus longiorem ac maiorem, quàm reliqua animalia in genere bipedum,quia ex hoc quòd coxa longior,& hoc mõ poſſunt diuidere grauitatem corporis in æquilibrio, dicit quòd ſubtendit coxam à parte poſteriori ſpinę in auibus ad medium ventrem, ideo poteſt diuidi, non autem in homine,dixit,habet coxam longiorẽ, coxa dicitur iſchia, tranſtulit Theodorus clunis, eſt extremitas oſsis magni in extremitate ſpinæ,cui innituntur crura,femur eſt pars cruris,ab eo oſſe vſque ad iecur, quod in ſui concauitate iungitur, ergo os illud dicitur etiam coxa, dicitur acceptabulum, dicit Ariſt quòd os quod eſt acceptabulum,eſt valde paruum reſpectu oſsis auium, os quod implicatur oſsi femoris,vt quaſi in auibus ſit duplicatum femori,in homine eſt tantum vnum femur, in auibus eſt duplicatum,hinc eſt, quòd diuidıtur tota grauitas in auibus in æquilibrio, & ideo ſtantes ambulare poſſunt, ſecundum problema,cur in generatione bipedu homini alæ non ſunt datæ? ò, dicit, quia natura nihil fruſtra facit, hoc eſt erectæ figuræ, ergo non habet, quia ſi aues eſſent erectæ figuræ, alæ eſſent inutiles, ſed homines ſunt erectæ figuræ.

Dubitatur,quia dicit quòd eſt erectæ figuræ,quia habet partes ſuperiores minores quàm inferiores, quarto de partibus concluſio dedit aliam cauſam, in ſecundo de partibus dixit,quòd eſt maximi caloris, tum quia dicit Gale.tertio de vſu partium, quia habet manus,cum vnius effectus eſt vna cauſa, quomodo ergo poſſunt eſſe plures cauſæ? Secundo quomodo differt ſtare & eſſe erectæ figuræ, videtur eſſe idem dictu, tum tertio, quia ex Galeno tertio de vſu partium dixit, quòd ſoli homini ineſt coxa, cum attribuitur coxa auibus & quadripedibus,ſi ſoli hoĩ?

De primo,verum eſt in vno genere cauſæ proximæ non poſſunt eſſe plures cauſæ ex parte materiæ, formæ agentis ex quo hoc intelligit, debet carere more terreno ex parte formę,ideo partes ſuperiores, in quarto de partibus reſpectu formæ, hic eſt parte materiæ,ex parte agentia, quia calidi eſt ſurſum eleuari, ſicut edium dextrum magis eleuatur quàm ſiniſtrum. De Galeno dico,quòd non conuenit Anaxagoras cum Ariſtotele, homo habet manum,quia erectæ figuræ,in hoc Ariſt.non eſt contra Galenum, imò contradicit ipſi Anaxagoræ, cum natura dedit eis manus,vt poſsit omnes artes exercere.

Lectio XI.

ERAT dubitatio, qa videtur circa eadem ſtare & eſſe erectæ figuræ, dico cum Galeno iij. de vſu partium, dicitur animal ſtare, quia vertex reſpicit ſuperius mundi, & hoc modo aues & homines dicunt ſtare,inbrutis natura eſt ita, quia vertex reſpicit plagam lateralem, erectæ figuræ aliud eſt, quia ſpina dorſi cum cruribus eſt in eadem linea recta, hoc ſoli homini cõuenit,ideo dicitur homo eſſe erectæ figuræ,& propriè,aues non,quia ſpina cum cruribus facit angulum rectum,ſimul homo ſędens facit angulum rectum,ſicut quadrupes ambulans.

De tertio,quia cõcedit auibus coxam, à cuius extremo exit crus,quaſi in æquilibrio diuidit grauitatẽ corporis,dicebas,quia coxa, quæ dicitur iſchia, ſoli homini cõuenit,dicit Gale. quomodo ergo hic Ariſtot.concedit etiam auibus,dico quòd re uera & ꝓpriè conuenit ſoli homini,& eſt os habens concauitatem in extremo ſpinæ, dicitur iſchia, coniungitur cum femore, Theodorus tranſtulit crures in auibus, coxam in homine.

Quod

Quod igitur; textus facilis, res autem difficilia, repetit prius ostensa, & simul app mit quædam problemata discutienda à nobis, repetit ergo quòd in omni motu animalis fit inflexio partium suarum, si nulla quiescit pars, nulla inflectitur, deinde ostendenda sunt, cur homo & aues bipeda sunt, quòd cru ra inflectunt contrario modo, secundu n problema etiam à principio cur quadrupedes è contra sibi inuicem inflectunt crura anteriora & posteriora, & nō habent contraria sibi, sed aues & equus inflectunt posteriora in post ad concauitatem, homo in ante & ad conuexum, reddit causam primo generalem, dicit, causa vtriusq; problematis leuis est, natura nihil facit temere, & à casu, sed omnia ꝑpter finē determinatum, nisi impediatur natura, id est agens na turale, & quale? quodvis, forma, anima hominis, bouis, agens naturale est ad principium, quòd natura propter melius secundum quòd conuenit rei subiectæ, meliori modo facit secundum naturam rei, hominis partes ipsius.

Ex his soluimus problemata, quia melius est sic inflectere homini, melius est sic quadrupedi inflectere crura posteriora in post, anteriora in ante, ita melius conuenit eis, perche melius? reddit duas causas, quæ quantum valeant, vos cogitabitis, forte nesciebat, dicit, quia incessus hominis est in ante, & sic fit, quòd pars prius prætendit, deinde firmat, & innititur tota moles, deinde alia permutatim secundum partium successionem ex demonstratione supra dicta, quia motus hominis fit successione partiū permutata, quæ dum transfertur, fit angulus rectangulus, & latus oppositum longius, & quia crura æquātur, necesse ergo vt inflectatur, ergo inflectitur ad ante, sed dices, ita dicam de quadrupede & de aue, motus auis fit vicissim ad anteriora, ergo ista inflexio debet fieri magis versus posteriorem quàm posteriorem, de facto ego non intelligo Aristotelem, si ista est causa, quia motus est ad anteriora, ita motus auium est ad interiora.

Addit aliam causam non minus obscuram quàm priorem, secunda causa est, ne idem moueatur contrariis motibus, quomodo deducit, quia cum porrigat homo ad partem anteriorem, debet ista cruris permutatio esse ad anteriora, si inflectat ad posteriora, sequitur quòd idem mouebatur contrariis motibus, quia tibia mouebatur contrariis motibus secundum partem superiorem cruris protenditur versus progressum, secūdum aliam partem mouebatur versus anteriorem, sed impossibile est ergo, & præcipue hoc verificatur de genu, quia superior pars mouetur simul ad anteriora & posteriora, hoc impossibile ergo, sed manifeste habet instantiam, quid de aue? auis inflectit crura ad partem posteriorem, & mouetur versus anteriorem, tum quia non inconuenit, quòd idem secundum diuersas sui partes mouetur motibus contrariis, si arguis de genu, ita arguam in auibus, solue tu argumentum de auibus, ita soluam de genu, ita ego nescio, aut rō valde puerilis.

Fortè possumus reddere aliam causam, quia natura de possibilibus facit quod melius est, commodius erat homini ista inflexio, quia si inflecteret crura ad posteriora, non tantum posset eleuare genu, quid de aue? forte non erat nec auibus iste motus ad ea ercēdas artes, dicit Gale. aui autem non erat ita necesse, quia viuit sui natura, homo arte, ideo soluit secundā partem problematis, cur homo inflectat brachia ad partem posteriorem & ad concauum, ècontra bruta, quia si aliter, tunc inutilia essent ei brachia, quia tunc subterfugeret manus sensus visus, & tunc inutiles essent arti, soluit tertiam partem problematis, cur crura posteriora versus posterius, anteriora ad anterius, primo est causa generalis, quæ erat de inflexione crura hominis anterius, & versus connexū similis est inflexio, ergo ex eadem causa fit, causa specialis est, quia sic commodius & altius eleuat crura anteriora in altum, si versus pectus eleuaret, impediretur à pectore multa eleuatio, cur ergo eleuat crura posteriora, ècontra, & propter duas causas, prima causa generalis iam dicta est eadem hominis, secunda specialis, quia animalia quæ generant animal, habent mammas, & ne impedirent nutritionem fœtus sui, lego illa verba propter etiam fluxu existente, scilicet crure existente retro versus, id est ad concauum duobus.

Lectio XII.

ARISTOTELES declarat omnes modos, quibus inflecti potest pars in motu animalis, tria dicit, primo de inflexione partium, quæ fit in motu quadrupedum, deinde bipedum, dicit ergo primo, quòd quatuor modis possumus imaginari, quòd inflectantur i motu crura in motu suo, primo, ꝙ animal quadrupes inflectit posteriora & interiora simul in ambitu ad concauum eodem pacto, secundus modus, ꝙ inflectit crura anteriora, & posteriora ambo ad cōnexum contrario modo. Tertio modo quòd difformiter inflectat anteriora ad connexum, posteriora ad concauum, sicut equus, quartus modus imaginationis, quòd ècontra fiat, quòd priora ad concauum, posteriora ad conuexum, non alio modo possumus imaginari quòd quadrupedia in motu suo inflectant crura sua, & dicit Aristo. ex his quatuor modis, primi non inueniuntur secundum naturam, tertius consistit in natura, & in omni quadrupede, excepto elephante, quartus modus conuenit ex omnibus quadrupedibus soli elephāti, ex omnibus bipedibus soli homini, quòd inflectat crura priora ad concauum, posteriora ad connexum, etiam homo & elephans eodem modo inflectunt crura, hoc est primum, quod dicit Arist. est tamen verbum in text. a, id est primus modus, b. secūdus modus, c. tertius modus, d. quartus modus, crura ad se inuicem, verba obscura, curuaturæ se inuicem respiciunt sub ventre, concauitates verò respiciunt extrinseca, vt dicit, *semper autem in hominibus*; ponit secundum documentum, quòd in homine inflexiones vicissim se habent, probat in brachio triplex inflexio, in pede triplex inflexio, in brachio

brachio est campus, & vterus, cubitus, cubitus ad cõcauum, campus & humerus ad conuexum, similiter & in crure est inflexio coxæ, ischiæ fit ad cõcauum, secunda in genu ad partem exteriorem, tertia in pede ad partem concauam, sicut ergo in brachio tres erant inflexiones vicissim mutatæ, ita in pede, & loquitur de inflexione hominis. *Et inferiora;* Tertio dicit, quòd membra superiora contrario se habent modo inflexionis quàm in inferioribus, in humero erat ad conuexum, in cubito ad concauum, in pede erat inflexio ad concauum, & carpo ad conuexum, quę causa huius, patet experientia, inductione, ratione, quia contrariorum contrarij debent esse effectus, primo inductione, secunda est oppositio partium, reliqua verba sunt loco epilogi.

Sed vos dicetis, quòd de quæstionibus vniuersalibus sunt opiniones, de partibus ibi difficultas est, dicit primo quòd loquens de primo membro dixit, quòd aut animal inflectit vniformiter priora, aut posteriora ad concauum, & ista inflexio nulli animali in natura conuenit. Est dubitatio Leonici de auibus, qui inflectunt omnes partes ad concauum, & ad alas, & ad crura, non ad partẽ anteriorem sui circuli, ergo, quòd ita sit, patet, quia comparat elephanti hominem, ita ergo cõprehẽdit membra bipedum, sed hominis brachia correspondent alis auiũ ergo.

Secundo, quia sibi ipsi aduersatur ij. de hystoria animaliũ, cap. j. dicit, ꝙ crocodili, & lacertę inflectũt sua crura, & priora & posteriora in post, licèt aliquo modo in latus, nihil minus est ad concauum.

Secunda dubitatio est in quarto modo, quia dicit, quòd soli elephanti ex quadrupedibus conuenit illa inflexio & homini, dubitatur supra, dixit, quòd elephantes habent crura integra, quomodo ergo est inflexio aut ad concauum, aut ad conuexum?

Tum difficilius, quia dicit, quòd hoc conuenit soli elephãto ij de hystoria, cap. viij. vrsus & simia eodem modo inflectit crura sicut homo. Tum in secundo eius dicto dicit, quòd membra ipsius hominis seruientia motui habent diuersas inflexiones, primo hoc dictum videtur generale in omnibus motibus aliorum animalium, cur ergo dicit hominis tantum? Tum quia dicit, quòd inflexio manus fit ad conuexum, imo videtur quòd magis ad concauum, aut si vtroque modo fiat, cur dixit, quòd fit ad conuexum, & non ad concauum. Tum in tertio dictu, quòd iuncturæ eiusdem animalis se habent opposito modo in parte superiori, & inferiori, ex eadẽ causa erit, quòd erit inflexio contrario modo, tamẽ falsum est, quia pedes omnes in equo flectuntur in ante ad cõuexum, si ista sit ratio, quia opponũtur ista membra, ergo debet esse etiam in equo ista oppositio, sed non est, ergo est illa causa, cum si est cõueniet etiam quadrupedibus. Dico, quòd Arist. rectè dixit, cum dicimus, quòd primus modus impossibilis, dicit, conuenit bipedi, auibus, dico vt Leonicus rectè, quòd inflexio, quæ fit in alis, est duplex, quædam inferior, alia superior, in qua sunt pennæ maiores, quę seruiũt ad volatum, prima est ad anterius, & de ista non loquitur Aristot. alia quæ est in extremitate alarum, & ista ad conuexum opposito modo, & de ista loquitur Aristo. sed dicimus, cum alia habet duas inflexiones, cur magis dicit Arist. ꝙ alæ inflectunt ad conuexum, quàm ad concauum? hic est perturbatus Leonicus.

Dicerem ego, quòd ista inflexio videtur principalior, ex quo maiores pennæ magis seruiunt motui, & Aristoteles aduertens ad illam dixit, quòd ad conuexum, non ad concauum, ita ego dicerem.

De secundo ij. de hystoria animalium, cap. viij. de crocodillo in post ad concauum, dico quòd Arist. loquitur nõ principaliter de omni quadrupede, sed de animalibus quæ pariunt animal, ista pariunt ouum prius, & de his non loquitur Aristoteles.

De secunda dubitatione de quarto modo, quòd soli elephanti conuenit, & homini, modo caret iuncturis elephãs, re uera ita est, fit inflexio in humero in coxa, post crura, & post in coxa, in iuncturis superioribus. De vrso & simia, quibus conuenit idem motus, sic & hominibus, ergo non solum elephanti, verum est, quid ergo dicit Aristoteles? Dico, possumus exponere verba Arist. quòd ista animalia ancipitis naturæ bipedis & quadrupedis vtuntur cruribus anterioribus, sicut homo brachiis & quadrupedibus simulantur, quia procedunt quatuor pedibus, loquitur Arist. de animali quadrupede verè quadrupede, ista non sunt verè quadrupeda, sed mediæ naturæ sicut exponemus. Erat secũda dubitatio principalis, quòd membra hominis habẽt contrarios inflexus, dubitatur, quia ista inflexio videtur generalis omnibus animalibus, putauit Leonicus, quòd ita esset de reliquis animalibus, sicut de homine, ideo, sed hoc non est verum, patet instantia in equo, inflexio in genu est ad cõuexum, inflexio in pede & etiam ad conuexum, in homine autem erant diuersæ inflexiones, ideo non minus si restringimus sermonem suum, & dicemus ꝙ est sermo particularis.

De manu, quòd eius inflexio sit vniformis sicut & cubitus, Dico, vtroque modo est, cur ergo magis appellat ad istam partem quàm ad illam, dico, iudicio meo; quia considerat vsum manus, & vt in pluribus est ad capiendum manus corpora extrinsecus occurrentia ad conuexum, ideo dixit, quòd ad conuexum, non ad cõcauum. Erat tertia dubitatio si ista est causa, etiam debet conuenire brutis, quia ibi sunt pedes inferiores & superiores, vt ergo vera causa, dico, quòd non est vera causa, sed est causa in homine, non in aliis animalibus, quia de homine maximã diligentiam natura habuit, & sic ista causa est causa simpliciter in homine, non in animalibus.

Lectio XIII.

M*Ouentur;* aggreditur vnum quæsitum, cur omnia quadrupeda mouentur per diametrum, & omnia multipeda vel. sint quadrupeda, mouentur per diametrum, vult declarare causam, diximus supra, quid est mouere per diametrum, dicit ergo, ꝙ causa huius est, quia non possunt alio modo mouere, id est

pede

pede dextro & sinistro eleuatis reliqui quiescunt, & è contra, si non alio modo, ergo per diametrum debet moueri, probat syllogismo diuisiuo, aut motus illorum fit motis simul anterioribus, aut motis simul dextris, aut per diametrum, non alio modo possumus imaginari qundrupeda moueri quàm tribus modis, primo modo non potest fieri iste motus, nec secundo modo, ergo tantum tertio modo, probat quòd non primo modo, quia iste motus non esset continuus, sed dilcōtinuus, melius est quòd motus in animalibus sit cōtiuuus, ergo, nō ostendit Aristoteles, quomodo non esset continuus, sed patet, quia esset sicut de vermibus, fieret tractus post motum priorem, necesse esset quies, secundo, quia esset motus saltus, qui est difficilis animalibus, sicut videmus in pompis equi, qui saltu mouetur, cito fatiganiur, nec secundo modo quòd simul incedant motis tantum dextris cum lateralibus, imposibilis est motus, nec potest state, caderet animal, quia cum eleuarentur duo pedes, & alij figerent, corpus rueret, sequitur ergo, quòd tertius modus, quòd per diametrum posint moueri permurato pede & vicissim, iam ergo patet, cur omnia quadrupeda debeāt moueri per diamettum, experientia, si accipiamus v. g. quatuor pedes animalis, quod habeat decem pedes, videmus quòd sempet correspondenr ordine suo permutato per diametrum, ita etiam de aliis probat ab alio exemplo per locum à minori si accipiatur cancer, minus de ipso videtur, non videtur moueri per diametrum, est quia mouetur in latua, non videtur moueri in ante, tamen mouetur in ante, motua nostrorum gambarorum est ad ante, si aliquādo est, in post, est ob timorem, ideo retrocedunt, & si canceri videntur moueri ad latus, re uera tamen ad anteriora, quia habent oculoa in extremo corniculæ, quę videtur in latus esse, ideo ibi viget sensus, & in ante procedunt.

Sed dicetis, quia dicit quòd motus saltus non esset motus, quia nō esset continuus, modo etiam in omni motu inconnenit quies, nullus ergo motus animalis est continuus, quia interuenit quies alicuius partis, quid ergo dicit Aristotetes.

Secundo dicit, quòd in animali multipedo verificatur, quòd mouetur per diametrum, quid si haberet decem ant quatuordecim pedes, quomodo coniungerentur motori per diametrum? tum quia multipeda exanguia sunt, & sunt tardi motus, cur natura dedit eis multos pedes, & plures, quàm præditis sanguine.

Dico, quòd re nera non est motua continuus, sed est quies aliquantulo tempore, Aristo. dicit recte, si comparemus motum in se, nō est continuus, si comparemus ad motum, saltus est continnus, quia non habet tantam interruptionem temporis.

De secundo, si haberet pedes in nnmero decem ant quatuordecim, quomodo ille motns per diametrum, domini ego nescio, fortè consequentur duos priores sibi immediatos.

De tertio, cur est, quòd prædita sanguine sunt velocioris motus, iij. de vsu partium dixit Galenus, quòd exanguia sunt debilium virium, & non tollerant auferre corpus, ideo natura dedit eis crura multa, ideo omnia multipeda exanguia, *aues autem*; cōsequanter ad maiorem doctrinam vult declarare omnes inflexiones motus in animalibus, quæ factę sunt à natura, aut per necessitatem, aut propter melius, dicit quòd crura auium mouentur sicut crura posteriora quadrupedum, sicut in quadrupede sunt quatuor membra seruientia motui, ita in animalibus etiam proportione quadam alę correspondent prioribus cruribus, eodem ergo modo debet se moueri præter elephantem, vt diximus.

Ex eadem causa inflectantur; ex duplici causa, primo vt altius eleuarentur crura posteriora in quadrupede, ideo ad concauum sui circuli, secunda causa vt posint nutrire suoa fœtus melius, ita hic duplici causa natura inflexit crura & alas auibus, vt quasi in æquilibrio poneret corpus auis super crura ipsa, ideo necesse fuit vt flecteret ad concauum, secunda causa est, quia auis debet nutrire & fouere pullos sub alia & ventre, ideo natura inflexit alas ad post & ad cōcauum, dicit, *quapropter illis ablatis neque*; omisi vnum, sicut in cruribus posterioribus quadrupedum est principium motus, ita & alis est principium motus in auibus, secundum est principium quòd ex eadem causa, quam diximus, quòd auis inflectit crura sua, diximus, aliquando animalia inflectunt crura in latus, & cur? ex commoditate, sicut volatilia, tum olopera, muscæ, cicadæ, expandunt alas ad latus terrestria etiam, etiam pisces extendunt pinnas non ante, sed ad latus, terrestria vt lacerta, declinant ad latus cum ista mouent membra ad latus est eadē causa, quia faciliua & promptius mouentur, eodem modo animalia, quæ cauernas subeunt, vt generēt oua, facilius subennt cauernaa, ideo natura dedir membra ad latus, sicut crocodilus, qui iiij. de partibus animalium cap. x. mouet mādibulam superiorem inferiore quiescente, cuius causa est ex costodia cerebri, nec ex illa agitatione impeditur cerebrum, quia non habet id animal aliud membrum ad capiendum nisi os, & facilius capitur mandibula superiori, ideo sicut stellio in sepulchris ignotum nobis, alij dicūt ꝙ est phalangium, quod non credo, aliud est sicut testudo quinto de hystoria animaliū, triplex est, aquatile mus, aquatilis cantaria, testudo, Plinius fuit in maximo errore, confundit testudinem marinam & aquatilem, & ideo dicit, quòd ista animalia subeunt terram, & ducunt postea pullos in aqua, ista contractis pedibus monentur in latus, lego illa verba, hucusque, quia obscura sunt.

Lectio XIIII.

EX *pedestribus autem*; Postquam declarauit causas inflexionis partium motus, hic declarat causas inflexionis partium animalium bipedum, & multipedum, tria dicit, quòd in animali multipedo primi & posteriores pedes inflectuntur, sicut pedes posteriores in quadrupe-

quadrupedibus ad cõcauum sui circuli, ita est in animali multipedo, reliqua crura intermedia alio modo inflectunt, sed in latus obliquantur, & vacua sunt, 5. de sanitate tuenda, j. de differentiis febriũ, sunt morbi, crurum uaccia dicuntur, cuius crura curua, ita ꝙ se contangunt, pari sunt, et ergo vt nani, & ponilioꝛnes inflectunt crura ista superne introrsum, quasi genibus se contangentibus, & assignat duplicem causam, primo, quia medium debet sapere naturam extremi, & sicut illi pedes medij sapiunt naturam priorum & posteriorum crurum, cũ sit lateralis eius motus, secunda causa ne ista crura intermedia in motu suo se impedirent. Tertia causa, quia hæc animalia vt plurimum degunt ferè toto tempore intra cauernas terræ, ideo ista inflexio est aptior quàm si crura inflecterentur in altum, secundo dicit, quòd est admirabilis natura cancrorum in genere crustaceorũ, μαλακόστρακα dicuntur græcè, propter duas causas, non dicit, quia in ante non progrediuntur, sed in latus, secunda admiratio est, quia hoc genus animalis habet multos pedes, in quibus incipit motus eius, alia animalia habent tantum binos præuios.

Causa primi, quia habet oculos in extremo corniculæ eminente, in quarum extremitate est visus, & ea pars est anterior, in qua dirigitur sensus, causa secundi, ꝙ habeat plures pedes præuios & multos subsequentes, ècontra alia animalia, quia cancri incoãt motum pluribus pedibus, causa huius est duplex, prima, quòd hæc animalia difficulter mouent pedes ob duritiem pedum & crurum suorum, ideo natura dedit eis multos pedes præuios, secunda causa, inquit ipse, quia hæc uel utitur pedibus non ad natatum, sed ad progressum, & quia eius progressus est modo ad partem dextram, modo ad sinistrã, ideo natura dedit eis multos pedes, cum permutat motum ad latus sinistrum, pedes sinistri fiunt præuij, pedes dextri fiũt posteriores, & subsequentes, ècontra verò permutatur ad latus dextrum. Tertium dicit, quòd omnia animalia mouent sua crura in latus ex eadem ratione qua quadrupeda & nauia, & erat crocodillus, lacerta, & animalia, & sic lacerta non est insectum, qa est præditum sanguine, & hoc quia quatuor notis incedit, causa erat ergo, quia facilius subeunt cauernas terræ, ita ex eadem causa finali, crura animaliũ multipedum inflectũtur ad latus, & ex eadem causa sunt vaccia, alia est causa ex parte materiæ, in aliquibus humiditas nimia, in aliquibus siccitas nimia, aliqui ex nimia humiditate, & ex grauitate corporis inflectũt crura destrorsum & sinistrorsum, ĩ aliquibus est siccitas nimia, quia contrahunt crura sicut in cancris & carrabis, diuersimode tamen, licèt sint ambo ob siccitatem carrabi ad natatum, cancri ob incessus motum, quia sunt animalia ancipitis vitæ. Cuius signum est duplex, tum ex figura carrabis quę est lõga figura, & figura lõga est aptior ad natatum, quàm figura rotunda, tum etiam quia carrabi habent caudã, cancri caudam non habent, tñ ambo ista aĩalia habẽt crura obtorta ob siccitatem. Sed vos dicetis, quia dicit, ꝙ crura uaccia, & causa huius inflexionis, aliqñ est causa humiditatis, aliqñ siccitatis, modo contrariorum effectuum sunt contrariæ causæ, ergo quomodo eiusdem. Tum quia dicit, ꝙ multipeda inflectunt crura intermedia, hoc videtur dubium, qa potius hoc est dictum infernè inflectuntur, quia conuexum eius non respicit partem superiorem.

Tertio, quia dicit, ꝙ animalia multipeda mouent, prima crura in ante, posteriora in post, oppositũ dixit supra Arist. quòd multipeda semper quaternis pedibus correspõdent in motu horum animalium.

Dico dñi primo, ꝙ per accidens sicut spasmus habet duplicem cãm ex humiditate & siccitate, ex humiditate crescit longitudo, & abbreuiatur latitudo, ècontra in siccitate, similiter in cruribus cõtorsitas, & sic ista obliquitas fit à causa per accidens.

De secundo credo dñi, ꝙ intelligat, ꝙ ista crura inflectuntur superne, quia pars cõuexa respicit cœlũ, non pars concaua. De tertio non sequitur, quantumcunq; prima & posteriora se habent quadrupedibus. Cum declarauit nobis cãm inflexionis animalium multipedum, transit ad aues aquatiles & pisces planos, vbi primo dicit tria in genere aquatiliũ est genus piscium planorũ, dicũtur ẽt lati pisces, duplex est horũ genus piscium astilium, alij habẽt spinam, per dorsum dicuntur psintres, passares, Plinius trãstulit rhumbos, sed falsum est, quia rombus est species, dicuntur passares à figura, habent colorem albũ in supina parte, in prona parte colorem cineritium.

Sunt alij pisces plani, qui nõ habẽt uerã spinã, sed cartilaginẽ sicut pastinacha & raia, dicit ergo, ꝙ isti pisces natãt, sicut homo monoculus, qui incedit obtorto collo, prętendit partem in qua est oculus, ita ẽt isti pisces plani, qũo aũt, ego nescio, secũdo dicit, ꝙ aues aquatiles cõueniunt cum piscibus qui natãt, ẽt habent progressum in terra, iõ vtuntur pedibus ad natandũ & progressum, sicut salices maris, lõ ista habent pedes, alio modo quia habent pedes planos, dicuntur plani pedes, sunt coniuncti cartilagine, & habent crura minora & breuiora, quia vtũtur ad natatum, his pedibus melius habent crura crassa ad natatum, quasi ꝙ natura demit lõgitudinẽ pedũ, & dedit cartilaginem pedibus, istæ aues non habẽt crura in medio in æquilibrio, sed in posteriori parte, qa melius seruiunt ad natatũ. Tertio dicit, ꝙ aues & pisces aquatiles cõueniũt, & differũt, primo vt ꝙ sicut pisces pinnis, ita aues alis, et pedibus, nõ dedit alas et pedes piscibus, qa non ꝓgrediuntur, et si dedisset, haberet plures notas q̃ quatuor in motu incessus, iõ domini, pisces debẽt habere sanguinẽ et branchias, illa opercula ad tẽperandũ calorẽ innatũ, et reliqua animalia aquatilia, quæ carent sanguine et branchiis, nõ aũt pisces secundum Arist. Aues aquatiles, quia etiam degunt in terra, habent etiam pedes et alas, tũ etiam sicut in auibus est cauda, ita in piscibus, conueniunt ergo et differunt pisces et aues aquatiles.

Lectio XV.

De ostraceis; transit ad aquatilia, et dubitat de prius dictis, qa diximus, ꝙ pars dextra in omni animali est principiũ motus, dubitat de ostreis, in quibus est motus, et tamen nõ ha-

bent partem dextram nec sinistram, quomodo ergo pars dextra est principium motus soluit obscure, quod iste motus ostraceorũ est inordinatus, ideo nihil mirũ si in ipsis nulla est distinctio partis dextræ, & sinistræ, quia confusio & quasi præter naturam est ille motus, exemplum declarat triplici similitudine, primo, quia ita est de motu ostraceorũ, sicut est motus animalium gressibilium abscisis pedibus, sed inordinatus, ergo, secundo similis est motus motui vituli marini in terra, non in aqua, quia iste motus est confusus, quia habet pedes postremos de natura pisciũ, & etiam quarto de partibus animalium, cap. x. Tum tertio exẽplum de vespertilione, motus progressionis vespertilionis confusus, quasi præter naturam, ideo, & dicit, quòd vitulus marinus & uespertilio sunt ambo quadrupeda, sed tamen quia sunt ambiguæ naturæ, ideo habent imperfectos motus secundum pedes, si compareinus pedes vituli quadrupedibus potius habent rationem pinnæ piscium, si cõparetur piscibus, potius habent rationem pedũ quadrupedum, quia aquatilia carent pedibus, ideo confusus est motus eorum. Tum vespertilio est ambiguæ naturæ, si comparetur terrestribus animalibus pedes eorum potius habent rationem alarum quàm pedum, comparatus volatilibus alæ habent potius rationem pedum quàm alarum, ideo confusus est eius progressus, ideo dicit Aristoteles, ita ostreæ sunt ambiguæ naturæ & ad plantas & ad animalia perfecta, dicuntur tertio modo fixa cum sint propinquissima naturæ plantarum, cũ natura natura transcẽdat ab extremo ad extremum sine medio, ideo ista animalia vt stantia mouentur, vt non incendentia stant, verba autem habent duplicem expositionem, prima Michaelis Ephesij, secunda Leonici, prima est, hoc est comparata plantis immobilibus uidentur moueri, vt verò incedentia, si comparentur verè incedentibus uidentur potius stare quàm moueri.

Secunda expositio, ista animalia, hoc est vt stantia, id est vt adhærentia scopulis & saxis mouentur motu dilatationis & constrictionis, vt verò progredientia, id est quia eorum motus est imperfectus, ideo potius uidentur stare & quiescere quàm moueri, hoc est tertium exemplum, patet de animali ossibili abscissis pedibus, secundo de vitulo, tertio de uespertilione, quartum exemplum ex similitudine cancrorum, qui sunt figuræ rotundæ, similis est ille motus motui cancrorum, quia est ad latus modo ad dextrũ, modo ad sinistrum, ideo quia confusus & inordinatus est motus, ideo non habent distinctam partẽ sinistram à dextra, verum est, quod aliqualiter sunt distinctę in cancro, non autem in ostreis, tum quia habent forbices calidiores in vna parte quàm in alia.

His dictis postquã soluit dubitationẽ, quõ ostrea carent dextro & sinistro mouentur tamen ordinate, ad librũ de anima sequitur liber de partibus animalium, cum egimus de partibus animalium. His determinatis partibus est de aĩa determinare, prius debẽt determinari de partibus animaliũ, & libri qui seruiũt cõi motioni, deinde iste de incessu, deinde libri đ aĩa, & videtis qũo inordinatẽ legunẽ libri Arist. in scolis.

Sed vos dicetis primo, quia remanet dubitatio insoluta, si in omni animali principiũ motus est pars dextra, si ergo habẽt motũ, ergo habent partem dextram, semper sumus in eadẽ dubitatione. Scđo, quia videtur sibi ipsi aduersari, supra dixit, quod nullũ animal prædituũ sanguine põt moueri pluribus notis q̃ quatuor, vespertilio habet quatuor pedes & alas, tñ est animal sanguine præditũ. Tertio, quia Aristo. supra in turbinatis cõcessit quod habent motũ incessus, & oẽs partes erant dextrę & sinistræ, ergo ad hoc quòd fiat motus in animali nõ sequitur, quod sit distinctio partis dextrę & sinistræ. Quarta dubitatio est, qa ubique Arist. uocat ostrea immobilia 4. de partib. x. & supra dixit, quod immobilia, iõ carẽt dextro & sinistro, hic dicit quod mouẽtur. Quinto, qa dicit de cãcris, quod carent distinctione dextræ & sinistræ, est tñ pars imperfecta ubi ẽ ualidius brachiũ, mõ si in oẽm partẽ est motus, ergo in omni parte animalis cãcri est pars dextra & sinistra. De primo si habẽt motũ, ergo principiũ sui motus, ergo partem dextrã, dico, quod duplex est motus, vnus đ loco ad locũ est incessus, & tũc dicit, verificatur de habẽtibus motũ incessus, alius est motus in loco eũ dilatantur & cõstringunt, attollũt vuluas suas & deprimũt, & iste nõ est motus de loco ad locũ, sed in loco, supra locutus est de animalibus habẽtibus pgressionẽ, iõ ostrea nõ habẽt partẽ dextrã & sinistrã, & hoc noluit dicere Arist. licẽt ista animalia mouent, tñ qa imperfectẽ, iõ nõ habẽt hãc distinctionem partis dextræ & sinistræ. De secũdo, qa supra dixit, quod nullũ animal põt moueri q̃ quatuor partibus, dico, quod supra dixit, uerũ est, si motus animalia eius est perfectus ẽt vbi illę partes fuerint distinctæ, vbi ille motus est imperfectus, non uerificat dictum Arist. sed põt esse plures, quia ex quo imperfectę supplẽt tñ uię quatuor ptiũ ex verbis Arist. hoc habeo.

De tertio đ turbinatis, qa supra cõcessit esse immobilia, dico, quod in animali pfecto subiecto & opere naturę distinguñt quatuor ptes, & pars dextra & sinistra in aĩali imperfecto nõ distinguit subiecto, iõ qlibet pars habet rõnẽ dextri, reliqua pars q̃ ei opponit habet rõnẽ sinistri. Sed dubitatur ut supra, quia cũ loqueretur de motu turbinatorũ supra terrã, si debẽt ferre suas conchas, necesse est, quod pars oblõga feratur supra terrã, necesse ergo quod semper motus fit ab ista parte vbi protẽditur in caput. Dñi possumus dicere quod motus sẽper fit eodẽ mõ, qũo ergo ex aliis partibus possumus dicere, quod caro reliqua est eiusdẽ naturę, iõ ẽt sunt principia motus, si nõ, forsitã ex alia cã, non ex sua natura. De quarto, qũo dixit ostrea immobilia, dico, supra dixit ad hoc, quia nõ mouẽtur de loco ad locum, sunt mobilia, quia mouẽtur per motum dilatationis, suna ergo mobilia & immobilia.

De cancris, quia dicit, quod habẽt motũ in omni pte, cũ tñ pars dextra est seiuncta à sinistra dicit, si in omnẽ motũ mutatur, nõ ergo ibi est secundũo magis de vna parte q̃ de alia, dicerem, quod quãtumcũq; animal põt moueri ad omnes partes, đ, põt moueri ad oẽm, dico, semper ista pars est principium motus, sicut in homine mouetur ad omnes partes, tñ vna semper est principium motus, & sic finis libri, quiescemus.

EIVS-

EIVSDEM EXPOSITIO in libellum de longitudine & breuitate vitæ.

Lectio I.

DE eo autem quod est; Primo videbimus de ordine huius libri ad reliquos libros philosophiæ, deinde de diuisione, De intentione autē satis dixit Arist. De ordine autem dico, ꝙ hic liber immediate sequitur ad librum de generatione animalium, præponitur tamen mullis aliis, vt libro de morte & vita, iō Arist. in fine de somno & vigilia dixit de isto se esse dicturum, ratio huius ordinis repetetur etiam, quia sępe dictum est, ꝙ ratio animalium iam dicta est per modum hystoriæ, huic parti respondet tractatus de theoria causarum animalium, prius tamē dicit, quòd est liber de partibus, qui declarat materiam, secundo liber de incessu, tertio liber anima, habetur in his libris de sensu & sensili, de memoria & reminiscentia, de somno & vigilia, de communi motu animalium, secūda pars de historia animalium erat de generatione animalium in tres libros sequentes, huic parti respondent quinque libri de generatione animalium, tertia hystoriæ pars erat de morte & vita in viij. de hystoria, & illi annectūtur isti tractatus, quos sumus Deo auspice lecturi, quartę verò parti non correspōdet pars alia, quia est de moribus, & illa fuit declarata ab Arist. isti tractatus habent ordinem inter se, qa hunc sequitur liber de morte & vita, & hunc liber de inspiratione & respiratione, & de iuuentute & senectute, quia iste tractatus pręcedit librum de iuuentute & senectute, & liber de iuuētute & senectute pręcedit librum de inspiratione & expiratione, liber de inspiratione præcedit librū de morte & vita, & causa patet, pro quanto. s. longitudo, vel breuitas vitæ vel ad senes, vel contra producit, senect. & iuuent. præcedit respirationem, vt ex his animal sit potens vel impotens ad inspirationem, vel respirationem, hic præcedit mortem & vitam, pro quanto ad vitam est necessaria respiratio, Vltimo est tractatus de sanitate & ægritudine, quia re vera præcedit tractatū de morte et vita, sed Aristot. posuit vltimum, quia sanitas non est tantum à natura, sed etiam ab arte, et hunc ordinem obseruauit diligens Theophrastus in libro de plantis, quia ante vitam et mortem præposuit sanitatem in plantis, quia in plantis omnis sanitas est à natura. Arist. verò non obseruauit ordinem naturæ, iam ergo habetis quis sit ordo huius tractatus ad reliquos philosophiæ naturalis, quia ad librū de generatione aīalium, Diuiditur autem iste tractatus in tres partes, primo pręmittit procemium Arist. secundo dicit, ꝙ mors est quędā corruptio, vita quędam generatio; quærit Arist. cur est, ꝙ quędam corpora obnoxia sint breuis vitæ, quędā minime, tertio quærit de plantis, cur est, ꝙ quędā sint longioris vitæ q̄ alia? De primo dicit præsupponendo intentionem, est quærere cām lōgioris et breuioris vitæ, tam in animalibus quàm in plantis similiter, et dicit ipse, quomodo quæremus hoc, tamen dicit, ꝙ dubitando in rebus difficilioribus, sic adducit duas quæstiones, et dicit, duæ quæstiones sunt, prima, nunquid sit eadē causa longitudinis ac breuitatis vitæ in animalibus et in plantis, secundo, nunquid sit idem esse sanum in natura, et esse longioris uitæ, et ex alia parte ualetudinarius natura, et breuioris uitæ, et tunc Arist. ponit ordinem doctrinæ, et ostenditur diuersus ab eo ordine, sed in re non est diuersus. Ordo est, inqt, ꝙ postquā egit de somno et uita, est dicendū posterius de sanitate et ægritudine, et de morte et uita, sequitur, intermedio ponamus librū de longitudine et breuitate uitæ, sed dubitatur, qa nō vr̄ cōtinuare hūc librū ad librū de somno et uigilia, secundo uidetur, ꝙ iste immediatè præcedat tractatū de sanit. et ægritu. et de morte et uita, et iō dñi, Latini laborarūt in ordine assignando librorum philosophiæ naturalis, et oēs errauerūt, oēs inquā gręci uerò fecerūt speculationē de hoc et bene. *In præsentia uerò de causis ad quas aliqua quidē longęua;* et qn̄ dixit Aristo. se velle loqui de lōgitudine et breuitate uitæ, sequitur dicēs, ꝙ hoc dupliciter cōsideratur, uel ut cōparatur genus gn̄i, et dicit Albert. ꝙ per genus hic intelligit principiū gn̄onis, sic dicit, ꝙ homo est lōgioris uitæ, quàm equus, et equus q̄ canis, secūdo dicit, ꝙ ista diuersitas nō cōparādo gn̄s ad gn̄s, sed speciē ad speciem. i. indiuiduū ad indiuiduū, et hoc dupliciter diuersificatur, qa uel respectu diuersarū regionū, quia habitātia Indiæ in loco calido sunt diuturnioris uitæ, q̄ quæ frigida loca incolūt, secūdo mō respectu indiuiduorum habitantiū eandē regionē, puta calidā, tripliciter ergo est diuersitas, aut gn̄s gn̄i cōparando, aut speciem speciei, et hoc dupliciter, uel comparando indiuidua quo ad diuersas regiones, vel quo ad eandem regionē, hæc quæstio erit difficillima, et ita hucusque erit expedita ista prima pars, ubi posita est intētio eius, et ordo istius libri, ut apparet. Super his uerbis sunt multæ dubitationes, prima est de intētione, qa dicit, quęrenda est cā longitudinis, et breuitatis uitæ cōis aīalibus et plantis, hoc falsum est, quia hęc pars corrñdet tertię parti de aīalibus, q̄ dicit, qa est, ergo ista pars debet tradere ꝑꝑ quid in aīalibus, et nō ī plātis. Et cōfirmatur, qa ista doctrina de longit. et breuit. uitæ in plantis est alia ab ea quę est in animalibus, et apparet per Theophra. ergo, Dico, ꝙ cū tu dicis, ꝙ iste liber tertiæ parti correspondeat, uerum est, et illi tm̄ de aīalibus uerū est, ergo tm̄ ꝑꝑ quid aīaliū hic debet dicere Arist. uerū est ꝑ se, sed ꝑ accidēs reddit cām lōgitudinis & breuitatis uitę ī plātis, qa incidēter hoc fecit, qa quatenus tradit hāc cām ī aīalibus, & hęc est eadē in plantis, iō incidēter declarauit hāc esse in plantis. Scđa dubitatio, qa Arist. dicit, ꝙ modus exponendi est dubitādo, & dupliciter dubitauit, primo, nūquid sit eadē cā in aīalibus & plantis, scđo an sanū natura sit longę uitę. Dubitamus mō, qūo Aristo. nō soluit qōnes, si erāt ita difficiles, de primo dico, ꝙ illa qō nunquid sit eadē cā in animalibus, & plātis, soluet ab Aristo quoquo mō, qa pōt cā essentialis eadē esse, quia si humidū substantiale erit fluxi-

 bile

bile aqueum, istud est causa breuis vitæ, si non, istud humidum est multum cōpactum & densum & conglutinatum, & nō dissoluetur cito à calore naturali, tunc est causa hæc longę vitę, causa ēt extrinseca erit idem, puta continens ipsum, quia regio calida est cā longæ vitæ, etiam qualitas nutrimēti erit aliquo mō diuersa causa, quia plantæ ita se habent quòd continuè pullulant, & continuè mittunt nouos ramos, & partes, & hoc est causa longioris durationis, quia partibus senescentibus reuocantur aliæ, & sic non eadem causa quo ad hoc, & sic eadem causa & diuersa, solutionem ergo dimittit Arist. infra dicendā.

An sanum naturæ sit longæ vitæ.

De secunda quæstione, nunquid sit idem sanū natura & longæ vitæ, omisit Arist. hanc tanquam manifestam, quia multi sunt valetudinarij, & tamen lōgioris sunt vitæ, & aliqui sunt sani à natura, & tamen breuis sunt vitæ, sed tu dices, quæ causa huius, quia non videtur cōuenire rationi, quia ægritudo sequitur debilitatem virtutis, debilitas virtutis arguit breuitatem vitæ, quomodo ergo stat hoc? Et confirmatur, quia ex vna & eadem causa oritur ægritudo & breuitas vitæ, quia ex intemperamento qualitatū, & sic istæ inferunt se inuicem, & ægri sunt breuis vitæ. Dico vt ēt videtur dicere Ioa. & ego dabo aliam solutionem, & dico, ꝙ in alio consistit sanitas, & in alio breuitas vitę, quia sanitas consistit in temperamento qualitatū primarum, vt sanitas simplicium, sanitas dissimilium cōsistit in compositione, numero, & figura, longitudo verò vitæ consistit in dominio calidi super humidū, ideo secundū Arist. quia hoc habet dominium calidi supra humidum est longioris vitæ, & sic tenet Aristot. Quod dicitur de ceruis aliis non credit ista Arist. & sic, quia consistit in diuerso sanitas & longitudo vitæ, ideo possunt stare, quia tñ in temperamento qualitatum stabit dominium calidi supra humidum, & sic ècontra, ex alia parte stat quòd homo sit longæ vitæ, & tamen valetudinarius, ex duplici causa, quia ista valetudo potest esse ex duplici causa, quia ista valetudo potest esse ex non ex intemperamento qualitatum, sed potest sequi ex superfluo humido cōtracto in generatione, quia à matre datum fuit multum humidum, ex ægritudine consumitur pars superflua humidi, & sic erit longioris vitæ, tamē breuioris vitę esset nisi esset superfluum humidum, alia causa est quæ tangetur ab Auer. & ex hoc videbitis iuuenes fortes, qui tamen sunt breuis vitæ. Dico, ꝙ videtur hoc esse, ꝙ ægritudo non oritur ex intemperamento cordis, sed aliorum membrorum, in alio aūt complexio omnium membrorum erit temperata, cordi verò erit distemperata complexio, & sic ex intemperantia membri principalis ista est breuis vitæ, & sic notum est, quòd sanum secundum naturam est valde breuis vitæ, ècōtra ægrum secundum naturam longioris vitæ.

Quod dicebas, ꝙ ægritudo arguit debilitatem virtutis, quę ēt arguit breuitatē vitæ, Dico, ꝙ si intelligitis, ꝙ arguit debilitatē virtutis principalis uō valet, quia pōt arguere debilitatem virtutis aliorū mēbrorum nō principaliū. Cū arguis, debilitas virtutis arguit debilitatē vitę, falsum est vniuersaliter, quia si debilitas virtutis, id est cordis, verum est, si aliorum membrorum falsum est. Ad aliud quod dicebas, ꝙ ex eodem sequitur breuitas vitę, ægritudo secundum naturam non est verum, propter hoc, quia breuitas vitæ sequitur distemperamētum complexionis cordis, ęgritudo sequitur, & potest sequi distemperamētum aliorum membrorum, rectè ergo innuit Aristo. ꝙ aliqui sunt sani natura, & vitæ breuis, & dicūt Albertus, & Auer. Secundo est illud quod dixit de ordine, quia tu dicis, ꝙ Arist. oppositum dicit illi quod ego dixi, quia ipse dixit, ꝙ iste liber immediatè sequitur ad librum de somno & vigilia, & immediate præcedit librū de morte & vita. Secundo, quia dicit, ꝙ hic de lāguore & sanitate loquitur, & tamen hoc spectat ad medium. De primo dico, ꝙ Arist. dixit in fine tractatus de cōi motu animalium, dixit, consequens est de generatione animalium dicere, & in fine de somno dixit, consequens est de cōi motu animalium dicere, & de causa longitudinis & breuitatis vitę, & sequitur ad illū, qui sequitur ad librū de somno & vigilia, & de cōi motu aīaliū, sed tu dices, quare non dixit potius Aristot. ꝙ sequitur ad librum de cōi motu animalium, cum sit propinquior, hoc cum misterio factum fuit, quia Aristot. dixit in j. de sensu & sensili, tamen diximus ꝙ erat dicendum de operibus cōibus, & propriis, & Arist. dixit, ꝙ declaranda sunt propria & postes communia, & peruertit ordinem naturæ, quia propria opera erant sensus duplex, exterior et interior, motus localis erat proprius, et sic in libro de sensu, in quo declarauit opera sensus exterioris, secundo opera sensus interioris, vt de memoria et reminiscentia, et postea de somno et vigilia, quæ incipiunt à corpore, postea fuit dictum de cōi motu aīaliū, et sic ibi opera ꝓpria aīaliū dicit Arist. quia hic imēdebat declarare propter quid eorum quę dixerat in de generatione animalium, et quia opera propria perfectiora declarantur quàm communia, ideo prius propria pręponit, licèt Latini oppositum teneant et malè, vt dicit D.Th. et alij.

Alia erant opera communia tripliciter, quædam erant communia in animalibus et plantis, generatio, iuuentus et senectus, mors et vita, hæc omnia in plātis et animalibus, et sanitas et ægritudo, et intelligatis similitudine quadam, quia sicut in animalibus, ita etiam potest accidere ægritudo in plantis.

Lectio III.

ERAT dubitatio propter quid homo secundū naturam æger erat longioris vitæ, q̄ ille qui secundū naturam sanus, duas causas reddit Auer. de hac re j. colliget, cap xxiij. ex qualitate occulta. i. ex proprietate indiuiduali, quę prouenit ex modo mixtionis elem ētorū, quę nō habet difficultatē, quia ex cōplexione īdiuiduali hoc prouenit, postea medicus cognosceret ex perfectione vel imperfectione cōplexionis lōgitudinē et breuitatē vitę, licèt ēt ī pūcto hāc cōplexionē nō cognoscat, et tñ medicus non pōt hanc cognitionē habere. Alia

cur homo æger secūdū naturā sit longioris vitæ quàm sanus secūdū naturam.

Alia responsio & fuit secunda, quòd hoc prouenit ex complexione cordis temperata, tamē quo ad alia membra minus principalia erit complexio intemperata, & quia medicus non potest cognoscere complexionem membri principalis occultam. Drusianus addit tertio techni lxiiij. quòd dictum Aristo. intelligendum est de corpore ægro secundum naturam, quo ad membra minus principalia.

Cōtinuatis pſentis libri. Erat dubitatio de ordine huius libri ex verbis Aristotelis, quia Arist. continuabat ad librum de somno & vigilia, & nos oppositum diximus, & est falsum, & si dicebas, non immediate continuabit, sed cum interuallo, ego dubitabam, cur non dixit, quòd sequitur ad librum de motu in communi, ego dixi, quòd ipse dixit hoc, quia ipsius intentio in his erat declarare opera propria & motus, iam declarauit de sensu exteriori in libro de somno & vigilia, prout proueniunt à corpore hæc opera, postea de motu communi animalium, & hoc quia magis ex operibus propriis quàm communibus innotescunt, ideo hæc prius, postea sequitur conclusio communium, quæ tripliciter se habent, generatio in animalibus & plantis, senectus & iuuentus, mors & vita, sanitas & ægritudo, secūdi gradus erant quæ omnibus animalibus, sed non plātis, vt somnus & vigilia, tertij gradus erāt quę in animalibus, sed non in omnibus, sed perfectis vt inspiratio, & quia hæc quinque operibus gradus primi, & quia iam facturus est sermonem de istis, quia iam fecerat sermonem de opere communi, vt de somno & vigilia, quod erat principale, ideo voluit continuare ad illud declarando quatuor alias coniugationes, quæ comprehendunt opera communia animalium, sed tu dices, quòd somus & vigilia est operatio propria, iam dixi quòd aliquo modo propria, quatenus circumceruit sensus interiores, est verò communis quatenus omnibus cōpetit animalibus, & sic ista opera communia in quinque sint coniugationibus, & cum de prima dictum sit in libro de somno & vigilia, restat modo de aliis facere mentionem, & quia causa longitudinis & breuitatis vitæ est natura prior aliis, ideo hæc præcedit alias, nec iste tractatus est, vel comprehendit vnam coniugationem, hæc Alexander hic. Quod tu dicis, quòd Arist. postea dicit de morte & vita, de sanitate & ęgritudine, dico, ꝙ comprehendit in illis alios duos. Alia dubitatio erat de hoc quod dixit de sanitate, quia hæc medici sunt non philosophi, ideo dicit, quòd sanitas est medici in particulari, ergo ad opus cum vt à natura adiuta per artem. Alia dubitatio, quæ est Alberti & aliorum, quòd philosophus dixit, quòd homines in regionibus calidis sunt longioris vitę, hoc factum, est, & contra rationem, & experiētiā, contra experientiā enim, quoniā Aethyopes parum viuunt, septentrionales vt Britanni multum, ergo, & etiam pisces magni, qui sunt in mare septentrionali, & tamē sunt breuioris vitæ, contra Aristot. qui dicit, quòd quæ maioria magnitudinis, maioris sunt ætatis vitæ.

Confirmatur etiam ratione, quia regio calida cōsumit humidum, quo consumpto euanescit calidum, & sic ècontra regio frigida adiuuat calorem, vt ait Hyppocrates prima par. aphorismor. xiiij. Ad hoc dubium respondet Albertus, & dicit quòd duplex regio calida temperata, & calida intemperata, & sic valde est longior vita in temperata regione calida, quàm in regione frigida temperata, & iam hoc dixi, quòd complexio humana tendit ad calidum & humidum, nunquid autem perfectius conseruetur complexio humana in regione simpliciter temperata, vel in ea quæ egreditur aliquo modo per calidum, erit difficultas, & sic prius nunc dicamus quòd melius per regionem calidam quàm frigidam conseruatur cōplexio humana, quia frigida extinguit, de Aethiopibus & aliis iam patet, qa est calida distemperata, de his qui septentrionem incolunt est per accidens, quia vnitur calor.

Complexio humana melius per calorē tēperatū quam per frigiditatē conseruatur.

Vltima dubitatio, quia videtur quòd Aristo. superfluè faciat tractatum istius rei, tum quia scientia est necessariorum, hæc autem non sunt huiusmodi, tum quia scientia habet passiones, etiam quia hæc ad medicum & Astrologum. Confirmatur, quia causa longitudinis & breuitatis vitæ est passio communis, ergo in lib. de anima erat tractatus de ea, quarto iam pertractauit de hoc Arist. in ij. de gñatione & corruptione, quia ibi ex motu solis declarat periodum.

De primo nego quòd sint contingentia, sunt ex suppositione necessaria, & vt sic habetur scientia, vt j. Posterior. dixit Arist. cap. viij. *eorum quæ sæpe fiunt*; tu dicis, debent habere passiones, dico, quòd illud verum est de primo subiecto, hic non est sic, ergo non oportet ꝙ sic habeat passiones. Quod addis, quòd hoc ad medicum & astrologum pertinet, dico, quòd verum est, sed aliter, quia medicus in particulari, philosophus in vniuersali, & vt supra dicebamus de sanitatis consideratione, Astrologi etiam hoc considerant ex genitura, & tali videlicet genitura. Cum dicimus tertio, quòd ista passio communis est omni viuenti, verum est, ergo debet declarari in libro de anima, vbi passiones communes declarantur, quę sequuntur animā, dicitur, ꝙ hęc passio est ex parte corporis inhęrens viuenti, & non ex parte animę.

Quod addis quarto, quia iam declarauit in libro de generatione, Dico, ꝙ hoc declarauit in vniuersali per aliquod extrinsecū, hic verò in particulari, & per cām intrinsecā, quia per humidum radicale. Et sic patet ad argumenta. Aggreditur postea Arist. intētum suum ibi, *oportet autē*; et quia dixi vobis, vbi est breuis vita, ibi corruptio quędā & ècōtra, quęrit mō Arist. vnde est, ꝙ à natura aliquod corpus sit facile ad corruptionē, & quoddā nō, & dicit, ꝙ quæ sunt subiecta corruptioni, sunt duplicis gñis, quędā substātię, & quędā accidētia, & substantię adhuc duplicis gñis, simplicia & mixta, & dicit, ꝙ cā corruptionis est ex cōtrarietate reperta in eorū qualitatibus, & addit nō tm̄ sunt cā corruptionis ad inuicē, sed ēt mixtorū, qa oē qđ cōstat ex principiis sapit naturā principiorū, sed mixtū cōstat ex elemētis tanq̄ ex pricipiis, ergo, & sic corrupto vno elemēto, s. vno cōpouētiū, corrūpit totū mixtū, Petrus de Aluernia intelligit. n. ī hoc loco, exponit Michael, ꝙ corrupto vno cōponētiū,

corrumpitur totum compoſitū, dicit quòd Ariſtot. narrauit duplex totum, à natura & ab arte, in natura verum eſt, quòd corrupto vno corrumpitur totū, non ſic in mixto per artem, & addit Ariſtoteles, *vt domus*; eſt tamen difficile quod dicit Ariſtot. quòd qualitates in mixto refractæ ſunt, ideo non ſunt contrariæ, ſed compoſsibiles & moderatæ, ſi verò fuerit accidens, duobus modis corrumpitur, vno modo per ſe, alio modo per accidens, per ſe quando corrumpitur à contrario ſuo, vt ignorantia, reminiſcentia, & diſciplina corrumpitur, dupliciter exponit ex reminiſcētia, primo, ſi habitus ſit oppoſitus illi ignorantiæ, videlicet quòd ſol ſit minor tota terra, tunc per reminiſcentiam poſſum recuperare imaginem aliquam deperditam inueſtigatione quadam, & ſic remanſit pars imaginis, pars etiam fuit recuperata per reminiſcentiam; & habitus falſitatis corrumpitur, alio modo per diſciplinam confirmatur ille habitus, quia acquiritur de nouo alius habitus à præceptore vel inuentore addiſcendo, alio modo exponitur quòd Ariſt. hic velit innuere opinionem Platonis, quòd anima iam creatur omnibus prædita ſciētiis, & per reminiſcentiam poſtea. Alio modo voluit Ariſt. hoc, vt videtur in pluribus locis hoc dicere, illud exemplum dicit Ariſto. ita eſt de ſcientia quæ poteſt corrumpi cum obliuione, id eſt ignorantia negationis, tum ex ignorantia prauæ diſpoſitiōnis, & dicit deceptione. Aliud exemplum eſt de ſanitate quæ ex morbo corrumpitur, alio modo dicit Ariſt. accidēs corrumpitur corruptione ſui ſubiecti, & ſic dicit ipſe propter quid de anima rationabiliter dubitat Ariſtoteles & dupliciter.

Lectio III.

DICEBAT Ariſtot. quòd res quæ ſubijciuntur corruptioni erāt duplicis naturæ, quædam ſubſtantię, quædam accidentia, & ſubſtantiæ ſimplices & mixtę, ſed videtur cōtradictio in verbis Ariſtotelis, quia in libro de cōi animalium mixtione dixit, quòd aliquid alteratur, ex ſe nihil tamen corrumpitur, hic verò dicit, quòd mixtum corrumpitur ex elementis intrinſecis, & confirmatur, quia qualitates in mixto ſunt refractæ, ergo non contrariæ, ſed compoſsibiles, quia habent in eadem parte materiæ, & ſic ſunt reductæ iſtæ qualitates ad temperamentum, & ſic non ſunt contrariæ, & ſic non videtur ꝙ mixtum ex elementis corrumpatur, ſecundo de accidente dixit, ꝙ accidens bifariam. ſ. à contrario, per accidens verò ratione ſubiecti, hoc videtur falſum, quia ſcientia nō generatur vij. phy. ij. & ſic exemplum falſum, & ſic non corrumpitur. Confirmatur, quia habitus falſitatis & ſcientię nō ſunt contrarij, & ſic non ſunt actiui inuicem, & contrarium ſi contrarium corrumpat, ꝑ accidens eſt, quia contrarium ſui generationem intendit. Tertio & vltimo, quia Ariſt. promiſit declarare quæ ſint facilis & difficilis corruptionis, & ſic tamen non fecit. Ad primum, quia dixit ꝙ augetur & nutritur, & non aliquid corrumpitur, non generatur ex ſe aliquid, iam dixi quòd adæquatè aliquid non corrumpitur ex ſe, ſed inadequatè poteſt, quia vna pars alteram corrumpit, non quòd vna pars ſuis qualitatibus ſeipſam corrumpat, & ſic mixtum difforme poteſt hoc, videlicet ab intrinſeco corrumpi, quod addis, quia qualitates in mixto ſunt non corruptibiles, verum eſt, quia ratione illarum elementa conſeruantur in mixto, dixi, quòd ſi mixtum fuerit vniforme, tunc qualitates non agunt inuicem, & ſic mixtum vniforme non poteſt corrumpi ab intrinſeco, de difformi verum eſt.

An mixtū corrūpat à qualitatibus intrinſecis.

De ſecundo, quia accidens corrumpitur per ſe à contrario vt ſcientia, hoc dictum poteſt eſſe falſum, quia vij. phy. ij. dixit Ariſt. quòd generantur ſcientiæ in nobis nulla facta alteratione in nobis, Dico vt Commentator, quòd ibi loquitur ſecundum ſententiam Platonis, ille dixit quòd nihil de nouo ſcitur, & ſic generatur ſcientia in nobis. Quod addis ꝙ habitus falſitatis nō agit, tum etiam quia contrarium nō corrumpitur per ſe à ſuo contrario, dico, quòd cū dicis quòd habitus falſitatis non eſt qualitas actiua, Dico quòd re uera verum eſt, quòd habitus falſitatis non agit, ſed inducit habitum falſitatis mediante habitu incorruptibili confirmatur habitus ſcientiæ, & ſic album non agit in nigrum, ſed agens inducens qualitatem incorruptibilem contrariam corrumpit, ratione tamen qualitatis incorruptibilis.

Ad ſecundum dico, quòd verum eſt, quòd contrarium non corrumpit ſuum contrarium per ſe, ſed Ariſtot. loquitur reſpectiuè, quia accidens corrumpitur per accidens in ratione ſubiecti, tum etiam corruptione à ſuo contrario, quia magis per accidens corrumpitur corruptione ſui ſubiecti, ideo hoc dixit Ariſtot. Quod addis quòd ſcientia non corrumpitur, quia ſubiectum eius non corrumpitur, puta anima rationalis, Dico, quòd duplex eſt ſubiectū ſciētiæ immediatum & mediatum, immediatum non corrumpitur, mediatum vt indiuiduum corrumpitur, quia corrumpuntur ſenſus & phantaſmata cum quibus erat colligata illa ſcientia.

Quod addis tertio, quia Ariſtoteles non obſeruat quæ ſint facilis corruptionis, Dico, quòd ſequitur ex dictis, quia dixit, quòd ſubſtantia vno modo corrumpitur ſi fuerit ſimplex, ſi fuerit mixta ſcilicet viuens dupliciter corrumpitur, quia ab extrinſeco & ab intrinſeco, ab extrinſeco corrumpitur viuēs multis modis, & ſic facilioris corruptionis ſunt mixta quàm ſimplicia, item accidentia dupliciter corrūpuntur per ſe à cōtrario & à ſubiecto, & ſic quę corrumpuntur dupliciter ſunt facilioris corruptionis, quæ autē ſimpliciter, non ita talis corruptionis ſunt, quia dictum eſt, quòd ſcientia dupliciter corrumpitur, & animal per ſe à contrario, per accidens alio modo, nunquid anima ipſa ſic etiam corrumpatur remanente ſubiecto. Reſpondet ipſe, ſi anima eſt natura, tantum vnō modo corrumpitur, ſi non ſit natura, poteſt bifariam corrūpi, vult dicere Ariſt. iudicio meo, ſi aīa eſt natura. i. actus & forma ſubſtantialis animalium ij. de aīa dictū eſt, ſequitur ꝙ ipſa nō poteſt

potest corrumpi à contrario remanente subiecto eius integro, quia subiectũ nõ habet esse nisi ab ipsa,& sic si est natura nõ potest corrumpi, si vero nõ sit natura.i. actus, & forma substantialis, sed actus accidentalis,sic dupliciter poterit corrumpi,vt scientia,quia ex quo est accidens potest corrũpi corruptione subiecti,ex quo est actus accidentalis potest à contrario corrumpi, sed tu dices, ego quæro aut Arist.loquitur de aia rationali, aut sensitiua & aliis, si de rationali vt videtur, quia ipse dicit de anima in qua est scientia,vana est quęstio, quia iam soluta est de anima xxij. & de generatione animaliũ tertio, ꝙ est æterna ac extrinsecus adueniẽs si vero loquamur de forma sensitiua & uegetatiua,qđ generalis est,cũ cõis sit de omni forma substãtiali. et si loquamur de forma substantiali non habet contrarium, quia forma substantialis habet difficultatem, tum etiam quia subiectum formæ substantialis est æternum, scilicet materia prima,vt dicit Auer.secundo de anima:Quaro,quia in hoc differt forma substantialis ab accidentali,] ergo nõ corrumpitur corruptione subiecti, dico de primo quòd Aristot.loquitur de vegetatiua,& sensitiua, quia quæstio de anima rationali fuit soluta,ideo de vegetatiua & sensitiua loquitur.Quod cũ dicimus quòd tunc quæstio est generalis, dico quòd fit specialis, quia cum omnis anima sit actus corporis, videtur quòd sit accidens adueniens enti in actu, vt corpori organico naturali,& sic potest alicui videri quòd ipsa variata possit corpus organicum remanere ipsa corrupta,de aliis veru formis non est ita vt patet, sciatis tamen quòd anima non sit aduenies corpori naturali organico, imo corpus est actu, & organicum per ipsam animam,& sic dico quòd corpus organicum est quo ad materiam, & dispositiones præcedentes, tamen completę non sunt nisi per animam,nisi quia pes, non est pes nisi per animam, ideo æquiuocè dicitur sine anima vt dixit Arist.quarto Metheororũ cap.vltimo in fine, & in multis aliis locis,& ideo anima non fit corpus naturale, sed facit corpus naturale esse in actu vt dicit Themistius,

Quod addis dico quòd corrumpitur à contrario & ratione subiecti,& non à contrario, quia habeat contrarium,sed ratione accidentium quæ habent,& sic anima vegetatiua corrumpitur à contrario, quia habet qualitates contrariantes.

Ratione vero subiecti, quia subiectum est duplex remotum & propinquum,ratione propinqui corrũpitur,quia ratione dispositionum & accidentium in subiecto remoto existentium corrumpitur, & dicit, aliam habet corpus communionem quàm scientia supple &c.

Secunda dubitatio est nunquid aliquod corpus ex sui natura corruptile in loco possit fieri incorruptibile,dicũt Theologi quòd sic,quærit tamẽ Arist. secundum naturam,quæ causa dubitationis,a. ignis in concauo orbis lunæ, quia est corpus corruptibile habens contrarium & materiam ergo respondetur tamen esse incorruptibile,quia omne quod corrumpitur aut à contrario, aut ratione corruptionis sui subiecti corrumpitur,ignis non caret contrario,

Nunquid corruptibile i aliquo loco possit ꝑpetuari.

neque habet subiectum, quia substantia non habet subiectũ,sed solum accidens,ergo. Respondit Arist. & primo ponit solutionem,secundo remouet dubitationem, tertio ponit duo correllaria. Respõdit autem & dicit,dico quòd ignis in cõcauo lunæ est simpliciter corruptibilis, secundum quid vero incorruptibilis.i.difficulter corruptibilis, ita multoties vtitur Aristot.sermone isto,declarat quid sit simpliciter corruptibile duplici ratione,& multum laboraui domini in inueniendis istis rationibus, prima ratio est,quia ille ignis,qui est ibi habet materiam, ergo contrarium,ergo simpliciter corruptibile,quòd habeat materiam in potentia præsupponit Arist. manifestè,quia omnia sublunaria sic sunt, materia cœli est in actu,quia vna sola forma contentatur, probat postea quòd habens materiam in potentia habeat contrarium, quia probatum est 8. Metaphisicæ ꝙ materia in potentia est indifferens ex sui natura ad omnia contraria, & videmus hoc ex transmutatione,vltra est materia hæc indifferens ad contraria,cũ illa materia ignis habeat calorem & rectitudinem.i. figuram pyramidalem,& hoc ex sententia Platonis, qui posuit ignem habere figuram pyramidalem,ergo illa materia cum sit indifferens poterit recipere frigiditatem,ergo aliquando transmittitur ad frigiditatem,& à rectitudine ad obliquitatẽ, & sic ignis si habet materiam in potentia habet contrarium, probat Arist. assumptum,quòd materia ignis sit materia in potentia,& quòd indifferens, quia si materia ignis non sit indifferens ad contraria, ergo actu sibi determinat etiam calorem,si ita est,inquit Arist. ergo omnis materiæ portio includit calorem & rectitudinem,quia omnis portio materiæ est eiusdem rationis,vltra,cum vnum contrariorum est in natura,& reliquum debet esse in natura, sed frigidum & obliquum sunt contraria calori & rectitudini, & cũ possit esse in materia, quia materia destinauit sibi contraria, ergo ista erunt separata à materia, & sic patet prima illatio Arist. ignis ille habet materiam in potentia,ergo indifferens est ad contraria, & sic transmutabilis,& sic non transmutabilis à materia prima,generantia ignis habet materiam, ergo contrarium, hanc sæpè Auer. habet cõtrarium ergo corruptibile,probat Arist. quia corpora habentia contraria si approximentur ad inuicem agunt, & sic corrumpuntur,hæc est prima ratio Arist.

Lectio IIII.

ERAT solutio Arist. quòd ignis in concauo orbis lunæ est simpliciter corruptibilis, secundum quid vero erat incorruptibilis. i. difficulter corruptibilis,& hanc partẽ non declarauit Arist.sed cum corruptio sit à contrario, & ibi difficulter habeat contrarium ideo,aliam partem probabat, quia habet materiam, scilicet in potentia ergo contrarium, ergo corruptibilis,probabat primam cõsequentiam, quia materia est indifferens ad contraria, quòd autẽ ita

sit ꝙ

sit quòd materia sit indifferens ad contraria probabat, quia si non, tunc cum ignis calorem & rectitudinem sibi determinat, & cum vnum contrariorum sit in natura alterum debeat existere ex regula duplici de cœlo & mundo, cum omnis portio materiæ eiusdem sit rationis, ergo contraria caloris & rectitudinis erunt separata à materia, secunda illatio probatur, habet contrarium, ergo corruptibile, quia generaliter duobus contrariis applicatis, si vnum dominans sit alteri, & appropinquantur, corrumpitur. Secunda ratio quia ignis in concauo lunæ habet contrarium, ergo corruptibile, probatur, quia ignis nutritur, sed in omni nutritione resecatur & secernit aliquod superfluum, sed illud superfluum contrariatur igni, & probatur, quia ex quo superfluum resecatur à nutrimento cum quo est eiusdem rationis, antequã digeratur est contrarium, prima propositio quòd in omni nutritione secernitur aliquid, patet in omni digestione, sed nutrimentum antequàm digeratur est contrarium alito, quia aliter non pateretur nutrimẽtum ab alito, sed cum ignis ibi nutriatur, ergo habet aliquod cõtrarium, ergo corruptibile simpliciter est ignis in concauo lunæ, ista est secunda ratio ad probandum quòd ignis sit simpliciter corruptibilis, *si autem omne* remouet falsam obiectionẽ, tu dices vis probare quod ignis sit corruptibilis, quia habet contrarium, i. superfluum in sua nutritione, sequitur ex hoc quòd ignis, qui est apud nos sit incorruptibilis, sed sequitur potius oppositum, quia tu dicis ꝙ ignis non habet contrarium nisi superfluum suæ nutritionis, sed cum contrarium hoc non sit vincens, ergo ignis qui est hic & ibi non potest corrumpi, positiones patent quòd superfluum sit contrarium, quòd illud non sit dominans patet, quia virtus nutritiua dominatur alimento, & vt alimẽto, ita superfluo ipsius alimenti, ergo nunquàm contrarium dominatur igni, & sic ignis hic & ibi erit incorruptibilis, & addit Arist. solutionem, quòd ignis qui erat hic, nõ erit simpliciter corruptibilis, dico, dicit Aristo. quòd si non corrumpitur à contrario, corrumpitur à continenti, i. ab aere continenti & moliente, & addit si ista responsio sufficit quòd ignis in concauo lunæ sit simpliciter corruptibilis stemus hic, si non recurramus ad priorem rationem, sed quid volunt hæc verba? videtur subterfugere dicere à quo corrumpatur ille ignis in concauo lunæ, & sic non declarat à quo corrumpatur ille ignis, & sic subterfugit istam declarationem, & sic ipse ad rationem in contrarium respondet, quòd licet à superfluo contrario non corrumpetur, corrumpitur tamen à continenti, & si hæc non sufficiant recurramus ad priorem rationẽ, dicit Arist. & sic ipse dicit hæc, vt subterfugeret declarationẽ huius generationis, videlicet declarare à quo corrumpatur ignis ipse in concauo orbis lunæ, & aduertatis quòd cum dicit quod à continenti corrumpitur, intelligatis de igne hic quòd corrumpitur à continenti, & dicit si ergo sufficiens. s. est illud continens ad ignis corruptionem, qui est hic ex numero eorũ quæ dicta sunt. Solutio adaptatur sic si autem nõ est sufficiens, oportet supponere quòd inest aliquod contrarium ipsi igni in concauo lunæ. i. reuerti debemus ad priorem rationem, & sic si non possumus applicare istam responsionem ad ignem, qui in concauo lunæ est, quia continens ipsum non habet contrariũ, saltem oportet supponere, quòd ille ignis habet contrarium in concauo lunæ, & sic corruptibilis.

Quapropter & minor flamma, vult Arist. probare quòd ignis in concauo lunę, & hic nutritur, & per cõsequens quòd habeat superfluum, quod continuatur ei, & probat experientia manifesta, quòd maior flamma cito corrumpit minorem flammam, quia flamma habet nutrimẽtum ex fumo ipso, & sic si maior flamma apponatur minori flammę, patet quòd magna cito extinguit minorem, quia consumit nutrimentum paruo tempore, ex quo minor flamma longo tempore debuit conseruari.

Propter quid omnia, ex hoc infert duo correllaria, sequitur ex hoc, dicit, quia dictum est. quòd ignis in concauo lunæ est corruptibilis, quòd omnia sunt in continuo motu, & continua generatione, & alteratione, quod etiam Heraclitus in 8. Physic. dixisse fertur. Secundo sequitur dicit Arist. quòd ex permutatione aeris, & regione quandoque fiunt breuioris vitæ, quandoque diuturnioris, & sic continens cooperatur ad diuturnitatem vitæ & breuitatem, si fuerit conueniens vel disconueniens, & non possunt tamen hæc perpetuari à continenti, quia habent materiam, & vult probare quòd habens materiam habet contrarium, quia quę habent materiam secundum locum, habent etiam contrarium secundum locũ, alia habent materiam nutritionis, & ita habent contrarium secundum quantitatem, & sic ea quæ habẽt materiam transmutabilem secundum augumentum, habent contrarium secundum qualitatem, alia & sunt tertii gradus quæ habent materiam alterationis, & generationis habent contrarium secundum illam materiam, & sic tres gradus materiæ posuit Arist. & quia omnia quo ad materiam propriam habent propria contraria, quæ versantur circa illam materiam propriam, & sic ex quo sequitur, quòd nullus habens cõtrarium incorruptibile sit & perpetuabile, sed omnia tandem corrumpentur, & hæc de sublunaribus, sed tu dices, Arist. tangit difficultatem, & non soluit, dixit enim ipse quòd ignis est simpliciter corruptibilis, tamen secundum quid incorruptibilis, ego anguo, quia ipse primo cœli dixit, quòd omnis substantia corruptibilis aliquando corrumpetur, quia si corruptibilis, ergo habet materiam in potentia ad aliquam formam, ergo illa potentia de necessitate reducetur ad actum, ergo est dubitatio, si ignis est corruptibilis in concauo orbis lunæ, ergo necessario aliquando corrumpetur, sed ibi non habet contrarium, ergo non potest corrumpi, sed tu dices, quia appropinquabitur cõtrarium, & sic corrumpetur, sed quomodo dicit Io. quòd ex aliqua constellatione frigida condensabitur, & grauescens descendet in regionem vicinam aeri, & sic ibi cũ aere corrũpetur, sed hoc falsum est, & ad minus, non est peripateticum, quia cœlum tantum modo lumine & motu agit in hæc inferiora, & hæc ambo calefaciunt, & quòd lumen lunæ cale-

calefaciat dicit Ariſt. quòd noctes plenilunii ſunt calidiores, & ſic reſponſio ſua non eſt peripatetica, dico quòd ille ignis deſcendet ad aerem, & dupliciter eo quòd à motu circuli cœli, quia tanta velocitate mouetur ignis in ſphæra ſua circulari, quòd quandoque detruditur pars ignis vſque ad nos, & ſic dicit Ariſtot. ſecundo Metheororum, & ſic etiam motua ventorum fit à motu cœli, quia exhalatio ſicca in tertia regione aeris detruditur & emittitur, ſic etiam poſſumus dicere de igne ipſo, etiam cum aeris ſphæra agat per contactum in ignem corrumpet ignem, & ne detur vacuum deſcendunt aliæ ignis partes ad contactum ipſius aeris, & ſic continue generatur & corrumpitur ipſe ignis. Sed tu dices quid dicemus de partibus in centro terræ, quia illæ corruptibiles habent contrarium, à quo corrumpentur, non à motu cœli, non à neceſsitate replendi vacuum, quomodo ergo veniunt illæ partes ad locum corruptionis, dicerem domini quòd pars in centro terræ eſt corruptibilis, & aliquando corrumpetur, quia vbi montes aliquando planities, vbi planities aliquando montes erunt, & ſic illæ partes corrumpentur actione cœli non motu locali, ſed motu alterationis, quia cœlum alterat ſuperficiem terræ, quæ alterata alterat partes interiores, cuius ſignũ eſt quòd in viſceribus terræ generantur metalla, & ſic per partem poſt partem poſſumus dicere quòd alteratio fit in partibus centralibus terræ, & alteratæ ſic corrumpuntur, & ex ipſis aliquid generatur, quia ſicut ex terra generatur metallum, ita ex metallo terra, & ſic ſucceſsiue.

Secundo dubitatur, quia dicit quòd ignis nutritur, quia nutritio eſt tantum viuentium ſecundo de anima, quia dicit quòd fumus eſt nutrimentum ignis, & tamen omne nutrimentum debet eſſe humidum ſecundo de anima, fumus vero eſt ſiccus.

Ad primum dico quòd Ariſtot. loquitur ſecundum antiquos, qui volebant ignem nutriri.

Ad ſecundum quòd humidum eſt nutrimentum ſecundo de anima, dico quòd Ariſt. hic per nutrimentum intendit omne illud, quod de facili conuertitur in ſubiectum alicuius, in ſecundo & etiam de anima intellexit Ariſt. de nutrimento propriè, hic vero ſecundum quid.

Lectio V.

ERAT *autem*, cum poſuiſſet Ariſt. prologum in quo explicauit intẽtionem ſuam, ac modũ procedendi, & ordinem huius ad alios, aggreditur modo quæ ſint longioris vitæ cauſæ, & quæ breuioris, dixerat quæ facile erant corruptibilia, & quæ difficile, & poſuit difficultatem de corruptione ignis, præueſtigaturus cauſas longitudinis & breuitatis vitæ, primo ponit cauſas apparentes, quæ ſi inuicem complicentur ſunt veræ cauſæ, dicit quòd magnitudo viuentis non eſt cauſa longioris vitæ, vt patet exemplo de equo & homine, neque paucitas arguit longitudinẽ vitæ, vt annua, quæ per annum viuunt, & ſic dicit ꝙ paucitas non eſt cauſa, vt annua, & multa entomera, vult dicere quòd in igne inſectorum quædam ſunt, quæ per annum fortè durant, vt pulices & alia id genus, quædam minus, vt papiliones & huiuſmodi, & ſic dicit ipſe quòd neque magnitudo neque paruitas eſt cauſa longitudinis & breuitatis vitæ, ſecũdo neque plantæ vniuerſaliter ſunt longioris vitæ animalibus, quia multæ ſunt plantæ, quæ annuæ ſunt.

Tertio neque animalia ſanguinem habentia ſunt lõgioris vitæ vniuerſaliter, quoniã exemplo vt patet exemplo de apibus quę viuunt per ſeptennarium, animalia vero multa habẽtia ſanguinem vt fortaſſe ſunt paſſares per annum viuunt ſecundum Ariſtot. neque etiam quæ carent ſanguine ſunt longioris vitæ habentibus ſanguinem, vt homo & elephas, qui longiſſimæ ſunt vitæ. vt delphines, cætæ & alia id genus, deinde dicit Ariſto. quòd in generatione plantarum palma & cupreſſus ſunt longioris vitæ quàm aliæ in animalibus ſanguine præditis, vt in pluribus homo & elephas ſunt longiſsimæ vitæ, & ſic non eſt aliter verum quòd in generatione animalium ſanguine prędìtorum ſunt longioris vitæ quàm exſanguia, vt dictum eſt de apibus, & dictũ eſt in cauſa quare apes ſunt longæ vitę, ſed tu dices, dicitur oppoſitum de cornice, & etiam quoniam ipſe ſibi contradicit, nã dixit ſupra quòd habitantes loca calida ſunt longioris vitę, hic ꝙ maioris molis, & tamen habitantes loca frigida ſunt maioris molis, ergo.

De primo dicam domini infra, quoniam Ariſt. in libro de animalibus hoc tanquàm fabuloſum reſpuit, ad id vero ꝙ qui habitant loca calida ſunt longioris vitę, dicatis ꝙ intelligitur dictum Ariſt. cęteris paribus, & ſic poſtquam Ariſt. declarauit cauſas apparentes, nunc vult inueſtigare cauſam veram, & quandoque animalia ſunt longioris vitę, aliquando non, & inquit, *cauſam autem*, & primo pręmittit quatuor ſuppoſitiones, & prima eſt quòd omne viuens calidum & humidum, quia vita indiget nutritione, nutritio fit per calidum, omne calidum ſubſtentatur humido tanquam proprio ſubiecto. Secundũ quod ſupponitur eſt ſenectus frigida & ſicca, & quæſtio hęc diſputatur à Galeno ſecundo de temperamẽtis, & dicit Ariſt. quòd ſenectus frigida eſt & ſicca, & ꝙ ſicut in iuuene requiritur multum calidum & humidum multum, quia poſtea per decurſum ętatis continue calidum conſumit humidum, ideo exſiccat, & ſignum eſt vt dicit Ariſt. corpora mortua, quæ ſunt frigida & ſicca, & ſic ſenium eſt frigidum & ſiccum. Tertium quid dicit eſt quòd materia corporum viuentium habet quatuor qualitates. i. quatuor elementa, contra quatuor ſpecificantur qualitatibus. Item quia elementa ſeruantur in mixto ratione qualitatũ primarum vt dixit Ariſt. primo de partibus, Auer. aliter dixit, & fuit fatuitas apud Ariſt. ꝙ verius componitur mixtum ex qualitatibus quàm elementis, ipſi gloſſant quòd non ex elementis integris, ſed neque ex qualitatibus integris, ideo dicit Ariſt. materia corporum uiuentium eſt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, et ſic quatuor elementa, ſed non ſecundum ſubiectum, ſed ſecundum virtutes ſuas, et

bene

bene dicit Arist. & Ioan. Grammat. secundo de generatione, quarto dicit, quòd omne viuens dum senescit exsiccatur, quia calor naturalis continuè agit in humidum consumendo ipsum, sed tu dices omne viuens calidum & humidū, cur ergo restringit Arist. sermonem suum ad animalia tantum, cum hoc commune sit omni viuenti, & ratio, sua concludit de viuenti, quia ratione nutritionis. Secundo quia Galenus dicit oppositum quia datur animal frigidum & viuens, vt muscæ, papilliones, & alia vt inquiunt.

De primo dico quòd hoc fecit Aristot. quòd manifestum hoc apparet in animalibus, vel quia hic ex principali intentione inuestigaturus est causas animalium in particulari, de plantis in vniuersali, & secundario hoc idem intendit, ideo non ex principali intentione fecit Arist. & infra dicet, & dixit supra.

De secundo cum dicit, quòd multa sunt animalia quæ sunt frigida vt muscæ, dicatis quòd omne animal habet calidum & humidum, sed non à prædominio vt intellexit gentilis, vel dicatis quòd hoc intelligitur vt dicit Galen. ibidem quòd hoc est per respectum ad se ipsa mortua, & sic calida & humida sunt animalia.

Propter quid, hic Aristot. præpositis his vult dare veras causas, quas diximus longitudinis & breuitatis vitæ animalium, & viuentium omnium, & quatuor reddet causas, duas intrinsecas & essentiales, duas extrinsecas & accidentales, vt postea fecit, hic vult intrinsecas & essentialea reddere causas, & primo dicit difficilis resolutio, & exsiccatio humidi innati est causa longitudinis vitæ, oppositum vero causa breuitatis vitæ, videlicet cum humidum animalis fuerit facile exsiccabile, & declarat ipse quid sit humidum difficile exsiccabile, & habet quatuor conditiones, prima quòd sit pingue, secundo quòd sit aereum, tertio quod sit multum, quarto quòd sit proportionatum calido naturali, probat vnãquãq; partem, & primo de pingui, & dicit quid pingue, quod tenax erit difficiliter resolubile, quia erit lentū tenax & viscosum, & addit quòd pinguia imputribilia, secundo dicit quòd aereum, quia aer est proximus igni, ut ignis impartibilis, ita aer, quia sicut se habet ignis ad aerem, ita aer ad alia elementa, cum ignis sit imputribilis, vt quarto Metheororum declaratur, ergo minus putrescit aer, & humidū aereum quàm aqueum & terreum, & sic debet esse humidum aereum, tertio dicit quòd humidum debet esse multum, quia aliter cito consumeretur à calore naturali, ideo addit, quòd quæ sunt maioris magnitudinis sunt maioris vitæ. Quarta conditio dicit, ꝙ est humidum sic commensuratum calido proprio, qa non solum in calido quanto, sed etiam in quali debet esse proportionatum humidum, & ista proportio inter calidum & humidum est, quòd non sit paruum calidum, ne calidum suffocetur ab humido, nec paruum humidum ne cito exsiccetur à calido naturali, ac resoluatur, & sic ista debent proportionari, & probat quòd humidum debet esse non solū quãtum, sed quale, & proportionatum, & probat à signo hoc, quoniam multa brutorum sunt magnæ molis magisque humidi habent quàm homo, & tamẽ sunt breuioris vitæ, dicit Arist. reddendo causam, quia cõmẽsuratio humidi hominis ad calidum suum est perfectior, quàm ea brutorum, ponamus quòd proportio humidi in equo ad eiusdem calidi respectu in homine excedat in quantitate, vide hic Leonicum, qui hanc proportionem optimè declarat, ne tibi omnia recitẽ, ex huc (inquit Arist.) sequitur quòd animalia perfecta sunt longioris vitæ quàm imperfecta, quia habent humidum pingue aereum, & hoc vt in pluribus imperfecta, vt in secta & id genus, quia non habent ita proportionatum & pingue, ideo vt in pluribus sunt breuioris vitæ quam animalia perfecta.

Lectio VI.

DIXIT Aristot. quòd humidum pingue erat cã longitudinis vitæ, & hoc est qđ dicebatur pingue verũ, & adhuc quòd nõ putrescit, quia cũ ignis non putrescat inter elementa, aer, qa proximus igni non putrescit, est tamen difficultas, quoniam pinguia in æstate magis putrescunt. Secundo est dubitatio de igne, quia aut loqnitur de igne simplici, & sic non conuenit putrefactio nisi mixto, aut vt est in mixto, & sic putrescit etiam ignis. De primo dico ꝙ duplex est pinguedo, vna est vera quæ generatur ex puriori parte sancte sanguinis, quæ congelatur à frigiditate cum illi sit obuia, & signum est, quia pinguedo à calido dissoluitur, ita dicit Galenus, alia pinguedo, quæ non est verè pinguedo, sed potius carnosa, & hæc cito putrescit. De secundo, quia aut loquitur de igne simplici, aut commixto, si de simplici, sic neque alia putrescunt, si de igne commixto & simplici, quia ignis non patitur admixtionẽ alterius corporis, sicut alia elementa, et sic alia elementa possunt putrescere, ignis minime potest. *Item & oportet*, prosequitur Arist. aliam causam longitudinis, et dicit quòd habitus viuentis qui non generat superfluitates, est causa longitudinis vitæ, habitus qui generat superfluitates est causa breuitatis vitæ, dicit ergo Arist. habitus, qui generat superfluitates, et probat tum à causa, tum à signo, et dicit quòd omne excrementum contrariatur ipsi viuenti, de excremento primæ et secundę digestionis loquitur, corpora quæ pluribus excrementis vigent, pluribus contrariis sunt obnoxia, ergo facile corruptibile, et dicit aut natura, aut morbo, et natura cum corpus interimitur vniuersali interemptione, morbo vero cum aliquo morbo particulari interimitur, et sic interemptio totius corporis non videtur esse potius à natura.

Secunda ratio est ad hoc idem, quia animalia quę plurimo vtuntur coitu magis abundant semine, et quæ abundant semine magis abundant excrementis, ergo et cum emittitur in coitu multum seminis exsiccatur corpus et frigescit, semen est superfluum digestionis, et triplex est digestio secundum Arist. et prima est in ore, non secundum Galenum, secunda perficitur in corde, tertia in venis, prima perficitur in sto-

in stomacho, et sic semen est superfluum, quis si detineatur per ulteriorem decoctionem cōuertitur in subiectum nutriti, probat q corpora quę coitu utuntur sint breuioris uitę, & probat multis signis, primo quia multus est longioris uitæ quàm sit alinus, & equus, vel equa, & alina, ex qbus genitus est, ex hoc quia non coit, & sic ipse dicit in libro de hystoria animalium quòd vita eius est lxxx. annorū, vita equi xxx. alini vita minor, probat hoc idem alia experientia, quia mulieres ex hoc quandoque sunt longioris vitæ, quia minus vtuntur coitu, & non solum ex hac causa, sed etiam quia mares laboribus magis exponūtur, quia sicut moderata exercitatio est causa salutis, ita immoderata est causa mali, tertia experiētia quia passeres ex coitu breuioris sunt vitæ quàm fœminæ, masculi enim dicuntur durare per annum tantum, & adducunt signum, quia passeribus in æstate nigrescūt rostra, postea in vere sequenti non appareret illa nigredo, quantum tamen non valeat, scilicet signum considerabilis domini. Tertia ratio inquit Aristot. videlicet q animalia quæ sunt multæ superfluitatis sunt breuioris vitæ, quia mares in genere suo sunt calidioris naturæ, propter hoc sunt longioris vitæ, & hoc quia magis expellit superfluitates, hic est difficultas an mas in omni genere calidior sit quàm fœmina, de hoc dubitēt medici dicemus, & sic corpora, quę sunt paruæ superfluitatis sunt longioris vitæ. Sed tu dices, ista secunda causa superflua est, quia dicit quòd ista est quòd est habitus paucarum superfluitatū, sed hoc est in primo inclusa, quia cum dicit quòd calidū commensuratur humido & econtra, quia ex hoc q humidum est bene proportionatum non habet aliquid superflui, secundo quia Aristo. æquiuocat, quia dicit quòd quæ sunt paucioris superfluitatis, sunt lōgioris vitæ, quæ maioris superfluitatis breuioris vitæ, & probat ex coitu, quia quæ multo vtuntur coitu abundant semine, quæ semine abundant, etiam abundant excrementis, hoc falsum est, quia semen non cōtrariatur animali, sed superfluum primæ & secundæ digestionis, & quia Galenus 2. techni dicit quòd coitus sit ad sanitatem, & ipse in problem. part. prima probl. dicit quòd nimis coitus sanat aliquos morbos videlicet flegmaticos. De primo verum est domini quòd hæc causa inclusa est in illa, declarabit Aristot. infra illam per istam, & sic non est superflua, & sic illam causam explicat ad maiorem doctrinā. Quod addis secundo de semine, quia non contrariatur animali, & non possumus arguere breuitatem vitæ, ex hoc cum calidum & humidum. Dico domini quòd superfluum primæ & secundæ digestionis contrariatur animali positiuę, & hæc positiuè sunt causa breuitatis vitæ, & superfluum tertiæ digestionis priuatiuè, quia ex abundantia seminis excitatur animal ad libidinem, ex quo sequitur postea senectus & mors, cū emissione seminis corpus frigescat & exsiccetur, & sic priuatiuè per accidens semen est causa breuitatis vitæ. Quod addis ex Galeno, dico quòd moderatus coitus confert vt dicit. Conciliator differentia 124. quia hora determinata & tempore determinato, & hora determinata vt perfecta prima digestione incipiente secunda, aliqui comprehendunt coitum sub accidentibus animæ, alii sub repletione. Quod addis ex Arist. quòd coitus, dico per accidēs illud fit, quia ex emissione seminis emittitur multum flegmatis, & sic confert illis ægritudinibus flegmaticis *eadem causa*. Tertia ratio, causa ista est causa extrinseca, vt causa continentis, quia caliditas continentis est causa longitudinis vitæ, frigiditas causa breuitatis vitæ, probat Arist. quia caliditas loci auget calorem intrinsecum, & caliditas intrinseca auget humidum, ideo, & probat Arist. hoc, quia videmus, quòd animalia habentia parum sanguinis vel exanguia, vt lacertæ & squammosa, & potius coriacata, quę dicuntur ab Arist. folidota, quæ habēt quasi corticem, vt est testudinis tegumentum, & caudæ cocodrili, & dicit quòd illa in locis calidis, ut puta in india maiora inueniuntur, & maioris & longioris ætatis & vitę etiam, quia animalia, quę carent sanguine, & ostracea, quę dura integuntur testa in locis calidis magnę reperiuntur & longę vitę, vt in locis frigidis vel hęc non sunt, vel si sunt, breuis vitę sunt, & reddit causam, quia animalia ex aeris caliditate habent hunc humidum pingue aereum, illa in locis frigidis hunc humidum aqueum congelatum. Sed dubitauit hic Ioan. vt ego etiam supra? quia Arist. dicit quòd qui incolunt loca calida sunt longioris vitę, hoc est contra experientiam, quia germani magni sunt & longę vitę, tum quia loca calida aptiora sunt ad putrefactionem, econtra quę loca frigida incolunt, tum etiam quia siccitas operatur ad mortem, in locis calidis magis exsiccat ergo.

Albertus dicit hic quòd Aristot. comparat loca distemperata, sed loca temperate calida, & sic argumentum non valet de Germanis, quia comparamus loca distemperatè calida, & distemperate frigida, Ioan. reprehendit Albertum et bene, quia Arist. loquitur de loco excessiuè calido, quia dixit de India, & etiam ratione arguit, quia Arist. dixit quòd animalia parum sanguinis habentia, aut nihil diutius viuūt in locis distemperatè calidis, quàm in locis temperati caloris, et confirmatur ex Aristot. quarta parte probl. proble. ix. et x. quia ibi quærit de istis animalibus et aliis, cur diutius viuunt animalia in regione distemperate calida quàm temperate calida, ideo dicit Io. quòd si loquamur de complexione temperatè calida, melius degunt in loco distēperatè calido quàm distemperatè frigido, si vero loquamur de complexione frigida, sicut de animalibus de quibus loquitur Aristot. tunc melius viuunt et longius in regione distemperate calida, quàm distemperate frigida, quia reducitur ad temperamentum ex regione distemperatè calida, quòd fieri non potest à complexione regionis distemperate calida, et de hoc erit infra difficultas, pro nunc accipiamus ea quę dixit Ioan. contra Albertum, quia de facto Albertus in hoc dissentit ab Arist.

Lectio VII.

Alimentum autem, tres causas declarauit hucusque Arist. de causa longitudinis & breuitatis vitæ quantitate, & qualitate humidi materialis, & hæc fuit causa intrinseca, & essentialis. Secunda etiam fuit intrinseca ex parte complexionis generantis paucas superfluitates, tertia fuit ex parte continentis & extrinseca, quarta etiam & extrinseca ex parte nutrimenti, quia si nutrimentum fuerit sufficiens & moderatus erit causa longitudinis vitæ, secus autem eueniet, & hoc quia corpus uiuens nutritur, & nutritio fit cum calor naturalis agit in humido consumendo ipsum, & nisi restauraretur tunc humidum consumeretur, & dat exemplum de pauca flamma, respectu magnæ flammæ, & sic est de humido, sed vos dicetis cur Arist. non meminit de aliis rebus non naturalibus vt tertio techni, & confirmatur quia multa animalia viuunt sine nutrimẽto, & sic illo nõ indigent.

De primo dico quod Arist. per hanc forte aliam intellexit. De secundo dico quòd tunc temporis alia animalia habent nutrimentum extrinsecum, sed non extrinsecum simpliciter, sed habent humiditatem superfluam qua nutriuntur, cum illa digerant ulterius.

Aquatilia autem, postquàm Arist. inuenit causas longitudinis & breuitatis vitæ, hic vult declarare & confirmare, quòd causæ dictæ sunt veræ, & hoc. s. soluendo quatuor problemata, primum est, cur est quòd animalia terrestria sunt longioris vitæ aquatilibus, ita etiam de plantis Theophrast. Tertium est cur multorum animalium exanguium præditorum, Quartum est cur in genere plantarum aliqua sunt lõgioris vitæ, quàm quoduis animaliũ vt cupressus & palma, & hoc idem prodidit etiam Theophrast.

De primo cum quæris, cur est quòd in genere terrestrium animalium sunt longioris vitæ aquatilibus, & sanguine prædita exanguibus, dicit dando causam in ambobus simul, quia eorum humidum. s. terrestriũ est aereum magis & habens lentorem, & sic de secundo dici debet de animalibua habentibus sanguinem quàm animalia exanguia. Tertium problema est, cur inter exanguia apis est longioris vitæ, dicit quòd eius humidum est pingue aereum dulce compactum multi caloris, & sic aliorum animalium, etiam quia apes nutriuntur humido pingui & dulci, & quia nutrimentum assimilatur nutritiuo, ideo suum humidũ radicale tale debet esse. Quartum problema, cur ex plantarum genere cupressus & palma sunt longioris vitæ, quàm omnia animalia, reddit prius causam communem, quia humidum naturale, seu radicale ipsarum est magis compactum, aereum, pingue, quàm in animalibus, sed tu dices quia planta magis terrestris est, & sic non potest in ipsa abundare humidum aereum, soluit Arist. quòd plantæ sunt siccæ & frigidæ cõplexionis, & terreæ, tamen habẽt multum pinguedinis aerei & cõpacti, quod taliter fit ex admixtione terrei sicci. Secunda causa est propria quæ non cõuenit animalibus nisi insectis, & est talis, quod plãta est vna actu, & plures potentia, sicut in animali insecto, quia anima diuiditur diuisione corporis, & reseruatur in partibus, sic est plures vna planta ipsa, est tamẽ diuturna dicit Arist. quia diu reseruatur in partibus plãtę, in animalibus paruo tempore, & hoc quia in animalibus diuersis nõ sunt instrumẽta cõseruatiua vitę quia non est ibi stomachus, os, In plantis reseruatur principium secundum huius nutritionis, licet instrumenta in ipsis minimè reperiantur, aliquid tamen loco instrumẽtorum in ipsis reperitur, vt medulla stipes, & potest regeneratiua illorum instrumentorum si planta transplantetur, & sic principium quid reseruatur. i. anima vegetatiua potest exercere hanc operationem, & cum etiam istæ partes habeant hoc principium, potest regenerari nouus ramus & sic de aliis, & per istam regenerationem partium planta habet diuturniorem vitam, non sic in animalibus, quia ibi partes non regenerantur vt in plantis, & hęc ratio propria est in plantis, & addit documẽtum quòd ista regeneratio partium plantarũ assimilantur transplãtationi rami auulsi, quia ex tali translatione regeneratur noua materia, sed est differentia, quia prima est ex radicibus proprijs matris. Sed hic est dubitatio, quia dicit Arist. quòd ista causa communis est plantis & animalibus, pręterquam insectis, quia insecta per diuisionem partium non regenerantur partes, vt in partibus plantarum, & sic non videtur conuenire insectis. Secundo & difficilius, & est quæstio tacta à Theophrasto, quia ex hoc non fit longior vita in plãtis ex regeneratione partium, quia tunc planta non est eadem numero, & hoc patet, quia totum non est aliud quàm partes, & si alię sunt partes, aliud est totum, vt patet de omnibus partibus, tam integralibus quàm essentialibus. Tertio quia ipse dicit quòd vegetatiua insectis est vna, & plures, vt in plantis, hoc non videtur verum, quia infra dicet quòd testudinea ablato corde si palpitant est, non quia sit anima ibi, sed quia sunt ibi passiones. i. calor naturalis, & exeuntes spiritus, qui exeundo mouent partes illas, ita dicere possumus de insectis diuersis. Secundo quia si insecta sic viuant, erunt tunc partes eorum animalia, et sic quęlibet pars lacertę erit lacerta, quod falsum est, et contra vsum loquendi. Tertio et vltimo, quia sicut anima vegetatiua extensa est, ita sensitiua erit extensa, & sic in sensitiua perfectioris animalis idem eueniet, et confirmatur, quia virtus perfectior est in sensitiua perfectioris animalis, ergo poterit idem quod virtus imperfectior.

De primo cum dicimus, dico quòd re vera ita est, sed Arist. non intelligit illam causam, sed causam illius causę, quare erat quòd partes regenerarẽtur ibi, et illa causa communis est. Quod dicitur quòd nõ est eadem numero planta, ergo non longioris uitę. Dico vt Theophrastus cap. 13. qui mouet hanc quęstionem, et dicit quòd si partes animalis sunt eędem numero, et partes plantarum, et ipse non soluit, et dicit quidquid sit non erat ad propositum suum, ideo aliqui dicunt quod remanet aliquid quod habet vicẽ cordis, et non est medulla, sed illud quod est intra caudicem

caudicem & corticem, aliqui dicũt ꝙ remanet humidum radicale, sed isti sunt in errore, quia totũ nõ est alius quàm suæ partes siue integrale sit, siue imaginabile, & sic cũ in planta materia prima sit corrupta, & sint in ipsa alię & aliæ partes, ideo & licet ẽt remaneret pars quæ habet vicem cordis, vel humidũ radicale, tñ hæc vero sunt omnes partes, ideo argumentũ non põt solui, & dixi qualiter Petrus Mantuanus propter hoc dixit quòd non est idem numero homo, & licet dicatur quòd homo remanet idem, quia remanet eadem anima intellectiua, non est totum & omnes partes, & sic stat argumentum, & ideo dicamus quòd de motu augmentationis est dicendum, ꝙ re vera non est idem numero animal & planta, sed si dicatur ꝙ est idem numero, dicitur ꝙ est idem numero quo ad sensum & æquiualentiam quia semper partes quę reponuntur per æquiualentiam sunt eędem, & sic non permanet idẽ numero indiuiduum, in motu augmentationis etiam Arist. dicit 5. Physi. ꝙ non est eadem sanitas mane & vesperi, & sic dicimus ꝙ non est eadem planta, & sic diuturnior quo ad sensum & apparentiam.

Quod addis quia videtur ꝙ ita sit insectis sicut in testudinibus abstracto corde, dico ꝙ non potest dici hoc, quia motus lacertæ diuisæ est cum sensu, quia si tangatur fugit obiectum tristabile, & sequitur obiectum lætitiæ, & ita arguit Arist. secundo de anima, nõ est sic de testudinis motu abstracto corde, quia ille motus fit penitus à natura & spiritu. Quod addis, qa sic pars lacertæ erit lacerta, cõcedo, sed hoc non dicimus, quia ex communi vsu dicere solemus lacertã totum animal, & sic partes sunt in eadem specie. Quod addis qnia tunc animal poterit habere etiam hũc effectum, quia eius anima, cõceditur, sed partes sic nõ retinent animam, & dictum est quòd in lacerta reseruãtur membra nutritionis, nõ sic in animali perfecto ꝑ eius perfectionẽ, & ideo non remanẽt partes aïę, sed tu dices nunquid in partibus ęqui, & hominis, aliquo tẽporis spatio possit permanere pars aïæ, forsitan ꝙ sic, quia ibi remanet calor naturalis, & ea quę facerent ad animæ remanentiam, sed paruo tempore.

Lectio VIII.

ACCIDIT *autem idem in animalibus*, postquã Arist. declarauit cãm communem, tam in animalibus q̃ in plantis ꝙ erat humidũ pingue aereum commensuratũ calido naturali, vult hic ex eadem causa declarare quòd in plantis mas est diuturnioris vitę quã fœmina, & declarat in vtroque ꝙ sit mas, & dicit cuius partes superiores sunt grossiores, & in maribus animalia sunt magis instar pomilionis, & declarat quæ sint partes superiores, in plãtis sunt radices, ĩ hominibus & animalibus patet, & dicit ꝙ partes superiores sunt maiores in maribus quàm in fœminis, & econtra in fęminis partes inferiores sunt maiores quàm in maribus, & sic dicit quòd in plantis pars superior est radix, sicut os in animali, & hoc etiã dixit multoties Arist. secũdo de anima, & alibi, ideo planta est sicut homo inuersus, & sequitur ꝙ planta quæ habet radices expãsas, & arboreas, sunt maiores, & longioris vitæ, dicit quia calidiores sunt, & quare calidiores, quia iam patet, quòd partes superiores eius sunt maiores, & eo quòd calidum sursum tendit, et trahit ad se humidum nutrimenti, econtra in fœminis, quoniam partes inferiores sunt maiores quia frigidiores, et sic vtrobique mas calidior est in vtroque genere, dicit ergo, quòd plantæ quæ sunt valde extensæ et radices sunt magnæ, hæ sunt longioris vitę, quæ vero sunt paruarum radicum et parum extensarum sunt breuis vitæ, sed quia dixerat Aristot. quænam essent plantæ masculæ, et quæ fœminæ, subdit, quòd exactior perscrutatio harum pertineret non ad hunc locum, sed ad librum de plantis, quem fecit Theophrastus, si fecerit Aristot. nec ne ignotum est, et nemo meminit se vidisse, Theophrastus vero suppleuit tanquàm diligentissimus discipulus. *Nunc autem*, dicit Aristot. quòd intentio hic est de animalibus causas inquirere longitudinis, et breuitatis vitæ, et sicut supra diximus incidentaliter hic de plantis perscrutatur, subdit Arist. quòd relinquatur ad complementum sermonis de animalibus, dicit ipse quòd adhuc perscrutandum est de morte et vita, et de iuuentute et senectute, et hic complebitur sermo de animalibus, et ista patent quæ de animalibus perscrutantur, et iam dixi, quòd philosophia tradita ab ipsa in plures diuiditur summas, prima est de principiis in libro Physi. secunda de principiatis simplicibus in libro de cœlo, de generatione et corruptione, tertia de mixtis imperfectis et perfectis in libro Metheororũ, quarta de mixtis animatis anima vegetatiua et sensitiua, quia animata anima vegetatiua cognoscuntur ex similitudine ad animata anima sensitiua, ideo prius de animalibus tractatum fuit, et reliqua et vltima pars philosophiæ de plantis considerationem fecit, hic dubitatur primo, quia dicit quòd mas in planta est quæ habet radices amplas valde, et econtra fœmina quæ habet radices exiles valde, et ho similitudine animalis 10. Metaphysicæ 25. quòd mas et fœmina sunt passiones propriæ animalis, secundo quia in quarto de generatione animalium dixit quòd fœmina est quæ cum alio generat, non sic in plantis est, et confirmatur, quia est animal, quod neque est fœmina neque mas vt genita ex putri materia, etiam est aliquid vt Hermafroditus, quod vtrunque est, hoc in plantis non reperitur. Scđa dubitatio est, qa ipse dicit ꝙ in plãtis mas est cuius radices sunt ampliores, et hoc, qa illæ partes calidiores, et hoc qa calidũ tẽdit sursum, sed hoc nõ vr̃ verũ, qa calidũ fertur ex suï natura non ad sursum plantæ, sed ad sursum vniuersi, et sic nõ ad radices calidũ migraret, sed potius ad ramos et stipites. Tertio in epilogo, qa nõ est verũ qđ dicit ꝙ cura ęgritudinis đ morte et vita, et de iuuẽtute et senectute sit finis totius philosophię, qa adhuc est tractatus de sanitate et ęgritudine, q est vltimus, et iste liber de ĩspiratione et respiratiõe. De primo dicatis dñi ꝙ si mas et fęmina accipiant ꝓpriè et uniuocè, sic tm̃ in aïalibus

bus reperit, qa est q generat in alio; fœmina est quę generat in se ipsa, in plantis per eandē similitudinem mas etiam reperitur, quia planta quæ calidior est mas dicitur, quæ etiam radices habet ampliores, & sic in masculo animalium est differentia, quia sursum plantarum est contrario modo ad sursum animalium, etiam est differentia vt ait Theophrastus, quia est fertilior planta & dicitur fœmina. Quod addis quòd in genere animalium reperitur aliquod neque mas neque fœmina, ergo sic in plantis, conce dit Theophrastus. Quod dicimus tertio quòd calidum fertur ad sursum vniuersi, ideo plantæ habent ramos maiores & non radices, dico quòd non probat quòd in plantis ex quo calidiores sunt, etiam in radicibus erunt caliditates, & sic etiam ibi plus nutrimenti attrahit, quia ex terra planta attrahit nutrimentum, & sic calidum habet originem in planta in radicibus, & non in medio, & si fuerit planta mas habebit plus calidi, & plus attrahet sursum ex infimo terrę, aliqui dicunt quòd ille motus fit ab anima ipsa, sed Aristot. non videtur hoc dicere: quia ipse dicit quòd calidum hoc fit.

De tertio quia adhuc non est finis vt dicit Arist. dico quòd cum compleuerimus tractatum de sanitate & ægritudine, tunc completus est sermo de animalibus, sed Arist. cum tractauit de morte & vita cō prehendit tractatum de sanitate & ægritudine, & cum tractauit de iuuentute & senectute comprehen dit tractatum de inspiratione & expiratione, Auer. multa dicit & difficilia, & medici isti non intellexerunt ipsum, & primo dicit Auer. quòd causa longitudinis & breuitatis vitæ attribuitur quatuor qualitatibus primis, sicut generatio, & corruptio, augmentum, & somnus, & alia non absolutè tamen, sed qua tenus veniunt ipsæ ad mixtionem, idest quatenus ex ipsis resultat complexio, & quàm complexio sequitur causa longitudinis & breuitatis vitæ, dicit ipse cum qualitates actiuæ dominantur super passiuas, ideo dixit Arist. quarto Metheororum, quòd cū passiuæ dominātur actiuis fit putrefactio, vos scitis quę sint qualitates actiuæ, & quæ passiuæ, quia istæ per pati, illæ per agere diffiniuntur, dicit ergo Auer. ꝙ complexio quæ est causa longæ vitæ, est quòd duæ actiuæ dominentur super duabus passiuis, ideo dicit ipse aqua & ignis dominantur in mixtis, & hoc erit longitudinis vitæ causa, quia ibi qualitates actiuę dominantur, & hæc conditio non sufficit, sed oportet quòd actiuæ inuicem dominentur, ita quòd calidum superet frigidum & passiuè etiam, ita quòd humidum superet siccum, & si passiuè etiam dominentur inuicem, & tunc dicit Auer. quòd illa viuentia quæ sic sunt, longæ vitæ sunt, & dicit quòd cum mors fiat dupliciter, scilicet exsiccatione, & naturaliter, et in ista actiuæ dominantur passiuis, mors violenta oritur ex dominio passiuarum super actiuas, & quādo humiditas dominatur caliditati, tunc fiunt ægritudines et mors, hoc est secundum quod dicit Auer. ponit dicendum tertium documentum, quòd hoc quod diximus quòd complexio est causa longitudinis vitæ, non intelligimus de cōplexione totius, sed cordis, et ideo dicit ipse, videmus soluendo problema Arist. quòd quædam corpora languida sunt longioris vitæ, licet quo ad partes sint malæ cōplexionis, et hoc quia cōplexio radicalis est melior, et perfectior, et sic videmus alios, qui cito moriuntur, et hoc est ex mala complexione cordis. Quarto dicit quòd causa longitudinis vitæ debet esse abundantia calidi et humidi et probat multis signis, primo quia mors fit ex dominio frigidi et sicci, quia contrariorum contrariæ sunt causæ, et probatur, quia ista signa probant de complexione distemperata; quod medici non aduerterunt, et quòd illi qui habent multam carnem habent abundantiam calidi et humidi, et etiam dicit quòd habitantes loca maritima et calida sunt etiam longioris uitæ, et sic de complexione distemperata probat Auer. cum declarauit causas essentiales ex parte complexionis, declarat modo alias extrinsecas, et accidentales, et hæ sunt sex modi nominati inquit ipse, et appellantur à medicis sex res non naturales in tertio techni, et dicit ꝙ error in istis est causa breuitatis vitæ, et etiam communiter ab omnibus exponitur, dicit postea Auer. infra, quia tu dixisti quòd complexio vbi abundat calidum et humidum est causa longitudinis et breuitatis uitæ, et si esset alia complexio, esset illa quā Galenus vocat mediam, et tunc ista esset ignota nobis, et tunc medicus non posset de causa longitudinis vitæ aliquid dicere, et sic uidetur quòd complexio quę est causa sit distemperata, quia si esset alia, maxime esset media, et quia est ignota sensui, ideo nobis ignota, sensui ignota, quia sensus non percipit medium sensibilium, et Dulianus citat Auer. quòd hic sentit idem quod Galen. sentit de complexione media, et tamen hoc non dicit Auer. cum etiam alibi semper oppositum dixerit in libro de generatione, in primo cœli, in 12. Metaphysicę, et sic habetis sententiam Auerrois.

Dicit Auer. postea, ꝙ Aristot. dixit in generatione plantarū est longior vita quàm animalium, et assignauit duplicē causam prima est, ꝙ in planta reperitur magis humidū; quod habet illas quatuor conditiones vt diximus, secunda causa fuit renouatio plantæ in partibus suis, tertiam causam assignauit Auer. et dicit ꝙ complexio animalium est magis temperata, et quia magis ad medium accedit, ideo magis patitur à contrariis, quia facilius medium patitur ab extremis, quàm extremum ab extremo, in plantis autem, quia nō sic complexio ad medium accedit, ideo vita longa est illis, sed si hoc esset verum sequeretur quòd complexio magis temperata esset minus diuersa contra medicos, quia si qualitates primę habent magis rationem extremi quàm medii, ergo magis complexio animalium erit obnoxia corruptioni, et sit breuioris uitæ, et post addit in fine Auerroes, quòd planta ipsa habet multum humiditatis, et quòd illæ qualitates sunt valde intensæ et accedentes ad naturam elementorum et sic epilogat, et relinquuntur dubitationes contra Auerroem, cras dicemus.

Lectio IX.

DIXIT Auer. multa, in fine aūt tetigit tres causas accidentales, quarū prima sumitur ex loco. Secunda ex multitudine sanguinis, dicit ipse ꝙ istę sunt causę accidentales, & ea, q̄ est ex multitudine sanguinis, & oīa quę hic dicit Auer. intelliguntur de cōplexione recedēte à temperamento, sunt tres difficultates in dictis Auer. & vos soluetis dn̄i, prima qa ipse implicat, quia dicit quòd cōplexio quæ est causa longitudinis vitæ debet habere conditiones, primo quòd actiuæ actiuis inuicem dominentur, & passiuæ adinuicē, primo vel intelligit quòd qualitates actiuę passiuis dominentur. i. calidum sicco, & frigidum humido, & hoc non sequitur ergo, quòd calidum humido dominetur, & frigidum sicco, & sic sequitur, quòd erit caliditas intensissima, ergo frigiditas remississima, quia cum intēsione vnius contrarij est remissio alterius, sic ergo in casu, ex quo caliditas est intensissima, caliditas prima quia debet dominari humiditati, & hæc siccitati, ergo quanto qualitas caliditatis est intensissima, tanto frigiditas est remississima, & sic ipsa non dominabitur passiuè aliquomodo, & sic cum vita sit in calido & humido, & caliditas debet esse dominans & intensissima, & non ambæ, vt ipse dicit caliditas & frigiditas, & sic ordo erit iste harum qualitatum quòd caliditas intensior, secundo humiditas, tertio siccitas, quarto frigiditas, quia caliditas dominatur humiditati, & humiditas siccitati, ex ipso ergo frigiditas remississima, concludit apud me argumentum domini.

Secundo dubitatur quia dicit quòd actiuæ deberent dominari passiuis, & propter hoc mixta in quibus dominatur ignis, & aqua, sunt longioris vitæ; quia caliditas est ignis, frigiditas est aquæ, patet dicit Auer. quia mixtum longæ vitæ debet habere humidum pingue & aereum, quomodo ergo prædominatur ignis & aqua, sed aer prædominatur, quia illud mixtum debet excedere in calido & humido, & hæc sunt aeris ambo, & probauit Aristot. quia sicut ignis non putrescit inter elementa, ita aer illi permixtus minus putrescit, & sic vbi in mixto dominatur, erit minus putrescibile, & de hoc cogitetis vos.

Tertia dubitatio, quia ipse implicat in alio dicto, quia dicit ipse quòd quanto maior fuerit ipsa complexio & perfectior, tanto magis erit causa longitudinis vitæ, postea dicit ipse, quòd complexio quę est causa longitudinis vitę accedit ad extremū & intēperamentū, qa quāto magis cōplexio est temperata, tāto magis est causa breuitatis uitę, & dicit ꝙ cōplexio media, quā posuit Galen. est ignota, & ꝙ facilius patitur de extremis quā alię, ideo sibi ipsi aduersatur, cū hanc causam in plātis reddiderit diuturnioris vitę, & dabat exemplū, ꝙ facilius medium patitur ab extremis, qa si sumatur caliditas vt octo & agat in sex & in quatuor frig. manifestè apparet ꝙ facilius aget in quatuor frig. q̄ in sex eiusdem, & sic ipse est in cōtradictione, si vos scitis soluere soluatis, ego nescio.

His expeditis quęramus difficultates alias pulcherrimas, primo ergo quęritur, quia dicit Arist. ꝙ in omni genere viuentium mas est diuturnioris vitę, & calidior q̄ fœmina, quæritur an sit verū, & primo arguitur ꝙ non, quia Hypp. in libro de moribus dicit ꝙ mulier est calidior homine, secundo ex Auicen. qui prima primi dicit, quare est ꝙ mas calidior fœmina, dicit ipse, quia mas est maior, contra; sic probabis, aliqua mulier est maior homine aliquo, ergo calidior & longioris vitæ aliquo homine, secundo quia secunda primi cap. de signis complexionum, dicit quòd quādo aliquid facilius patitur à frigido est frigidius, sed homines facilius patiuntur à frigore, ergo frigidiores, patet minor quia mulieres facilius tolerant frigus in hyeme, & leuioribus vtuntur indumentis, vt patet ergo mulieres longioris vitę sunt. Tertio experientia, quia sit mulier sanguinea & mas summè melancholicus siue flegmaticus, ergo &c. patet, quia animosa, tunc magis mobilior est, ergo, quòd secundum non sit verum quòd mas omnis sit longioris vitæ patet ex dicto Aristot. quia dicit ipse in historiis de animalibus ꝙ in genere mulorum fœmina est longioris vitæ, & in genere piscium, cuius signum dicit ipse, quia piscatores vetustiores pisces fœminas solent capere, ex opposito est hic Arist. et in secundo etiā de hystoria animalium, et Auicen. cap. de complexionibus, Galen. secundo de temperamentis.

An mas sit diuturnioris uitę & maioris caliditatis fęmina.

Respōdēt medici nostri prima primi Iacobus, Gentilis, et alii, et dicunt ꝙ aliqua mulier aliquo homine est calidior, et hoc probāt. Tertia ratio et responde ipse ad Aristot. et Auicennam quòd loquitur de his quo ad complexiones similes, videlicet si fuerint mas et fœmina pares in complexionibus, videlicet si vnus sanguineus et altera etiam sanguinea fuerit; secundo dicunt quòd Aristot. et Auicenna loquuntur quo ad fœminas non orbatas, id est priuatas aliquo instrumēto generationis, videlicet quādo vtroque potest in genere, stat ergo ꝙ mulier sanguinea sit calidior homine melancholico, tamen stat ꝙ quo ad membra genitalia sit econtra. Tertia expositio, quā sumam ab Auicenna tertij quòd fœmina potest per accidens esse calidior, et sic omnis mas per se est calidior, per accidens tamen non potest esse frigidior; quia potest fœtus mulieris ex nimia menstrui matris quantitate esse frigidioris temperaturæ quàm mulier; sed hæc expositio falsa est, quia Galen. 14. de vso partium dicit, quòd omnis fœmina imperfectior est mare, et probat vniuersaliter quòd omnis fœmina sit imperfectior, quia frigidior, sicut inquit Galen. dixit Aristot. licet diminutè, ergo frigidior, vbi vero dixerit hoc Arist. diminutè, nescio profecto, imò hoc Aristot. efficacissimè probauit quarto de generatione animalium cap. primo, imò Galenus diminutè dixit, vbi probat ꝙ frigidior sit fœmina, quia dicit quòd eadem membra generationis sunt in viro et in fœmina sed in fœmina sunt inuersa et interius, in viro autem sunt econtra, id est exterius, vt patet, quoniam in viro sunt tria membra, foron, quæ correspondet matrici, testes etiam collo matricis, præputium

ori matricis correspondet, & hæc sunt contrario modo in viro & in fœmina, & dicit & vult probare quòd fœmina sit frigidior, & quia eadem membra generationis, sed euersa, & causa quæ est, dicit ipse, est potentia caloris naturalis, quia in uiro pertensum est membrum genitale ratione caloris, & hoc competit cuilibet mari respectu cuiuslibet mulieris, ergo calidior quilibet mas qualibet fœmina.

Secundo & melius, Arist. quarto de generatione animalium cap. 1. dicit quòd distinctio maris & fœminæ non est ex distinctione instrumentorum generationis, sed ex distinctione caloris, quia homo habet potentiam digerendi & transmutandi alimentum in semen, fœmina non potest hoc suo calore naturali; hinc est quod bis in mense patiuntur menstrua fœminæ, & hoc imperfectione caloris naturalis, nõ potest perfectè conuertere alimentum in verum, & optimum sanguinẽ, sed in menstrua vt patet, & quia mulier non potest hoc, ideo natura dedit vas & conceptaculum quo conseruaretur sanguis menstruus vtilis in generatione, & sic natura dedit instrumenta mari, & non fœminæ, primo tamen non distinguuntur ex his mas & fœmina, sed ex complexione, sed arguo modo sic, omnis mas qua mas habet potentiam digerendi & transmutandi susceptum nutrimentum, fœmina vero non habet istam potentiam digerendi & transmutandi susceptum nutrimentum, ergo fœmina & mas distinguuntur p istam potentiã, quia habet sanguinẽ menstruũ, soluant ipsi si possunt, ideo alii dicunt quòd omnis mas etiam frigidissimæ complexionis est calidior fœmina, etiam calidissimæ complexionis, sed ista opinio habet angustias, quia negat sensum, quia videmus fœminas sanguineas calidiores hominibus flegmaticis & melancholicis, uel isti non habent signa cognoscendi complexiones contra Galenum & omnes, quia per signa Galenus graduat complexiones, & sic per signa complexionis sanguineæ in muliere arguam caliditatem complexionis, & magis quàm complexiones in homine flegatico.

Quid ergo dicemus? recurramus ad Aristot. & Galenum, non ad Vgonem & istos imperitissimos, dicit Aristot. quòd si consideretur mulier quo ad sua membra manifesta, & quo ad habitum totius corporis illa complexio est calidior, si vero consideretur mulier quo ad complexionem principalem sic est frigidior mulier, & hoc dixit Arist. quarto de generatione animalium cap. primo, quia dicit quòd primum principium distinguendi marem & fœminam est complexio cordis dicit ipse, & idem repetit septimo de hystoria animalium cap. 2. & sic dicit ipse ꝙ ex potentia decoquendi vel nõ, sumitur distinctio maris & fœminæ, & sic si consideretur mulier sanguinea quo ad membra manifesta sic est calidior, qa aliter non possumus cognoscere complexiones, & ipsas graduare, tamen quo ad complexionem gradualem sunt frigidiores, & hanc sententiam Aristot. confirmat testimonio sensus, primo hic, quia corpora marium si fuerint pubercula, aut senescentia generant vt in pluribus fœminas, etiam dicit ipse si homo frigidæ complexionis generat fœminam, etiã dicit ipse quòd flante borea debet fieri coniunctio maris & fœminæ, & sic generabitur masculus, quia tunc calidius semen emittitur, dicit etiam Arist. quòd pastores obseruant vt adiuuant ad marium vitulorum generationem quòd scilicet alligant tauris testẽ sinistrum, ne inde exeat semen, quia inde exiens semen generat fœminas, dicit etiam aqua non debet dari in potu mulieribus, quia frigidior fit earum complexio, & ob id generant fœminas, & sic omnia ista attestantur quòd ad marium generationem maior caliditas requiritur, & sic mas absolutè est calidioris complexionis quàm fœmina, dicit etiam quod cum semen est cõpactius pinguius est, sic generatur homo, cum vero aquosum fœmina, & sic complexio maris qua mas est calidior, sed tu dices accipiamus signa à Galeno, quibus ostendit complexionem cordis, dicit si pulsus maior fuerit & anhelitus, & pili in pectore isti habent cor calidius, sed omnia reperiunt in aliqua mulierè respectu alicuius viri, quia mulier aliqua fortius anhelat, & pulsum habet maiorem, & est celerior in suis operationibus, ergo aut signa Galeni non sunt vera, aut malè dicit.

Secundo quia dicit Ptolomeus quòd distinctio maris & fœmine est à coniunctione planetarum, cuius signum est, quia astronomi prædicunt genituram & sexum nati futuri, domini res est difficilis, tamen dico quòd dubitatio mea est, dico quòd sciam, si ita sit quòd omnia ista signa conueniunt, quia ego credo quòd non omnia, tamen hoc erit ex imprudentia mulieris & malis moribus, quia Aristot nono de hystoria animalium dicit quòd mulier mendax est & auara, & multa de ea mala dicit, & sic potius ex malis moribus, & ex voluntate praua quàm ex natura hæc èueniunt, de his quæ diximus de pilis, & anhelitu, & pulsu dicamus quòd ut dicit Arist. est possibile quòd ex figura & magnitudine cordis in fœmina hæc fiant in fœmina, quia cor potest esse, ita exiguum respectu alicuius viri, quòd potest causare hæc accidentia, quia dicit Aristot quòd animal quod habet magnum cor est frigidæ complexionis, quia calor non potest intantum calefacere propter magnitudinem cordis, & sic tamen quo ad complexionem naturalem complexio viri calidior est complexione mulieris.

De secundo quòd peripatecі non concederent dictum Platonis, quoniam experientia est in contrarium, quia sunt duæ fœminæ in vna & eadẽ camera, & in eodem lecto, & in eodem puncto concipiunt, vna tamen pariet masculum, alia fœminam, & concipient sub eodem signo, ergo sic astronomus per accidens et à casu dicit verum cum dicit.

Lectio X.

SOLVIMUS illam quęstionem, qũo in omni genere viuentiũ mas est calidioris cõplexionis quã fœmina, quia quo ad cõplexionẽ radicalẽ cordis, restat modo soluere argumenta, & primo ad hoc Hyppocr. in primo libro de moribus mulierũ est authoritas est difficilis, quòd mulier est calidior, quia habet sanguinẽ calidiorẽ. Dico dñi ꝙ fortasse Hypp. loquitur secundũ opinionẽ aliorũ vt Emped. vt dicit Arist. quarto de generatione animaliũ ca. 1. & 1. qa dicit ipse ꝙ Empedocles ex abundãtia mẽstrui arguebat copiã caloris maiorẽ, tñ Arist. dicit ꝙ arguit potius inopiã caloris, secundo arguebat ex dicto Auicennę prima primi, homo est calidior, qa maior, ego ẽt ita arguã, dico, illa valet, ista nõ valet, quia ĩ mare per se valet, quia mas est calidior, & calidi est agere, fœmina non potest esse maior, qa materia generationis fuit maior, & est non tñ sicca sicut materia generationis maris, sicut ẽt dicitur de animalibus rapacibus de accipitre & aliis, in quibus fœmina maior est quã mas. & sic per accidens argũ valet. Quod addis ꝙ quę facilius leduntur à frigore frigidioris sunt cõplexionis, dico ꝙ cętera non sunt paria, qa esto ꝙ vir facilius patiatur a frigore, & fœmina nõ, hoc est per accidens dupliciter, & qa corpus mulieris dẽsius est, & qa frigidius, cuius signũ est, *quia ossa capitis non habent commissuram sicut in hominibus*, & hoc est etiam qa non habent calidũ intensum sicut homines, qa id fecit hoĩbus natura, vt inde exhalaret calidũ in fœminis vero nõ fecit, qa non erat opus, ẽt propter consuetudinẽ facilius tolerãt frigus, quia magis sunt assuetæ lenioribus indui vestimentis. De tertio qa mulier sanguinea est, iam diximus ꝙ si consideretur mulier quo ad membra manifesta, tũc calidior est, quo ad cordis vero cõplexionem cõtrarium est. Ad quartũ, quarto de hystoria animaliũ ꝙ in genere mulierũ fœmina est diuturnioris vitæ, & ẽt in genere pisciũ, dico ꝙ vt in pluribus verificatur dictũ Arist. Est secũda difficultas, quia dixit ꝙ in genere mulierũ. Homo est longioris vitę excepto elephãte, arguitur hoc esse falsum, primo ex Auer. secundo de generatione & corruptione, qui dixit ꝙ terminus humanę vitę est ad 70. annos. Arist. aũt dixit vj. de hystoria animaliũ ꝙ ceruus puenit ad 80. annos, ergo, & confirmatur qa Plinius 8. naturalis hystorię dicit ꝙ vita cerui longissima perhibetᷣ, qa repertũ esse constat cũ torqbus aureis dimissum ceruũ ab Alexandro, ẽt de cornice, quę vt dicũt viuit decem hominis ætates, ex opposito est Arist. & patet ratione, quia longitudo vitæ sequitur calidũ & humidũ, sed in homine hæc duo prędominantur ex figura eius erecta. Calidi enim est attolere, vide etiam quarta part. probl. proble. 6. & in de hystoria animalium, sed tu dices si ista non valeret, sequeretur etiam ꝙ homo esset longioris vitæ quàm elephas, & tamen falsum est, & contra Arist. Dico quòd licet plus calidi & humidi in homine abũdet, tamen non ex sola sequitur longioris vitæ, sed cõmensurationi debita istorum etiam, & ista cõmensuratio perfectior, est in elephante quã in homine, sed contra perfectior est cõplexio hominis quàm elephãtis ergo perfectior cõmensuratio qualitatũ in complexione humana, & sic stat argumẽtũ, neque ex magnitudine humidi hoc potest esse, quia dicit Arist. ꝙ plus facit commensuratio humidi & calidi, quàm magna copia humidi, hoc argumentum petit aliã difficultatem, nunquid longitudo vitæ sequatur complexionem temperatam, & de hoc dicemus, ꝙ nunc tamen dicimus ꝙ cõmensuratio est duplex quo ad complexionem & temperamentũ, & hoc in homine, alia commensuratio est quo ad vitam, & eius longitudinem, & hoc est in elephantis.

Ad argumenta dico ꝙ duplex est terminus vitę humanæ, vnus qua naturalis, alter simpliciter, si loquamur qua naturalis terminus, verum dixit Auer. si qua vita & simpliciter sic prolõgatur dixit Arist. s. de anima 34. ꝙ naturalissimũ opus est viuentiũ, cum tale quale ipsum est põt generare, & sic homo vsque ad lxx. annos vel lxxv. põt generare, fœmina vero vsque ad xlv. vel 50. & hoc dicit Arist. v. vel vj. de hystoria aĩalium, si aũt loquamur de vita hominis simpliciter sic prætenditur vita hominis vsque ad 140. vel 150. annũ vt patet. Quod addis de ceruo, qa vita cerui dicit Arist. vj. de hystoria animaliũ, cap. 29. ꝙ hoc famosum est, & dicit ꝙ neq; gestatio vteri neq; aliquod aliud hoc ostendũt, videlicet ꝙ uita in ceruis sit prælonga, qa q̃ lõgioris vitę longius moranť in utero, sicut patet in elephãte, ẽt si uiueret ceruus cẽtũ annos non excederet uitã hominis, qui uiuit 140. vel 150. annos respondeatur ut respondetur de elephãtis, hoc tñ nõ uidit Arist. De ceruis dicit Plinius 7. de naturali hystoria cap. 27. ꝙ illud fabulosũ est itidẽ de ceruo.

Tertia dubitatio est, ex quo uita hominis habet terminũ, nunquid ita præfixus sit terminus ꝙ elongari nõ possit scđm speciem neque diminui, arguit ꝙ nõ primo ex Arist. 2. de generatione 58. qui dicit ꝙ omniũ uiuentiũ certus est periodus, & determinatus, sed horum quidẽ magis, horum quidem minus, si ergo habemus determinatum periodum, ergo & confirmatur, quia periodus uerè sequitur cõmensurationẽ calidi & humidi, modo ista commensuratio in homine est determinata, quia non cum quacunque stare põt complexio humana, ergo, ex alia parte arguitur ex sacris literis, quia Adam uixit 900. annis, Matusalem etiam, hoc etiam alii ergo. Conciliator differentia nona dicit quòd terminus vitæ humanæ non est præfixus, sed aliquo tempore maius, aliquo tempore minus, & huius reddit duas causas, unam uniuersalem, quando ualet caput arietis octauæ sphæræ coniungitur capiti arietis nonæ sphæræ, uide ibi ipsum pro hac causa cœlesti, tum etiam dicit ex causa patris, scilicet ex regiminę ordinato uel inordinato sex rerum non naturalium uariatur uita hominis secundum speciem, quia homines alias magis uiuebant, quia minus lasciui & gulosi, ideo dixit Hyppocrates quòd pueri & fœminæ non podagrizant, tamen tempore Galeni & nunc hoc accidit, tum ẽt quia citius nunc fœminæ & mares copulantur, ex

An præfixus sit vitę periodus homini, qđ transire nõ possit.

Arist. dicit 7. politicorū quòd cū interrogaret oraculū Apollinis cur ita cito morerentur homines in ciuitate sua, respondisse fertur oraculum quòd fructus acerbos comederent, quod interpretabatur quòd nimis cito fiebat ibi coniunctio maris & fœminæ, sed hoc dictum Conciliatoris stare non potest ex argumento quod feci, quia species humana habet commensurationem determinatam calidi & humidi, & quia ista commensuratio non potest variari, ergo, secundo vt dicunt Astronomi, quia nunquam fuit illa coniunctio capitis arietis. Vide hic Suessanū qui recitat hęc contra Conciliatorem, tertio quia nō apparet per hystorias, quia vita aliorum animaliū animalia sic variata, ideo figmentū est quod dicit Conciliator, dicamus ergo nos quòd terminus humanæ vitæ est præfixus, quia longitudo vitæ sequitur commensurationem calidi & humidi, ista autem fuit à natura prædominata, ideo vlterius protendi non potest terminus humanæ vitæ, licet possit abbreuiari sicut etiam declarat Arist. secundo de generatione & corruptione 58. Ad argumentum dico quòd illud fuit miraculum non ex natura, sed ex voluntate diuina, vt augeretur genus humanum.

Quarta dubitatio nunquid ad minus terminus vitæ humanæ & naturalis ipsius indiuidui nō sit ita præfixus quòd ostēdi nō possit, esto ꝙ eius species non possit variari, & arguitur quòd non, tamen ex Auicenna tertia primi, qa vnūquodq; corpus habet suæ durationis terminū à calido & humido à quo nō remittitur. Secūdo ratione ex Arist. 2. Ethicorū, quod naturaliter est, aliter nō assuescit, complexio est naturalis, ergo non aliter assuescit, ex opposito arguitur, qa cōplexio cuiusque indiuidui si fuerit distemperata pōt reduci, ergo pōt extendi terminus vitæ in indiuiduo, qa cōplexio eius naturalis pōt mutari ad melius, nō sic possumus dicere de specie, quia species humana in vita determinata in complexione non pōt variari nec extendi, sed tu dices, quia est ita de facto, quòd in indiuiduo vita potest ꝑduci, sed cōtra quia hoc non videtur, quia complexio naturalis vnicuiq; est sanitas, ergo cū permutatur cōplexio, ergo sanitas. Secūdo quia ars medicinæ nō potest in permutatione complexionis indiuidui cooperari, quia natura illam complexionem intendit, cum intendat sui met conseruationē, etiā quia sequeretur cōtra Arist. 4. Metheororum, quòd aliquod coctū posset indurescere, quia complexio lapsa à temperamento iam cocta est, quia per decoctionem fuit facta, si reducatur, ergo ad cruditatem reuertitur. De primo domini dico quòd si subito permutabitur, quòd egrotabit indiuiduum, si paulatim permutatur, tunc nō egrotabit, quia sic natura poterit assuescere.

Quod dicimus secundo quòd ars non potest operari sine natura, dico quòd per accidens hic natura operatur, quia anima ipsa, & virtus nutritiua conuertens nutrimentum in sui substantiam, & cum nutrimentum sit contrarium labitur modo ad contrariam temperaturam, tamen per accidens operatur natura, quia nutritionem & conseruationem sui intendebat, & concedimus quòd natura resistit.

Quod addis, qa coctum sic poterit crudescere, dico ꝙ non sequitur, sed sequitur quòd illud quod est magis decoctum fiat minus decoctum. Ad primum ante oppositum, quando dicis ex dicto Auicennæ ꝙ vnumquodque corpus habet, dicit Drusianus tertio techni cap. vltimo dicit Auicen. loquitur de actu conseruatiuo medicinę, alius est actus medicinę reductiuus, ideo in hoc non intenditur.

Quod addis secundo, quia qđ naturaliter est, aliter non assuescit, dico ꝙ naturaliter alicui dupliciter inseparabiliter, & separabiliter, primomodo vt lapis descendere deorsum, secundomodo vt sanitas homini & animali, & sic complexio potest permutari ad melius, quia est naturalis secundomodo.

Lectio XI.

CIRCA causas lōgitudinis & breuitatis vitę dubitatur, primo nūquid per se causa lōgitudinis & breuitatis vitę sit complexio scđm diuersum tēperamentū, cū aut tripliciter sumatur vita, qa primomodo sumitur pro actu p imo. i. pro ipsa anima, & secundo de aīa, vita viuentibus est esse animę, secundo modo accipit pro actu & pro vigilia, tertio modo sumit vita primo participatio in calido naturali est ꝑmanentia, vita tertiomodo sumitur hic in proposito, quęritur ergo nūquid cōplexio scđm sui temperamētū sit causa longitudinis vitę, & videtur ꝙ sic ex Auer. hic, tū est qa dicit ꝙ actiuæ dominantur qualitates, tū ēt ex cōplexione cordis principaliter, & hęc oīa attestant tēperamēto lapso ad calidū & humidū, & dixit ꝙ secundū Galen. cōplexio q̄ erat cā lōgitudinis vitę erat cōplexio media. Respōdēt medici oēs ꝙ cōplexio ēt causa per se lōgitudinis vitę scđm diuersum tēperamētū, sed hęc opinio falsa est, qa cōplexio primo includit per se oēs qualitates primas, vita aūt nō nisi calidū & humidū per Arist. vltra calidū & humidū quæ sequitur uitæ longitudinē est substātia qualitatis cōplexionis, qualitates tñ est accidētia. Secūdo perfectior effectus sequit perfectiorē cām, sed lōgior vita est pfectior effectus, ergo sequit pfectiorē cōplexionē, sed hoc est cōtra Arist. qa dixit ꝙ eger scđm naturā est lōgioris vitę, vnq; ecōtra, ut ipse Arist. dixit, nō ergo ex cōplexione sequit lōgitudo vitæ, qa ex perfectiori cōplexione sequit vitę maior duratio, & sic duratio vitę nō sequit cōplexionē tanquā per se cām, & confirmatur fortius, qa homo perfectioris cōplexionis est inter oīa viuentia. s. inter plantas & animalia, & nō est lōgioris vitę respectu omniū viuentiū, ergo lōgioris uitę nō sequit cōplexionē perfectā, amplius qa dictū est ab Arist. ꝙ vna & eadem causa est in genere causę lōgitudinis & breuitatis vitæ in omnibus viuentibus sed nulla vna complexio est causa longitudinis & breuitatis vitæ in omnibus, ergo, & hoc probatur, quia nulla vna cōplexio est causa lōgitudinis & breuitatis vitę, qa aut tēperata, aut distemperata, si temperata, ergo homo inter cætera viuentia esset longitudinis vitæ, si distēperata, ergo homo esset inter

Lōgitudinis & breuitatis uitæ causa.

inter cętera viuentia breuitatis vitæ, & tamen vtrũq; horum est falsum, quarto, quia omnis complexio viuentis corruptibilis præcipuè fit calido & humido & hæc sunt substantiæ non accidentia, si ergo omnis vita corruptibilis substentatur mediante calido & humido, quæ sunt substantiæ, ergo, ideo ego non conuenio cum opinione ista medicastrorum, sed cũ Arist. qui magis innititur sensui & rationi, ideo dico, quòd duplex est longitudinis viuentium causa, vna intrinseca, alia extrinseca, extrinseca duplex vniuersalis ex solis accessu & recessu, ideo Astrologi iudicant de vita nati, si natus fuerit in die ex sole, si nocte ex luna, causa extrinseca particularis est ordinatum vel inordinatum regimen sex rerum non naturalium. Alia causa est intrinseca & duplex, essentialis & accidentalis, essentialis est abundantia humidi pinguis aerei commensurati calido naturali in qualitate & quantitate, & non dixit complexionem Aristoteles, sed debet esse commensuratio, vt dixit Aristot. & dedit rationem, si humidum fuerit superfluũ cito congelabitur, si verò paucum cito resoluetur à calore naturali & exsiccaretur, alia est causa accidentalis, & est complexio ipsa, ideo vbi fuerit in complexione abundantia humidi talis, siue fuerint temperamenta, siue distemperamenta, erit causa longitudinis vitæ, & sic dicit Arist. vbi est mala complexio & distemperata potest esse abundantia humidi commensurati calido naturali, & sic est in ęgro secundum naturam aliam, ista abundantia cum commensuratione reperitur in sano secundum naturam, & sic est intellectus verborum Aristotelis.

Ad Auerroem, qui dixit, quòd tres complexione & complexio media, Dico quòd si Auer. dixit, Arist non dixit, & rectius Arist. loquitur quàm Auerr. medici, & Galen. quia Aristotelis dictum constat experientia, vt videmus, sed tu dices contra hoc, quia iiij. Meteororum calidum & humidum est causa putrefactionis, ergo non longæ vitæ, secundo & fortius, qa Arist. xiiij. par. problem. probl. ix. dicit, cur est, quod habitantes loca calida sunt longioris vitæ, dicit ipse ibi propter siccitatem, ergo siccitas est causa vitæ, etiam quia ex dicto Arist. & Hyppocra. corpora pinguia gracilibus citius moriuntur, ergo humidum nõ potest esse causa longæ vitæ. Etiam quia, vel istud humidum est radicale humidum, vel quia aduenit per nutrimentum, vel vtrunque, si intelligas quodcũq; semper illud variatur, ergo semper vita erit alia & alia, & sic non eadem vita in viuente, quinto & fortius, quia sequitur ꝙ vita hominis potest perpetuari, quia per calidum & humidum consistit vita, & per nutritionem potest istud conseruari, imò perfectius generari, ergo potest perpetuari indiuiduum, quòd possit hoc indiuiduum conseruari patet, quia si Socrates fuerit natus distemperatus, & reductus fuerit ad meliorem habitum & temperamẽtum, hoc est ex dicta nutritione, si ergo reducitur ad temperamentum, ergo melius humidum restauratur in ipso Socrate quàm erat primum, ergo si potest homo actione virtutis nutritiuæ restaurare humidum perfectius quàm deperditum, ergo idem poterit conseruare, & sic vita in perpetuum perdurare, Dico Domini, vt dicit Aristot. & bene, quòd longitudo vitæ sequitur abundantiam humidi per se, complexionem non nisi per accidens.

Ad primum dico quòd sunt causa longitudinis vitæ, & putrefactionis, sed diuersimode, quia hæc cõmensurata sunt causa longæ vitæ, disproportionata sunt causa breuis vitæ, & putrefactionis, loquitur ergo de calido & humido commensuratis. Quod addis quòd homines habitantes, Dico quòd siccitas est causa longitudinis vitæ per accidens contemperando humidum, & ita etiam frigiditas contẽperando calidum, & sic illa fuit causa accidentalis reddita in loco illo. Quod addis tertio ex Hyppocrate & Aristot. 5. & 6. de hystoria animalium, Dico quòd humidum duplex pingue, & istud generatur ex partibus tenuioribus sanguinis à frigido congelante, & in membris frigidis, & si de ista pinguedine loquamur, verum est, quòd ista citius intereũt, quia ex quo pinguia sunt, sed frigidiora, & magis apta corruptioni, altera est pinguedo quæ attestatur calido & humido, & ista est pinguedo aerea, & ista impropriè pinguedo est. Quod addis quarto, quia dicimus, quòd humidum est causa, vel intelligatis humidum, tunc non erit eadem causa vitæ, neque eadem numero vita: Respondent aliqui medici, quòd humidum radicale est causa vitæ, & istud non variatur, dicunt ipsi, & ex isto generantur membra spermatica, & sic si ista membra corrumpantur non possunt regenerari alia, cum membra quæ sint carniformia possint, quia ex sanguine generantur sicut caro, sed ista opinio falsa est, quia agens naturale approximatũ passo continuè agit in ipsum, ergo calor naturalis qui est huiusmodi respectu humidi continuè agit in humidum, & resoluit partes ipsius, ergo non remanet idẽ.

Secundo falsum est, quòd dicunt de membris spermaticis, quia non possunt si corrumpuntur amplius regenerari, quia secundum Aristot. vna est causa omnium membrorum, videlicet menstruum mulieris & semen viri, quod concurrit actiuè, & si dicas, ista non possunt reintegrari. Dico quòd hoc est, non quia ex humido radicali sint generata, sed qa sunt ita debilitati caloris, quòd non possunt amplius consolidari, quia non possunt tantum nutrimenti conuertere illa membra ad se ipsa vt denuo restaurentur, mẽbra verò consormia, quia habent calorem sufficientem, ideo possunt conuertere nutrimentum & regenerari, signum huius est in pueris, quòd illa quãdoq; consolidantur. De quinto, quia vita posset perpetuò conseruari, ista quæstio est difficilis apud meditos, nunquid possit perfectum humidum restaurari per virtutem nutritiuam, de hoc dicemus domini infra, quia res est difficilis, & sic soluta est ista quæstio, quòd complexio non est causa longitudinis vitæ nisi accidentalis, & diximus causam per se.

Secunda causa est, ex quo complexio aliquo modo causa longitudinis vitæ, vel non, & videtur quòd sic ex dicto Auerrois secundum Galeni sententiam. Ex opposito est ipse Auer. ex propria sententia, quia dicit, quòd complexio plantarum ex eo quòd accidit ad extre-

ad extremum est causa longitudinis vitæ, & quia cõplexio est magis accidens ad medium, ideo non ita dictum fuit exemplum si sumatur calidum vt octo, & agat in frigidum vt sex, & frigidum vt quatuor facilius patitur frigidum vt quatuor, quàm vt sex, vt patet, & sic cum complexio temperata se habeat tanquam extremum, ideo, & sic in contradictione erunt Auer. & Gale. Respondent ferè omnes medici, Vgo, Iacobus, & Conciliator xxj differentia, quem sequuntur ferè omnes, & dicit quòd complexio temperata est causa longitudinis vitæ, post sanguinea complexio, post colerica, post flegmatica, post melancholica, & isti habent rationes.

Prima est, si omnis operatio corporis temperati est perfectior quàm corporis intemperati, operatio ergo nutritio est perfectior, ergo perfectior est restauratio humidi, ergo causa longitudinis vitæ perfectior & longæua magis, maior est Galeni ij. de temperamentis, quia per operationes perfectiores arguimus perfectiores complexiones. Secundo, quia omnis cura medici est reducere membra lapsa ad temperamentum, & hæc reductio fit pro custodia vitæ, ergo perfectior est restauratio humidi in illa, & magis fit illa pro cognitione vitæ. Tertio ex dicto Aristotelis, quia dicit, quòd causa longitudinis vitæ est ex perfecta commixtione humidi cum calido, & in temperata complexione hæc reperiuntur, ergo.

Quarto, quia corpus temperatum magis resistit cãis ægritudinis, ergo, maior patet ex Gale. j. techni. ix. causa longioris vitæ est ipsa temperata complexio, hæc sententia Conciliatoris est.

Sed contra hanc opinionem argumentatur, quia non est Aristotelis primo, quia dixit Arist. quòd longior est vita in locis calidis quàm frigidis, & dixit Auer. in locis maritimis, ergo. Secundo dicit Arist. causa lõgitudinis vitæ est humidum pingue acreum, ergo hoc est à prædominio calidum, & sic de complexione vergente ad calidum, etiam dixit, quilibet homo est diuturnioris vitæ, quare calidior, & dixit, quòd aliquis æger secundum naturam est longioris vitæ, quàm sanus secundum naturam, ergo nõ ratione complexionis temperatæ. Et arguo etiam rationibus, primo, quia ætas puerilis est viuacior omnibus, & hæc declinat à temperamento per calidum & humidum secundum ipsos, ergo. Secundo & fortius, quia tu dicis, quòd complexio temperata est longioris vitæ, ergo homo inter cætera viuẽtia erit longioris vitæ, quia magis temperatus, ergo, & tamen hoc falsum est, quia multæ plantæ sunt longioris vitæ vt palma, cupressus, & aliæ, & etiam animalium nonnulla vt elephans, ideo Haly, & Drusianus nono techni. cap. lxiiij. dicunt, quòd complexio temperata non est causa longitudinis vitæ & breuitatis, sed illa declinant ad calidum & humidum, vt dicit Arist.

Sed dicunt, quòd iste lapsus à temperamento debet esse temperatus & in ortu, quia alter esset causa putrefactionis, ideo inquit Haly, iste est ordo in vita longa, complexio calida & humida est causa longitudinis vitæ, secundo temperata, tertio sanguinea, quarto colerica, quinto melancholica, sed hoc est cõtra sententiam Aristotelis, quia per argumẽtum iam factum non potest stare, quia ista complexio, quam tu ponis calidam & humidam, præcipuè conuenit homini, ergo homo longioris vitæ inter omnia viuentia, quod tamen falsum est, & sic longitudo vitę non sequitur complexionem talẽ, ideo dico ex Aristotele, quòd neque complexio temperata, neque distemperata est causa longitudinis vitę, aut breuitatis, sed abundantia humidi commensurati humido naturali, & aliquando est cum complexione temperata, ideo soluitur problema Aristotelis, quòd æger secundum naturam est longioris vitæ quam sanus secundũ naturam, & sic longitudo vitæ per se non sequitur complexionem neque temperatam neque distemperatam, sed quandoque per accidens vt diximus, quatenus cum ipsa coniungitur illa causa per se, videlicet abundantia cum commensuratione humidi & calidi, & sic illud ꝓblema non fuit propositum ab Aristotele sine causa, nunquid æger secundum naturam sit longioris vitæ.

Ad argumenta, quia Gale. dixit, quod complexio media, & Hyppocrates regio temperata in iij parte aphorismorum, Dico, quia sensus attestatur Aristoteli, ideo cum Aristo. sentiendũ, & relinquemus Galenum. De Hyppocra. dico, quòd ipse fuit tanquam oraculum, quia ibi Hyppoc intelligit de regione, quę declinat ad caliditatem, sed moderatam.

Respondeamus modo ad rationes, ad primum dicit Conciliator, corpus tẽperatum habet perfectiores operationes, ergo perfectiorem nutritionem, ergo perfectiorem restaurationem humidi, ergo perfectiorem vitam, concedo hæc omnia, ergo, & potest hæc etiam negari, quòd perfectior complexio, quæ est temperata, vniuersaliter habet operationes perfectiores, quia Hyppocr. & Gale. iij. par. aphorismo. dicit, quòd operatio sensus & motus melior est flãte borea in temperata complexione, & sic non per calidum & humidum temperata etiam, quia puer est calidus & siccus, & tamen non sunt perfectiores, & sic non sequitur quod dicit, quia et si corpus tẽperatum habeat perfectiores operationes, non tamen quò ad omnes, quia aliqua est melior respectu distemperati, etiam si concedamus, ipse illum non habet intentum, quia longitudo vitæ non sequitur tẽperantiam complexionis, sed abundãtiam humidi pinguis, tu arguis secundo, quia medicus docet reducere corpora lapsa, & tamen intendit custodiam vitæ, dico quòd maior vera est, ergo temperata complexio magis est causa, dico, quòd falsum est, quia aliquando medicus reducit corpus, vt corpus possit perfectius operari, aliquando reducit propter vitæ longitudinẽ, & tunc non reducit ad temperatam, quatenus illa complexio sit causa longitudinis vitæ, alter falsa est sua intentio. Addebas tertio, quia dicit Arist. quòd longitudo vitæ sequitur commensurationem calidi cum humido. Dico, quòd dupliciter potest intelligi, quòd melior commensuratio calidi cum humido est quò ad temperamentum, vel quò ad vitam, si intelligas quò ad tẽperamentum, verum est, ꝙ talis est in complexione tẽperata, si verò quò ad vitam, falsum est.

Ad quartum

Ad quartum, quia corpus temperatum magis resistit, ergo longioris vitę, antecedens est Galeni, oppositum dixit Auer. quia plantæ ex eo quòd distemperatam habent complexionem, ideo. Sed quid dicendum? præter hoc insurgit alia difficultas, scilicet quòd magis resistat causis ægritudinis, & cras dicemus in sequenti lectione, & complebimus vnum tractatum.

Lectio XII.

Plantę sũt longioris vitæ quã animalia vt palma.

VIT dictum Auerr. quòd plantæ sunt longioris vitæ, quâm animalia, sicut est palma, cupressus, vltra causas assignatas ab Arist. posuit istam Auer. quòd plantæ sunt longioris vitæ in suo genere, quã animalium vita, quia complexio eorum magis est distẽperata, quàm animalium, quæ se habent sicuti medium, & facilius patitur quàm illa quæ habet rationem extremi. Est quæstio difficilis apud medicos in hoc dicto, nunquid corpus temperatum magis resistat causis ægritudinis quàm distemperatum, videtur tamen quòd non per Auerr. hic, quia complexio temperata est ut medium, & facilius patitur, ergo, & confirmari potest ab Auic prima quarti, quia dicit, quòd corpora melancholica & colerica magis resistunt febribus, ergo, ad hoc dubium est communis opinio omnium ferè medicorum, quòd corpus temperatum magis resistit omnibus causis inducentibus ægritudinem, quàm ècõtra, & distemperatum, & intellectum est per se, quia per accidens aliter esse potest, quia corpora temperata ex eo quòd rara sunt facilius ab extrinseco pati possunt, vt dicit Hyppocr. & sic per se, & ponitur exemplum, quia si est corpus temperate calidum vt quatuor, & distemperatè calidum vt sex, quid magis resistet frigido vt octo, ipsi tenent, quòd magis temperatum vt quatuor, calidũ, & est authoritas ij. techni, commento vj. quòd corpora temperata magis resistunt causis ęgris, & de signis cerebri temperati, dicit quòd ipsum minimè lęditur, & sic magis uidetur resistere corpus temperatum, & ratione arguitur sic, quia fortitudo virtutis arguit temperamentum complexionis, & sequitur ex Gale. millies, si ergo fortitudo virtutis id sequitur, ergo illa virtus est fortior, & magis resistit, secũdo quia sanitas est habitus à quo proueniunt optimę operationes, & quo animal magis resistit causis ægris, sed corpus temperatum habet hanc sanitatem, ergo sequitur, quòd magis resistat temperamentum quàm distemperamentum, tertio quia facilius dabitur medium in extremum, quàm extremum in extremum, inter frigidum ut octo, & calidum ut octo, & calidũ ut sex, & facilius istud uertitur in calidum ut octo, quàm frigidum in calidum, sed inter sanitatem & ægritudinem est lapsa sanitas, ergo facilius uertitur in sanitatem quàm in ægritudinem, ergo magis corpus optime sanum haberi posuit si à causis ægris, q̃ ægrum à sanis,

Quarto fecit Argumentum Sermoneta, quod putat demonstrasse, & tamen puerile est, supponit ipse primo, quòd omne resistens vna & eadem resistentia æqualiter resistit debiliori & fortiori, v. g. sit calidũ ut quatuor, æqualiter resistit ad frigidum ut sex, & ut octo, quia resistit ut in ipsum conseruet, accipiatur modo corpus temperate calidum ut quatuor, & accipiatur corpus distemperate calidum ut sex, sumatur extreme frigidum & extreme calidum, secundum oppositum tantum resistit corpus temperate calidum extremè frigido quàm extremè calido, quia se ipso resistit. tertium suppositum tantum resistit corpus distemperate calidum ut sex, summe frigido, & summe calido, & per se ipsum resistit; tunc hoc stante habeo hic quatuor resistentias, prima à calido ut quatuor ad calidum ut octo, alia est resistentia à calido ut sex summe frigido & summe calido, istæ duæ resistentiæ sunt æquales. Quid vltra? quidquid est maius vno æquali est maius altero, tunc cũ magis calidũ ut sex magis resistat summe frigido, quàm calidum ut sex, & probat, magis resistit a. calidum ut sex, quàm b. ut sex, quia magis resistit a. calidum, ista resistentia sit a. b. c. sex, sit resistentia ut sex, calidi ad frigidum ut octo, sumit quatuor resistentias à calido ut quatuor ad summe frigidum & summe calidũ, & probat, quia magis resistit quàm b ut sex, si dicatis contra istam opinionem, quia corpora melancholica & flegmatica difficilius patiuntur à causis ægris, & hoc ex dicto Auer. dicunt quòd hoc est verum per se, quòd facilius patitur medium ab extremis, quàm extremum ab extremo, & sic de corpore temperatò, sed per accidens est contrarium, quia corpus distemperatum ut sex magis resistit quàm calidum temperatum ut quatuor, quia magis elongatur à suo contrario, sed per accidens medium magis resistit propter fortitudinem naturæ virtutis eius, quia illa virtus fortior est complexione temperata quàm distemperata, & est magis illa complexio tali virtute proportionata, tanquam proportionatum instrumentũ, & sic extremum per se magis resistit ratione contrarietatis extremi, aliter nõ, sed hæc opinio nõ uidetur vera, quia multoties est corpus sanum secundum naturam breuioris uitæ, & ægrum secundum naturam longioris, ergo sequitur, cum corpus ægrum secundum naturam sic distemperatum magis resistat quàm sanum secundum naturam & temperatum, secundo quia nos uidemus experientia, quòd homo facilius lęditur quàm lapis & planta & huiusmodi, & tamen homo temperatior est, etiam videmus quòd iuuentus facilius tolerat hyemem quàm corpus temperatum, ut dicit Hyppocr. iij. par. aphorismor, ergo magis resistit quàm corpus temperatum, secundo ratione, quia calidum ut quatuor non resistit summe frigido nisi per caliditatem, & ita calidum ut sex, ergo magis calidum ut sex resistit, tu dices, verũ est per se, tamen per accidens non, quia fortitudo virtutis est cum temperate calido ut quatuor, sed tu dices, quid est ista fortitudo virtutis? nihil aliud est nisi forma potens resistere, ergo, secundo & fortius, quia si dicis, quòd corpus temperatum magis resistit, ergo corpus temperatum quãto magis erit temperatum,

tanto

tanto magis resistet, Accipiamus corpus calidum in primo gradu, & in secundo gradu distemperatum, habeo frigidum, tu dicis quòd facilius patitur corpus temperatum, ergo omne corpus quanto magis accedit temperato, tanto magis resistit, eo q corpus distemperatè calidum per vnum gradum magis resistit quàm illud quod est distemperatum in secundo gradu, ergo maiorem frigiditatem habere debemus ad reductionem calidi distemperati in primo gradu, quàm distemperati in secundo gradu, tamen contrarium dicunt medici omnes, & sic non est uerum quod ipse dicit. Tertio, quia corpus robustum magis resistit causis ægris quàm non robustum, robustum dicit Aristoteles in Aethicis est, quòd multum laborat, & multum comedit & bibit sine læsione, sed istud corpus oportet quòd habeat multum sanguinis, vltra temperamentum, ergo distemperamentum, & istud corpus magis resistit, & hoc dicit Aristoteles secundo de partibus animalium, cap. secundo. dicit quòd ista robusta magis resistunt, quia habent sanguinem sinceriorem & tenuiorem, quàm media, quæ medio se habent modo.

Ideo est alius dicendi modus, qui est Drusiani secundo techni, & ibi videtur ipse dicere quòd magis resistit corpus temperatum propter virtutis fortitudinem, postea dicit quòd non, primo dicit, si accipiatur calidum vt quatuor, temperatum magis resistet, non quòd magis resistat, sed quia pluribus resistit causis ęgritudinem inferentibus quàm corpus distemperatum, & sic dicebam heri, quòd perfectior complexio habet perfectiores operationes. i. plures, non quòd omnes, & sic dicit ipse.


Ideo sustinentes hanc opinionem dicemus ad Auerroem, quòd medium magis & facilius patitur ab extremo, verum est respectu extremi, non omnis sed alicuius, non propter hoc sequitur quòd complexio illa sit breuioris vitæ, quia licet ab vno extremo facilius patiatur, non ita facilius patitur ab omnibus, & sic verificari potest dictum Auerrois, nec illa, quam assignat Auerroes est vera causa, quia sic tunc quodlibet animal esset breuioris vitæ, quàm planta, quod tamen non est verum, & sic etiam intelligitur dictum Auicennæ.

Quod addis ex Galeno, quòd corpora sana distinguuntur à corporibus ægris, quia magis resistunt causis ægris. Dico, quòd pluribus, & sic verum est. Et sic respondetur ad aliud argumentum, quòd fortitudo virtutis sequitur temperatam complexionem, ergo magis fortis est temperata complexio, verum est quò ad plura contraria. Eodem modo dicetur de signis cerebri temperati, verum est, quia pluribus resistit, & sic collectiuè verum est, non autem diuisiuè, & sic optima sanitas magis resistit, verum est, quia pluribus resistit, & hoc sit dictum de hoc libello. Sunt aliæ quædam difficillimæ quæstiones quas omitto, aliàs dicemus.

*

Exemplum pro argumento Sermonetæ pluribus fallaciis repleto.

Calidum vt quatuor. Calidum vt sex.



Summe frigidum. Summe calidum.

EIVSDEM EXPOSITIO in librum de iuuentute & senectute.

Lectio I.

De *iuuentute autem & senectute*; Ordo huius libri ad alios iam dictus est in fine tractatus præcedentis libri, quòd iste liber ordinatur ad librum de causa longitudinis & breuitatis vitæ, & quia sæpe dictum est, qualis est iste ordo, nam talis est, qualis est ordo naturæ, & quia longitudo vitæ ducit ad senium, ideo immediatè post librum de longitudine & breuitate vitæ sequitur liber de iuuentute & senectute, & quia iuuentus & senectus præcedunt inspirationem & respirationem, quia iuuentus est potentia respirandi, senectus impotentia eiusdem, & inspiratio & respiratio præcedunt mortem; quia inspiratio est causa vitæ, non spiratio est causa mortis, ideo post librum de iuuentute sequitur liber de respiratione, & post istum sequitur liber de morte & vita, talis ergo est ordo, quia postquam egit de causa longitudinis & breuitatis vitæ, postea egit de causa iuuentutis & senectutis, post de causa inspirationis, post de causa vitæ, hæc de continuatione huius libri.

Intentio huius tractatus est tradere causas iuuentutis propter quas accidat iuuentus & senectus, sed tu dices, Arist. prius debuit tradere, quid nam sit ętas, & quæ causa sit ætatis. Secundo, quia plures sunt ætates quàm duæ, ergo etiam de consistentia debet declarare causas, sicut de aliis duabus ætatibus. s. de iuuentute & senectute. Tertio, quia Auic. prima primi. doctrina, cap. xxx. de complexionibus ætatū dicit, ætates

ætates sunt quatuor, adolescentia, & consistentia, senectus, & decrepitas; ætas adolescentiæ est à principio vsque ad vigesimumquintum aut trigesimum annum, & adolescentia diuiditur in quinque partes, prima in infantiam, secunda in plantatiuam dentium, tertia in ætatem concussionis, in qua puer mouetur inordinatis motibus, quarta est ætas pubertatis, & incipit emittere semen, quinta est ætas fortitudinis, ideo de his Arist. debuit dicere. Astrologi verò ponūt sepiem ætates, ideo Arist. prius de his debebat dicere.

Ad primum possumus dicere, quòd Aristot. omisit declarare quid sit ætas & eius differentia, quia supposuit eas tanquam manifestas, ex quid nominis ipsius ætatis, nam ex diuersa operatione ipsius virtutis nutritiuæ manifestè ostenduntur nobis ætates, diuersa enim habitudo caloris innati super humidū facit diuersitatem ætatum, nam si ætas est potēs crementum facere, hoc est, quia virtus nutritiua potest conuertere & apponere plus nutrimēti, quàm sit resolutum, est iuuētus, si minus apponitur quàm sit resolutum, est senectus, si verò ætas est ī medio .i. quòd virtus nutritiua tantum conuertit nutrimenti, & tantum apponit, quantum resoluitur, est ętas consistentiæ aut plus, aut si minus illa operatio insensibilis, sic dummodo non sensibiliter appareat, consistentiæ ætas vocatur, ex hac ergo variatione operationum proportio & habitudo calidi innati ad humidum innatum variatur ætas, in prima enim calor innatus est valde potens, in media variatur, in tertia diminuitur, & sic diuersæ ætates ex virtutis nutritiuæ operationibus, ætas enim est operatio ipsius viuentis secundū virtutis nutritiuæ actionem, quia vt manifestè augetur, aut manifestè diminuitur, si primum, est iuuētus, si secundum, est senium, aut manifestè augetur, & imminuitur, & sic est ætas consistentiæ, & sic patet, quòd istæ ætates à tempore non efficiuntur, sed à diuersitate caloris, ideo vnaquęq; ætas aliquando est breuior, aliquando est longior, communiter prima terminatur ad vigesimum, forte ergo dimisit Aristot. vt manifestè ex hoc patet, quòd apud Arist. non possunt esse plures ætates nisi tres, & non plures. At Auic. nomerauit quatuor, adolescentiam, postea consistentiam, deinde senium, scilicet à quinquagesimo anno incipiens, & tunc diminuitur calor naturalis, & calor corporis, & hoc insensibiliter, deinde secundum senium, in quo calor naturalis sensibiliter minuitur, & sic philosophi tres, medici verò quatuor ponunt, philosophus vnum senium ponit, medicus autem qui a circumcernit rationem victus & curationis duo ponit, primum enim fert ieiunium, secundum non potest tollerare ieiunium, etiam quia diuersus modus curationis, Arist. autem quia tantum opera virtutis nutritiuæ respicit, quę sensui sunt manifesta, & in iuuentute, & in senectute, & in consistētia, & cum tres ponat, duas hic declarat, inferius tertiam declarabit. Astrologi non numerant seprē ex numero & dominio septem plantarum, qui cuilibet parti vitæ in determinata parte temporis dominantur, & sunt causæ ætatum, nam luna ex eo quòd proxima his inferioribus prędominatur pueritię, & ex eo quòd est humida vsque ad quintum annum, sed philosophus aliter considerat.

Vt diximus tractatus iste diuiditur in quinq; partes, & isti tractatus sequentes sunt quasi vnus tractatus, & Arist. non distinguit, quia hic in principio huius tractatus posuit intentionem simul omnium, in prima parte Arist. ponit suam intentionem, secundo suppositiones, tertio ostendit quòd virtus sensitiua & vegetatiua est in medio animalis, quarto ostendit quòd omne viuens inquantum viuens indiget aliquo refrigerio, & hoc in plantis, & in animalibus tā sanguine præditis, quàm sanguine carentibus, quinto & vltimo ostendit nobis causam vitæ & mortis, scilicet post tractatum de respiratione & inspiratione, ad ostendendum quòd viuens & animal perfectum indiget aere refrigeratiuo propter conseruationem caloris innati. Proponit ergo Aristot. intentionem suam, domini, postquam egimus de causa longitudinis & breuitatis vitæ, consequens est vt dicamus de iuuentute & senectute, & de morte & vita, & de inspiratione & respiratione, & hoc quia inspiratio est causa vitæ in animali, & cum hęc defecerit, est cā mortis, ideo quia est defectus respirationis accidit naturalis mors, cum in senio deficiat calor naturalis, ex quo pectus & pulmo redduntur impotentes ad attrahendum aerem, & respirandum, cum pulmo non posit amplius leuari nec deprimi, cum ex eleuatione aer attrahatur, & depressione expiret, & deficiente calore naturali non posit amplius fieri nec inspiratio, nec espiratio, ad quas statim sequitur mors naturalis, ideo post tractatum de inspiratione & respiratione tractabit causas mortis & vitæ, & hæc de diuisione. *Et necesse forte causas dicere*; quare posuit ly *forte*, difficile est videre, possumus dicere vt vtatur modestia, tum quia difficile est reddere causas inspirationis & respirationis, adducit enim Arist. septem aut octo causas inspirationis, & multas opiniones, quæ diuersę asserebant diuersis rationibus, vt videbitis, nescio aliter.

Quoniam autē de anima in alijs tractatum est; Postquam Aristot. posuit intentionem, hic consequenter ponit tres suppositiones, prima alibi fuit ostensa, quā hic supponit, & est quòd licèt anima non sit corpus, est tamen in aliqua parte corporis, quę est principiū aliquarum partium corporis, hęc primo de anima ostensum est, quòd autem anima non sit corpus patet, anima est actus corporis, vt secundo de anima dictum est, nullum corpus est actus corporis, quia nihil sibi met est actus, quòd autem sit in aliqua parte corporis probatur, quia est in corde, quod est principium aliarum partium, non principium effectiuum, quia tale principium effectiuum est à virtute agentis, puta à virtute formatiua, à qua omnes partes corporis generantur, nec est principium materiale, quia omnia ab eadem materia generantur, sed dicitur principium ratione caloris naturalis, cum cor sit principium sanguinis, & spiritus & caloris naturalis, quibus mediantibus reliquæ partes viuunt & gubernantur, est ergo prima suppositio, anima nō est corpus, sed est in aliqua parte corporis, quæ est principium

aliarum

aliarum partium corporis. *Aliæ igitur animæ;* Secunda suppositio,& si plures sint potentiæ & partes animæ, tamen hic agemus de vegetatiua & & sensitiua,& hic Arist.loquitur disiunctiuè dicēs, *aut partes aut uirtutes;* aut potentiæ possunt appellari partes animæ, aut propter differentiam, quæ est inter ipsum & Platonem,quia Plato voluit potentias animæ esse partes integrales animæ disiunctas inter se, vt virtus nutritiua in epate,sensitiua in corde, intellectiua in cerebro,Arist.autem voluit animam esse cū potentiis suis,distingui videtur connotato ex diuersis operibus,quas in corpore operatur,vt si videt dicitur visiua, si gustat, gustatiua, si audit, auditiua, adeò quòd omnes hæ potentiæ sunt idem cum ipsa anima,& non partes integrales, differunt enim connotato,scilicet quòd potentia visiua est anima ipsa, ut actu videt,seu audit,sentit,& intelligit, & olfacit, hæc declarauimus ij.phys.ij. est ergo secunda suppositio velle dicere tantum de vegetatiua & sensitiua, de aliis dimittit nunc.

Quæcunque autem animalia dicuntur; Tertia suppositio in animalibus virtus sensitiua & vegetatiua sunt idem subiecto,patet, quia sunt in eadē parte corporis,quia sunt in corde, quia ibi sunt primò omnes virtutes organicæ, & sic idem subiecto in esse differunt in ratione,alia enim definitio vegetatiuæ,alia sensitiuæ, differunt etiam ex diuersitate operationū, cum sensitiua operetur circa sensum, vegetatiua circa nutrimentum, ordine etiam differunt, vegetatiua enim prius est quàm sensitiua,hoc patet,quia in plātis vna tantum reperitur sine alia,& quia vegetatiua prior est,ideo ratione distinguuntur,vegetatio enim prior est quàm sensatio, manifestè omnibus videtur, & hic est modus loquendi Aristotelis.

Quod autem idem sit subiecto dupliciter intelligi potest,vno modo tanquam accidentia realiter diuersa, vt albedo & dulcedo in lacte, alio modo quædam sunt in subiecto,scilicet eadem re, & hoc modo sunt idem istæ potentiæ, quia idem re sunt, & in eadem parte corporis, Alij volunt vt Ocham, quòd essent duæ animæ seiunctæ, sed falsum est, philosophi enim volunt esse duas animas, scilicet sensus & intellectus, vt in Aethicis dicit Aristot.& ideo duas ponunt sensum & intellectum, intellectus enim anima rationalis sensitiuæ contrariatur, Theologi ponūt tantum vnam, & ex his vult Aristot. declarare tertiam suppositionem, scilicet quòd virtus sensitiua & vegetatiua sunt in medio tam in animali quàm in planta, in animali in corde, in planta verò inter radices & trūcum,declarat primo de animali, quòd sit in medio, deinde in plantis,primò probat sic, in eadem parte animal primo sentit & vegetat, sed ipsa est cor,& ipsum est in medio,ergo & ipsæ in medio, maior nota, nam dictum est,quòd istæ duæ potentiæ sunt idem subiecto, sed illa pars est cor, & sic declarat tertiam suppositionem,licèt non manifestè,sed circumscribit cum sit cor,& probat quòd ea pars sit in medio omnium partium,scilicet superioris,inferioris,anterioris,posterioris,destri,sinistri, & dicit, ꝙ omnes immutationes sensuum extrinsecus terminantur ad partem mediam ipsius animalis, eo modo quo dictum est, quòd sensus communis est tanquam centrum respectu circumferentiæ, omnes enim sensus exteriores tanquam in circumferentia terminantur ad sensum communem vt ad centrum, sed sensus communis est in medio animalis, quia in parte media, ergo in parte sui, seu media animal sentit,quia omnes sensationes exteriores ad ipsum terminantur, ergo potentia sensitiua est in medio, sed vegetatiua & sensitiua subiecto idem sunt,id est in re,ergo etiam vegetatiua in medio est, & circumscribit nobis quid intelligat per partem mediam,quę est media inter omnes differentias positionis, & declarat omnes istas partes, pars superior est vnde sumitur cibus, inferior vnde emittitur excrementum,pars dextra vnde vnde principium motus,anterior vnde principium sensus, & declarat qualiter dicatur pars superior & inferior, duplex est sursum vniuersi,& est caput, quod sursum respicit uersus lunam, homo enim cum sit erectæ figuræ sursum ipsius ad cœlum vergit,inferior autem in homine respicit partem inferiorem vniuersi, puta centrum terrę,& hi sunt pedes, in plantis verò est totum ècontra,quia pars superior in eis respicit partem inferiorem vniuersi, inferior superiorem vniuersi,& sic ordine opposito se habent istæ differentiæ, quòd dicunt in plantis pars superior sit,quæ tendit ad cētrum patet, quia sicut os in animali dicitur sursum, quia inde trahit alimentum, ita est in plantis radices sursum dicunt,quia inde planta sumit nutrimentum, in brutis autem medio modo se habet, nec vt in plātis,nec vt in homine, sed lateraliter respiciunt cœlū ipsum,ideo medio modo dicuntur se habere, sed dices,dicit Arist.quòd differētiæ positionis insunt omnibus animalibus & plātis,& quòd ea pars est in medio in homine quæ vegetat. Quærit nunquid hę sex differentiæ positionis insint omnibus viuentibus.

Secundo,quia Arist.decipit nos, quia vult probare quòd virtus sensitiua sit in medio, hoc medio ꝙ eadem sui parte animal primo sentit & vegetat, & probat, quia in medio est sensus communis, sed sensus communis non est sensus,quo animal primo sentiat,& vegetet,sed solus tactus est communibus omnibus,debet ergo ostendere quòd sensus tactus est in medio,non autem sensus communis, & in eadē parte et virtus sensitiua & vegetatiua.

Tertio dicit Aristot.quòd opposito modo se habent superius & inferius in plantis, in homine, & in bruto,hoc modo est verum,quia sicut superius in homine est superius sursum vniuersi ad quamcumque partem illa moueatur,semper habet ratione superioris, cū ergo caput in brutis respiciat sursum vniuersi, quia quælibet pars ex æquo respicit sicut & homo, quælibet enim pars cœli est superior, ergo sursum bruti erit.

Ad primum dico,quòd in plantis sunt tantum duę differentię positionis,scilicet superior et inferior,quæ accipiuntur ex parte nutrimenti,dixit autem sinistrū non nisi per respectum ad nos, etiam per respectum vniuersi dicuntur in esse, sed de animalibus est difficultas,et examinauit Arist. in de incessu animalium,

vbi

vbi dixit, quòd animalibus imperfectis, non dixit nec dextrum, nec sinistrum, puta in conchiliis, spongiis, & huiusmodi, differentiæ cum sumuntur ex motu locali, quare carentia motu locali carent huiusmodi differentiis positionis, habent autem ante & retro, anterior pars est, vbi viget sensus, posterior est pars isti opposita, quia omne animal habet sensum, ideo habet anterius & posterius, habet etiam sursum & deorsum ratione nutrimenti, & sic habet partem, à qua attrahat alimentum, opposita pars isti erit inferior, cum à superiori attrahat.

Sed tota difficultas est in homine & animali, quod habeat sensum tactus disseminatum per totum corpus, quomodo pars anterior & posterior ex natura rei possit distingui, cum huiusmodi differentię à sensu tactus accipiantur.

Lectio II.

DICEBAMVS, quòd omnibus viuentibus insunt sursum & deorsum, quæ differentiæ sumuntur ex motu nutrimenti, pars anterior & posterior sumitur ex motu sensus, ideo his plantæ carent, dextrum & sinistrum non habent nisi habentia motum progressiuum, ideo plantæ tantum vnam differentiam positionis habent, ostrea & conchilia, quia carent motu progressiuo, ideo tantum duas habent, scilicet sursum & deorsum, ante & retro dextrum & sinistrum non habent, similiter animalia alia terrę affixa, quæ non mouentur localiter de loco ad locum, sed erat dubitatio, quia secundo cœli in omni animali sex sunt differentiæ positionis ex natura rei distinctæ, vt in cęlo, quòd ibi est pars dextra, quòd non est sinistra, sed arguo, vbi est tantum sensus tactus, ibi erit pars anterior, & sic non erit anterius distinctum à posteriori ex natura rei, similiter in habentibus motum incessus ex omni parte habent principium sui motus, omnis pars erit dextra, & omnis pars isti opposita erit sinistra, ergo dextrum & sinistrum in huiusmodi animalibus ex natura rei non est distinctum, & sic de sursum & deorsum in ostreis.

Dicerem Domini, & re uera videtur ibi innuere Arist. quod nō tanta est distinctio in animalibus imperfectis quàm est in perfectis, nec tam clara.

Ad secundum dicerem, vt dicit Aristo. in de somno & vigilia, quòd sensus tactus, & sensus communis in corde sunt idem, ideo queres ibi, cuius nam partis somnus & vigilia sint passiones, dixit, sensus cōis, & sensus tactus, ergo si probat, quod sensus cōis est in corde, probat etiam quòd sensus tactus etiam est in corde, cū sint idem, & non differant re, ideo sensus cōis, sensus tactus, imaginatiua, & memoria idem sunt apud Arist. & sunt in corde, ergo nō in cerebro, nec habent organa distincta, sed vnum, quod exercet omnes istas operationes, quia in eadē parte cordis omnia locantur contra Auic. & Antonium Andream, & sequentes. Ad tertium cum arguis, quia caput in brutis respicit côcauum lunę, ergo superius, licet tamen alia linea quàm faciat homo, quia linea laterali, quia re uera quęlibet pars cœli dicitur sursum, sed non debet appellari sursum, nisi opponatur cētro terræ, aliæ autem sunt partes, quæ respiciunt situm medium inter centrum & terram, & partem cœli, dicuntur laterales partes, sed caput bruti non respicit directè centrum terrę, nec pars inferior bruti directè contraponitur, sed medio modo, lateraliter scilicet quo ad partes, quas respicit, tu instabis, si brutū respicit partem cœli, ergo & sursum, dico, si respiciat partem cœli, quæ respicit centrum, verum est, quòd illa pars cœli opponitur directè centro terræ, si nō, non valet argumentum.

Tribus autem existentibus partibus; quia dixit, quod virtus uegetatiua est in medio animalis, vult dearticulare, quę nam sit ista pars media, & infra hoc manifestabit, dicit, quòd hæc pars est pectus, & in non habentibus est quid proportionale ipsi pectori, iterū tres sunt partes principales animalis, media vt pectus, superior vt caput, inferior vt aluus & anus, reliquæ verò partes inferiores vt pedes, & cętera, non sunt partes principales, sunt enim datæ à natura ad defendendum achitos, id est aluum, aliqui traduxerunt concauitatem, aliqui verò dicunt ad defendēdum molem animalis, & sic cum in corpore dentur tres partes principales, virtus uegetatiua uiget ī media parte, quę est pectus, aut in proportionali pectoris in non habentibus, nec pectus est pars adæquata, vbi existit ista virtus, sed est cor, cum cor existat in medio pectore, non pręcisè, sed declinans parum ad sinistrum, vt tenet Aristo. sic ergo virtus uegetatiua viget in parte media determinata, quę est cor ipsum.

Sed principium quidem nutritiuæ animæ in medio; cum dixit Aristo. quòd virtus nutritiua est in medio animalis, vult probare idem secunda ratione, & hoc probat testimonio sensus, quod in plantis & animalibus ablata parte superiore, & inferiore remanente pectore diutius viuunt, & conseruant vitam, ergo in alia parte media est principaliter virtus vitalis, & dicit ipse, quæ sunt insecta, & quæ non insecta, insecta sunt carentia sanguine vt apes, vespæ, & hęc sunt triplicis gradus, primę gradus sunt, quando habēt corpus distinctum quibusdam anulis & incisuris, quæ nō sunt insecta, sunt forte et vermes insecta ut lacertę, et hæc habent sanguinem, et in istis si abscinditur pars inferior et superior, viuunt.

Dubitatur, nūquid musca sit animal insectum, ita quod in eorum numero possit computari, videtur quòd sic, quia caput eius coniunctum est per quasdam incisuras ipsi ventriculo, ex alia parte arguitur quod non, quia corpus eius est distinctum variis annulis, et incisuris, animal autem insectum est quod variis incisuris annularibus habet corpus distinctum, potest dici ad hoc, quòd ex quo musca habet caput iunctum uentriculo per illas incisuras, pōt dici esse in gñe insectorum. *Talem autem particulam;* hic Arist. facit quasi quādam digressionē, quia postq̄ dixit, quod multa aīalia ita se habēt, quod incisa pte superiori, et inferiori diutius uiuunt, cū nō oībus aīalibus hoc cōtingat, vult dare differētiā istā, quod in quibusdam aīalibus hoc

inueniatur, in quibusdam non, sicut in plantis, quædam diuisæ viuunt, vt populus, salix, quædam si incidantur rami & plantantur, non viuunt, ut cupressus, palma, vult venari hanc causam, sicut fecit in tractatu præcedenti, & dat duas causas, vna est, quædam sunt animalia, in quibus virtus nutritiua est vna actu, & plures potentia, & ista sunt animalia imperfecta, vt insecta & lacertæ, sed quid vult dicere Aristoteles, vna actu, & plures potentia? est. i. est vna actu extensa extensione corporis, & plures potentia, quia diuiditur diuisione corporis, & tamen in qualibet anima diuisa fungitur officio suo, & hæc inest plantis, & quibusdam animalibus, quòd autem sit in plantis, est vna & eadem causa, quæ est in animalibus, quia in plantis anima vegetatiua est vna actu, & potentia plures, sed quæ nam sunt istæ plantæ, dicit Aristoteles, quòd sunt alterius negotij, dimittitur ad librum de plantis, vbi est proprius locus, nunc nobis sufficit dicere de animalibus, alia ratio est, dicit Aristoteles, quia ista animalia non habent verè rationem vnius animalis, sed plurium inuicem coniunctarum, vt si essent duo homines dorso coniuncti, qui diuisi seorsum viuerent, & sic de istis animalibus, & sic dicit in de incessu animalium, quòd ista animalia insecta sunt, ac si essent connexa simul, alia uerò sunt perfecta, & hæc actu & potentia vnum animal sunt tantum, ideo partes diuisæ in perfectis non viuunt, prima ergo causa est, quia virtus uegetatiua est vna actu, plures potentia, secunda est, quia non habent rationem vnius, sed plurium inuicem coniunctarum.

Vnum dimisi, quòd est differentia inter partes diuersas animalis & plantæ, quia in plantis diutius reseruatur vita, quàm in partibus insectorum, causa est, quia licèt in omnibus partibus tam plantarum, quàm insectorum non sint instrumenta & organa nutritionis, cum illæ partes plantarum decisæ careant radicibus, est tamen differentia, quia in plantis est potentia virtus uegetandi, & virtus nutritiua, quæ habet potentiam reponendi instrumenta nutritionis, ut radices. Sed in partibus lacertæ non est virtus reponendi nutrimenta nutritionis, & sic non potest diu uiuere, quia non est potentia uegetandi, viuunt tamen, quia ostendunt se sentire, quasi paruum sensum ostendunt, id est non ita manifestè, sicut plantæ ostendunt habere, nec hoc pacto est in animalibus perfectis, quia partes decisæ ipsius animalis imperfecti, vt scilicet sunt partes lacertæ diuisæ, & si quendam sensum habere uidentur abciso corde à visceribus, ille motus sensus non est à virtute sensitiua, sed potius est quædam passio animæ, quæ remanet in spiritibus remanentibus in corpore & in calore naturali, & sic illæ partes mouentur à spiritibus, & calore naturali fuit reseruata, sicut in libro de inspiratione, & hic dicit Aristoteles, quòd testudo abstracto corde mouebitur, & dicit illud esse per passionem animæ, id est spiritum & sanguinem, quę sunt instrumenta prima ipsius animæ, à quibus motus ille sensatus fuit causatus, dicit ergo Aristoteles, quòd partes plantarum decisæ diutius viuunt, quàm partes animalis, & quòd partes animalis perfectius decisæ videntur habere quendam sensum propter spiritus, sanguinem, & calorem naturalem reseruatos in membris.

Sed dices, Aristoteles dicit, quòd ideo insectorum partes viuunt, quia ipsorum anima est vna actu, plures potentia, sed ita accidit cuilibet animanti, puta equo, cum quælibet anima sensitiua animalium sit diuisa, & extensa extensione materiæ, ergo partes cuiuslibet animalis diuisæ uiuent, cum non maior sit ratio de vno, quàm de alio.

Secundo, quia Aristoteles dimisit rationem, & causam, quare aliquę plantæ diuisę uiuant, quędam si euellantur, incidant & plantētur viuūt quędā non.

Tertio dicit, quòd in perfectis sanguine pręditis partes præcisæ sensum exigunt, ostendunt, quia vniuersalem quandam detinet affectionem, ablatis namque visceribus palpitant, vt testudines ablato corde, sed in libro de motu animalium dicit, ablato corde aufertur motus, cum cor sit principium motus, ergo excepto corde testudo non mouetur.

Quarto, quia sibi met contradicit, infra enim dicit, quòd sicut insecta decisa uiuent, ita etiam partes testudinis decisæ viuunt, hic uerò dicit, quòd non uiuunt, sed mouentur à spiritu & sanguine reseruatis in membris illis & partibus decisis.

Ad primum cum dicis, quòd virtus sensitiua in equo, ita est educta de potentia materię, sicut in in lacerta, uerum est, ergo vna actu, plures potentia, nego, quia per plures potentia intelligitur in partibus diuisis, sed non remanet diuisio animali in partibus eius, sed bene in lacertis.

Ad secundum Theophrastus primo de plantis accipiens multa ab Aristotele hinc inde reddit causam, quòd quędam plantę reseruant multum humidi innati, quæ multum humidi habent, ut salices & uites ideo decisæ uiuunt, quia uitis in calido & humido uiuit & consistit, & ideo salices gaudent loco humido, quędam sunt quæ habent parum humidi, & si habent, non est ualde compactum, & tale humidum cum depascitur à calore, euanescit, cum sit acreum, exhalat statim cum calido, & sic extinguitur uita.

Reddit etiam aliam rationem, quia partes plantæ propinquiores terræ habent magis humidi, & cum partes cupressi habent ramos longe à terra in aere semotos, ideo si transplantentur non uiuunt, etiam rami non sunt vnius radicis, aliarum autem arborum quæ vnam habent radicem, non parum habent humidi.

Ad tertium cum arguis, principium motus localis est, quia cor est principium sensus, ergo & motus, quia est principium caloris, uerum est, ergo extincto corde non potest secundum locum moueri, oppositum tamen hic dicit. Dico, quòd re uera ille motus non est localis, nec incessus, nec progressiuus, quia non sequitur animam neque cognitionem, sed est motus naturalis sequens calorem naturalem, & spiritū causatum, qui illa in parte remansit & in illis partibus reseruatur.

Ad quartum

Ad quartum dicatur, quòd partes testudinis diuisę viuunt & videntur viuere, & illum locum exponatis per istum, quia non remanet anima in illis partibus, ideo ab anima non mouentur, sed à passione animę, quæ est spiritus, & calor naturalis derelictus in corpore, si tu dicis, clarè loquitur Aristoteles ibi, dicit enim, sicut partes lacertæ, dico, quòd sicut partes lacertæ viuunt, sic partes testudinis videntur viuere, tamen non viuunt, exponatis ergo viuunt, id est videntur viuere.

Lectio III.

ADHVC autem in plantis palam; Duplici ratione ostendit Aristote. quòd virtus nutritiua tenet medium, hic vult reddere tertiam rationem probans tam inplantis, q̃ in animalibus, sed in plantis primo, & probat testimonio sensus; & ratio ista est difficilis, arguit sic, principium generationis plantarum est ex medio alicuius corporis, ergo virtus nutritiua est in medio plantæ, probat cõsequentiam, quia virtus generatiua præsupponit nutritiuam, & ista est in medio, ergo virtus generatiua est in medio, ergo ꝓbat assumptum testimonio sensus, quia duplex est modus generationis plantarum, vel à semine, vel insertione, vel euulsione, id est transplantatione, & qualitercunque fiat ista generatio, semper est ex medio alicuius corporis, nam si ex semine fit planta, fit ex semine tanquam in duabus valuis, quia ex quo pullulat germen, diuiditur bifariam, & ex medio illius scissuræ mediæ oritur planta, nam cum eijcimus semen in terram, humescit ex humido terræ, & sic diuiditur, & ex medio pullulat germen, & ita est de facto, inspiciatis fabam ipsam, & cicer, qualiter ex medio eorum germen pullulat, si generatio fiat per insertionem, aut translationem, hoc idem accidit, debetis scire, quòd omnis planta habet quinque partes, prima radicem, secunda caudicem, tertia trunctũ, deinde ramos maiores, vulgo dicuntur ly trunchi, ex illis oriuntur surculi, qui sunt minores rami, vltimo nascuntur ramusculi tenuiores, & sic truncti immediatè à spiritibus oriuntur, seu à caudice, & omnis insertio dicit Aristoteles, fit in truncho, quia medius est inter plantarum partes, fit enim insertio in ramis grossioribus, & illa est generatio, ex medio ergo fit, huiusmodi si fiat per transplantationem, accipimus ramum tenuiorem vicinum, & magis propinquum truncho, & totum sub terra fodimus, remanet tamen pars tenuior extra terram, qui quidem ramus tenuior ratione crassioris rami sub terra existentis germinat, & sic generatur planta, ergo omnis generatio alicuius plantæ fit ex medio alicuius corporis, ac deinde ꝑficitur, & sic sequitur, ꝙ virtus nutritiua in medio reperit, scilicet inter radices, quę pars media ęst tanquam cor in plantis, Vatablus transtulit, quòd insertio fit ĩ nodo, & male, quia nec textus grę cus hoc dicit, nec cõuenit sententiæ Aristotelis, quia nos inserimus in truncho, tum etiam quia textus dicit ramum crassiorem, & non nodum, ideo Leonicus melius dicit trunchum, id est tanquam existente principio ex medio gerimus, errat etiam in alio, quia dicit ex medio caudicis, & verbum græcum dicit ex medio radicis & caudicis, & oõ dicit germina; Theodorus ij. de hystoria plãtarum traduxit nodos, & forte Vatablus imitatus est illum, & per nodum intelligit ramum crassiorem.

Sed vos dicetis, hæc verba non bene sonant, tot verba, tot difficultates, Aristoteles primo ĩ quęstione affirmauit, quòd virtus nutritiua in plantis locatur in parte media, quæ est inter radicem & caudicẽ, qua ratione hoc dicit Aristoteles, cum nec ex sensu, nec ex ratione hoc sit manifestum.

Confirmatur, quia nulla pars media inter caudicem & radicem, quia caudex immediate vnitur radici, & immediate oritur ex radicibus.

Confirmatur fortius, quia radices primo trahunt nutrimentum à terra, & illud aliis partibus plantæ distribuunt, ergo radices habent principium nutritionis à se ipsis, & non habent ab aliis partibus plantæ, cum ipsæ aliis nutrimentum distribuant, ergo in radicibus viget virtus nutritiua, patet, q͂a habet principium nutritionis.

Confirmatur fortius, quia Theophrastos in libro de plantis, cap. tertiodecimo idem sentit, dicit, quòd per radices attrahitur alimentũ, & distribuitur partibus ipsis, quia radices in plantis se habent sicut stomachus in homine, & in aliis animalibus.

Secundo principaliter in rationibus dubitatur, primo sumit ad probandum, ꝙ omnis generatio plantę est ex medio alicuius corporis, probat assumptum, si generatio fiat ex semine fit in illa fixura, cum diuidũtur partes seminis, bifariam ergo fit ex medio, sed hoc falsum est, probo, quia si est à loco coniunctionis, illa non est pars seminis, scilicet locus ille medius.

Secundo & fortius implicat, quia si generatio fiat per incisionem & transplantationem plantæ fit ex medio, scilicet in ramis crassioribus viget virtus generatiua, & hęc præsupponit nutritiuam, ergo virtus nutritiua viget in ramis crassioribus, ergo falsum est, quòd virtus nutritiua vigeat inter radicem & caudicem, sed tu dices, ratio Aristotelis non valet, in ista parte viget virtus generatiua, ergo & nutritiua, dat instantiam, quia semen patris habet virtutem generatiuam, & tamen ibi non viget virtus nutritiua.

Tertio, quia æquiuocat Arist. generatio plantę est ex medio seminis, aut in ramis crassioribus, ergo go virtus nutritiua est in medio caudicis & radicis, quomodo valet huiusmodi ratio? certe non video.

Ad primum dicunt aliqui, quòd hoc assumpsit testimonio sensus, quia cum primo formatur planta, & generatur, ea pars primo generatur, id est caudex, sed hoc falsum, quia prima generatio plantę est ex radicibus, quis primo debet generari in ea parte, ex qua attrahat nutrimentum, et huiusmodi sunt radices, q͂a ab eis attrahitur nutrimentũ, et inde distribuitur cuilibet parti ipsius plantæ, non ergo hoc est

verum,quia in trăſplătatione prima pars gñatur,quæ eſt ex medio caudicis & radicis, quia primo ea para debet generari à qua attrahitur nutrimentum,quàm pars ĕ medio caudicis & radicis, & hac ratione probauit Ariſtot. quòd in primo generatur, aliter puto dicendum,quòd fortè Ariſt. accepit hoc teſtimonio ſenſus,ex hoc quia pars illa, quæ eſt in contractu radicum & caudicis eſt maior pars, & craſsior, & ex craſsiori plus nutrimenti conuertit in ſui ſubſtantiă, quia plus nutrimenti attrahit,ergo vegetatiua & nutritiua virtus ibi maxime viget, quàm in aliis partibus, ſi hoc Ariſtot. intendebat benè quidem, ſi non ego neſcio aliter.

Ad primam confirmationem,cũ arguis,nulla datur pars media inter caudicem & radices, re uera dñi ita eſt, ſed Ariſt.intendit extremum infimũ caudicis, & iſtud eſt mediũ inferius caudicis, & ſuperius radicis, ſcilicet ea pars craſsior, vbi caudex cum radicibus annectitur.

Ad ſecundam confirmationem,cum arguis,radices in omni planta attrahunt nutrimentum ex terra ad ſe ipſas,& non accipiunt nutrimentũ ab aliis partibus,ergo principium nutritionis, principiũ in plantis eſt in radicibus,ergo ibi principaliter eſt virtus illa,tamen authoritate Theophraſti vj.de cauſis plantarum,cap.xiij.radices ſunt in plantis,tamen ſecũdo de partibus animalium, cap.xxx. Ariſt. tenet oppoſitum,vbi dicit, quòd radices attrahunt nutrimentũ decoctum, eo quòd à terra ſe habet tanquam venter in nutritione plantarum,quia decoctio plantæ fit in terra,quæ ſui calore digerit alimentum, & depurat à ſuperfluitatibus, cuius maximum ſignum eſt, cũ in omni decoctione debet extramitti ſuperfluitas, in plantis non eſt ſuperfluitas, ergo ſuperfluum alimẽti debet remanere in terra, cum ibi alimentum decoquatur, ergo terra ſe habet ſicut ſtomachus in homine in plantis ſecundum Ariſtot.ergo radices trahunt nutrimentum depuratum, & decoctum in ipſa terra, & ita non fit aliqua decoctio, radices ergo ſe habent tanquam os, ex quo emittitur nutrimentum ad alias partes, vt diſtribuatur perinde ac per omnes partes ipſius plantæ, ergo ſi ſe habet ſicut os in animalibus, os autem non eſt principium nutritiuæ virtutis, ergo ſi radices non decoquunt nutrimentum ceſſat dubitatio in dictis Ariſtotelis.

Theophraſtus verò dicit, decoctio alimenti fit in radicibus, & radices in plantis ſunt ſicut ſtomachus in animalibus, apud ergo ſentẽtiam Theophraſti eſt maior difficultas,& quia ego video diſcordiam inter Theophraſtum,& Ariſtot.de hoc ſum dubius.

Vos dicetis quàm maniſeſtè diſcordant, vnus vult quòd decoctio fiat in radicibus, alius in terra, & ſi fiat in terra principium nutritiuæ virtutis, non eſt in radicibus, vt dicit Theophraſtus, ſecundum Ariſto. radices ſe habent vt os in animalibus, non propter hoc tamen dicemus, quòd os eſt primum principium nutritiuæ virtutis, & niſi fortè dicamus, quòd ideo dicit Ariſtoteles, quòd virtus nutritiua viget in loco medio, quia in illa parte plus nutrimenti conuertitur in ſubſtantiam plantę,& quòd ibi fiat magna nutritio, ideo vocamus principium nutritiuæ, nõ quòd ibi ſit principium nutritiuæ virtutis, & ſic poſſemus ſaluare Theophraſtum.

Ad ſecundum principale, cum arguis, quòd Ariſt. aſſumit dubiũ, quòd generatio plantæ fiat ex medio ſeminis, ſcilicet in illa fiſſura, cum venit in decoctione pullulat, ſed huiuſmodi pars non eſt pars ſeminis, dico, quòd Ariſtoteles per mediam partem ſeminis intellexit eam partem, quæ habet virtutem actiuam generationis, quia ſe habet ſicut in ſemine virili, cũ duplex ſit pars, vna quæ datur à patre, alia quæ datur à muliere, & ſemen deciſum à patre ſe habet vt virtus actiua generationis, & eſt corpuſculum illud in medio illas duas partes biualuas habens, quod habet vim actiuam generationis, & partes illæ biualuæ ſe habent tanquam materia generationis, & non intellexit illam vnionem, ſed corpuſculum illud, quod coniungitur inter illas duas partes biualuas, qđ corpuſculum formicæ rodent in frumento, ne germinet in hyeme.

Ad tertium, quia Ariſtoteles implicat in inciſione & auulſione, generatio fit in ramis craſsioribus, ergo ibi uiget generatio, ſed generatiua præſupponit uegetatiuam, ergo ibi viget nutritiua, ergo non inter caudicem & radicem, iam dixi,& dicam, quòd in ramis craſsioribus viget virtus generatiua & nutritiua reſpectu plantæ generandæ & futuræ, quia generatio plantarum fit ex ramis craſsioribus, & rami iſti oriuntur à ſtipite, ſeu caudice, in quo eſt virtus nutritiua,& pro generanda planta plus in illis ramis viget nutritiua, & illi rami ſunt craſsiores, habẽt plus nutrimenti, ergo ſi plus attrahitur nutrimenti, & ibi fiat nutritio pro generatione plantę futurę, ergo ibi virtus generatiua & nutritiua uigent, ſi ergo nos loquamur de planta futura, in ramis craſsioribus viget virtus nutritiua, ſi verò de planta in facto eſſe, viget in radicibus, ſeu in ea parte media inter radicem, & caudicem. Ad aliud, quòd conſequentia illa non valet, in hac parte viget virtus generatiua, ergo & nutritiua, falſum eſt, vt patet de ſemine, dico, quòd de facto iſta non eſt ratio Ariſt. ſed eſt hoc principium generationis, viget in medio ſeminis, aut in ramis craſsioribus, ergo virtus nutritiua in parte intermedia caudicis & radicis viget, ſed quomodo valet huiuſmodi ratio, ego dubito, mihi videtur quòd potius ſit ratio rethorica quàm naturalis, & potius dialectica, non autem demonſtratiua, & quaſi velit dicere Ariſt. ꝙ ſicut generatio plantæ eſt ex medio.i.fit ex medio alicuius corporis, ita virtus nutritiua plantæ debet vigere in aliqua parte plantæ media, & hæc eſt media inter radicem & caudicem.

Sed dices, ſi ex illo medio corporis alicuius viget virtus generatiua, viget in ramis craſsioribus & trũcis, ergo non in parte media inter caudicem & radicem, ideo dixi nobis, quòd ratio Ariſtot. eſt topica, tamen valet ex hoc, quòd ſicut ex medio ſeminis ꝓuenit generatio plantæ futuræ, ita ex medio caudicis & ramorum craſſorum, ſeu truncorum virtus nutritiua plantæ debet vigere in aliqua parte media plantæ.

Et ani-

Et animalium sanguinem habentium; nunc Aristo. probat alia ratione in animalibus, quòd virtus nutritiua est in medio, & hoc probat simpliciter, primo ex his quæ sensu apparent, arguitur sic in generatione animalium, primum quod generatur est cor, aut proportionale cordi, ergo primum membrum quod viuit, est cor, si primo viuit, ergo virtus nutritiua primo relegatur, & demandatur ipsi cordi, quòd autem primo conformetur & generetur in animalibus, est manifestum, & in pullis gallinaceis etiam hoc inspicitur, vt Aristot. in de partibus animalium, & Auic. secunda tertij, hæc est prima ratio, vbi dicit in contingentibus fieri, id est in his quæ contingunt nobis vidisse cum adhuc fierent.

Cor autem principium est; arguit Aristot. ad idem probans, quòd in animalibus virtus nutritiua sit in corde, arguo sic, generatio sanguinis, quod est vltimum alimẽtum in animalibus fit in corde, ergo virtus nutritiua viget in corde, probat illationem, quia cum triplex sit digestio, prima quæ fit in ore animalis, alia in ventriculo, alia in corde, nullum Arist. ponit digestionem in epate, nec principalẽ, nec minus principalem, duæ primæ fiũt pp tertiam, quia in ore fit masticatio, in ventre fit chilus, in corde sanguis, & hæc principalis, cum duæ primæ ordinentur in illam tanquam in finem suum, ergo principalissima alimenti decoctio fit in corde, & hæc à virtute nutritiua, ergo virtus nutritiua fit in corde, assumptum probat, quòd scilicet sanguis, quod est vltimum nutrimentum generetur in corde, arguit sic, idem est principium virtutis & instrumenti, quod deseruit illi virtuti, hæc propositio fuit accepta à Galeno, & ab aliis, vt patet ratione, quia instrumenta ordinantur ad virtutem, quia natura quæ dat virtutem, dat instrumenta deseruientia tali virtuti, cum natura nõ deficiat in necessariis, nec abundet in superfluis, & Galenus innixus hac ratione probauit, quòd nerui oriuntur à cerebro, hac eadem Aristote. quòd nerui oriuntur à corde, sed quid vltra, sed venæ & arteriæ quæ sunt instrumenta deferentia spiritus, & sanguinem ad membra corporis, generantur à corde, ergo in corde est prima sanguinis generatio, patet, quia idem est principium virtutis & instrumenti deseruientis illi virtuti, sed instrumenta quæ sunt venæ, oriuntur à corde, ergo ibi erit virtus nutritiua.

Sed hoc modo probat Galenus, quòd venæ oriũtur ab epate, ergo & ipsa virtus nutritiua ab epate oritur, tamen vena magna oritur à corde, & Manardus hoc non potuit negare, & Aristote. probat hoc sẽsu & anathomia, quòd vena aorti est à corde, quę defert sanguinem tenuiorem, & hæc à corde oritur, ergo prima sanguinis generatio fit in corde, ergo & virtus nutritiua est in corde, & Aristoteles non ponit nisi sanguinem, duas autem humiditates ponunt medici, de quo dicemus.

*

Lectio IIII.

POSTQVAM Aristoteles demonstrauit in plantis & animalibus quòd virtus vegetatiua est in medio, id est in corde, & probauit hoc in animalibus, tum ex generatione sanguinis, tum ex generatione cordis, tum ex hoc, quòd principium sanguinis est in corde, & ꝙ cor est principium animę nutritiuæ, & est in medio ibi.

Sed adhuc quod principium est; infert corrolarium, ꝙ sicut in plantis virtus uegetãdi est in medio, ita in animalibus, si sic, ergo & virtus sentiẽdi est in medio, quia virtus uegetandi est in medio, scilicet in corde quod est in medio, & præcise ad nullam partẽ declinat secundum Gale. & secundum Aristo. parum declinat ad sinistrũ, probat assumptum, primo, quòd virtus uegetandi sit in corde, secundo quòd sit virtus sentiendi, & iterum adducit rationẽ superius declarandam, cum triplex sit digestio, in ore, in ventre, & in corde, & hæ duæ primæ propter tertiam, quæ est principalis, ea qua generatur sanguis, sequitur ꝙ pręcipua digestio fit in corde, ergo illi præcipue est virtus uegetandi, probat etiam assumptum, quòd scilicet virtus sensitiua est in corde, & omnes actus sensuum exteriorum mediantibus neruis colligantur, & terminantur in corde, ergo illi debet esse primum sensorium probatur sequela ex dictis Aris. ij. de aia, quòd omnes sensationes sensuum exteriorum debẽt terminari ad sensum communem, cum ipse tñ ponat differentiam omnium sensuum, & cũ iste sensus cõis sit in corde, ergo & omnis sensus erit in corde, natura. n. hoc ex duplici causa fecit, primo ut ponat differentiam exteriorũ, licẽt hęc secũda cã debet pręponi primæ, quia secundo apprehẽdit, postea ponit differentiam inter actus incõplexos. s. ꝙ color differat à sono, & ab odore, & sapore, & licẽt auditio fiat sensu auditus, tñ percipio me audire per sensum cõem, sed sensus exteriores habent neruos colligatos cordi, ergo sensus communes colligãtur cordi per neruos, & hoc probat clarè de sensu gustus & tactus, hi enim perspiciuntur colligari per neruos tendentes sub lingua recta uia ad pertingendum cor, & nõ uadunt ad cerebrum, & cões nerui sensus qui sunt per totũ corpus ad cor ipsum pertingunt, alij uerò tres, qui sunt nobiliores sensus, non recta uia colligantur per neruos cordi, sed deriuantur ad cor per cerebrum, idem dixit Arist. in libro de partibus animalium, & sic dicit Aristoteles, quòd omnia organa sensuum exteriorum colligantur per neruos ipsi cordi, ergo cor est principiũ sentiẽdi. *Sine his aũt si uiuere in hac particula oĩbus est*; Postquã probauit, ꝙ hę virtutes sunt ĩ corde, iterũ alio modo probat, ꝙ vegetatiua & sensitiua est in corde aĩalis, & dicit, ꝙ ẽt sine his rõnibus potest probari, & arguit sic, ea parte, qua primo sentit animal, eadem est animal, sed corde primo sentit, ergo ea parte, id est corde animal est, ergo corde primo uiuit, antecedens est notum, quia sensus communis est in corde, si ergo primo uiuit in

corde, virtus uitalis est in corde, sed cor est medium in corpore, ergo à primo ad vltimum, sequitur quòd animal corde primo viuit, ergo virtus nutritionis est in corde, quòd autem cor primo sentiat supra probatum est, quia animal, ideo est animal, quia sentit, propter enim sensus tactus animal est animal, & sensus est in corde, ut patuit supra, quia sensus cõis & tactus in corde sunt idem, & ex hoc soluitur duplex dubitatio, prima est, cur duo sensus exteriores, scilicet gustus & tactus immediate pertingunt ad cor, alij uerò tres non nisi mediante cerebro. Secunda difficultas, si natura omnes sensus locauit in capite, & ad organa istorum pertingunt nerui mediante cerebro, ergo cerebrum uidetur esse principium sentiēdi io istis, ut Plato & Gale. nituntur probare, & dicit ipse, ꝙ alibi hæ difficultates sunt solutæ, & dicit Arist. sufficiat quòd hic uidetur quòd cor sit medium omnium partium, i. sex differētiarum positionis, aut rectius dicatur trium partium, quia supra diuiserat aial in partes tres principales, dicitur, cor est medium, quia est in media parte scilicet corporis, si ergo habetur, quòd in medio trium partiū colligantur ipsi cordi nerui sensuum, ut à corde deferant spiritus uitales per omnia organa sensuum, tum etiam ut ab organis deferat imagines sensibiles ad cor, tanquam ad organum primi sensorij, ut dixit Aristo. in de somno & vigilia, deinde epilogat ut patet.

Sed ex dictis insurgunt difficultates, primo in eo quod dicit ponendo tres coctiones, in ore, in uentre, in corde, hoc falsum est, quia nulla decoctio fit in ore, ut dicit Aristot. secundo de partibus animalium, cap. iij. sed fit præparatio quædam, & in hoc tertio de potentiis naturalibus Galenus opponit Aristoteli, quòd in ore fiat decoctio, quia nutrimentum in ore transmutatur in aliam partem, licèt diminutè, & experientia Galenus comprobat, quia si in nocte remaneret aliquantula pars in medio dentium, mane inuenit istam carnem transmutatam in aliam speciē diminute tamen, quia adhuc quoquo modo accedit ad naturam carnis. Confirmatur, quia melior fit coctio in epate, quàm in ore & stomacho, tamē Aristoteles omisit illam. Secunda dubitatio est de ortu uenarum, an uenæ oriantur à corde? sed de hoc dicemus in fine huius libri. Tertia dubitatio est in dando causas illarum duarum quæstionum, quas diximus supra.

Ad primum dico, quòd forte Aristot. numeranit istam in ore inter coctiones, non quòd sit actu digestio, quia nō re uera ibi fit transmutatio secundū speciem, sed solum fit diuisio continui. Et tacuit Arist. eam, quæ fit in epate, quia secundum ipsum in epate chilus non permutatur in substantiam sanguinis, ibi enim nō fit transmutatio substantialis, sed in corde, numeranit autem decoctionem secundam in uentriculo, quia ibi nutrimentum differt specie ab alia facta in ore & corde, sed cur Arist. reliquit eam quæ in epate? Dico forte, quia alteratio in epate ordinatur ad illam quæ in corde, quia accidentaliter transmutatur in epate, postea in corde fit trāsmutatio substantialis nutrimēti, & in corde fit substātialiter sanguis, uel forte dicatis, quia ideo illam tacuit, quia illa coctio in corde est magis principium nutritionis, non aūt quæ fit in epate, ò, sic et debuit tacere eā, quę fit in ure, forte illam expressit, quia est principiū nutritionis, sed cur Gale. non posuit nisi tres. f. in stomacho, in epate, in uenis, cur non numerauit eā, quæ in ore, cum ibi cibus mutetur in aliam speciē, et Aristote. non debuit, debuit autem Galenus numerare, Aristoteles autem numerauit, dico quòd Aristo. numerauit forte, quia secundum sensum digestio, quæ fit in ore est principiū coctionis illius, quę fit in stomacho, quæ in epate non uidetur principiū coctionis nec transmutationis substantialiter, sed accidentaliter, de his dicemus.

Ad tertiū cū quęris, vbi Arist. soluit has duas quęstiones tacta supra in ij. de aia, non dat causas manifestas, in ij. de partibus, tertio dicit, cām huius diximus in his, quę de sensu, sed ego dñi nūquā legi cām huius difficultatis, si vos inuenietis, obseruetis meliori modo, sed forte posset dici, ꝙ causa huius est, ꝙ gustus et sensus tactus sunt sensus imperfectiores, usus, auditus, olfactus perfectiores; ideo quia hi tres indigēt tēperationi spiritu, et perfectiori tēperamēto oportet quòd contemperentur à frigiditate cerebri, natura ergo colligauit neruos istorū cū cerebri interceptione, cuius signum est, ꝙ si cerebrū fuerit supercalefactum, sensus fiunt in homine, iō merito colligauit natura, alij uerò duo sensus. s. gustus et tactus ex quo imperfectiores non indigent tāto tēperamēto spirituū, et huius spiritus non indiguerūt neruis, ut deferrent à cerebro ad cor, ꝑꝑ quod natura nihil frustra facit, sufficit. n. his contēperatio, quę fit in corde, aliter nescio. Galenus autem hoc negaret, ꝙ gustus et tactus immediate cordi per neruos alligentur, quia uoluit ipse, ꝙ omnes nerui à cerebro oriantur, ergo secundum eum sensus colligantur cerebro, sed de facto experientia videmus, ꝙ nerui sub lingua immediatè pertingunt ad cor, et sic uerius mihi uidetur dictū Aristot. quàm Galeni.

Ad aliam quæstionem motam, ex quo natura locauit istos sensus exteriores omnes in capite, et ad organa ipsorum attingunt nerui mediante cerebro, ergo cerebrum erit principium sentiendi. Dico, quòd spiritus uenientes à corde sunt distemperati pro operationibus illorum sensuum, ut ergo calor et spiritus uitalis, qui oritur à corde contemperetur in cerebro, ideo eas in cerebro posuit, quia spiritus illi fiunt commoderati magis pro operatione sensuum, et cum spiritus sunt distemperati, virtutes illæ non rectè operantur, & maximè interiores, ideo cerebrum licet concurrat ad contemperandum spiritum, non tamen est principium sentiendi, ideo si lędatur pars anterior cerebri, leditur operatio sensus communis, quia sensus communis tunc non habet contemperamentum spirituum sibi deseruientiū lęso cerebro, et sic dicamus de aliis partibus cerebri, quia lęso cerebro lęduntur omnes virtutes, nō quòd ipsum sit principium omnium sensuum, sed quia non possunt eorum spiritus cootemperari pro operationibus sensuum.

Secun-

Secundum rationem autem. postquam Arist. probauit quòd sensitiua & vegetatiua est in medio animalis ex ipso sensu, nunc vult idem probare ratione, & per quatuor rationes, primo arguit, natura de possibilibus facit quod melius est & optimum, hæc est manifesta apud philosophum, sed virtutem vegetandi esse in medio animalis etiam patet, quia virtus vegetandi & sentiendi melius operantur circa alimentum, quia cum sint duæ partes, vna, quæ suscipit alimentum, altera quæ laborat circa alimentum, vltima melius operatur, si in medio sit, per partem quæ suscipit alimentum intelligit os, per partem, quæ laborat intelligit stomachum dicit Leonicus.

Sed extraneum videtur quomodo virtus operetur melius virtus vegetandi, si cor sit in medio, quàm si esset in alio loco non videtur, quid enim confert ad os in assumptione cibi, cum dicimus quòd os melius suscipit nutrimentum si virtus vegetatiua est in medio. i. in corde, cum in ore non fiat coctio, ideo forte rectius quòd per vtranque partem exponamus stomachum & epar, quia epar præparat chilum ad generationem sanguinis quæ fit in corde, & cum istę duę partes sint proximæ cordi, melius operantur propter calorem naturalem influxum à corde circa alimentum susceptum, dicamus ergo quòd si virtus vegetandi fuerit in medio animalis, melius est, quia membra & instrumenta digestionis circa alimentum melius operantur propter esse proximum cordi propter spiritus & calorem adiuuantes actionē.

Sed dices quia Aristot. dicit quòd istæ duæ partes operantur circa alimentum vltimum, sed solus sanguis est vltimum alimentum, sed circa sanguinē cor operatur tantum, & non illæ duæ partes, cum cor sit principium operationis sanguinis, possumus dicere quòd ista membra operantur circa vltimum alimentum. i. circa futurum alimentum, hęc est prima ratio, quasi dicat, non quòd sit nunc alimentum, sed quod erit futurum vltimum, sic oportet exponere.

Et est talis medij regio primæ partis, nunc Arist. adducit secundam rationem, principali virtuti principalis debetur locus propter virtutis nobilitatem, sed virtus vegetatiua est virtus principalis, ergo ei debetur locus principalis, sed locus principalis est in medio, & illud est cor, ergo virtus vegetatiua est in corde.

Adhuc utens, & quo utitur, hic Arist. adducit tertiam rationem, nobiliori virtuti nobilior debetur locus in animali, sed virtus vegetandi & sentiendi sunt nobiliores virtutes, & eis debetur locus nobilissimus, sed iste est cor, ergo illæ virtutes sunt in corde, maior patet, quia natura dat quod debet dare, quòd aũt locus medius sit locus nobilior, probat, puta cor, quia ita se habent membra ad cor vt artifex ad instrumenta, sicut enim instrumenta artis sine artifice non operantur, sic membra animalis non possunt operari sine corde, & non econtra, sicut enim artifex non indiget alio ad utendum instrumento, vt instrumēta age re non possunt sine arte, ita cor vtitur membris, & membra sine corde non possunt operari.

Sed dices in quo differt hæc ratio à secunda, secunda ratio dicit principaliori virtuti principalior locus debetur & procedit ex tutela & securitate loci, tertia ratio dicit nobiliori virtuti debetur nobilior locus. Dicamus quòd differunt, quia prima de loco tutiori & securo magis loquitur, quia est valatus in medio & in pectore, tertia ratio procedit ex nobilitate loci comparando cor aliis instrumentis, quia sicut ars cō paratur instrumentis suis, & instrumēta non possunt operari sine arte, ita membra non possunt operari sine corde, & sic tertia ratio procedit ex nobiliori loco & digniori, & sic dignificatur semper cor in animali secundum Aristot. apud Platonem & Galenum dignificatur cerebrum.

Omnes autem particulæ, hic Arist. ponit quartam rationem, & arguit sic, omnis operatio vegetandi & sentiendi tam totius animalis, quàm cuiuslibet partis perficitur calido naturali, ergo illud membrum, quod erit principium calidi naturalis, erit principiū talium operationum, maior dupliciter probatur, primo à sensu, quia omnia viuentia dum viuunt si tanguntur calida sunt, si mortua frigida sunt, secundo probatur ratione, quia omnis operatio vegetandi est decoctio nutrimenti, omnis autem decoctio fit à calido quarto Metheororum, ergo omnis operatio vegetādi indiget calore naturali, minor probatur, quia talis est illud membrum quod est principium caloris erit principium vtriusque virtutis, & principium vtrarumque virtutum, quia idem est principium virtutis & instrumenti, sed cor est principium caloris innati, probatur, quia refrigeratis omnibus membris non est necesse cor refrigerari, quia calor confugit ad cor, tanquam ad arcem sibi propriam, sed refrigerato corde alia membra omnia refrigerantur, ergo extincto calore in corde ipso, etiam in omnibus membris extinguitur, & non econtra, ergo cor est primum principium caloris naturalis, & sic cor est principium, quod viuit, & quod vltimo moritur, hæc est quarta ratio.

Sed dices philosophus dicit quòd omnis operatio vegetandi & sentiendi perficitur calore naturali, ergo omnis operatio animalis est calida, dubitatur, quia multæ partes sunt animalis frigidæ, & membra sunt frigida valde, ut cerebrum ossa & nerui, & tamen operantur circa nutrimentum, ergo non omnis pars animalis fit à calido.

Confirmatur quia calidum non extinguitur à calido, sed vna pars animalis multoties extinguitur ab alia parte animalis si est venenosa, iam diximus quòd non omne animal calidum, neque omne viuens, vt apes, neque omnis planta est calida, quia aliquæ sunt calide frigidæ, sed Arist. loquitur hic quòd intelligit omnem partem ipsius animalis esse calidam vt Galenus scilicet quòd omnis pars est calida in respectu sui met mortuæ, vel potes dicere quòd dicit partem animalis esse calidam respectu nutritionis, scilicet quòd tantum habet caloris ut possit sibi digerere nutrimentum, non quòd re vera sint omnia membra calida à prædominio, sed primum modum innuit Arist. ideò rectè Galenus dixit quòd omnē viuens est calidum respectu sui ipsius mortui.

Ad con-

Ad confirmationem ergo cum dicimus, pars animalis à parte alia venenosa corrumpitur, modo sic calidum à calido extinguitur, quia minus calidum à maiori corrumpitur, maior enim flamma per accidens minorem extinguit consumendo humidum, in quo minor illa flamma substentatur, & pabulat se. *Sed adhuc quidem igitur*, in parte hac ponit documentum, cum iam diximus quòd simul seruatur vita & calor naturalis, & simul extinguitur, ponit nunc duplicem modum vitæ & mortis, & dicit quòd calor naturalis bifariam extinguitur, intelligo per calorem innatum substantiam, & corpus vaporosum, non qualitatem & accidens, & medici sunt concordes in hoc cum Aristot. quòd calor innatus naturalis extinguitur, & per consequens dupliciter fit mors, primo innatus calor extinguitur respectu defectus, humidi in quo conseruatur ille calor, quia cũ deficit humidum, deficit etiam calidum, calor enim conseruatur depascendo humidum, sicut lumen in lucerna dum ignis potest pabulari in lucerna oleum semper durat, postquam oleum totum consumptum erit ab igne, ignis extinguitur, & ista vocatur corruptio à se ipso, quia calidum consumendo humidum proprium se ipsum interimit, & hoc modo accidit mors naturalis, vt in senibus accidit, & huiusmodi mors accidit sine dolore & sine tristitia, & huiusmodi extinctio appellatur marcedo. Leonicus appellauit exsiccationem, nũquam calor exsiccatur sed exsiccatur humidum, in quo calor ille cõseruatur, & eodemmodo etiam Galenus appellauit exsiccationem, alia est corruptio caloris à contrario suo, scilicet à frigido ipsum extinguente, vt tempore hyemali, & ista dicit extinctio, habemus ergo duos modos corruptionis & corruptio à se ipso, & à contrario, hoc est primum documentum.

Accidit enim ambas propter idem, subiungit secundum documentum, & est quòd vterque modus corruptionis caloris naturalis fit defectu humidi, primus patet quòd fit defectu humidi à se ipso calore.

De secundo modo. s. q; fiat defectu humidi, declarat, quia frigidum circũstans humidum prohibet, ne huiusmodi humidum conuertatur in calorẽ naturalem, quia sic conseruatur calor naturalis, sicut continuè flamma conuertit oleum in sui naturam, ita & calor naturalis in sui naturam humidum conuertendo conseruatur, ergo circunstante frigido prohibetur humidum conuerti in substantiam caloris, ergo calori ipsi deficit humidum, & sic extinguitur calor, ergo corruptio caloris à contrario erit defectu humidi, habemus ergo vtranque corruptionem fieri ab eadẽ causa videlicet ex defectu humidi, licet in vtraq; hoc diuersimode fiat.

Sed dices Arist. dicit quòd omnis extinctio caloris innati fit ex defectu humidi, siue fiat à se ipso, siue à contrario, arguitur contra, quia mors oĩs est cõtra inclinationem animalis, ergo semper violenta, ergo nulla datũ mors naturalis, qa omnis est violẽta.

Secundo quia omnis corruptio est à contrario, ut dicit primo phys. idem primo de generatione, ergo semper à frigido, falsum ergo erit dictum philosophi, quòd mors fiat à defectu humidi.

Tertio fortius, ignis in concauo lunæ corrumpitur non tamen ex defectu humidi, falsum ergo est dictum Arist. quòd vtraque fit ab eadem causa.

Quarto, si calor innatus & ignis corrumperetur ex defectu humidi, cum humidum sit proprium subiectum calidi naturalis, omnis illa corruptio esset per accidens.

Confirmatur ex dicto Aristot. quòd corrumpitur aliquid per accidens ad corruptionem sui subiecti, huiusmodi est corruptio ignis & caloris hic.

Ad primum dico quòd verum est, sed dicitur huiusmodi mors naturalis respectiuè scilicet quia non fit ab extrinseco, quasi dicat respectu alterius mortis, quia hic non concurrit aliquod extrinsecum.

Ad secũdum dico quòd duplex est corruptio vna per se, & hæc est à contrario, alia per accidens, & sic negatũ, & de tali loquitũ Arist. quę fit defectu humidi.

Ad tertium dico, quòd Arist. hic non loquitur de quolibet igne, sed de mixto, quod est apud nos, de simplici autem nõ est verum, quia ad hoc vt ille permaneat, non indiget humido nutrimentali, ignis nõ mixtus indiget. i. ignis in concauo lunæ sicco conseruatũ vt dixit Auer. primo de generatione com. 24.

Ad quartum enim arguis, sequeretur quòd omnis corruptio ignis per accidens esset, dico quòd verum, ergo non datur corruptio à contrario quia falsum est, cum aqua, quæ igni contrariatur potest ignem corrumpere, non ergo est per accidẽs, & hoc dixit Aristot. in text. quòd frigus circunstans ignem ipsum corrumpit, dico quòd si ignis corrumpitur ab aqua, erit duplex modus corruptionis, vnus per se, qui est à contrario, alius per accidens, inquantum humidum vt ab aqua prohibente non potest conuerti in naturam ignis, ergo humidum deficit.

Ignis autem permanet semper. Tertium ponit documentum, vbi soluit dubitationem tactam in tractatu de communi motu animalium, an calor naturalis sit idem & vnus numero in animalibus à principio vitæ vsque ad finem. quæstio est nunquid calor naturalis, qui trãsmittitur à corde ad membra sit idem numero à principio vitæ vsque ad finem, soluit quòd non est idem, nisi per quandam æqualentiam, & est putandum de hoc, sicut de fluuio, qui per centum annos idem est fluuius, est tamen alia & alia aqua, ergo fluuius cum dicitur idem non purè, sed æquiualenter, quia fluuius nõ dicitur ripa tantum, sed aqua; quæ continuè alia & alia est aqua, sed secundum ęquiualentiam, ita dicimus de calore, quòd idem calor remanet à principio vitę vsque ad finem æquiualenter, ideo bene dicebat Heraclitus 8. Phys. non contingit hominem eũdem bis trãsire fluuium, & Arist. 8. Phys. non eadem sanitas mane & vesperi, quia cũ continuè varientur partes materiales, continuè ergo non potest esse idem homo totus, quia licet anima intellectiua sit eadem, tamen homo non est sola anima intellectiua, sed anima & corpus, modo corpus variatur continuè, ergo non est idem homo, nisi secundum æquiualentiam puer & senex, ad rem ergo dices, quòd spiritus sunt semper in eodem situ, vnum est, ergo

An calor naturalis sit idem & vnus numero in animalibus.

est, ergo idem sunt, dico quòd illa trāsmutatio spiritus & caloris propter celeritatem latet nos, sicut fluuius, eo quòd semper aqua videtur in eodem fluuio & situ manere eodem, dicit Arist. quòd non est eadem, si tamen videtur eadem, latet nos propter velocitatem motus aquæ aquę, fuit omissa expositio cuiusdam partis textus, ideo exponamus illam. *Quoniam autem marcescere accidit*, quia philosophus dixit quòd defectu humidi semper fit caloris naturalis interitus, ponitq; postea tertium documentum ꝙ nō omnis defectus humidi ex quoq; defectu deficit calor innatus fit ex præsentia frigidi, sicut cum calor ipse innatus vehementer concentratur & vnitur interius vt prohibeatur ex toto respiratio, suffocatus tunc, & cum fortior fiat ille calor cōuertitur super humidum proprium, & illud consumit faciens euaporare, quo euanescente calor euanescit, & sic per absentiā refrigerationis & respirationis fit defectus caloris, & dat philosophus exemplum sicut maior flamma consimit minorem, quia maior flamma consumit humidum minoris flammæ, quo consumpto consumitur calor naturalis illius flammę.

Palam igitur, dixit Arist. quòd dupliciter consumebatur ignis & calor naturalis vnomodo ex se ipso exsiccante proprium humidum, aliomodo à contrario, qualitercunque tamen semper corrumpebatur defectu humidi, hic consequenter dicit quòd ex hoc sequitur quòd omne viuens pro sui vita conseruanda indiget refrigerio propter iam dictum superius, quia humidum suum conuertetur cito ipsum cō sumendo, & ex inde consumpto humido euanescit calor, & sic calor corrumpitur.

Exemplum autem huius, ponit hic Arist. exemplū dicti immediatè præcedentis, sicut si esset vas carbonibus ignitis plenum occultet subter operculo, quod Arist. appellat suffocatorium, certum est quòd ignis corrumpetur, & extinguētur carbones, & hoc est, quia repressus ibi non potuit refrigerari ab aere, ideo fuit suffocatus, quia conuersus supra humidū, illud consumpsit & euanuit calor, si autem vas modo aperiatur, modo cooperiatur diutius ille ignis cō seruabitur, quia per admissionem aeris calor refrigeratur. Et tunc remouet dubitationem, quid dicemus de igne subclusō sub cineribus, quia ibi diu con seruatur. per noctem, dicit quòd ibi non prohibetur exterius aduentare, etiam diutius conseruatur ... ctus cineribus, quàm si aeri totus expositus, subdit Aristot. ꝙ causa huius scilicet ꝙ ignis occlusus cito deficit, sub cineribus vero longius conseruatur, dictum est de his in problematibus. Sed hic est dubitatio, quia dicit Arist. ꝙ ignis sub cineribus diu con seruatur & diutius durat, quàm si aeri exponatur, videtur ergo ꝙ ignis sub cineribus ab aere ꝓpter eius frigiditatem conseruetur, supra cineres autem sua caliditate extingnitur, videtur ex hoc quòd aer calidus & frigidus respectu eiusdem passi, consequentia ex dictis patet, quia dicit ꝙ aer ingrediens poros cinerum refrigerat ignem, & si aeri exponatur extinguit ipsum, non autem sub cineribus illum caliditate extinguit, sed refrigeratur.

Cur ignis sub cineri bus diutius cōseruatur.

Cōfirmatur quomodo aer caliditate sui extinguit ignem cum sit calidissimus, cum calidū à calido non extinguatur, imò potius augetur.

Secundo quia dicit Arist. ꝙ defectu humidi calor ignitus obstructus sub operculo denso ignis defectu humidi deficit, non est verum, quia postquàm ille ignis extinctus est post iterum accendi, ergo in prima extinctione humidum remansit, ergo prima extinctio non fuit defectu humidi, quia si humidū defecisset, nullomodo carbones illi possent igniri.

Tertio superest quod dicit ꝙ causa cur ignis sub cineribus cōseruetur, & cur aeri expositus extinguatur, et positus sub operculo extinguitur dixit Arist. ꝙ in problematibus causa dicta est, cum tamen nullibi reperiatur, ego per omnia causam quærens huius non inueni.

Quarto quia frustra Arist. reticuit solutionem huius problematis dimittendo solutionem ad librum problematum, quia hic sufficienter data est solutio, cur ergo Arist. remittit nos ad librum problematum cum hic data sit. Ad primum cum arguis aer circunstectus igni sub cineribus illum refrigerat, & amotis cineribus sui caliditate aer ipsum extinguit. Leonicus etiam mouet hanc dnbitationem, & dicit quòd non inconuenit, quòd idem respectu diuersorū possit esse calidum & frigidum, & duo contraria efficere, qa vrina superfusa balneo refrigerat ipsum, quia est minus calida, sed tu non soluis, quia Arist. loquitur de eodem igne & eiusdem aeris caliditate, seu frigiditate, quia dicit quòd si ignis fuerit sub cineribus occultus refrigeratur ab aere, postea amotis cineribus ignis extinguitur, de eodem igne & eodem aere loquitur, ergo aer circunstans respectu eiusdem ignis refrigeratur, & extinguitur, ergo erit frigidus & calidus. Confirmatur, quia si ignis extinguitur ab aere, hoc non esset, nisi quia aer esset multo calidior quàm ignis, & tunc ipsum extingueret eo modo quo flamma maior extinguit minorē, sed hoc non, quia ignis in genere calidorum est primū, aer autem est summè humidus, quomodo ergo ignis potest ab aeris caliditate extingui, quid dicemus.

Dicemus quòd fortè tex. est mendosus, quòd velit dicere frigiditate, vbi dicit caliditate, vel dicas ꝙ fortè loquitur exēplariter, vel fortè vult dicere textus circa illud verbum non exponendo multitudinē caliditatis in ipso aere, sed multitudinem caliditatis in ipso igne, & sic fortè expositio erit melior exponendo de caliditate ignis in se ipso igne, non autem in aere, cum calor à calore nullo pacto extinguatur.

Ad secundum cum arguis defectu humidi ignis extinguitur in carbone, quia ille iterum si iterū accendatur ignitur, ergo humidum non deficit, extinctio ergo illa non fuit ex defectu humidi. Dico ꝙ Arist. non intellexit ꝙ ignis in carbone defectu humidi corrumpitur, ita quòd nihil humidi remansit, sed intelligit defectum humidi, quod conuertitur in naturam ignis, quia dicit Arist. quòd cum prohibetur respiratio conuertitur supra humidum, & deficit priusquam reliquum humidum conuertatur in naturam ignis, ergo ex quo ignis non refrigeratur cito

consu-

consumitur illud humidum, antequàm alia pars humidi in ignem conuertatur, eo quia illa pars humidi remanens indiget alteratione, ad hoc vt sit disposita & conuertatur ad naturam ignis, ignis ergo nõ deficit defectu humidi simpliciter, sed defectu humidi quod debet conuerti & alterari ad naturam ignis, qa antequam fiat huiusmodi alteratio, ignis iam extinctus est, citius ergo deficit humidũ eius, quàm aliud humidum ei circunstans alteretur ad nutrimentum ignis, sicut enim si supra lucernam diffundatur aqua, flamma illa defectu humidi extinguitur, & non remanet humidum, & hoc est, quia illud humidum circunstans non potest in tam pauco tempore conuerti in naturam ignis, & sic aliud humidum citius corrumpitur, quàm illud conuertatur in sui naturam.

Ad tertium dico quòd verum est, quòd multorum problematum solutionem remittit ad librum problematum, vel quia non scripsit, vel quia oblitus, vel quia non habemus librum illum problematum.

Ad quartum dico quòd non remittit nos ad illam causam, sed citat illam causam quam ibi dedit, seu dan la erat in problematibus, non quòd remittat.

Quoniam autem omnis uiuens, consequenter Arist. quia dixerat quòd omne viuens indiget refrigerio caloris innati, si debet reseruari, & hoc tam in animalibus quàm in plantis, vult nunc declarare quomodo huiusmodi refrigeratio fiat in omni viuente, an ab extrinseco & hoc superficietenus declarat, & primo ostendit in plantis, dicit ipse quòd si nos loquamur de plantis calor erat innatus duplici eget refrigerio, primo ex aere ambiente, secundo ex nutrimento extracto à terra, quia omne nutrimentum antequam nutriat contrariatur calori naturali vt dicit Arist. secundo de anima in principio alimentum dissimile, quia principio dissimile, in fine vero simile, ergo reagit in calorem naturalem & propter hoc accidit diminutio in viuente vt dicit Auer. primo de generatione, si ergo in calorem reagit, non nisi frigiditate, ergo tunc in illa actione refrigeratur, etiã patet experientia, quia homines statim assumpto cibo refrigerantur, & econtra cum multum ieiunat homo calescit ex illo ieiunio, & ita est (inquit Arist.) de calore naturali sicut de aere in æstate, si aer exterior quiescat vbi nullus sit flatus maxime excalescit, si flatu terræ agitetur refrigeratur, & ita spiritus & calor innatus si mouetur in motu excalescit valde, si vero ex ingressu nutrimenti agitetur & moueatur, cum extrinsecus assumat refrigeratur, dum aut permanet immotus in sui natura fortior fit, & supra humidum se conuertit, & illud consumit, & inde est ꝙ ieiunans per spatium tẽporis incurrit sitim, quia calor exsiccat humidum, & sitis nihil aliud est quàm appetitus frigidi & humidi secundo de anima, & cũ nutrimentum fuerit decoctum spiritus calescit, & ad naturam suam reuertitur, vt dicit Galenus sanguis genitus ex lactuca sic excalescit sicut esset ex calidis generatus.

Si autem aut continens excedat, postquam dixit Arist. quod calor plantarum duplici refrigerio refrigeratur, videlicet aere ambiente & nutrimento dicit Arist. nunc dando vnum documentum quòd non ex quacunque frigiditate extrinseca calor innatus conseruatur, imò ex nimia frigiditate continentis corrumpitur calor plantarum, & exsiceãtur plantę, quia humidum plantarum congelatur, & sic non se extendit ad nutrimẽtum, & sic non fit nutritio in plantis & sic exsiccantur.

Secundo dicit ipse in æstate propter vehemens cauma, cum terra est rarefacta exsiccantur plantæ, quia terra non potest ipsi plantæ humidum exhibere, nullum ergo potest à terra sugere nutrimentum à quo nutriatur, sicut accidit dicit Arist. sub caniculis ipsis, & caumatibus, & tunc exsiccationem illam appellant sideratationem. s. percusso sidere canis, & hoc dicitur alio nomine sfalezare, in græco multas habet significationes, hic uero ægritudinem in plantis denotat, quę accidit omnibus plãtis quando exsiccantur, ergo ex hoc quòd plantæ non possunt trahere nutrimentum siderantur, quasi exustæ sidere canis, & sic dicit Arist. huic morbo dupliciter succurritur in æstate ab agricolis, sic etiã Theophrast. vnomodo ponunt lapides supra radices plantarum & in hyeme & in æstate, quæ eorum frigiditate prohibent terram ex toto exsiccari, & diminuunt feruorem caloris, in hyeme sui frigiditate contemperant nutrimentum, aliomodo succurrunt eis irrigando.

Animalia vero aquatilia tripliciter refrigerant calorem eorum innatum, & sic cum non recipiũt aquã suffocantur, alia vero quia hoc non sufficit sed transmittunt aquam vsque ad cor, & post expellunt per branchia, quæ iam vero ab aere attracto, refrigerantur & eleuantur super aquam, animalia vero gressibilia diuersimode refrigerantur, quædam attractione aeris extrinseci scilicet inspiratione & expiratione, quædam vero admittunt aerem intrinsecus, sed tantum aere viuunt, vt per se omnia animalia vsque ad cor ipsum attrahunt, & postea exprimunt ipsum, & sic omnia viuentia tam animalia quàm plantę indigent refrigerio sui caloris innati, & post Aristot. continuat se ad tractatum de respiratione, hæc de expiratione text.

Sed dices Arist. dicit ꝙ nisi calor à frigiditate aeris extrinseci conuertatur ad propriam naturam & intendit, quomodo autem calor prohibita respiratione potest fieri fortior ad hoc vt consumat propriũ humidum, falsum ergo est ꝙ calor ipse intendatur à se ipso cum nihil agat in se ipsum.

Secundo quia similitudo quam dat Arist. non cõuenit, ostendo dicit quòd calor innatus refrigeratur nutrimento sicut feruor æstiuus aere exteriori stante perseuerat in sui calore, & quando mouetur ab aura refrigeratur, sed hoc exemplum non est simile, qa aut aer exterius mouetur localiter, & vno absẽte alius succedit, & sequẽs frigidior est priori, & sic fit reciprocatio noui aeris, in corpore autem nõ est successio noui & noui caloris, iõ similitudo nõ stat.

Tertio non obseruat nobis quod promisit, quia nihil de causis iuuentutis & senectutis & consistentiæ cum nullam causam dederit.

Ad primum cum dicimus quomodo calor naturalis

ralis prohibita transpiratione à se ipso intenditur, & fit fortior, dico quòd fit fortior negatiue,i.quando non imprimitur à contrario sibi intensiori, quia dimittitur suæ naturæ,non quia in calorem intendatur,ideo sic dimissus agit in proprium humidum.

Ad secundum cum arguis similitudo quam dat Aristot.non est ad propositum,dico quòd de facto exemplum potest esse accommodatius, sed quomodo accommodatius, dico quòd sicut est de motu locali ipsius aeris,ita calor innatus ex motu alterationis alteratur,& sicut motus aeris ab vna refrigeratur aer ita calor interius motus.i.alteratus à nutrimento frigescit,& si quiescit aer permanet in caliditate, sic calor quiescens non alteratus quiescit & perseuorat in sui caliditate.

Ad tertium cum arguis de facto ita est,insinuauit nobis causas,sed quia Arist. nondum perfecit istum tractatum,sed perfecit in libro de morte & vita,quia continuabit causam huius in sequentibus.s.in de inspiratione & expiratione & morte & vita,vbi dat causas & definiet iuuentutem,& senectutem,& consistentiam,& priusquam det istas causas, assignabit causas respirationis,dabit postea causas iuuentutis & senectutis cum hęc ad inspirationem & respirationem sequantur.

EXAMEN SVPRA TOTO *tractatu de Iuuentute & senectute, et primo incipiam à facilioribus deinde ad difficiliores me conferam.*

PRIMA.difficultas est nunquid distinctio ætatum sit specifica,an numeralis, quòd sit specifica patet ex Galeno in libro de sanitate tuenda,dicit quòd ratione temperamenti sumitur ætas, quia dicit senium est intęperantia frigidi & sicci, ergo multitudo annorum non facit senium, sed complexiones sunt specie distinctæ,ergo & ætates,tenet argumentum si distinctio ætatum est penes complexiones quæ specie distinguuntur, in oppositum arguitur complexio ætatum non distinguitur à complexione naturali,ergo ætates non specie distinguntur, arguo sic,complexio omnium ætatum non differũt specie à complexione naturali, quia complexio temperata vna est secundum speciem à principio vitæ vsque ad finem,& ætates specificè nõ differunt, assumptũ probatur ex Galeno libro de sanitate tuenda,ætates ratione temperamenti variantur,sed complexio pueri temperati non differt à complexione ipsiusmet iuuenis & senis, & sic eadem complexio, ergo ætas eadem, ergo distinctio ętatum non erit specifica.

Confirmatur, quia ita proueniũt operationes naturales à complexione naturali temperata , sicut à complexione ætatum,ergo vna & eadem est.

Confirmatur & fortius, quia si ætas & naturalis complexio sunt diuersa,quo aut numero sunt diuersa,aut specie,si numero tantum, ergo duo accidentia numero differentia erunt in eodem indiuiduo cõtra Arist. 5.Metaphysicæ,si dicas quòd differunt specie, ergo cum duæ complexiones specie distinctæ habent duas formas specie distinctas,in vno indiuiduo erunt duæ formæ specie distinctæ, ergo nõ erit vnum indiuiduum per complexionem naturalem,& per complexionem ætatum,Socrates enim non erit vnum,sed duo.

Dico ꝙ secundum philosophos distinctio ætatũ sumitur ex motu nutrimenti, & ex dispositione viuentis causata à calido innato,nam calori aut magis apponitur quàm sit resolutum,& sic est iuuentus, si minus,est senium,si æquatur est status, ergo secundum motum augmenti efficitur ætas, sed secundum Arist.isti motus differunt.

Secundum vero medicos erit diuisio accidentalis,distinguitur ergo specie accidentaliter secundum quid ex ipsa complexione,quia in puero est complexio calida & humida,iuuentus calida & sicca, senectus frigida & sicca,dicitur quòd in sene talis complexio respectu præcedentis,modo licet complexio senis respectu pueri sit frigida & sicca, & sic distinguntur specie accidentaliter,& si huiusmodi cõplexio senis à principio esset temperata,ideo esset temperata,& ita soluuntur argumenta Galeni quòd senectus est frigida & sicca respectu iuuenum, non tamen simpliciter respectu sui ipsius existentis in iuuẽtute,quia si complexio naturalis ab initio esset calida secundum philosophos,ætates essent specificæ, ergo differunt accidentaliter secũdũ medicos,sed tu dices ætates secundũ dispositionem calidi in ipsum humidum distinguuntur,hoc non videtur verum, qa in aere caliditas est impossibilis ipsi humiditati,ergo calidum non potest agere in humidum cum ad inuicem inter sese compatiantur,ætas ergo in iuuẽtute non debet variari ex actione calidi in humidũ. Illud secundo sequeretur quòd ætas ipsa vniuocè esset in plantis & in animalibus.

Confirmatur quia etiam in rebus inanimatis reperietur ætas vt in vino,quod est magis calidũ, modo minus,etiã in pharmacis, diuersimode enim ipsa se habebit theriaca respectu calidi & humidi,quod absurdum est.

Tertio quia ætas secundum Arist.non videtur esse passio totius viuentis,sed partis tantum, quia dicit infra Arist.quòd iuuentus est crementum respirationis in pulmone,senectus vero impotentia respirationis eiusdem, erit ergo passio pulmonis.

Quarto cur Aristot. numerat modo duas, modo tres ętates hic,& in secundo de generatione tex. 57. quia tantum tangit defectum & augumentum, & in secundo rethoricorum, & tertio de anima text. 59. tres numerat ætates, cur hic duas, & ibi tres, cur in incerto numero tradidit.

Ad primum cum tu arguis ætates non possunt capi ex actione ipsius calidi in humidũ, cum non agãt & patiantur ad inuicem, dico ꝙ si intelligatis de humido quòd est simplex qualitas compossibilis est simplici qualitati,hoc ergo modo sunt compossibiles ad inuicem,& ex huius actione non sumitur ętatum

tum

tum distinctio, si intelligatis pro corpore vaporoso calido. i. pro substantia genita ex puriori parte sanguinis quæ est substantia humida aerea mixta ex cuius generatione sustentatur calor naturalis depascēdo continuè ipsum humidum, & generādo spiritus, & sic fit actio calidi in humidum, & continue exsiccatur, ideo etiam variatur actio, & sic secundum variationem proportionis calidi in ipsum humidum variantur ætates.

Ad secundum dicimus sequeretur, quòd in plantis verè & vniuocè esset ætas, sic & in rebus inanimatis vt in pharmacis, quia ibi est motus augmenti & decrementi & status, & diuersa proportio calidi in humidum, concedamus omnia, etiam Theophrastū, dicas tu non habemus hoc in communi vsu, transeat, dico quòd nōn inconuenit, licet in communi vsu hoc non dicatur.

Ad confirmationem, dico quòd licet in vino sit diuersa proportio calidi & humidi, dico quòd illa est extrinseca secundum diuersa temperamenta non ab intrinseco. s. à virtute nutritiua, quæ non reperitur in rebus inanimatis, & sic non omnis proportio calidi & humidi causat ætates, sed solum proportio illa per quam fit augmentum & decremētum & status secundum rem ratione nutritionis.

De rhetoria autem dico ꝙ est locutio impropria, & metaphorica, diceremus quòd rhetorica habet ætates non vere & vniuocè.

Ad tertium cum arguis quòd ætas non erit passio totius sed partis s. pulmonis, dico quòd Arist. diffiniuit ætatem quæ est passio totius animalis, sed per respectum ad illum membrum, quia habuit mentem ad pulmonem, quia omnis respiratio fit respectu pulmonis, quia ex huiusmodi passionibus operationes pulmonis variantur, quia melius in iuuentute, peius in senectute respiratio exercetur, ideo per habitudinem ad pulmonem illum definiuit, tamen re vera est passio totius iuuentutis, & non partis.

Ad quartum cum arguis, Arist. est varius in expositione ætatum, hic ponit duas, alibi tres, cur in incerto numero hinc inde illas tradidit? dico ꝙ si nos consideremus opera viuentium inquantum viuentia sunt duo opera manifesta virtutis nutritiuæ, aut sic duæ sunt ætates iuuentus & senectus, numerādo ergo ætates per opera manifesta, ætas status complectitur in iuuentute, & pro vna numerantur, quia si virtus augeatur & conseruetur perfectio & fortitudo virtutis in vigore suo, vt sic est iuuentus complicata cum statu, cum virtus in statu æqualiter se habeat, & non videtur sensibilis diminutio, nec auctio, si vero virtus deficiat sensibiliter erit senectus, sic ergo considerando Arist. tantum duas ætates numerauit, at si considerentur secundum quòd virtus nutritiua secundum triplicem motum, scilicet augmenti decrementi & status s. respiciendo ad nutritionē, & ad opera omnia calidi innati in ipsum humidum, & sic ætates erunt tres, quia vt sic considerantur omnes operaciones nutritiuæ potentiæ, siue manifestę siue occultę, aut diminutè, aut æqualiter, aut in augmento, & sic quandoque duæ, quandoque tres propter respectum diuersum posuit Arist.

Secunda dubitatio ex dictis Arist. ꝙ tres erāt digestiones, in ore, in stomacho, & in corde, nunquid tantum sint tres digestiones? videtur ꝙ non, quia videtur ꝙ sint quatuor ex Auicenna prima primi cap. de humoribus prima in ore, quia masticatio conuertit in aliam speciem, cuius signum est quòd triticum masticatum in ore maturat apostemata, & tubera, secunda fit in stomacho, quæ completur in intestinis, tertia in epate, quæ completur in venis, quarta in membris, ergo non tantum tres sunt.

Confirmatur & fortius, quia secundum Arist. nulla fit mutatio nutrimenti in ore, & cum nulla fiat decoctio, nisi præparatio quędam, vt inquit Arist. secundo de partibus animalium cap. 3. non debemus illam quæ in ore inter digestiones numerare, ergo erunt duæ tantum.

Dico ꝙ tripliciter potest sumi digestio. s. pro omni substantiali conuersione nutrimenti, qua nutrimētum est, vt sic secundum Arist. tres sunt, vna quę fit in stomacho & habet principium secundum sensum ab ore, alia, quę fit in corde, & disponitur quoquomodo ab epate, tertia quæ fit in membris, Medici vero ponunt quartā, quia panis in ore masticatus trāsmittitur in aliam speciem nutrimēti, & vt sic in proposito non capitur digestio, aliomodo sumitur digestio strictius, quæ est substantialis mutatio nutrimenti, qua nutrimentum est pręparatus ad nutritionem, & sic sic sunt duæ, & sic accipit dispositionem hic Arist. & relinquit eam quę fit in membris, prima est in stomacho, secunda in corde, & sic vna erit digestio, quę fit in ore & in stomacho, quę pro vna habetur. s. pro digestione stomachi, tertia est in membris, & hanc reliquit, secunda sit in corde & complecitur ib, disponitur autem in epate, cum in epate secundum Arist. non fiat substantialis transmutatio, ideo eā non connumerauit Arist. ergo isto modo duæ erunt digestiones secundum Aristot. veræ, secundum quid autem connumerando eam quæ in ore, sunt tres, tamen illa non facit substantialem transmutationem, ideo digestio non potest nunc. pari, sed potius dispositio quædam, illam tamen tetigit quę est tanquā principium (secūdum sensum) omniū digestionum, modo sic est illa digestio quę ab epate præparatur, & disponitur, & in corde completur.

Ad argumentum ergo Auicennæ prima primi, ꝙ sunt quatuor verum est, sed Aristot. loquitur de digestione pręparante nutrimentum, qua nutrimentum est ad nutritionem, Auicenna largo modo pro illo primo modo digestionis. Sed dices nunquid in plantis tres sint digestiones proportionatæ ipsis animalibus, vt vna in ore, in stomacho, in corde, in mēbris. Dico domini si sequamur Theophrast. sexto lib. de causis plantarum 15. quòd non sunt nisi duę, quia sicut stomachus in animali operatur coquendo, ita operantur radices in plantis, quia radices in plantis se habent sicut stomachus in animalibus, Theophrast. enim non posuit illam quę fit inter caudicem & radicem, in hoc ergo Arist. est cōtra Theophrast. quia secundo de partibus animalium dicit ꝙ nulla

nulla fit digestio in radicibus, cum ibi nullum fiat superfluum, sicut accidit in digestione in stomacho, radices ergo non se habent sicut stomachus in animali, ponit autem Arist. digestionem principalem in stomacho animalis, fieri in plantis in côcauo terræ, & sic terra in plantis, est sicut stomachus in animali, calore enim ipsius terræ fit digestio nutrimenti in plantis, superfluum ergo illius digestionis remanet in concauo terræ, & radices sugunt alimentum depuratum in se ipsis retinendo, & distribuendo aliis partibus.

Secundo quia Arist. hic dicit sicut in animali est primum membrum vegetandi, quo perficitur digestio ut est cor, ita in plantis est primum principium vegetandi inter radicem & caudicem, quo perficitur digestio in plantis, ergo sicut in animali cor, ita pars media debet concoquere nutrimentum attractum à terra, quod fit vltimum nutrimentum partium plantarum, vt in corde fit vltimum alimentum, scilicet sanguinis, quod conuertitur in membra animalis, ergo in plantis oportet ponere tres digestiones, & de facto hoc mihi placet, quod dicit hic Arist. & tres tangit digestiones, vnam extrinsecam, quæ in concauo terræ, aliæ duæ intrinsecè, superfluum erit fructus, & semina secundæ digestionis, fortè erunt grana, & sic Theophrastus circa hanc materiam est contra Aristotelem, & Arist. contra Theophrast. quis aût eorum melius dicat, Deus scit, opinio Arist. melior mihi videtur, vos teneatis quamcunque vultis.

Tersia dubitatio, nunquid primum principiû vegetandi in plantis & animalibus, quod ponit Arist. teneat locum medium & id esset cor, videtur quòd non, quia cor est primum principium sentiêdi, ergo non uegetandi, quia potentiæ diuersæ habent organa diuersa, secundo, quia cor non est in medio animalis, & magis declinat ad superiorem partem, magis distat à pede quàm à capite.

Confirmatur quia tertio de partibus cap. 4. & primo de hystoria animalium cap. 17. dicit Aristot. quòd cor magis vergit ad partem anteriorem, quàm posteriorem, quia tergus est carnosum, ideo est calidius, pectus aut macrius, ideo frigidius, ideo natura apposuit cor isti parti magis propinquum, etiam cor magis declinat ad sinistram partem quàm ad dextram, etiam ad partem superiorem magis, quia calidi est eleuare, ergo non est in medio.

Confirmatur hoc in plantis, quia non datur pars illa, quam dicit Aristot. inter caudicem & radicem, quæ se habet loco cordis in plâtis, quia Theophrast. dicit de causis plantarum cap. 5. nullam fecit mentionem de ista parte media, enumerans enim ipse omnes partes plantarum, non meminit de ista, ergo non datur.

Confirmatur & fortius, quia esto ꝙ istud sit primum principium vegetandi, tunc non erit medium in planta, arguo sic, aut accipiatur planta secundum longitudinem secundum Arist. tam crassiores puta truncus erit medium plantarum, quia ibi fit insitio, ibi viget uirtus generatiua, ergo & vegetatiua, si vero summatur plantæ secundû latitudinem, tunc medium erit medulla ipsa, quæ vt dicit Aristot. & Theophrastus est principium uitale, & se habet sicut mater, quia exsiccata exsiccatur planta, quasi se habet sicut anima ipsa in planta.

In oppositum est Arist. ita in plantis est una pars, quæ est origo & fons caloris innati, quæ est principium uegetandi augmentâdi, sicut in anima est cor, quod est principium & pars vegetandi, secundo debetis imaginari spiritum in plantis sicut in animalibus, qui defert nutrimentum à terra vsque ad folia, datur ergo medium in plantis, quod principium est vegetandi, sicut cor est medium in animali est principium vegetationis.

Ad primum ergo dicamus, cû arguis, cor est principium sentiendi, ergo non vegetandi, nego argumêtum, assumptû verum, consequens falsum, quinnimo oppositum sequitur, quia sensus præsupponit vegetatiuá, ergo ualet, cum probas sunt potentiæ distinctæ, ergo habent organa distincta, dico ꝙ licet sint distinctę, non sunt tamen distinctæ, ita ꝙ sint dissepáratæ, sed sunt inuicem ordinatę, cum non habent diuersa organa, sed eadem, ac si essent disseparatę, tunc habent organa distincta, huiusmodi non sunt vegetatio, & sensus, ergo.

Ad secundum Gal. 7. anathomes aggres. Alex. super libro de anima cap. vlt. dicit si comparetur cor toti homini sic non est in medio, si uero comparetur ipsi Thoraci, vt sic est in medio; quia secundû Arist. Thorax est illa pars quę incipit à collo & terminatur ad costas inferiores intelligit ergo Galen. in medio animalis. i. medio Thoracis, & sic cor ipsum est in medio & dextri & sinistri, & ante & retro. Sed ego vellem scire quomodo Arist. & medici debent dicere ꝙ cor est in medio animalis, eo quòd est in medio thoracis, ad quod propositum? cor enim cû sit primû principium vitę totius animalis, ęqualiter debet esse in medio totius precisè, cum influat & distribuat nutrimentû omnibus partibus animalis, ergo cû nô sit in medio nô ex æquo pôt distribui nutrimentû omnibus partibus corporis, & cû primum principiû ex ęquo debet distribuere singulis partibus, ergo debet i medio pręcisè adęquatè esse, vt cômode distribuat omnibus. Dico dominâ ꝙ aliter dixit Arist. quâ Galen. dixit enim Arist. ꝙ cor est in medio animalis, nô quia in medio thoracis, sed quia erat in medio sex differêtiarû, ponis. s. superius inferius, ante retro, dextrum & sinistrum, supra enim Arist. diuisit animal, & dixit ꝙ caput erat superius, pedes inferius, & infra diuisit animal in tres partes, in caput, thoracê, & vêtrê inferiorê, cor dixit Arist. esse in medio animalis. i. in medio harû triû partium, & tertio de partibus animaliû quarto soluit Arist. difficultatê, & rectius, quâ Galen. locutus est, dicit ibi, ꝙ ex quo cor est principiû primû vitæ debet esse in medio, quia in medio istarû triû partium, in quibus pendet vita animalis, non omnium partium animalis, quia pedes et crura ad uitá non sunt necessaria, si. n. incidas crura adhuc homo viuet, ergo sine his stat vita, et natura fecit nô

ad aliud opus ſed vt deferat molem corporis, et non ad vitam, ſine capite enim & thorace, & ſine ventre nullus homo poteſt uiuere, & eſt in medio thoracis, non tantum quòd à Thorace pendeat vita, ſed etiam à capite & à ventre, intelligatis ergo dictum Ariſtot. cor eſt in medio animalis, quia in medio trium partium, à quibus vita dependet, & hę partes ſunt ferè totum animal, & ſine his non poſſet eſſe uita, manus ergo tantum deſeruiunt ad uitā quantum aſſumunt & deferunt ori, ergo ad bene eſſe ſint.

An cor ſit in medio animalis.

Ad confirmationem, quia ſecũdum Ariſt. cor declinat magis ad partē anteriorem, & magis in ſurſum quā in deorſum, & magis in ſiniſtrum quàm in dextrum, Galenus contradicit Ariſt. in hoc, quia ſexto de vſu partium dicit, quòd Ariſt. deceptus eſt in dicendo ꝙ cor vergat paululum ad ſiniſtrum, & deceptio fuit à ſenſu, ſenſit enim Ariſt. motum cordis eſſe in ſiniſtra parte, & ex hoc credit eſſe in ſiniſtram partem vergens, Galenus autē dicit quòd eſt preciſe in medio thoracis per æquam diſtantiam, ad utranque partē, ergo domini difficile eſt diſcernere uerū inter eos.

Sed Ariſt. ſibi contradicit quia primo de hyſtoria cap. 17. dicit pars gibba, & baſis cordis declinat ad ſuperius, cuſpis vero verſus partem inferiorem, in tractatu vero de inſpiratione dicit, quòd cuſpis eleuatur ſuperius.

Dicamus de primo ꝙ difficile eſt videre veritatem de ſitu cordis, quia ſi animal aperiatur, cor recedit à loco & ſitu proprio, non poteſt enim eo modo videri qualiter in viuo.

Ad ſecundum dico quòd non eſt contradictio, intelligit. n. ꝙ pars gibba eleuatur ſurſum. i. ꝙ paulo intendat ad ſuperius, & paulo ad inferius. i. reſpectu totius animalis, quaſi velit dicere, ꝙ reſpectū totius animalis pars gibba uergit parum ad ſuperius, in tractatu ſequenti dicit, quòd cuſpis reſpicit ſurſum & eleuatur verſus anterius, quaſi quòd tota ſubſtantia cordis eleuetur. i. quòd non ſit in medio thoracis, ſed quòd vergat paululum ad vnam partem quàm ad aliam, dicit ergo in de reſpiratione quòd cuſpis vergit paulo verſus caput, quaſi ſupra medium ipſius thoracis, eo quia illa pars eſt calidior, & ſic dicitur vergere ſurſum in reſpectu totius animalis.

Ad ſecundum de plantis dico quòd re vera Theophraſtus nihil meminit de loco illo medio inter caudicem & radicem, & forte omiſit, aut quia eſſet alterius opinionis, aut propter aliud, quod ego neſcio excogitare, at Ariſt. poſuit illam, quæ eſt veluti cor in animali, in animali enim eſt primū principium & origo, & fons omnis caloris naturalis, ita proportionalis pars in plantis debet eſſe, & ſic rectè locauit eā inter caudicem, & radicem, ergo. Secundo etiam dicendum eſt, ꝙ ſicut in generatione animalis primo generatur cor, & ex eius generatione generātur alia membra, ita in planta oportet, ꝙ ſit pars media quæ ſit principium vegetandi, ex qua parte aliæ partes generantur ordine ſuo, & hæc pars media primo generatur, iſto pacto emittit radices inferius, & ramos ſuperius, & illa media pars inter caudicem & radicem ſupplet vicem cordis in animali & ſic videtur eſſe in generatione plantarum ex ſemine, Theophraſtus enim recedit ab hac opinione.

Ad ſecundum debetis dicere de plantis, ſicut de animalibus, quia ſicut in animali cor appellatur medium totius animalis, non quòd re vera ſit in medio, ſed dicitur in medio, quia eſt inter eas parteas; quæ ſunt neceſſariæ, ad vitam hominis ſine quibus animal non poteſt viuere, ita de planta dicatis, quòd illa pars dicitur media, non quòd ſit media in tota plāta, ſed quia eſt media inter illas partes, quæ fuerunt neceſſariæ ad eſſe vitæ illius plantæ, quia aggregatum ex ſtipite, & radice, ſeu ramis craſsioribus dicit ipſe quòd eſt totum corpus plantæ, & huius partes ſunt adeò neceſſariæ ad eſſe plantæ, quòd ſine his nō poteſt dici planta, ſine enim radice & ſtipite nullo modo poteſt eſſe planta, pars ergo illa media quæ eſt principium, & origo caloris innati, & vegetandi ex quo oritur ſpiritus, qui defert nutrimentum à terra ad omnes partes ipſius plantæ locatur in medio ſtipitis, & thoracis, arguebas in truncho viget virtus generatiua, ergo ibi eſt medium, dixi ſupra quòd nō ſimpliciter eſt medium, ſed reſpectu plantæ futuræ generandæ, non autē reſpectu plantæ præexiſtentis.

An cor ſit primū principium ſanguinis.

Quarta dubitatio nunquid cor ſit principiū ſanguinis, ſcilicet quòd in corde primo generatur ſanguis, arguitur quòd non, ex dicto Ariſt. in de ſomno & uigilia, quòd nutrimentum ſuſceptum in ventre, & inteſtinis exhalat per uenas, & mutatur in ſanguinem, & poſt tendit ad cor, ergo primo tranſmittitur nutrimentum in ſanguinem quàm ueniat ad cor.

Confirmatur fortius, quia dixit Ariſtot. ꝙ melius erat quòd eſt principium uegetandi quod debeat eſſe in medio quàm in alio loco, quia debet diſtribuere alimentum reliquis, & ſtomacho, & epati, quod operatur ad ultimum alimentum, & tale eſt ſanguis, ergo epar generat ſanguinem

In oppoſitum eſt Ariſt. dicit quòd cor eſt principium venarum, & in ſequenti tractatu probat ꝙ cor primo generatur, & primo eſt repletum humiditate ſanguinea, ſi ergo eſt plenum, ergo principium eius, hoc confirmat Auer. ſecundo colliget cap. de vtilitate cordis.

Ad hanc dubitationem conueniunt omnes quòd cor & epar ſunt principium ſanguinis, ſed lis eſt, quod iſtorum ſit principium, ſcilicet virtute propria quam habeat per ſe ipſum principium generandi ſanguinem, medici dicunt quòd epar, philoſophi quòd cor, & hic ſupponimus quòd ſanguis ſit quartus humor diſtinctus ab aliis humoribus, ſcilicet colera, phlegma, & melancolia. i. quòd ſit quarta ſubſtantia, quia non eſt verum quod dixit Drutianus ſecundo techni commen. 42. quòd eſt aggregatum ex tribus humoribus, iſtæ enim vir ſomniauit, quia ſequeretur quòd ſanguis eſſet frigidæ complexionis, quia cum in aggregatione trium humorum de phlegmā plus dominatur quàm colera, & melancholia erit frigidæ complexionis, patet quia cum ſint partes frigidæ, totum erit frigidum à prædominio.

Ad du-

Ad dubitationem sunt tres opiniones, duæ & una media, prima est Platonis, Hyppocratis, & Galeni vt dicit Auer. in secundo colliget, & in paraphrasi de partibus animalium, primum principium sanguinis est epar, quod proprio calore, & propria virtute, & proprio spiritu generat sanguinem, quia sicut cerebrum est primum principium sensus & motus, spiritus animalis & cor est primum principium virtutis, & spiritus vitalis, sic epar est primum principium sanguinis proprio spiritu & calore, verum est tamen quòd ille spiritus viralis habet materiam sui in spiritu virali, in corde & epate fit vitalis, dicunt enim medici quòd cor oritur à spiritu vitali tanquã à materia, & talis in epate fit naturalis, in cerebro autem fit animalis, pro hac opinione arguitur sic, oīa attestantur suo principio agenti, sed sanguis est multo similior, in complexione ipsi epati quàm cordi, tum etiam in colore, quia magis rubeus quàm cor, etiam in calore magis assimilatur ipsi epati q̄ cordi.

Cõfirmatur ex Auicenna prima primi cap. de mēbris, epar nihil aliud est quàm sanguis coagulatus.

Secundo arguitur, quia per omnes venas eparis diuiditur & disseminatur chilus attractus à stomacho, ergo ibi perfectè decoquitur & transmittitur in sanguinem, ergo non in corde.

Tertio & fortius, quia in epate generatur superfluum sanguinis, ergo & sanguis, probo argumentũ, quia in vnoquoque membro generatur superfluum alicuius humoris, ibi & generatur ille humor, patet quia fit ex decoctione, ergo ibi fit illud superfluum, vbi decoquitur humor cuius illud est superfluũ, sed in epate gñatur superfluũ sanguinis vt vrina, colera, & melancolia, & hæc sunt sanguinis superfluitates, ergo ibi sanguis generabitur. v. g. in stomacho est prima generatio fecum, quæ est superfluum primæ digestionis, ergo ibi generatur chilus, & sic patet quòd nullum superfluum alicuius humoris posset generari, nisi fieret decoctio illius humoris.

Sed contra hanc opinionem arguitur rationibus Aristot. primo est argumentum Auer. in paraphrasi in tertio de partibus animalium, dicit quòd cor est primum principium virtutis vitalis, epar sanguinis, si sic, tu implicas, ostendo, dicit Auer. quia si cor est primum principium virtutis vitalis, ergo & primum principium vegetandi, sed vbi est aliqua virtus, est operatio principalissima illius virtutis, sed principalissima operatio virtutis vegetatiuæ est generatio sanguinis, patet quia operatio vegetandi est circa nutrimentum, & tale est sanguis, quòd autem cor sit primum principium virtutis vitalis, & uirtutis nutritiuæ, probo, omnis virtus vitalis organica, aut est sensus, aut motus, aut vegetatio, quia omnis operatio animæ organicæ non potest esse nisi alterius triũ generum, aut est sensus, aut est virtus localiter motiua, aut vegetatio est, sic operatio virtutis uitalis, aut est actus sentiendi, aut mouendi, aut vegetandi, probo, quia uirtus uitalis aut sensus sunt idem, & ista virtus per te est uitalis, & non est motus, nec sensus, ergo est nutritio, ergo virtus vitalis & nutritionis sunt idem, & tales virtutes sunt in corde, ergo sanguinis generatio est eorum operatio.

Secundo arguo ex ratione Aristot. hic, cor est primum principium venarum, ergo & sanguinis, probo argumentum, quia venæ sunt à natura propter sanguinem, quòd autem cor sit primum principium venarum patet ex anothomia, quia uenæ non transeũt per cor, sicut per epar, sed in corde permanent, & nullum membrum debet transire originem suam.

Tertio primum principium vegetandi debet esse in medio animalis, ergo in corde, probatur assumptum, quia natura de possibilibus facit, quod melius est, sed melius est, quòd illud principium sit in medio, quia ex quo influit sanguinem, & nutrimentum omnibus membris, & huiusmodi principium est in corde, ergo in corde est perfectissima eius operatio, sed animalis est sanguificatio, ergo finis operationis nutritiuæ est generatio sanguinis, & si huiusmodi generatio est perfecta, debet attribui mēbro principali, probatur, quia perfectissimæ operationi debetur perfectissimum principium.

Secundo ad idem probauit, quòd uirtutes uegetandi sint etiam in corde, quia principaliori virtuti & nobiliori debetur locus nobilior & tutior, & iste est in medio in animali, & ibi est cor, ergo uelatum pluribus membris.

Tertio ad idem & fortius, uirtus vegetandi in sui operatione vtitur calore naturali, ergo huiusmodi virtus debet attribui ei membro, quod est origo, & fons caloris naturalis, & conceptaculum, sed hoc est cor ipsum, ergo ipsi cordi debet virtus vegetandi attribui, quod autem cor sit principium vegetandi probauit Arist. quia refrigeratis animalis partibus cor non refrigeratur, non enim est necesse ipsum ad refrigerationem aliarum partium refrigerari, at si cor refrigeratur, omnes aliæ partes refrigerantur, & sic Aristot. probauit quòd vir. uegetatiua est in corde, ergo ibi primo est perfectissima eius operatio, & ista est sanguinis generatio, quòd autem sit perfectissima eius operatio, patet, quia illæ duæ operationes, videlicet ea quæ fit in stomacho sunt per ipsum, quæ fit in corde, ergo cor est primum principium sanguinis & uenarum.

Tertia uia arguitur, quia tertio de partibus animalium cap. 4. cor specialiori modo continet sanguinem quàm alia membra, tanquam primum uas, & conceptaculum sanguinis, ergo est primum principium sanguinis, hoc patet, quia si cor nõ esset principiũ sanguinis contineret ipsum in uenis, sicut omnia alia membra, sed cor continet sanguinem extra uenas, uidelicet in ventre medio tanquàm lacuna eius, ergo est principium eius, ergo.

Secundo arguitur ad idem, virtus sentiendi est in corde primo, & principaliter, ergo & virtus vegetandi, ergo ibi debet esse pfectissima eius operatio, sed huiōi generatio est generatio sanguinis, ergo sanguificatio est in corde, patet argũ. q̄a uirtus sentiẽdi p̄supponit uirtutē vegetādi natura priorē, assumptū probatur, q̄a vbi colligantur organa oĩum sensuum exteriorũ, ibi est virtus sentiendi, patet, quia per neruos colligant cordi, ergo sensus exterior est i corde,

 probo

probo consequentiam, quia sensus cōis se habet tanquam centrum ad omnes sensus, cum immutatione omnium sensuum terminentur ad ipsum, & sensus communis est in corde, ergo & omnium sensuum immutatio fit in corde, ergo tanquam in principio, ergo cor est principium sensus.

Tertio arguitur, nulla pars exanguis habet sensum, ergo ea pars quę maxime sanguine abundet maxime est prædita sensu, sed cor est pars maxime abūdans sanguine, ergo & sensu, ergo ibi abundat, & viget sensus, ergo & virtus sentiendi.

Quarto omnium membrorū aialis vnū est membrū primū & principale, ergo illi mēbro demandat quęlibet virtus aię, patet cōsequētia, qa si nō, ergo diuersis mēbris demādaret ergo plura essent mēbra principaliora, hoc est falsum, sed tm̄ vnū est principale, ergo oēs virtutes ei demandantur, ꝙ aūt principale membrū sit vnū, patet, qa omnis plurificatio principatus est mala, quia ad vnū debet reduci 12 Metaphysicę authoritate Homeri, entia nolūt malè disponi, vnus ergo princeps, ergo omnia membra debent habere vnum principale à quo dependeant.

Quinto arguo sic, virtus uegetandi & sentiendi sunt vnum, vnius formæ est vnum subiectū, ergo huiusmodi virtutes sunt in eodem subiecto, & tale est cor, ergo virtus vegetandi est in corde.

Sexto omnes istę virtutes calido innato perficiūt omnes suas operationes, ergo ei membro debetur, quod est fons, & origo, & conceptaculum caloris, & spiritus, & huiusmodi est cor, ergo est principium operationum talium uirtutum.

Septimo inter omnia mēbra animalis cor primo generatur, & sentit, & palpitat, ergo cor primo viuit, quasi sit animal, ergo primo nutritur, ergo primò ei demandatur virtus uegetādi, ergo primo ei hęc uirtus competit, ergo à se habet, & nō ab aliquo, sed ipsum cor mandat aliis, cor est primum principium nutritionis, sed istud per sanguinis generationem nutritur, ergo generat sanguinem.

Octauo, aut cor, aut epar est principium primum sanguinis ut arguit Arist. tertio de partibus aīalium cap. 4. sed nō epar, ergo cor, maior probatur, qa ista duo debent esse tantū principium cū sint cōia omnibus animalibus, alia vero membra non sunt cōia sic omnibus animalibus, ergo hæc debet esse principium, aut proportionale eorum. i. cordi & epati in animalibus exanguibus, ergo si omni animali conuenit cor, & epar, ergo alterum eorum erit principiū sanguinis, quòd autem nō sit epar probat, quia epar non est in medio animalis, ergo non est principium sanguinis, probo argumentum, quia de possibilibus natura facit quòd melius est, epar autē non ęquè respicit omnes partes, sed cor ut ex quo distribuit alimentum omnibus membris.

Nono, epar non continet sanguinē extra venas, sed cor est sicut vas, & conceptaculum, ergo cor est principium sanguinis, & nō epar, quia epar habet sanguinem quo pacto habent alia membra.

Decimo, & fortius, epar nō est principium uenarū, ergo nec sanguinis, probo antecedens, quia vena concaua manifestè continuatur cordi, & ipsum non pertransit, sicut pertransit epar, sed cordi implantatur, nullū enim membrū, quod oritur ab aliquo membro debet ipsum pertransire, nihil enim pertrāsit originem suam, si haberet principium ab epate nō pertransiret epar, ergo si epar non est principium, cor est, & hanc rationem Mundinus nesciuit negare, & fuit huius sententiæ.

Drusianus, & Vgo secundo techni dant rationes pro utraque parte, dixit Drusianus ꝙ opinio Galeni erat, quòd sanguis generatur in epate uirtute propria, & calore, & spiritu ipsius epatis, & Arist. dixit ꝙ generatur in epate spiritu & uirtute transmissa à corde & calore cordis, dicit. n. Drusianus nisi spiritus & calor transmitteretur ad epar à corde non generaretur sanguis, & propter hoc dicit Arist. cor esse principium sanguinis, nō quòd re uera in corde generetur, sed in epate uirtute cordis. Sed hæc opinio nō pōt stare, quia non consonat uerbis Arist. primo qa quinto de partibus animalium cap. 4. dicit cor à nullo mēbro recipit sanguinē, & omnibus tribuit, ergo ipsum primo est vas & cōceptaculū sanguinis, ergo principiū primū sanguinis, nā si cor ēt reciperet, nō esset primū principium, fons, & origo prima, quia id est primū cōceptaculū alicuius, ubi id primo generatur. Secundo ex uerbis Aristot. hic, virtus vegetatiua primo competit cordi, ergo & eius perfectissima operatio conuenit cordi, sed ista est generatio sanguinis, ergo generatio sanguinis est in corde.

Tertio & fortius, quia tertio de partibus animalium cap. 4. & 5. epar non est principium sanguinis, quia non continet sanguinem extra uenas, ergo de ratione principii est continere sanguinem extra uenas, & specialiori modo tanquam vas continet, & sic esto quòd epar generet sanguinem nihilominus quomodo erit primum principium, si non habet sanguinem extra venas, quia cor influit spiritus & uirtutem, ergo non est primum principium.

Quarto, epar non est principium uenarum, ergo non est principiū sanguinis, probatur assumptū, quia uenæ sunt à natura ut deferant sanguinem de membro ad membrum, sed dicit Aristot. vbi est principium sanguinis, ibi debet esse principium uenarū, sed uenæ oriuntur à corde, ergo & sanguis, quia uenæ habent deferre sanguinem generatum.

Quinto, implicat opinio istorum, dicunt quòd cor est principium sanguinis, quia influit epati spiritum et calorem, arguo sic, vbicunque est ortus principalis instrumenti, ibidem est uirtus utens illo instrumento, probatur assumptum per Galenum, principium virtutis est principium instrumenti deseruientis illi virtuti, idem enim est principium vtrorumq;, & hæc maior assumpta à Galeno in de simplicibus cap. 4. sed calor et spiritus est primum instrumentum generationis sanguinis, et tale est in corde, ita in corde erit uirtus generans sanguinem, & generatio sanguinis erit in corde.

Tertia opinio est, ꝙ cor est primariū principiū sanguinis, epar vero cōtrariū, qa si epar generat sanguinē, hoc est ꝑ calorē et spiritus trāsmissos à corde vt

dictum est, ideo notandum est, ꝙ sanguis est duplex imperfectus, & diminutè coctus, & insufficiens pro generatione & nutritione membri, & huiusmodi sanguis generatur in epate, & ibi reseruantur omnes superfluitates sanguinis, alius est sanguis perfectus, & verè coctus sufficiens pro generatione membrorum, & hic in corde decoquitur, & est sufficiens pro generatione membrorũ, & propter hoc dixit Arist. quòd verè & simpliciter cor est primum principiũ sanguinis, & hæc est vera mens Aristot. inde somno & vigilia, quòd autem sit verum patet ex Themistio in sua paraphrasi super libro de anima, & ex Alexandro in vltimo suæ paraphrasis chilus ringitur in epate in natura sanguinis fortè imperfecti, postea trãsmittitur ad cor, & ibi acquirit veram, & perfectam sanguinis naturam.

Sed Alexandri est id, quod dixerat Arist. secundo de partibus animalium cap. 4. & 10. & tertio eiusdẽ, & primo eiusdẽ quarto, nulla pars prædita sanguine est vacans sensu, sed cor est abundans maxime sanguine, ergo debet maxime sentire, dicit Alexander, quid dicemus de epate, quod est maxime sanguineũ, & tamen non sentit, dicit, quòd possumus dicere ꝙ sanguis in epate imperfectus est, & non meretur habere nomen sanguinis, Clarius Auer. tertio de partibus animalium cap. 4. dicit quòd non est intentio Aristot. quòd omnis sanguis generetur in corde, qui decoctus est & perfectus, & se habet ad sanguinem epatis, tanquam forma ad materiam, & sic ponit istam duplicitatem sanguinis ex quo patet sanguis qui defertur ad membra à corde & non ab epate demandatur, ideo sanguinis principium est cor, quia à nullo recipit, dico perfectum; & si epar tribuat cordi est imperfectus diminutè coctus, & influens pro nutritione, & generatione membrorum.

Sed dicimus in omni digestione resecatur aliquod superfluum, sed in corde nihil superflui resecatur, Dico ꝙ in omni trãsmutatione substantiali resecatur aliquod superfluum, chilus in epate trãsmittitur substãtialiter, & nõ in corde, iõ oẽ superfluũ in epate resecat, sed in corde nõ fit trãsmutatio substãtialis, sed perficitur in corde, & accidẽtaliter alteratur, reducẽdo sanguinẽ ad meliorẽ perfectionẽ, & ad verã naturam sanguinis, ideo in corde nõ fit superfluum, & sic tripliciter differt opinio Galeni ab opinione Arist. primo quia Galen. dicit quòd epar proprio spiritu generat sanguinem, Arist. dicit quòd non generat nisi superfluum sanguinem, & hoc non nisi à calore transmisso à corde, secundo differt, quia sanguis in epate est sufficiens pro nutrimento membrorum, Aristot. autem dicit quòd non, illud enim nutrimẽtum est sufficiens quod decoquitur in corde, quia in ipso sanguis acquirit perfectam naturam, & vltimam perfectionem pro alimento, & nutritione omnium membrorum.

Tertio differt quia sanguis generatus in epate est perfectus & sufficiens pro membrorum nutritione, Arist. dicit ꝙ imperfectus & insufficiẽs pro nutritione, & nõ ꝙ meretur dici sanguis, et istã opinionẽ, secutus est Conciliatur differentia 43. licet non celatẽ vbi dicit inherendum esse opinioni Arist. et nos sequentes hanc opinionẽ euademus oẽs difficultates.

Ad primũ cum arguit Galen. ab epate generatur sanguis, quia epati est multo similior in cõplexione et in colore, assumptum probatur, quia orta attestã tur suo principio, sed sanguis assimilatur epati, ergo epar est principium eius, Dico ꝙ sanguis imperfectus est similior epati, nihilominus sanguis verus, ꝗ calidior persimilis est valde ipsi cordi, eo quia calidior. Ad secundum cum arguis chilus transmittitur per venas minutissimas ad epar, quæ sunt venæ meseraicæ, et per istas diuiditur in venis epatis, ergo ibi decoquitur, concedo ꝙ ibi mutatur ad naturam sanguinis imperfecti. Ad tertium, superfluum sanguinis generatur i epate, ergo et sanguis, dico ꝙ ibi generatur sanguis imperfectus, insufficiens pro nutritione, dato quòd ibi generantur superfluitates, ideo est, quia ibi fiat transmutatio substantialis, et ibi oportet, quòd resecentur omnes superfluitates, non tamen est perfectus, sed oportet ꝙ perfecte decoquatur in corde, ad hoc vt sit sufficiens pro nutritione, quia in corde fit alteratio accidẽtalis, et ibi est maior calefactio, et perfectius maturat digestio, et hæc est vera opinio, quam Arist. tetigit in libro de somno et vigilia, ꝙ generatio sanguinis fit in epate, dico sanguinis imperfecti, cum dixit ꝙ nutrimentũ vt est chilus est in ventre, et per venas tẽdit ad epar, et ibi conuertitur in sanguinem imperfectum, deinde tendit ad primum principium quod est cor.

Etiam hoc dixit Aristot. quòd natura fecit cor in medio animalis, vt calore suo melius impartiret, et foueret epar, et stomachum, qui faciunt ad concoctionem alimenti licet imperfecti, sed dicit Auicenna cap. de uomitu quòd stomachus suscipit phlegma dulce libenter, et illud mutat in sanguinem, dicetis quòd stomachus illud mutat, scilicet præparando, et transmittendo ad formam sanguinis, non autem perficiendo decoctionem, prout sit sufficiẽs pro nutritione, et postea transmittitur ad epar, et ibi fit sanguis imperfectus, quia magis ibi decoquebatur, vltimo ad cor, vbi acquirit omnem perfectionem sanguinis.

Quinta dubitatio annexa, quia dixit Arist. quòd Ideo cor est primum principium sanguinis, quia est principium venarum dubitatur, nunquid venæ oriantur à corde, videtur quòd non ex dictis Galeni sexto de usu partium, vbi dicit ꝙ sicut nerui oriuntur à cerebro, et uenæ ab epate, ita arteriæ à corde, et Galenus quarto de vsu partium dicit, quòd uenæ oriuntur in epate, ubi et sanguis generatur, et Auer. secundo colliget cap. de anathomia venarum dicit, per viã sensus manifestum est ꝗ uenæ oriuntur ab epate.

In oppositum est Aristot. tertio de partibus animaliũ quarto et quinto, tertio de generatione quarto, tertio de hystoria animalium cap. tertio, et in pluribus alijs locis tenet, quòd cor est principium venarum, in hac opinione debetis supponere quid sit vena, quòd est concauum corpus deferens sangui-

nem, & hæc est in animalibus sanguine prǽditis, in non habentibus sanguinem sunt fibrę ipsæ, & similia, quæ sunt loco venarum, vena autem duplex est, vna dicitur minor, & vocat ab Arist. aborti, idest spiritualis, & hæc oritur ex sinistro ventriculo cordis, & à medicis dicitur arteria aborti, & hæc defert sanguinem subtiliorem puriorem, & spiritum & pulsat, quia habet motum pulsationis, & alia dicitur vena maior, siue concaua, quæ oritur à dextro ventriculo cordis, quæ est vnius tunicæ, & non habet motum pulsationis, & hæc defert sanguinem crassiorem pro nutritione membrorum, si de prima vena loquamur, omnes medici & Galenus conueniunt cum Aristot. quòd ista est duplicis tunicæ, ne feruore spiritus disrumpatur, & hæc oritur à sinistrę ventriculo cordis, etiam conueniunt, quòd omnes arteriæ ortum habent à corde, sed dubium est de illa, quæ oritur à dextro ventriculo, quę dicitur vena magna, an à corde, an ab epate oriatur? Plato, Galenus, Auicenna & Hyppocrates in libro de natura humana dicunt quòd venæ omnes carentes motu pulsationis nascuntur ab epate, ratio est, quia epar est primum principium sanguinis, ergo & venarum, probant, quia quod est primum principium virtutis, & est principium instrumenti deseruientis illi virtuti, sed epar est principium virtutis sanguificatiuæ, ergo etiam venarum deferentium sanguinem, ergo epar est principium venarum, ergo.

Secundo omnes hę venæ minutissimæ deferentes sanguinem habent ortum ab epate, nam epati insunt per modum radicis, cum in epate sint tenuiores, habent ergo ibi principium.

Confirmatur ex Arist. 12. Metaphysicę & 7. illud qđ habet rõnem minimi, habet rationem principij in illo genere. Confirmatur, quia cum cor sit in cõtinuo motu, si istę venę à corde nascerentur continuè mouerentur, quod est falsum.

Sed contra insurrexit Aristot. tertio de partibus animalium cap. 4. non tamen ignorauit Arist. hanc opinionem, quia fuit ipsius Hyppocratis & Platonis in principio, & arguit testimonio sensus per anothomiam, magna vena habet ortum à corde, scilicet à dextro ventriculo, & ei continuatur, & est ex substantia cordis, & disseminatur in medio ventriculo, quia ille situs est in parte media cordis, qui est locus venę maioris originis, cui rationi consentit Mundinus, & Conciliator differentia 47. quòd vena magna habet ortum à corde, quia testimonio visus apparet quòd huiusmodi vena oritur à corde, & disseminatur per substantiam cordis.

Secunda, omne membrum, quod habet ortum ab alio non pertranseunt substantiam epatis per vtranque partem & non cordis, ergo venæ non habent ortum ab epate.

Tertio & fortius principium vegetandi est in corde, probatur assumptum, quia virtus vegetandi perficitur à calore, & huiusmodi virtus ei membro commendatur, vbi viget calor, ergo in corde, sed vbi uiget uirtus ibi est perfectissima operatio, & talis est generatio sanguinis, erit in corde, ergo & venæ à corde generantur, probatur, quia vbi est principium sanguinis, etiam est principium venarum, vlterius quia natura fecit venas ad deferendũ sanguinem per totum corpus, sed dicis, venæ deferunt sanguinem ab epate, & habent ortum ab epate, ego dixi, quòd deferunt sanguinem imperfectè decoctum, non tamen propter hoc sequitur, quòd habeant ortum ab epate.

Quarto cor generatur in animali ante omnia mẽbra, ergo & venæ, quę integrant substantiam cordis primo generantur, sed hęc vena magna implantatur cordi, & integrat substantiam cordis, quia integrat dextrum ventriculum cordis, qui est lacuna sanguinis, ergo oritur à corde.

Ideo dicendũ est sicut Conciliator differentia 47. inherendo Aristot. cor esse principium venarum, quæ opinio mihi videtur verior, cuius ratio est, quia membrum oriri à membro potest esse tripliciter, vel tanquam à materia, & sic nullum membrum oritur ab alio, quia omnis generatio membrorum est à communi materia, quia omnia membra generantur à sanguine menstruo, vel efficiente, & hoc non, quia ab eodem agente generatur, vt à virtute informatiua seminis, alio, & tertio modo dicitur aliquid oriri ab alio in hoc sensu, scilicet, quia ei colligatur, & ei primo seruit, & ab eo sumit operationem, quia venæ sunt ad deferendum sanguinem, & colligantur cordi, ideo dicuntur oriri à corde, sed dicimus venę ita colligantur cordi sicut epati, quia deferunt sanguinem ab epate, dico quòd non sequitur, quia venę primo non respiciunt cor, & habent primam sui operationem à corde, quia es colligantur cum corde, & quia ab eo accipiunt sanguinem perfectè decoctum deferentes ad membra omnia pro nutritione, & si dicimus quòd in epate sanguis generatus ille non est sufficiens pro nutritione, ergo non potest esse principium venarum, cum venæ sint productę à natura ad deferendum sanguinem membris pro nutritione corporis, ideo sanguis vitiatus aliquando penetrat orificia venarum, ita quòd quandoque visus est homo sudare sanguinem, etiam dicimus ꝙ natura fecit venas oriri à corde, sicut bonus artifex quando vult fundare domum, primo facit fundamenta domus futurę, deinde parietes, sic natura fecit uenas vt fundamenta corporis, & per illas lineauit totum corpus, quę uenę habent ortum à corde, tanquam à base, & fundamento totius corporis, & postquàm corpus est bene lineatum, replet totum carne, & sic perficit totum corpus, vt etiam solent facere illi pictores, qui primo lineant totam imaginem, postea eam paulatim coloribus implent.

Ad quartum cum arguis, quę vena sit nobilior an dextra, an sinistra, respondit Arist. quòd venter dexter, & vena dextra est nobilior sinistra, & probatur tripliciter, primo quia dextra ex sui natura nobilior sinistra, tamen quia vena, quæ exit ex parte dextra progreditur per anteriorem partem, quæ est nobilior posteriori, & pars superior respectu inferioris.

Secundo

Secundo probat, quòd vena quæ oritur à parte dextra, mouetur per partem anteriorem, sinistra per posteriorem, vt supra hoc dictum est.

Tum tertio dicit Conciliator, quòd dexter sinus est vitalior, & diutius vitam conseruat, vt de animalibus insectis diutius palpitat pars dextra, ergo in dextra diutiùs vita conseruatur, ergo vitalior & nobilior, ergo etiam vena dextra erit nobilior.

Ex opposito est Galenus, quòd spiritus est nobilior, quàm sanguis, spiritus dat vitam, & omnia ista sunt in vena sinistra, & ventriculo sinistro cordis, ergo vna sinistra est nobilior, & Galenus sexto de vsu partium probat ratione, ille sinus est calidior, & nobilior, qui defert sanguinem spirituosum, sed huiusmodi est sinister sinus, quòd autem spiritus sit nobilior, & calor, patet, quia generatur ex sanguine tenuiori & puriori, & magis decocto, & spiritus est nobilior sanguine, ergo & vena, quæ hunc sanguinem defert est nobilior; at Arist. dicit, quòd dextra pars cordis est nobilior sinistra, quia plus sanguinis continet, & vbi abundat plus sanguinis, ibi est plus caliditatis, & ideo in maiori tempore conseruat vitam, quia in animali cum deficcatur, videtur totus sanguis ad partem dextram confugere, tanquam ad arcem uitæ, ubi magis vita conseruatur, signum eius est, quia post interemptionem animalis in dextra viget motus palpitationis, non autem in sinistra, at medici dicunt, quòd et si illa para dextra sit calidior, hoc est ratione epatis, sed hoc falsum, quia dixit Aristoteles, quòd epar est parum calidum, quia continet sanguinem imperfectè decoctum. Ad Galenum ergo cum dicis, spiritus est calidior, quàm sanguis, & spiritus continetur in sinistro sinu, ergo sinister est calidior, nego argumentum, dato enim, quod sinister contineat spiritum, eo quia ille sinus est paruus, etiam per consequens in tam parua quantitate spiritus ipsi continentur, at dexter sinus est maior, ergo maior psrs sanguinis ibi continetur; ergo ex abũdantia maiori sanguinis resultat maior caliditas, quàm ex maiori quantitate spirituum, ideo dexter erit calidior, & per consequens nobilior, cum ergo dicis, spiritus est nobilior, transeat, ergo sinister venter nobilior, dico, quòd propter hoc, quia continet spiritum erit nobilior, scilicet comparando contentum contento ratione spiritus, comparando scilicet spiritus ad sanguinem erit nobilior sinister, sed secũdum quid, simpliciter autẽ, & absolutè, nobilior est dexter, quia plus sanguinis & caliditatis, & per consequens pluri tempore conseruatur in deatro, quàm in sinistro, ergo sinister secũdum quid nobilior, simpliciter ignobilior, habita ratione contenti ad contentum, vt si dicam, homo in quantum homo patitur ab igne, ignobilior est ipso igne, eo quia patitur, & ignis quia agens nobilior passo; tamen simpliciter homo est nobilior igne, sic ergo non valet argumẽtum, spiritus contentus est nobilior, ergo sinister vẽter est nobilior, dico, quòd secundum quid est nobilior respectu spiritus contenti, simpliciter autem ignobilior.

Sexta dubitatio, quia dixit Aristotelea, quòd cor est principium sanguinis, quia erat vltimum alimentum animalium, Dubitatur, nunquid sanguis sit vltimum alimentum animalium, videtur quòd non experientia, primo ex Galeno iij. de virtutibus naturalibus, & Auicenna decima tertij, stomachus nutritur chilo, immediatè ergo sanguis non est vltimum alimentum animalis. Confirmatur, dicit Auicenna prima primi, membra nutriuntur ex phlegmate tempore necessitatis, ergo sanguis non est vltimum alimentum membrorum animalis. Tertio, quia Auic. prima primi ex Galeno quinto de virtutibus naturalibus, ossa nutriuntur medulla, quia sicut sanguis se habet ad carnem, ita medulla se habet ad ossa nutrienda. Quarto, quia infans nuper natus lacte nutritur, ergo non sanguine. Quinto, quia Galenus decimo de vsu partium dicit, quòd vitreus humor nutrit cristallinum, quia vterque caret vena, ergo ibi nullo modo est sanguis, ergo non erit vltimum alimentum. Sexto arguitur ratione, quia Galenus septimo de arte curatiua & de differentiis febrium, in libro primo, humiditates secundæ fiunt immediatè nutrimentum, quia hæ ex sanguine generantur, ergo non sanguis, ideo Auicenna prima primi, & Hyppocrates libro de natura humana, humiditates secundæ immediatius nutriunt membra, quàm sanguis. Confirmatur testimonio sensus, quia videmus in hominibus nuper decollatis humiditatem lacteam exire à neruis, quia nihil aliud est nisi humiditas secunda, vt dicit Albertus in de somno & vigilia, tractatu ij. cap. vj. Confirmatur secundo, quia non est transitus de extremo ad extremum, nisi per medium, sanguis enim cum multum distat à natura ossis; si os nutriatur, non poterit sanguis transire ad naturam ossis, nisi per humiditatea secũdas generandas ex sanguine. In oppositum est Aristoteles hic, & tertio de hystoria animalium, vj. secundo de partibus animalium, cap. iij. & Auer. tertio colliget, cap. secundo, materia proxima, qua animalia nutriuntur, est sanguis dealbatus.

An sanguis sit vltimum alimentum.

Ad istam dubitationem dico, quòd duplex est nutrimentum, actu & potentia, secundo de anima, ij, & quinto de temperamentis, actu nutrimentum est pars membri generata ex nutritione, quia nutritio est conuersio nutrimenti in substantiam nutriti, verum ergo nutrimentum carnis est caro iam generata per virtutem nutritiuam, licèt tamen in primo instanti nutritionis concoctio mutetur, per virtutem nutritiuam, dicatur nutrimentum, alterum tamen est potentia, quia postquam fuerit generata in secũdo instanti appellatur pars carnis, in primo ergo instanti sui esse, appellatur nutrimentum actu, in secũdo verò, dicitur pars membri, aliud est nutrimentum potentia, & hæc potentia duplex, propinqua & remota, potentia remota est multiplex ut panis, qui in ore assumitur, & chilus in stomacho, panis ergo remotius nutrit, quàm chilus ax pane ipso gñatus, & ita sunt gradus, & inter cibaria, alia etiam remotius nutriunt, alia propinquius, dantur ergo gradus in cibariis gradus nutritionis, quia caro porcina propinquior est naturæ hominis, quàm alia caro, & ideo citius

tius illa transmutatur in naturam hominis, & de hoc non loquitur Aristoteles, aliud est nutrimentum potentia proxima, & est, quòd vnica & proxima trāsmutatione sui debet transmutari ad naturam memmembri, de hoc ergo nos loquimur, ergo non de nutrimento actu, plures enim medici dicunt sequentes opinionem Galeni & Hyppocratis, quòd sanguis non est vltimum alimentum hominis, sed secundæ humiditates quæ specie distinguuntur ab inuicem, & à sanguine, & ita contradicunt Aristoteli.

Auicenna sentiens quòd est tutior uia, dicit, quòd duplex est humor, primus qui immediatè generatur ex chilo in epate, & hic est quadruplex, sanguis, colera, pituita, melancolica, alius est humor secundus generatus ex sanguine, qui dicitur humiditas innominata, & est humiditas secundo generata à sanguine, & hæc est quadruplex, primo dicitur innominata, alij dicunt, quòd vocatur sanguinea, quæ est in orificio paruarum venarum, quæ immediatè ex sanguine per altiorem decoctionem generatur, alia est humiditas secunda, quæ generatur ex prima humiditate, & est hæc in superficie membrorum extra venas, & ista generatur per vlteriorem decoctionem à prima, sicut prima per vlteriorem decoctionē generabitur à sanguine, & hæc dicitur ros, & dicunt aliqui, quòd hæc non differt à secunda, & hæc habet humectare, & irrorare substantiam membrorum, & cum ista exsiccatur, animal incurrit sitim, & quidam dicunt, quòd huiusmodi humiditas est superfluitas primæ humiditatis, sicut ex generatione sanguinis generatur phlegma, tanquam superfluitas sanguinis, & hæc tempore necessitatis supplet vicem primę humiditatis, & dicitur ros, quia est persimilis rori, quæ est in folijs arborum, quando decidit à cœlo tempore matutino, alij dicunt, quòd hæc differt à prima, sed non est superfluitas primæ, sed essentialiter ordinata ad illam primam, & quòd non potest fieri tertia humiditas, nisi prius fiat ista secunda, est autem alia humiditas, quæ est tertia, & hæc generatur ex secunda humiditate, quæ non est amplius in superficie membrorum, sed in poris membrorum, & hæc est persimilis complexionis cum membris, & eiusdem naturę cum ipsis membris, incomplete tamē, & hæc dicitur cambium, quæ ponitur loco partis dissolutæ, alia est humiditas quarto loco generata per vlteriorem decoctionem ex tertia, & hæc secundum quosdam est inordinata, sed valde persimilis est ipsis membris in accidentibus, & in figura, & continuat membra ipsa, alij dicūt, quòd est animata, & est actu pars membri, scilicet carnis, sed differt à carne scilicet duritie, mollitie, odore, figura, calore, & hæc dicitur gluten, quæ colligat & cōglutinat membra, & partes membrorum per istam inuicem conglutinantur, & istius resolutio dicitur incineratio, & hæc non tantum est per nutritionem, sed per generationem, vt dicit Auicenna, & dicit istam humiditatem esse immediatum nutrimentum membrorum.

Secundæ humiditates.

Sed obijcies, huiusmodi humiditas est animata, quomodo nutrit? dicunt ipsi, quòd licet sit animata, non est omnino persimilis membro, sed quoquo modo dissimilis in accidentibus, non autem in substantia, sed si quæras ab ipsis, nunquid in transitu sanguinis ad omnia membra sit necesse sanguinem transmutari per omnes has quatuor humiditates medias, quæ dicuntur secundæ, Conciliator differentia x. xxij. & xxxj. dicit, quòd sic, scilicet quòd non potest nutrimentum transire ad membra, nisi transeat per omnes istas quatuor humiditates, sed iste transitus licèt sit necessarius, aliquando tamen manifestior est, aliquando obscurior, secundum quòd sanguis magis assimilatur suo membro, quàm alteri, sed si dicas, Galenus septimo de temperamentis dixit, quòd sanguis per vnam solam mutationem, & non per aliam trāsit in carnem, ergo non per duas humiditates.

Secundo si dantur huiusmodi humiditates secundæ, sicut ex alijs humoribus iam putrefactis generatur aliquod genus febris, & ex his aliquod genus febris generabitur, quod tamen non videmus, ergo huiusmodi secundæ humiditates non debent dari.

Ad primum argumentum dicunt, quòd sanguis per vnam solam transmutationem conuertitur in carnē, ad alia autem membra distantia & dissimilia, vt os, neruos, & cartilagines, conuertitur.

Ad secundum respondet Auerr iij. colliget, cap. de febribus calidis & siccis, quòd generatur febris Aethica ex his quatuor secundis humiditatibus, sunt tres species æthicæ febris, & istæ ex istis generantur.

Si dicas, febris est calor extraneus infixus in substantia membrorum etiam comprehenduntur istæ quatuor humiditates, quia huiusmodi humiditates debent conuerti in membra, ergo calor erit extraneus in his permixtus substantiæ membrorum, in his ergo erit febris.

Domini contra hanc opinionem est difficile demonstrare, arguo primo sic, sanguis est propinquior naturæ membri & puræ carni, quàm sit cibus exterior, ex quo sanguis generatur, vt olera, legumina, accipio sanguinem & cibum exteriorem, ex quo sanguis ille debet generari, certum est, quòd sanguis est propinquior naturæ carnis, quia sanguis calidæ & humidæ complexionis est, huius complexionis est caro, cibus verò exterior est frigidę, & siccę complexionis, puta legumen, ergo sanguis propinquior, sed vt natura generet sanguinem, nō indiget nisi vna trāsmutatione substantiali, cum ergo sanguis sit adeo propinquus, & valde persimilis naturæ membri, aut nullo medio eget, aut paucioribus, cum natura non transeat de extremo ad extremum nisi per medium, sed sanguis non generatur, nisi ex vno medio, puta ex chilo, quia facto chilo ex cibo statim gñatur sanguis, ergo non debet per tantas mutationes pertransire. Secundo & fortius, & est argumentum Iacobi de Forl. prima primi, sed non soluit, dicit ipse, quòd si sanguis debet transmutari in materiam carnis, primo oportet vt conuertatur in primam, secundam, tertiam, & quartam humiditates, arguo sic, cum sit propinquior substantiæ membri, quàm sit sanguis intra uenas existens, quia ros generatur ex sanguine per ulteriorem decoctionem, & hoc nemini dubium est, deficiente ergo extrinseco nutrimento prius attrahent

trahent membra rorem quàm sanguinem, cum sanguis intra venas sit distans, & in complexione & locu stante, ergo indigentia nutrimenti semper attrahent pro sui nutritionē ipsum rorem quàm sanguinem, sed ex attractione roris animal incurrit maximam sitim, & ex consumptione sanguinis incurrit famem, ergo prius natura incurreret animal sitim quàm famem.

Tertio, quia tu dicis, quòd tertia humiditas generatur ex secunda, sed secunda est in superficie mēbrorum, tertia est in poris inuiscata, tamen non est animata, tunc quæro de quarta, an sit animata an nō, si non, ergo superflua, quia supplet officium tertiæ, & quod fit per quartam supplet tertia, quia contangit partes membrorum, si est animata, non est amplius humor, sed actu nutrimentum, probo consequentiam, quia est nutritio substantialis in substantia nutriti, & non indiget vlteriori decoctione, ad hoc vt transmutatur ad naturam membri, sed per te cum sit animata, iam transmutata est ad naturam membri, ergo non est humor, sed nutrimentum, quia est membrum actu, cum sit persimilis complexionis cum membris ipsis, & sic siue animatam ponas, siue inanimatam, semper quarta humiditas erit superflua, quia tertia sufficit.

Confirmatur, quia fatuum est dicere, quòd ponatur quarta humiditas, vt glutinet & vincat partes membrorum, quia membra corporis ex forma substantiali, scilicet ex anima ipsa sicut partes terræ à forma terræ habent vniri, frustra ergo ponitur illa quarta humiditas.

Ideo iudicio meo melius sentit Aristote. quàm Galenus, quia sicut materia proxima generationis animalis est sanguis, ita materia proxima nutritionis erit sanguis, quòd autem sanguis sit materia generationis hoc sensu videmus fortem, nuper natum, scilicet infans, quòd persimilis est sanguini in principio generationis suæ, postea transmutatur ad naturam suam, & si ponantur istæ secundæ humiditates non nisi accidentaliter differre, vt dixit Auer. ꝙ nutrimentum proximum est sanguis dealbatus, tamē ista dealbatio non facit differre specie à sanguine, quia est sanguis per vlteriorem, & vlteriorem decoctionem permutatus, ergo istæ quatuor humiditates non specie essentiali, sed accidentali differunt, & ita sanguis mēstruus est materia proxima gñationis.

Sustinendo opinionem istam Aristotelis, ad argumenta respondetur. Ad primum cum dicis, chilus nutrit stomachum, ergo non sanguis, de hoc est maxima dubitatio, conueniunt omnes, quòd chilus non verè nutrit, sed refocillat, quia chilus prohibet exsiccationem in stomacho, restaurat quatenus prohibet resolutionem stomachi à calore naturali in conuersione cibi extrinseci ad naturam chili, ergo dicetur impropriè nutrimentum.

Ad secundum cum dicis, phlegma potest nutrire, ergo non sanguis erit nutrimentum, dico, quòd natura non dedit receptaculum phlegmati cum non nutriat, & si debet nutrire, non nutriet, nisi primo trāsmutetur ad naturam sanguinis, & si nutrimentum debet appellari non nisi remotum, quia non in tempore necessitatis.

Ad tertium dico, quòd si ossa nutriuntur medulla, vt inquit Aristot. secundo de partibus animaliū, vj. non differt specie à sanguine, quia est sanguis alteratus, & est calidæ & humidæ complexionis, vt est sanguis ipse, verum est tamen quod dixit Auerroes ij. colliget, xij. quòd medulla non est vere nutrimentum ossis, sed quædam potius superfluitas, quæ humectat, ne propter motum ossa exsiccentur, cum ergo tantum & tantum refocillentur, illa nutritio dicitur refocillatio.

Ad quartum, infans lacte nutritur, ergo non sanguine, dico, quòd hoc essentialiter non differt à sanguine, sed accidentaliter, & hoc dixit Aristot. iiij. de generatione animalium, cap. quarto & quinto, lac est sanguis non corruptus, sed vlterius decoctus, & bene digestus.

Ad quintum cum arguebas ex dicto Galeni decimo de vsu partium, quòd vitreus humor transit in humorem crystallinum, vel gracilem, dico, quòd impropriè nutrit, scilicet prohibendo exsiccationem eius à calore naturali, tu dicis, caret venis, dico ꝙ nutritur sanguine extracto ex porositatibus membrorum. Ad sextum ex authoritate medicorū, secundæ humiditates sunt immediatum nutrimentū membrorum, dico, quòd si ipsi sunt huius opinionis, quòd istæ duæ humiditates differunt specie à sanguine, ab eis dissentimus, si dicunt, quòd accidentaliter differunt, conuenimus cum eis, cum non differunt ab eis, nisi per esse magis, & minus decoctum.

Ad confirmationem cum arguitur testimonio sensus, quòd in hominibus nuper decollatis videt̄ fluere statim lac à neruis, dico, quòd verum est, sed est sanguis permutatus ad naturam ossis, vel dicas, quòd est sanguis per variam & vlteriorem decoctionem permutatus, & sic subit rationem varij, & diuersi nutrimenti puta ossis, neruorum, carnis, & cartilaginis, & sic habemus, quòd sanguis ex se, id est ex sui natura est calidæ & humidæ complexionis, & postea à membro à quo decoquitur fit calidius, siue frigidius, dummodo sit proportionatus membro generando, & sic opinio Arist. videtur esse magis rationabilis.

Septima dubitatio difficillima, an solus sanguis sit nutrimētum immediatum partium animalis, arguitur quòd non, quia simul cum sanguine demandantur alij tres humores per venas, sed non frustra demandantur à natura, ergo non nisi ad nutrienda mēbra, ergo etiam alij humores vt melancholia, & colera nutrient. An solus sanguis sit immediatum nutrimentū. hoc idem habet supra ch. 64.

In oppositum est Aristoteles, quia sanguis qui est vltimum alimentum membrorum est verè sanguis, quia decoctus in corde & segregatus ab aliis tribus humoribus, & solus demandatur ad membra nutriēda, ergo sanguis purus transmissus à corde ad membra est purum nutrimentum.

Ad hanc dubitationem dixit Gale. iij. de elemētis, quòd non est minus difficilis, quàm illa quæ est de mixtione elementorum, & dicit, quòd in hoc sunt duæ opiniones, vna est Hyppocratis in de natura humana,

mana, cui consentit Auic.j.primi, quòd sanguis non purus, sed commixtus aliis humoribus nutrit, & habent duas rationes, prima iam dicta est, secunda est fortior, vnumquodque membrum nutritur ex sibi simili, in complexione calida ex calidis, et frigida ex frigidis, & sic cum non omnium membrorum sit vna, & eadem complexio, ergo non omnium erit vnum, & idem nutrimentum, sed modo erit permixtum coleræ ad membra calida & sicca, modo phlegma ad frigida & humida, modo melancholia ad mēbra frigida & sicca, & sic de aliis, potest hæc ratio sic confirmari, quia omnis sanguis quantumcunque frigidæ cōplexionis naturaliter purus est calidior substantialiter, quàm os, & neruus, ergo non potest à complexione membri permutari in sui naturam, nisi permisceatur aliis humoribus, vt possit reddi vel frigidæ, vel siccæ complexionis secundum exigentiam complexionis membrorum nutriendorum, sed cum nutritio fiat è calido, quia omnis decoctio fit à calido, ergo si os, & neruus, & huiusmodi volunt trāsmutare sanguinem ad sui nutritionem, debet esse calidioris complexionis, quàm sit sanguis, sed complexio ossis est frigidior, necesse est ergo, si os, aut neruus, aut aliud huiusmodi membrum si debet transmutare sanguinem in sui naturam, oportet vt permisceatur alio humore frigidiori, ergo sequitur, ꝙ purus sanguis non posset nutrire.

Confirmatur & fortius, quia si solus sanguis nutriret, sequeretur, quòd membra frigida puta ossa, nerui, alterata versus calidum à suo temperamento non possent reduci ad temperamentum per nutritionem & admixtionem elementorum, probo consequentiam, quia cum sanguis sit calidior, quàm sit cōplexio istius membri, puta ossis, & nerui, nunquam sanguis purus posset reducere os & neruos ad proprium temperamentum, quia nutrimentum per te est calidius quàm os & neruus, nullo modo posset reducere complexionem distemperatam eorum ad temperiem, quia magis calidum non potest permutari versus minus calidum, id est versus frigidum, cum nullum ens vltra gradum proprium possit operari, ideo habetis opinionem Galeni, & Hyppocratis, & Auicennæ, & aliorum medicorum, sed hæc opinio est difficilis, quantumcunq; Galenus dicit, quòd utraque opinio est probabilis, ego tamen teneo quòd non sit probabilis, & opinio medicorum videtur mihi falsa, & per consequens non posse subsistineri.

Arguo sic contra eos ex natura mixtionis, omne quod nutrit debet esse gratum, amicum, delectabile, & suaue, & proportionatum naturæ eius quod nutritur, & debet esse proportionatum vitæ, de vltimo nutrimento loquendo, sed solus sanguis inter humores (intercludendo etiam phlegma, quod tempore necessitatis transmittitur ad complexionem sanguinis, & per conuersionem suam in naturam sanguinis fit gratum, & amicū naturę) est, huiusmodi ergo sanguis solus nutrit, quia colera non est amica naturæ, nec nigra, nec rubea, patet ex Auicenna xiij. tertij, vtraque colera est iniuria naturæ membrorū, ergo ex ipsa non possunt generari vermes, & animalia imperfecta, ergo non est nutrimentum conueniens & proportionatum vitæ, sed omnis nutritio fit in ipso animali ad conseruandam vitam eius, quòd autem neutra colera sit proportionata vitæ, patet, quia vita consistit in calido & humido, colera est calida & sicca, ut est melancholia, quæ dicitur colera nigra, ergo neutra colera est proportionata vitæ.

Respondent ipsi, quòd si huiusmodi humores accipiantur seorsum, & per se non nutriunt, si verò accipiantur permixti sanguini, tunc ad motum sanguinis & permixti sanguini sunt grati, & suaues ipsi naturæ, & proportionatæ vitæ, & sic possunt nutrire, Arguo contra eos, hoc aggregatum non nutrit, nisi ratione sanguinis, & non ratione humorum, ergo tantum sanguis est nutrimentum.

Confirmatur, quia cum isti humores permixti sanguine retineant propriam naturam in illa mixtura, sicut cum sint separati à sanguine, sed seorsum huiusmodi humores inimicantur, & rebelles sunt naturæ, ergo etiam in sanguine commixti non possent nutrire, ideo non soluunt.

Secundo & fortius, ad quid nutritio data est ipsis animalibus, ? non nisi ad restaurandam partem deperditam, sed pars deperdita animalis est humidum radicale simul cum calido innato, & hoc totum est animatum, sed solus sanguis facit hoc sine aliis humoribus, ergo sanguis solus restaurat. Vlterius, alij tres humores non sunt pars deperdita ipsius animalis, quia pars deperdita consistit in calido & humido animalis, humores non sunt animati, pro nutrimento debent reponi sola calida & humida, sed hęc sunt solus sanguis, quia solus suscipitur ad reponendum partes deperditas animalis, sed huiusmodi pars resoluta non est nisi calida & humida, illi humores scilicet vtraq; colera non sunt huiusmodi, ergo nō est necesse, ꝙ sit proportionatum nutrimentū naturæ.

Tertio & fortius, quia isti tres humores sunt superfluum sanguinis, quia segregantur à natura, & reijciuntur in propriis receptaculis, tanquā inutiles nutritioni, non ergo nutriunt, quòd sint superfluitates patet exemplo Auicennæ, & Galeni, qui comparant massam omnium humorum decoctioni ipsius musti, sicut enim in ipso musto separatur crassum, quòd est fex, & aliquod spumosum, quod extramittitur, quòd superius dolij in decoctione massę ipsorum humorū omnes humores ab ipso sanguine separantur, ergo sunt superfluitates humoris, id est sanguinis, ergo nō nutriunt, cum non sint grati, & suaues naturæ.

Respondent ipsi, quòd huiusmodi humores uel possunt comparari ad sanguinem, uel ad animal, si comparentur sanguini, vt sic sunt superfluitates sanguinis, si uerò animali, non sunt superfluitates, sed nutriunt ipsum animal, arguo sic contra eos, atra bilis, & flaua bilis recedunt à temperamento complexionis humanæ per calidum & siccum, aut per frigidum & siccum, si ergo colera debet nutrire, debet reduci ad temperamentum, sed hæc reductio, quæ fit per calidum & siccum non poterit per calorem reduci à superflua decoctione ad temperamentum, sed magis incalescet & distemperabitur versus

maius

maius calidum, sed distemperamentum calidi ad temperamentum per frigidum reducitur, ergo non à calido, sed si debet nutrire, debet reduci ad temperamentum proportionatum substantiæ membrorum, quòd autem non possit à calido reduci ad temperamentum, patet, quia magis calefit à calido, vltimû etiam, quia coctum non potest incrudescere, ergo colera non potest reduci ad temperamentum humanæ complexionis.

Quarto & fortius dicunt, quòd isti humores nutriunt, ego quæro, aut ergo isti tres humores seiuncti retinent propriam speciem ante quàm, & vsque quo recipiunt formam carnis, aut antequàm recipiunt substantiam carnis, prius transmutantur in aliquod vnum specie distinctum à carne, videlicet aut in humiditatem primam, aut secundam, aut tertiam, Gentilis qui tenet hoc, dicit, quòd sic, quòd prius transmittitur in cambium, sed dicas primum, sunt omnia argumenta, quæ ego feci impugnantia hunc modum dicendi, quia huiusmodi humores sunt inimici naturæ, ingrati, insuaues, & improportionati naturæ membri, quia corrumpunt substantiam membrorum, ac corrodunt, si dicis, vt Gentilis, quòd sequeretur contra eos, quòd humiditates secundæ non fierent ex sanguine, sed ipsi dicunt, quòd huiusmodi secundæ humiditates fiunt ex sanguine.

Confirmatur fortius, quia non potest hoc dici, quòd scilicet vtraque bilis dimittendo phlegma, non potest ad naturam sanguinis transmutari, ergo nec in secundas humiditates, probo argumentum, quia temperatior est complexio primæ, secundæ, & tertiæ, & quartæ humiditatis, quàm sit complexio sanguinis, patet, quia huiusmodi humiditates sunt magis propinquæ naturæ membrorum, quàm sit sanguis, ergo si non possunt transire ad naturam sanguinis, ergo nec in naturam istarum humiditatum secundarum, cum recessus vtriusque coleræ fit per calidum, non potest reduci ad temperamentum per calidum, quia per calidum ad magis calidum reducitur, ergo à frigido reducetur, sed reductio in corpore fit in calido innato.

Tertio, ista opinio non dissentit ab opinione Aristotelis, quia vt dicis, quòd colera nutrit ipsam carnem, & primo transmutatur in aliam substantiam, deinde transeunt in naturam membri, ergo sunt potentia id, quod nutriunt, idem etiam dicit Aristoteles, quòd sanguis potentia continet omnes tres humores, quia secundum tenuiorem partem conuertitur in melancholiam & phlegma, ergo inter Aristotelem, Galenum, & Auicennam nulla est differentia, & ego credo, quòd opinio eorum non sit huiusmodi, sed potius ista est, quòd sanguis decoctus per tertiam digestionem alteratus ad primas & secundas humiditates permixtas aliis humoribus nutriat, ideo quia prius transmutatur vtraque colera in aliquid vnum corpus, & in vnam substantiam seorsum, & postea transmittitur ad naturam membrorum.

Ideo opinio Aristotelis verior uidetur, quam Conciliator sequitur differentia quadragesimaseptima, etiam Gentilis huius est opinionis, & medici nesciunt negare hanc opinionem, dicunt ergo, quòd solus sanguis nutrit, reliqua præter phlegma non possunt nutrire, ideo dixit Aristoteles, quòd solus sanguis est materia nutritionis & generationis, cuius signum dicit Aristoteles, quòd infans nuper natus valde similis est in colore ipsi sanguini, ideo respondetur ad Galenum.

Ad primum cum arguis, tres humores demandantur per venas simul cum sanguine, ergo non frustra, ergo ad nutritionem, nego argumentum, dicit Conciliator, quòd demandatur ad alium finem, colera enim transmittitur ad intestina, vt excitet intestina ad expellendum superfluitates, & melancolia demãdatur ad conseruandum, & uigorandum virtutem membrorum retentiuam, ergo ad alium & alium finem vtraque colera demandatur simul cum sanguine, ergo mixti cum sanguine nutriunt, nego argũ.

Ad secundum cum arguis, vnumquodque membrorum nutritur suo simili in complexione, sed cum membra sint dissimilia in complexione inter se, sed solus sanguis purus non potest esse similis vnicuique complexioni membrorum, dico quòd maior propositio, si intelligitur, falsa est, ergo oportet rectè eam intelligere, si intelligas vnumquodque membrum, quale est in genere suo, id est qualis est complexio membri in genere suo, nutritur nutrimento simili in complexione, verum est in genere, at si intelligas, quòd nutrimentum sit simile membro in complexione specifica, ergo, nego maiorem illam, quia sanguis hoc modo est valde diuersus in complexione à complexione specifica vniuscuiusque membri, cum purus sanguis sit vnius complexionis, ergo non potest nutrire omnia membra, arguis, membra frigida non possunt sanguine nutriri, quia calidum est dissimile complexioni illorum membrorum, dico, quòd sanguis diuersimodè alteratus potest appropriari naturæ vniuscuiusque membri, si dicis, non possunt nutriri à solo sanguine, verum est, eodem modo disposito, quia alio modo nutrit ipsum os, alio modo carnem, quia sanguis eo modo quo nutrit, eo modo alteratur ab illo membro quod nutritur, sed dices, si os nutritur ex sanguine, & nutrimentum debet esse eiusdem complexionis cum nutrito, cum os sit frigidæ, & siccæ complexionis, ergo sanguis erit frigidæ & siccæ complexionis, quod falsum est, dico, quòd sanguis potest tantum pati à complexione ossis, quòd retineat complexionem & naturam ossis, & hoc modo inconueniet, vt dixit Aristoteles quarto Meteororum, & secundo de partibus animalium, sexto, quòd sanguis secundum sui naturam est calidæ complexionis & humidæ, alteratus ab alio, talis potest esse qualis est natura alterantis & conuertentis eius ad se.

Ad confirmationem, cum arguis, omnis sanguis purus est calidior substantia ossis & neruorum, verum est, ergo non potest trãsmutari ad naturam ossis, cum os sit frigidæ complexionis. Dico, quòd tu imaginaris vnum falsum, quòd sanguis transmittitur à neruo, & ab osse per solam ossis & nerui cõplexionem, dico tamen, quòd simul cum complexione

xione ossis concurrit calor naturalis & spiritus, qui est calidior, quàm sanguis coadiuuans ad transmutationem sanguinis secundum exigentiam naturæ ipsius ossis; & eo modo dearticulatur sanguinis complexio, vt proportionatur complexioni ipsius ossis & nerui.

Ad aliam confirmationem cum arguis, membra frigida cum alterantur versus calidum & siccum, non possunt reduci ad temperamentum per nutritionem, & administrationem cibariorum, concedo, licèt medici dicant oppositum, sed quid tum? dico, quòd reducitur ad temperamentum per alia alterantia, tum ratione nutrimenti, cum sanguis sit calidus & humidus non potest ad temperamentum ipsum membrum frigidum reduci, sed uos teneatis quamcunque opinionem vultis, si vos tenetis cum Galeno, soluatis argumenta contra illam opinionem.

An sanguis arterialis nutriat.

Vltima dubitatio, quia dictum est, quòd solus sanguis est nutrimentum, dubitatur, an omnis sanguis sit nutrimentum, quia duplex est sanguis, vnus purior, qui est in sinistro ventriculo cordis, & de hoc est dubitatio, alter sanguis est in dextro ventriculo, & de hoc nulla est dubitatio, sed dubium est de sanguine in sinistro ventriculo existente, an sit nutrimentum, arguitur, quòd sic ex Auerroe secundo colliget, cap. de iouamentis venarum, dicit, quòd omnis sanguis dexter & sinister, id est arterialis permixtus, quia commixtio illa est dulcis, nutrit, Galenus autem dicit, quòd non, quia noster sanguis qui est in ventriculo dextro, est nutrimentum omnium membrorum, sed dicit, quòd sanguis in dextro ventriculo est vehiculum spiritus tantum, & si quandoque nutriat, nutrit membra sua, ex alia parte Aristoteles tertio de hystoria animalium, cap. quarto, & secundo de partibus, cap. quarto, & tertio de partibus est contra Auerroem, vbi dicit, quòd nulla arteria ad iecur & ad splenem à sinistro ventriculo descendit, sed sola vena, quæ descendit à dextro ventre cordis, ergo sanguis vtriusque ventriculi commixtus non potest esse nutrimētū materiale cōtra Auer.

Confirmat & ibidem secundo, & tertio de partibus animalium, dico, quòd in sinistro latere cordis veniunt arteriæ & venæ, quæ descendunt ad matricem mulieris, ergo non ad omnia membra potest fluere sanguis ab vno latere pro nutrimento omniū membrorum, ista difficultas tangitur à Conciliatore differentia 5 t. dico, quòd vterque sanguis est materia nutritionis, & qui est in sinistro secundum Arist. & Gale. & quod potest in plus, potest & in minus, sed iste sanguis potest dare vitam, ergo & nutritionem, & ut in pluribus ex admixtione vtriusque sanguinis membra nutriuntur, & ut dixi in pluribus, Gale. 5. de vsu partium, & libro de anothomia dicit, quòd vbi est arteria, ibi sit vena, & non econtra, quia in extremis partibus corporis reperiuntur venæ, non aūt arteriæ, quia illæ partes non indigēt refrigeratione, dico ergo, quòd ista mēbra nutriuntur sanguine descendente ab epate à sinistro latere cordis.

Sed dubitat Conciliator, nunquid si talia commixtio debet fieri, an fiat in corde, i. nunquid semper fiat in corde, dicit, quòd non, sed fit in commixtione earum venarū, & ipsarum arteriarum, ergo nō est necesse vt fiat in corde, ergo in mēbris particularibus pōt fieri. Ad argumentum, quòd cōmixtio istorum duorum sanguinum fit nutritio secundum Arist. vt dixit Auer. & quòd secundū Gale. nō fiat nutritio ex vtroque sanguine, dico, vt dicit Conciliator, quòd Auerr. errauit, quia etiā fuit opinio Gale. quòd oīa mēbra ex vtroque nutriuntur.

Cōtra Arist. quòd arteriæ non deferūtur ad epar.

Ad illud Aristotelis, cum arguis, quòd arteriæ nō deferuntur ex sinistro cordis ventriculo ad iecur, & ad epar, Gale. in hoc contra Aristot. exclamauit dicens Arist. errasse, quia multæ arteriæ deuenientes à sinistro ventriculo cordis vniūtur ad iecur & ad epar, & illuc spiritus deferuntur, cum magna spirituum copia indigeant propter transmutationem sanguinis grossi, vt subtilietur, & hoc patet ex anathomia experientia, clarū est, quòd ad epar ueniunt venæ, & arteriæ à sinistro ventriculo cordis ad cōuexū epatis, & de anatomia magis Galeno, quàm Aristoteli credendum, quia Gale. fuit diligentissimus in hoc asserēs, quòd in sinistro ventre cordis transmittitur arteria ad epar [illegible]

Ad id de matrice et exclamat Gale. cōtra Aristo. dicens eum errasse, quòd non solū à sinistro, verū etiam à dextro veniunt multæ arteriæ ad ipsam matricem, & vt dicit Auer. ij. cōlliget, non est mirum, quòd tēpore Aristotelis anathomia nō erat perfecta scientia, sicut tēpore Galeni, & dicit Auer. ibidē, quòd Arist. nō. laruit vlum septi trāsuersi, quia Arist. tm̄ vnū iuuamētum attribuit diaphragmati. s. ut separet spiritualia mēbra à naturalibus, cum aliud sit iuuamētum. s. ad respirationem & inspirationem. Ad argūm Auerrois dicamus, quòd cōmixtio illorum sanguinum ut in pluribus nutrit, ut dicit Gale. & Auer. quia habet seruire ipsi pulmoni ad operationē anhelitus, & dicit et Auer. ij colliget, ergo nō vnū tm̄ est diaphragmati, sed duo, primum vt separet spiritualia à naturalibus, secundum ut deseruiat ipsi pulmoni ad operationem anhelitus, iō vt dixi supra, magis est confidendū ipsi Galeno in his, quę spectant ad anatomiam, quàm Aristoteli, quia Arist. in anathomia errauit, Gale. aūt fuit obseruator diligentissimus, & experimentator maximus, at Aristoteles in rebus naturalibus, vbi ratio naturalis locum habet, omnes superauit, etiam le ipsum, hæc de hac quæstione. Vide Conciliatorem differentia 5 [illegible] Nota.

In de iuuentute & senectute.

Finis de iuuentute & senectute.

EIVS-

EIVSDEM EXPOSITIO In librum de inſpiratione, & reſpiratione.

Lectio I.

De ordine huius libri ad præcedentes dicit Albertus, quòd hic liber immediate ſuccedit ad librum de communi motu animalium, & de inceſſu, præcedit tamen librum de morte & vita, ratio eſt, quia ordine naturæ ſcribuntur libri naturales, ſed ita eſt, ꝙ motus localis eſt natura prior, quã reſpiratio, ergo, & hoc probatur, quia omne animal ſpirans mouetur ſecundum locum, non tñ omne quod mouetur ſecũdum locum ſpirat, patet de inſectis, quæ mouentur ſecundum locum, & non reſpirant, & piſces etiam, & ſic ordine naturæ liber de motu præcedit librum de reſpiratione, & cum prius natura ſit id, à quo non conuertitur ſubſiſtẽdi cõſequẽtia, vt in poſtprædicamentis in cap. de priori, ergo. Et prius de inſpiratione, quàm de morte & vita, quia vita nõ niſi mediante inſpiratione conſeruatur, & ſic ſeruatur ordo naturę. Sed quæ dicit Albertus, falſa ſunt, primo, quia dicit, ꝙ liber iſte ſequitur ad librum de motu animalium, hoc eſt contra Ariſto. quia in fine de communi motu dicit, conſequens eſt de generatione dicere, & in fine de inceſſu dicit, quod cum dictum ſit de inceſſu, conſequens eſt dicere de anima, ideo & in fine tractatus præcedentis dicit, ꝙ cũ omne viuens indigeat refrigerio, vt plantæ, & animalia, conſequens eſt perſcrutari de modo, quo fiat huiuſmodi refrigerium, ideo hic ſequitur, & quia dicit, ꝙ vita ſpiritu mediante cõſeruatur, quia eſt vehiculum vitæ, quia in hoc etiam arguitur. Sed quid dicendum? diximus aliàs domini, ꝙ. ſ. Ariſt. non ſequitur ordinem naturæ in his libris, quia prius de ſanitate & ęgritudine, q̃ de morte & vita eſſet agendum, & tñ vltimo de ſanitate & ægritudine tractat Ariſt. Et cõfirmatur, quia cũ ſint opera propria, & communia animalibus, prius quærendum eſt de propriis ipſis animalibus, quàm de communibus, vt patuit in libro de ſenſu & ſenſili, & ſi ordinem naturæ obſeruaſſet Ariſt. prius de communibus egiſſet, & ſic procedit hic Ariſt ſecundum notitiam perfectiorem ipſorum animalium, & quia ſenſus & motus erant opera propria, ideo prius de illis, poſtea de aliis pertractauit, quæ minus ducunt in notitiam animalium, quæ ſunt opera cõia, ideo hic ordinatur ad aĩalium libros, in prima parte egit de ſubſtãtia animalium, & ſenſu, in quatuor primis libris de hyſtoria animaliũ, ſed hoc aliàs dictum ſupra prius ſubſtantiã animalium, & opera proxima, & his correſpondet liber de ſenſu & memoria, de ſomno, & de motu, & ſecunda pars de generatione animalium, & his correſpondet liber de inceſſu, de anima, & de partibus, & ſic conſequenter de aliis, quia vbi egit de morte in octauo de hyſtoria correſpondet tractatus de longitu line & breuitate vitę, de iuuentute & ſenectute, de inſpiratione, de morte & vita, de ſanitate & ægritudine, liber cõſequens de hyſtoria, qui eſt de motibus, non habuit librum ſeparatum in theoria cauſarum, quia in libro de partibus, ideo iſti tractatus non habent ordinem naturæ, ſed longitudo & breuitas vitæ ducit ad ſenium, ideo de iuuentute & ſenectute, iuuẽtus eſt potentia inſpirandi, & quia per reſpirationem viuimus, & de ordine naturæ non præcedit ſanitatẽ, ſed quia ſanitas eſt ab arte, & à natura, ideo de ſanitate vltimo loco egit, vt ẽt in plantis obſeruauit Theophraſtus, qui illum præpoſuit, quia in plantis, non ab arte, ſed à natura tantum fit ſanitas, de motibus non fecit librum reſpondentem, quia in libro de partibus egit. Continuatur iſte liber cum libello præterito, quia dicit Ariſt. de reſpiratione. n. quia dixit, cum vita conſeruetur refrigerio, & dixit, quòd perſcrutandum erat, quomodo fiebat in omnibus, patet, ergo intentio Ariſtotelis, quia cum dixerat, ꝙ virtus vitalis erat in medio animalis, & non omne viuens indigeat refrigerio propter calorem innatũ, quod fiebat, vel nutrimento, vel continenti, ideo hic docere vult quomodo fiat iſta refrigeratio, quia mediante reſpiratione, & quædam animalia aquatilia ſunt, quæ refrigerent calorem in aqua, & quædam ſunt, quæ non refrigerent calore aqua attracta, ſed à cõtinenti tantum, & illa ſunt muſcæ, & terreſtria, quæ attractione aeris refrigerãt, & de his primo, poſtea de aquatilibus, & ſic liber diuiditur in quinque partes, primo intentionem ponit, ſecundo opiniones antiquorum, tertio de terreſtrium reſpiratione, quarto de aquatilibus, quinto docet cauſas mortis & vitæ, & de primo dicit ipſe, quòd de inſpiratione, & nos aduertatis, quòd liber difficilis eſt, & contra Galen. & medicos, & ſic primo pręmittit prohœmium, vbi ponit intentionem ſuam, & dicit, dictum eſt, quòd refrigeratiu eſt tum per aerem, tum per aquam, quærẽdũ eſt prius nobis de cauſa refrigerationis per aerem, quæ eſt inſpiratio, & maxime, quia aut antiqui nihil dixerunt, aut male dixere, quia quidam dixere omnia animalia reſpirare, et modus procedendi dicit, eſt ponere prius opiniones antiquorum, vbi dicit, *ſed inexpertis accidentibus*; dupliciter exponitur, Leonicus dicit. i. ignari accidentium. i. quæ accidunt animalibus, Vatablus dicit, melius iudicio meo inexperti accidentium. i. non ſeruantes experiẽtiam eorum, quæ accidunt reſpirationi, et reddit rõnem Ariſtot. q̃a prius opinionẽ aliorũ, vt patet, poſtea Ariſt. ponit ſuppoſitionẽ, et dicit, ſupponamus, ꝙ omne animal habet pulmonem, aut non, ſi habet, aut habet ipſum exanguem, et ſpongioſũm, aut ipſum multi ſanguinis, et denſum, ſi habet pulmonẽ exanguẽ, et ſpõgioſum, dicit, ꝙ iſta animalia reſeruant uitam per reſpirationẽ, tñ iſta aĩalia nõ crebra indigẽt reſpiratione, quia multo tẽpore poſſunt viuere ſine inſpiratione, tñ ſi multo tẽpore teneantur ſine reſpiratione, vt in aqua tandẽ ſuffocantur, et quę ſunt iſta aĩalia? dicit ipſe, ouipera omnia, vt ranarum genus, exponit Vatablus, & mures pontici, Leonicus aliter traduxit. Præterea Lutariæ teſtudines etc. i. tortucę terreſtres, & fluuiales, quia ſunt tres ſpecies teſtudinum, in terra, in ceno, & in lutu, & in aqua degentes, & ſic

dicit Aristot. quòd illa animalia, quæ habent quod prius pariant oua, quàm animal, habent pulmonem exanguem, alia sunt, quę habent pulmonem plenum sanguinis, & ista indigent crebra inspiratione, propter maximum calidum quod habent, alia sunt animalia, quæ nō habent pulmonē. *Democritus*; prosequitur quod promisit, & primo ponit opiniones antiquorum, & improbat, postea dicit, quòd conueniunt Democr. & alij, quòd oīa animalia respirant, sed tacitè dixit Democr. omnia animalia respirare, quia cum loqueretur de respirantibus dixit respirare, ac si omnia animalia respirarent, quod falsum est. Diogines autem & Anaxagoras expresse dixerunt, ꝙ omnia animalia expirant, quia etiam aquatilia spirant, ut pisces per branchias, & branchiæ sunt, quæ terminantur ad cor per arterias, & sunt arteriæ in latere capitis, & his attrahitur aqua, id est emittitur, & dixerunt, quòd fit respiratio in his ne detur uacuum, & quare? quia natura intendit omnium rerum conseruationem, & si disiungerentur corpora rerum, nō posset fieri conseruatio omnium corporum, q qualitas cęli non deriuaretur, & sic dicunt isti, quòd omnia animalia aquatilia sicuti pisces attrahunt aerem, & postea emittunt aquam extra, & si tum cum eijceretur aqua non intraret aliquod corpus, intra daretur vacuum, & sic ne detur vacuum, subintrat aer in pisces, Diogines dicit, ꝙ iste aer est detrusus in aque ex propria sphera, Anaxagoras uerò dicit, quòd aer generatur ex iactatu aquæ, & ex illo motu subtiliatur aqua, & sic ex calido animalis generatur aer, & sic dicunt isti, quòd omnia animalia respirant, & ꝙ insecta, & pisces, & omnia, & sic Plinius est contra Aristot. ix. & x. de hystoria naturali, & Galen. etiam, idem tenet Aristot. contra Antiquos, & prius arguit Aristo. specialiter, postea generaliter, & sic ergo secundo quòd non omnia animalia respirant, & primo docet, ꝙ isti insufficienter locuti sunt de respiratione, quia cū respiratio habet duas partes. s. attractionem, & remissionem aeris, isti tantum de vna parte locuti fuere, quia tantum de inspiratione, hęc est prima ratio, secunda est difficilior, sequitur, dicit Arist. quòd dabitur penetratio corporum, & supponit primo, quòd eodem membro, scilicet arteria animal inspirat & expirat, secundo, si vnum contrariorum est causa vnius, reliquum est causa alterius, hoc est secūdū suppositum, nūc arguit Aristo. quia per uos ideo fit inspiratio, quia piscis per branchias extrahit aquā, & ex hoc quòd detrudetur aqua, est causa inspirationis in ipsis, si secundum nos causa inspirationis est extrusio aquę, & attractionis aeris, & attractio aquę est emissio aeris, & hęc sunt contraria, quia si expulsio aquę est causa attractionis aeris, & attractio aeris expulsionis aquę, quid ergo si attractio aquę est causa expulsionis aeris, tunc eodem tempore quo fit expulsio aquæ, fit attractio aeris, & sic ista duo corpora se penetrabunt, quia dum aqua immittitur, expellitur aer, & è contra, dum extrahitur aer, expellitur aqua, ergo, sed ratio Aristotelis videtur sophystica, primo, quia ista opinio non dicit, quòd ista animalia respirant per branchias, quia per istas fit attractio aeris, & expulsio aquæ, sed per aliam, & aliam uiam, quia ingressus aquę, & excessus fit per branchias, & per os attractio, & emissio aeris, etiā quia quid erit, si per eandem viam fiat successio duorum corporū, quia medici dicunt, quòd per venas meseraicas epar attrahit chilum, & uenæ meseraicę ab epate attrahūt nutrimentum, & sic per eandem viam fit expulsio, & attractio nutrimēti, quia à meseraicis expellitur chilus in epar, & ab epate attrahitur sanguis pro illarum uenarum nutritione.

Lectio II.

ERAT opinio Diogenis, et Anaxag. ꝙ dicebāt, ꝙ pisces inspirāt in aqua attrahendo, et emittendo aerem, sed Diogenes dicebat, quòd ille aer erat in natura immixtus in aqua, Empedocles et Anaxagoras dicit, quòd ille aer fit de nouo in aqua, dicebā, quòd Aristot. arguit dupliciter contra illam opinionem, tum specialiter, tum generaliter, generaliter primo contra illam opinionē ex insufficientia, quia cū inspiratio habeat duas partes, omittit ista opinio illam partem, quæ est expiratio: secundo dicebam, ꝙ sequitur ex opinione, ꝙ duo corpora se penetrabūt, q si inspiratio, et expiratio debeant fieri per eandē uiā, et si vnū contrariorum est causa vnius, reliquum est causa alterius, et dicit hæc opinio, cū natura abhorreat vacuum, et cum fiat emissio aquæ, ergo oportet vt fiat attractio aeris, ne detur uacuū, et arguebā sic, quia emissio aquę est cā attractionis aeris, et attractio aquę est causa emissionis aeris, ergo si attrahit aquam, et emittunt aerem simul, et cū iste ingressus debeat fieri per eandem viam, ergo ista duo corpora se penetrabunt, quia non se inuicem impedient, quia vnū est causa alterius, et hoc est impossibile, quia dixi uobis, quòd hoc non habet instantiam, quia non dicit hęc opinio, ꝙ p eandē viam fiat hoc, quod dicit Arist. sed p brāchias fiebat emissio aquę, et attractio aeris, quia per os attrahitur aer, etiam quia si per eādem viam potest in diuersis partibus fieri ingressus, et egressus, ut dicūt medici: tertia ratio est, sequitur, quòd animal simul cōtrarijs motibus mouetur, quod est impossibile, ꝙ hoc sequatur, patet, quia tu dicis, ꝙ simul est extrusio aquæ, et attractio aeris, et hæc simul sint, cū isti motus cōtrarij, simul ergo temporē erit inspiratio, et expiratio, sed tu dices, ꝙ rō est friuola, quia extrusio non est expulsio aquę prius receptæ, sed aeris tantum, ideo non erit inspiratio, et expiratio simul, quia expiratio est tantum aeris, non aquæ, secundum rei veritatē, extrusio aquę per branchias est expiratio, et secundum Arist. quia aliter nō fit in piscibus, tamen apud ipsos non esset.

Adhuc autem; arguit Arist. contra opinionem ꝙ pisces non respirant, quia multi tenent quæstionem, vt dixi, ideo aduertatis ad argumenta Arist. & arguit Arist. rationibus, quarum aliquę demonstrant, & primo sic, ꝙ non omne animal respirat, quia non pisces, & sic arguit, ꝙ non piscis, imò nullus piscis, quia caret pul-

ret pulmone, nõ ergo põt reſpirare, quia dicit Ariſt. quòd ſi balneæ, & cetę reſpirant, ꝙ non ſunt piſces, & ſic de aliis, & arguit ſic de piſcibus ĩ toto gñe, deficit reſpirationis inſtrumentum, ergo reſpirationẽ non habent, & probat, quia cũ natura non deficiat in neceſſariis, cũ natura dat virtutẽ operandi, etiam dat inſtrumenta neceſſaria, ſicut dicit Ariſt. ij. cœli, ꝙ ſi corpora cœleſtia haberent virtutẽ motus progreſsiui, haberent ẽt inſtrumenta illius motus à natura, ſed non habet ergo, ꝙ non habeant inſtrumẽta piſces, probat, quia carent pulmone, & dimittit Ariſtot. tanquẽ notum, ꝙ pulmo, & arteria uocalis ſint inſtrumenta reſpirationis, quia dicit, ꝙ eſt tanquam flabellũ, ſiuè follis, ut dicit infra, quia per conſtrictionem, & dilatationem reſpirant, & inſpirant, qa per utaos cõprehenſionis, & tumefactionis fit reſpiratio, dicit, arteria ſeruit ad deferendum aerem, & ſic piſces carent pulmone, vt patet ex anothomia & diſſectione, quia eorum venter aut immediate coniungitur ori, aut mediatè gulæ, ſed ita eſt, quòd inſpiratio & expiratio non fit attractione aeris in vẽtre, vel ẽcontra, ſed in pulmone hæc accidunt propter refrigerium caloris pulmonis, aut cordis. Secundo & fortius, quia ſi piſces infra aquam reſpirant admittendo & eijciendo aerem, ergo ita viuunt in aere, ſicut in aqua, quia facilius attrahũt aerem in elemẽto aeris, ergo & ſic ſi viuunt in elemento aquæ ratione reſpirationis, ergo magis in elemento aeris viuent, quod tñ non oportet. Tertio, omnia animalia dum reſpirãt, manifeſte mouẽt depreſsione, & eleuatione ventris & pectoris, ſed in piſcibus non fit cõmutatio, videlicet dilatatio & depreſsio, neque in aqua, neq; extra aquam, ergo nõ reſpirant. Quarta ratio eſt, ſi iſti piſces infra aquam reſpirãt, ergo in ſuperficie aquę apparent bullę, & ſpuma, quæ fiũt ex permixtione aeris, cum uenit ad ſuperficiem aquæ, & ꝙ ita fieret, patet, quia ſi ranę, & teſtudines reſpirent, licèt indigeant reſpiratione, & iſta in aqua ſuffocantur, videbimus, ꝙ ex ſuffocatione eorum cauſantur ampullę, hoc autem nõ apparet in piſcibus, ergo nõ reſpirãt. Quinta ratio ſequitur, ſi illa animalia intra aquam reſpirant, ſequitur, quòd eodem modo homo ipſe viueret intra aquam diu, quia ſicut uos dicitis, ꝙ piſces attrahunt aerem, vel de nouo generatum, vel ibi exiſtentẽ, ergo & homo poterit in aqua reſpirare attrahẽdo & emittẽdo aerem, quod tñ nõ videmus.

Adhuc autem; Sexta ratio, quia dicit, quòd nos videmus experientia, quòd piſces extra aquam palpitando ſtatim ſuffocantur, ſicut animal greſsibile in aqua palpitando ſtatim ſuffocatur, cum ergo ſit vnus, et idem effectus, id eſt idem genus mortis, ſed ſic eſt, quòd animal in aqua perit ſuffocatione, id eſt defectu inſpirationis, ergo piſcis in elemento aeris ſuffocatione perit, in aqua verò expellit, & attrahit aerem, quia facilius hoc faceret in elemento aeris, & ſic cum ſit idem mortis genus, habet eandẽ cauſam, ſed in vno eſt ex defectu, hoc parum differt à ſecũdo argumento, hæc ratio apponit rei ſolutionem, quia ego dicerem, tu dicis, quòd idem genus mortis eſt illud, & habet eãdem cauſam, quia dico, quòd piſcis non perit in aere, niſi ex defectu alimenti, & non ex ſuffocatione. Secunda reſponſio dicit, ꝙ vtrumque animal moritur ſuffocatione, ſed quando dicis, piſces in aere non reſpirant, dico, quòd diuerſimode moritur in aere piſcis, & in aqua animal, quia piſcis ex attractione aeris, ſuffocatur, quia ex nimia quantitate aeris, animal verò ſuffocatur ex defectu attractionis aeris, piſcis in aqua non attrahit nimiam quantitatem aeris, ideo ibi non ſuffocatur. Iſtam primam reſponſionem Ariſtoteles omiſit, quę fuit, quòd piſcis perit defectu alimenti, reijcit tamen ſecundam, quæ dicebat, quòd in aere, arguit Ariſtoteles, quia nullum animal reſpirans (ut experientia patet) ſuffocatur, ergo neque piſcis, quia ſi non animal terreſtre, neque piſcis, quia maiori quantitate aeris indiget animal terreſtre, quàm piſcis, ergo ſi illud non ſuffocatur, ergo neque piſcis, quòd nullum animal terreſtre attractione aeris ſuffocatur, tantum experientia probat.

Sed tu dices, cur primam reſponſionem non reprobat Ariſtoteles: ſecundo & difficilius, quia ſi animal terreſtre eſt maioris caloris, ergo ſi elemẽtũ aeris ſufficit pro refrigerio animalis terreſtris, ergo à fortiori piſcis, quomodo ergo in aere ſuffocatur piſcis? tertio, quia Ariſtoteles non repellit omnem modum ſuffocationis, quia piſcis non ſuffocatur in aere defectu nutrimenti, aut defectu inſpirationis, ſed defectũ caloris uitalis, quia ſibi conuenit, vt ait Plinius.

De prima poſſumus dicere, quòd illud reliquit tanquam manifeſtum falſum, quia elementum aquę non poteſt eſſe nutrimentum animalis, quia pars deperdita eſt mixta, ergo mixtio reſtauratur, & ſic eadem eſt materia mixtionis, & generationis, ideo ab his nutrimur, à quibus generamur, ideo in elemento ſimplici non eſt nutrimentum, aliàs fuit quæſtio inter medicos, quia cum in carne ſit complexio, quæ contrariatur complexioni ipſius aquæ, & cum ſit actio de neceſsitate inter contraria, & cũ caro poſsit ex aqua generare ſuam formam, ergo poterit fieri nutritio, & ſic ſiue elementa remaneãt, ſiue non, ſed aliàs diximus.

Secundo & fortius, quia uidemus, quòd piſces permanent longiori tempore in aqua ſine nutrimẽto, quàm in aere pereant, ideo quia hæc reſponſio erat opinio falſa, non reijcit illam. Cum dicimus ſecundo, quòd animal terreſtre ſit maioris caloris, & conſeruetur aere, cur non ſic de piſce? Dico, ꝙ animal terreſtre non conſeruatur tantum attractione aeris, ſed ex eiuſdem expulſione, piſcis verò non poteſt, quia aerem attractum non poſſet expellere, neque illum attrahere, quia caret pulmone, ſed tu dices, quia ſicut in aqua attrahunt aquam per branchias, cur nõ ſic in aere, dicerem, quòd iſta attractio aeris per branchias non eſt vera attractio, quia vera attractio fit ex eleuatione, & depreſsione, & ſic eſt quidam lapſus aquæ, ille deijcitur, quia ſua grauitate membra piſcium exprimunt aquam, et ſic ipſi poſſunt admittere aquam in aqua, et eam expellere, non tamen poſſunt attrahere aerem.

Quod dicebas tertio, quia est alius modus euadendi, qualiter suffocetur animal in aere, iam diximus, quia cum calor naturalis interior non refrigeratur, inflammatur, & conuertitur super proprium humidum, & illud consumit, quo consumpto euanescit ille calor naturalis, & sic in piscibus etiam euanescit calor naturalis cum consumptione calidi naturalis.

Lectio III.

ARGVIT Arist. contra opinionem Diogenis, & Anaxagoræ, & probauit multis argumentis, ꝙ eorum opinio erat falsa, tandem venimus, quòd si piscis respiraret, tunc facilius in aere respiraret, remouet duplicem euasionem, primo, quia aliquis poterit dicere, quòd piscis in aere non poterit defectu respirationis, sed defectu alimenti. Secũdo dicebat, ꝙ hoc ex nimia aeris attractione erat, remouit istam euasionem, quia nullum animal respirando moritur, ergo piscis ex aeris inspiratione mori non potest, dixi, quòd erat alia Plinij cõclusio, & xj. de naturali hystoria, dicit, quòd pisces suffocãtur in aere, & non in aqua, licèt vbique possit respirare, & etiam dicit, quòd in aere carent spiritu vitali conuenienti pro vita piscis, & quid intelligent per spiritum vitalem? si dicunt, quòd causatur à cœlo non potest esse nisi calor, qui causatur mediante lumine & motu, & spiritus vitalis quo vita conseruatur, causatur à corde non à cœlo. Septimo arguit Aristoteles contra opinionem, quia ista opinio nõ ponit tantum aquatilia respirare, sed insecta, contra, quia omnis operatio animalis fit per determinata organa, si ita est, arguitur sic, animalia insecta diuisa in multas partes viuunt vt scolopendræ, id est centipedes, & sic si partes dissectæ viuunt, sed nulla pars, quæ erat totius, remanet communibus omnibus partibus, ergo non possumus dare aliquam partem, quæ sit organum in toto hoc animali, quia si esset aliqua talis pars, tunc esset communis omnibus partibus, cum quælibet pars viuat. Respondent, hanc etiam responsionem innuit Plinius, & dicunt, quòd partes dissectæ viuunt, ergo respirant, transeat, ergo carent instrumento, negatur, quia habent aliquod membrum, vt erat cor commune cuilibet parti separatæ, & hæc est responsio Plinij in loco citato, & confirmat ipse, quia signum est, inquit, quia ista animalia volando vt apes & cicadæ, tamen dissectæ emittunt sonum & vocem, necesse est, quòd attrahant aerem, ex cuius emissione causatur sonus, vt in secundo de anima Aristot. arguit contra istam opinionem, quia est ignara dissectionis, id est anathomiæ, tum quia ignorat utilitatem propter quod mẽbra animalibus à natura data sint, & ignorat anothomiam, quia ista opinio confundit membrum anhelitus, quia ponit illud confusum cum oĩbus aliis, & ignorat vtilitatem, quia omnes partes aĩalis datę sunt propter aliquẽ finẽ, pulmo datus est aĩalibus causa respirationis, respiratio causa refrigerationis, cum ergo ista non habeant pulmonem, ergo non indigent pro refrigerio caloris attractione aeris, quia sunt pauci caloris, & sic ipsa tñ indigẽt aere extrinseco, vt ex frigiditate sui refrigeret calorem innatum, respiratio non nisi animalibus multi sanguinis cõuenit, & ista est necessaria, ergo opinio quę dicit, ꝙ illa animalia respirant, & ꝙ sicut diuiditur animal in partes, ita organum respirationis ignorat mẽbrum respirationis, & respirationem, sed tu dices, quõ muscę & apes faciunt sonum, dico, ꝙ ex percussione aeris ex alis, & sic non ex alia causa cicadę ẽt, & quiescẽtes & uolantes faciunt istũ sonũ, & est cã, ꝙ ista aĩalia, vt dicit Arist. iij. de generatione aĩalium, ut cicadę habent scissuram sub diaphragmate, et ibi etiam mẽbranam quandam, quæ continue, cũ mouetur à spiritu, cicada mouet aerẽ inclusum in illa scissura, quia aer resistendo ex percussione et repercussione causat stridorem illum, et illum sonũ, qui non est uox, apes aũt ex alia faciunt illum sonum ex motu alarũ motuum, et vide Arist. ibidẽ. Illa tñ quę nõ habent illam scissuram, ut cicadę, muscæ faciunt hoc ex alis, iõ sequitur quod dicunt, et sic illa nõ est uox, sed sonus, hoc dicit Arist. iij. de generatione animalium, et ij de anima, uox. n. non potest esse, nisi ex aere ad pulmonem attracto nõ eijciatur à pulmone per arteriam, et sic ille aer percutitur et repercutitur, et causatur vox. Postquam posuit opinionem Diogenis et Anaxagorę, et reiecit ipsam, nunc ponit opinionẽ Democriti, quæ dicit, ꝙ aĩalia respirant, et quę causa respirationis? dicit ꝙ conseruatio uitæ, quia nisi animalia respirarent, aĩa ipsorũ egrederetur, quãuis. n. dicit Arist. quòd illud dixerit Democr. ꝙ respiratio erat propter uitam, tñ non dixit, ꝙ ista utilitas esset finis respirationis, quia ignorabat causam finalem, et declarat istam utilitatem, quam ponebat Democr. de respiratione, et ponit, ꝙ aĩa ipsa sit ignis, quia aĩa mediante calido operatur, tũ ẽt propter vehementiã sui motus, dixit secũdo, ꝙ elementũ ignis cõstat ex athomis natura circularibus, quia ignis cũ sit facillimi motus, debet cõstare ex corporibus aptioribus ad motum, dixit postea aĩam constare ex athomis circularibus, dixit, ꝙ mediũ, quod continet animal sua frigiditate, infrigidat, et cõprimit ipsum animal, et sic excludunt ignem et calidũ innatũ, ne ergo alicui animali vita consumeretur, dedit natura respirationẽ, quæ est cã uitæ, quia cũ in aere sint corpora athomalia, attrahũt ista corpora athomalia, et sic restauratio, tũ ẽt quia per attractionẽ istam prohibetur totalis ignis egressus ab aĩali, et sic uita conseruatur aere inspirato, et est opinio Democriti. Nunc reijcit Arist. istam opinionem quinq; modis, primo, ista opinio insufficiens est, qa ista vult reddere cãm mortis et vitę, et insufficienter hoc fecit, quia cum duplex sit mors, naturalis et violenta, de uiolenta non reddit causam, quia cum animal suffocetur, cum prohibeatur exitus caloris, quõ fit, an a cã extrinseca, an intrinseca. Scd̃o dicit Arist. quia adhuc peccat Democr. ex alia insufficientia, qa debuit dicere, ex qua causa extrinseca insit respira-

tio

tio animalibus, an extrinſeca, an intinſeca, quia intrinſeca ſecūdū rei ueritatē, quia propter refrigeriū ſecundum ipſum ex cā extrinſeca. ſ. expreſsione ipſius uiuentis ab aere continenti ſiue ab aqua.

Inconueniens; Tertio, quia Democritus ponit, ꝙ idem ſit cauſa contrariorum ſimul, quid dicit, quod aer ſua frigiditate conſtringens, & comprimens corpus animalibus extrahit calorem naturalem, & dicit, quòd ipſe aer attractus dilatat animal, & ipſum calefacit, & ſic ponit, quòd idem aer comprimat ipſum animal, & dilatet, frigefaciat, & calefaciat, ſed vos dicetis, quia iſta ratio nihil ualet, quia non inconuenit, quòd idem diuerſa ratione hoc faciat, quia aer frigefacit exterius comprimēdo, calefacit autem interius intrando cum corporibus athomalibus, & ſic eſt cauſa frigiditatis & caloris, quia natura ſecundo phyſ. ſui præſentia eſt cauſa ſalutis nauis, abſentia verò ſubmerſionis.

Quarta ratio eſt, quia non in omni animali ineſt reſpiratio, hoc negat ipſe, ſed iam probatum eſt, quòd omni animali ineſt mors, quomodo ergo inerit mors animalibus reſpirantibus, quomodo conſeruatur vita in ipſis, cur dixit, epilogat, & tamen non addit duo argumenta, quæ ſequuntur, ſupponunt quæ prius dicta ſunt.

Quinta & vltima ratio, argumentum, ſatis manifeſtum, quia contradicit ſenſui illa opinio, & experientiæ, & tamen opinio naturalis ſenſui debet aſſentire, & experimento, tamen ſi ſenſus decipitur, debet ab intellectu corrigi, & ſic dicit Ariſtoteles, & patet, dicit ipſe, quia inquit hæc opinio, ꝙ reſpiratio ſequitur pro animali ad reſtaurandum & deprimendum calidum interius, ſequitur, dicit, ꝙ crebrius debet reſpirare in hyeme, quàm in æſtate, crebrius ambulamus propter calorem, qui eſt in aere, & aer cito redditur improportionatus in hyeme ex aeris frigiditate, hoc non conuenit, probatur conſequentia, quia ideo reſpirat animal, vt temperet calidum exterius, arguo ſic, cum in hyeme ſit maximum frigus in aere, ergo in hyeme maxime fiet compreſsio ipſius animalis, & ſic maior extruſio caloris innati, quàm maior & crebrior reſpiratio, & frequentior in hyeme quàm in æſtate, & ſic patet conſequentia, quia ſi tunc maior compreſsio, maior extruſio, ergo maior reſpiratio, & ſic dicit Ariſtoteles, ſit maior in æſtate iſta reſpiratio, quia ſic ignis additur igni, vt in prouerbio dicitur, quòd ignis additus igni generat maiorem ignem, & ſic hoc accidit in æſtate, dicit Ariſtoteles, propter calorem maximum continentis, ſed vos dicetis, quòd iſta ratio parum cogit, quia dicis, quòd in hyeme maius frigus, ergo maior compreſsio, tranſeat, ergo maior extruſio, negatur hoc, quia per antiperiſteſim illam calor non poteſt extrudi, imò fortificatur, vt etiam patet in hyeme, & dictum eſt in libro Meteororum, & ſic de facto ratio non videtur multum vehemens; tamen ſi non vellemus omnes rationes damnare, eſſet facile, quia non differunt.

Lectio IIII.

N *Thymeo autem;* Ponit tertio loco opinionem Platonis de reſpiratione, deinde reijcit illam confuſè, incipit prius arguere, & deinde recitat opinionem, fuit hæc opinio Platonis, quòd reſpiratio ſit dupliciter, & aduertatis, quia in multis Galenus conuenit cum Platone, & ſic dicit, quòd dupliciter ſit reſpiratio partim per os, partim ꝑ poros, & dicit, ꝙ aer exiēs ab ore impedit ſucceſsionē quandam aerem, & poſtea per poros intrat, quia poſtea excalefactus expellitur etiam ſicut prius, & ſic ille aer impedit alium, & alius alium uſque ad meatus & poros ingreditur, & ita etiam ille qui exit per meatus repellit aerem vſque quo ingreditur per os, & aer intra os receptus in pulmone, & arteria recēter calefcit, qui poſtea reijcitur à natura, & ſic ſucceſſione quadam, & reciprocatione per os & meatus, inſpiratur & expiratur aer, quia inſpiratur à meatibus, & expiratur ab ore, inſpiratur ab ore, & expiratur à poris.

Contra hanc opinionē arguit Ariſtoteles quinq; rationibus, primo inſuſficientia, quia primo dicit, quòd omnibus animalibus inſit reſpiratio, & ſi dicit, non dicit per modum quo inſit, & ſi non inſit, inſufficiens eſt, quia non dicit, quomodo fiat refrigeratio calidi innati in illis animalibus. Secundum argumentū difficilius eſt, dicit, quod ex iſta opinione ſequitur, quòd expiratio ſit natura prior inſpiratione, per ſe ſimpliciter, & hoc videtur verum, quia videmus, quòd morientes vltimo expirant, & ſic videtur expiratio, preſupponat inſpirationem, ſed hoc falſum, quia ſunt ſibi inuicem cauſæ, & ſic neuter eſt ſimpliciter cauſa, & ſimpliciter effectus, & ſic nō pręcedunt ſe ad inuicem, & ſic nulla eſt prior pars ſimpliciter, & videtur ꝙ expiratio ſit prior, quia ad expirationem nō ſequitur inſpiratio, & hoc dicit Leonicus, & dicit textus gręcus, ſed iudicio meo textus gręcus falſus eſt, quia expiratio pręſupponit inſpirationē, ergo inſpiratio eſt natura prior, quia non pōt fieri expiratio, niſi prius fiat inſpiratio, & confirmatur, quia ſi fiat indicium, ꝑnta callias, cum hoc conſeruetur per iſtum modum, quęro, an primo præcedat inſpiratio, aut expiratio, tu non potes dicere, ꝙ iſte motus ſit infinitus, quia datur primum inſtans vitæ eius, ergo dabitur principium iſtius motus, & ſic aut præcedit inſpiratio, & non poteſt præcedere expiratio, quia præſupponit inſpirationem, & ita videtur quòd inſpiratio ſit prior, et quòd prius eſt, quod Plato non dixit, quod ſibi Ariſtoteles impoſuit, quia eicit, quòd inſpiratio eſt prior ſecundum ipſum, quia ſpiritus exiens ab ore animalis detrudit aerem ingredientem motus ipſius corporis, et ſic ēconuerſo, et ſic dicit Plato, non dicit, quòd expiratio non ſit poſterior, qnia cum iſte motus finitus ſit, habet principiū, ergo debet eſſe īſpiratio, vel expira tio prior, et iō iudicio meo expoſitio Leoniceni non pōt ſtare, neque hoc dicit, quòd expiratio

sit natura prior, ideo credo domini, quòd verior sit expositio & traductio Vatabli, qui fortasse habuit alium textum, quòd videlicet sequitur secundum opinionem Platonis, quòd expiratio sit natura prior inspiratione, & hoc est falsum,& ita dicit Plato,& probat quòd sit falsum,quia sequeretur, quòd ad omnem expirationē sequeretur inspiratio, quod tamen est falsum,ut patet in mouentibus,imò inspiratio est causa respirationis, & sic clara est litera, quia errat Plato, qui dicit, quòd expiratio sit natura prior inspiratione, vt patet per eius opinionem, si dicas, quòd textus ita dicit, dico, quòd Vatablus fortasse habebat alium textum correctum, quia dicit de facto iste est conformis opinio Platonis, qui in Thymeo dicit, vt Vatablus transtulit, & rationi conformis est,& vera est,probat Aristoteles, quòd ista expiratio non sit causa inspirationis, tum quia hæc fiunt vicissim, tum quia expiratio est vltima in animmali moriente, quare hoc eueniat in animali moriente, dicendum est,quòd est propter debilitatem caloris, quia tunc non potest fieri eleuatio pulmonis, depressio verò sit ex propria grauitate ipsius pulmonis, & sic in moriente fit debilitatio caloris, ideo non potest fieri illa eleuatio, & per consequens inspiratio.

Adhuc etiam; Tertia ratio contra Platonem etiā ex insufficientia, quia non dicit causam, propter quam à natura animalibus insit inspiratio. Quarto dicit, quòd ista inspiratio fit dupliciter, tum per os,tum etiam per meatus corporis,quia cum exit ex vno loco detruditur aer in alium locum, & dicit Aristoteles, quòd manifesta est respiratio fiens, illa quæ est per meatus, neque manifesta est, neque necessaria, quia omnis refrigeratio fit sufficienter per attractionem aeris per os, quia ille aer potest refrigerare totum innatum calorem, quia ille aer diffunditur ad pulmonem, & à pulmone deriuatur ad cor, & à corde vsque ad arterias, Galenus dicit, quòd ista respiratio fit per meatus, & habet argumentum in muliere patiente suffocationē matricis, quia in illa muliere per tres dies non apparet respiratio, & illa est viua, ergo refrigeratio, ergo per meatus, etiam de piscibus, quia ita angustantur meatus in piscibus, quòd ipsi possunt admittere aquam infra aerem, & sic hoc dicit Aristoteles in quarta ratione, quòd per meatus respiratio non est manifesta, neque necessaria, alia verò quæ est per os, habet vtrumque. Quinto sequeretur, inquit secundum Platonem, quòd animalia inspirarent aerem calidiorem, quàm respirarent, & quòd hoc nō potest, quia animalia in æstate anhelant, id est crebrius inspirant & expirant,& aduertatis quòd anhelitus est species respirationis, quasi quòd est crebra inspiratio & expiratio, & sic falsum dicit Plato, quòd aere inspirato inspirat, quòd hoc sequatur ex Platone, patet, quia aer prius calefactus expiratur, & deinde inspiratur per eius positionem,quod tamen falsum est,sed vos dicetis, quòd ista opinio Platonis posset tueri, quia Leonicus defendit, de facto potest tueri, quia rationes Aristotelis non sunt demonstrationes,imò raro hoc fit in rebus naturalibus, & sic ad rationes Aristotelis, & ad primum, & ad secundum, quòd non omnibus animalibus insit, modo dico, quòd Plato sentit vt Aristoteles, quia non omnibus animalibus inest, & nec posuit, quia à continenti illa animalia refrigerantur, quod dicit, expiratio præcedit, dico, quòd Plato posuit expirationem præcedere, & inspiratio etiam, & hoc difficile est an inspiratio sit prior, an expiratio,de hoc tamen aliquid dicemus, pro ut inspiratio præcedit, & sic Plato contrarium dixit,fuit exemplariter locutus.

Ad tertium, quòd omittit causam finalem, dici potest, quòd in Thymeo explicauit causam finalem,quia propter refrigerium calidi innati.

Ad quartum, quòd per poros,& meatus respiratio non est necessaria, imò dicit Plato oppositum, & Galenus, quia hoc videmus in animali.

Quod dicis secundo, quòd omnis inspiratio est attractio caloris prius excalefacti, dico, quòd ille aer non attrahitur, nisi prius refrigeratus ab alio aere, Alia fuit opinio, quam etiam posuit Galenus, quòd respiratio est propter nutritionem spiritus vitalis, & hoc tenet Conciliator, & Galenus, imò dicunt, quòd tota intentio naturæ est per attractionem aeris vitalis nutrire spiritum vitalem, secundario refrigerare calidum innatum, & hoc est vt in plantis, vt dicit Aristoteles, quòd refrigeratio est propter nutritionem, de hac quæstione disputabimus in examine, & sic dicit ista opinio de inspiratione, & expiratione, quid dicunt? & fortasse ista opinio platonis, tamen non dicit Aristoteles, & sic dicit de inspiratione hæc opinio, vt eijciatur aer tāquam superfluum, quòd erat ei nutritioni, arguit tripliciter Aristoteles contra hanc opinionem, quia tunc primo sequeretur, quòd in omni animali esset inspiratio, & esset necessaria omni animalj,hoc falsum est, secundo, quia spiritus vitalis generatur, & nutritur, & augetur ex nutrimento, ergo fictio est dicere, quòd ex aere & cibis generatur spiritus,patet, quia cibus conuertitur in chilum,chilus in sanguinem, sanguis in spiritum, tamen omittit Aristoteles, nunquid iste spiritus sit animatus,nec ne,quia est difficultas in hoc. Tertio & vltimo sequitur, quòd animal per eandem particulam sumit nutrimentum, & per eandem emittit superfluum, & tamen contrarium videmus, in prima chili digestione attrahitur cibus per os, & emittitur superfluum per anum, & epar à meseraicis attrahit per meseraicas, attrahit per vesicam, quòd hoc fit, quia per os attrahitur aer, & per os etiam emittitur eius superfluum, & sic leuiter Aristoteles impugnat hanc opinionem, ego dicam in sequenti lectione, & ista est opinio Galeni, & Hyppocra. & eam tenet Conciliator in illa differentia, vbi quærit, an odor nutriat, sed de hoc dicemus satis postea.

Lectio

Lectio V.

QVARTA opinio quam dixi vobis, quòd erat opinio Hyppocratis & Galeni, quòd non est necessaria respiratio propter nutritionem spiritus vitalis, cuius nutritione refrigeratur spiritus, expiratio vero ideo conuenit, ut id, quod superfluum fuerat in nutritione extra mittatur, quæ opinio defendi potest, & de hac disputabimus in fine, contra quã opinionem tripliciter arguit Aristot. primo in omnibus animalibus necessaria est respiratio, quia indiget nutritione, Galenus dicit ita est, sed diuersimode aliquibus qui pulmone præditi sunt, quibus non respiratio, per poros dixeris, & sic ideo in omni animali conuenit, diuersimode tamen. Secunda ratio Arist. erat quòd augetur spiritus, & generatur ex nutrimento, ergo non ex aere, patet antecedens, quia ex sanguine generatur spiritus, dico quòd generatur ex sanguine, sed nutritur ex aere attracto, & de hoc dicemus, an spiritus vitalis sit animalis. Tertia ratio Arist. quòd eadem uia fieret susceptio nutrimenti, ut emitteretur superfluum eius, quod est falsum, ita in prima digestione.

Dicit autem de inspiratione, prosequitur Aristot. opinionẽ Empedoclis longo sermone, aut quia poeticè philosophatus est ille, aut quia erat obscura, & dupliciter illam arguit, primo ex insufficientia, secundo ex falsitate, & de insufficientia tripliciter arguit Arist. & primo, quia omittit causam finalem, secundo quia non dicit an omnia animalia respirent nec ne, & si non respirent, quomodo eorum calor refrigeretur, tertio cum duplex sit modus respirationis, principalis, & minus principalis, qui fit per nares, Empedocles loquitur de minus principali, qui fit per nares, & relinquit principalem qui fit per os, & arteriam, & quòd ille qui fit per nares sit minus principalis, probat Arist. tripliciter, quia amota illa quæ fit per os amouetur etiam illa quæ fit per nares, & non econtra, ergo illa est principalis, sed hoc videtur falsum, quia quilibet, potest experiri quòd claudendo os, potest per nares expirare, nisi dicamus ꝙ auferturad bene esse, quia perfectius per os expirat, secunda probatio, quia ablata respiratione per os pereunt animalia, ablata illa narium non pereunt, tu dices quia ablata illa quæ fit per os remanet animal, dico quòd per parum temporis, tertio quia respiratio per nares data est propter sensus olfactus potius, quàm per refrigerationem, ergo illa est principalis. quòd autem illa quæ fit per nares sit propter odores tantum, declarat Arist. cum dicimus ꝙ propter istam omnia animalia ferè participant odoratũ, sed non secundum eundem modum, dixit ferè propter spongias. & alia quæ carent sensu odoris, *neque eodem modo*, quia quædã respirando percipiunt odores, quædam non, & de hoc alibi dictum est, ut in secundo de anima, & in libro de animalibus, Auer. secundo colliget dicit, quòd Arist. ponit organum olfactus in neruis ipsis expansis intra nares, & non potest percipi odor nisi attrahendo aerem discooperiendo organum olfactus, quod aliquibus animalibus à quadam tegitur particula, alia sunt animalia quæ habent organum olfactus expansum, sed discoopertum, ideo à longè percipiunt odores, ideo respiratio in ipsis non est necessaria, & sic respiratio per nares est aliquando propter odoratum, & sic respiratio per nares est minus principalis. sed aduertatis, quia respiratio per nares data, est propter refrigerium spirituum, qui sunt in cerebro, ut uolunt medici, postquàm arguit opinionem, Empedoclis ex insufficientia, nunc ex falsitate illam arguit, sed primo recitat eius opinionem, dicens quòd Empedocles dicit quòd ideo est respiratio, ne detur vacuum in animali, hoc etiam dicit Arist. & Galenus, & ne sit penetratio corporum, necessaria est expiratio, & inspiratio, declarat quòd cum sanguis qui est in venis deferatur ad partes inferiores per orificia venarum, cum venæ remaneãt vacuæ sanguine, ideo aer ingreditur, & fit inspiratio, ne detur uacuum in venis, econtra vero sanguine reuocato in venas necesse est ne fiat penetratio, vt aer ille expellatur, ne corpora essent simul, exemplum, dicit uas est quod clipsidra dicitur, quæ habet in fundo multa foramina, & orificium in parte superiori, quod quidem vas si in aqua imittatur, & orificium vasis tegatur non ingreditur aer, & hoc ne duo corpora essent simul, cũ uero orificiũ vasis detegitur, aer egreditur, & aqua subintrat, ne detur vacuum, & sic est de sanguine à venis exeunte, ne detur vacuum ingreditur aer, & cũ iterum sanguis dilatatur, & reuertitur aer expellitur & expirat, ne sint dico corpora simul in eodem loco Arist. citat carmina Empedoclis, qui scripsit philosophiam suam carminibus, vt etiam testatur Cicero in oratore.

Dicit autem. reijcit hanc opinionem vnico argumento, & dicit quæro quomodo respiratio per nares ipsas, aut per proprios poros narium, quia sunt meatus proprij, qui contermınantur ad foramina narium, & deferunt ad cor, aut intelligit quòd fiat per nares. i. per uocalem arteriam, quæ terminatur ad nares per palatum, & etiam terminatur ad os, quem sensum habet Empedocles, si primũ, hoc falsum est, quia proprium instrumentum respirandi est arteria ipsa, ergo non via propria sunt nares, cum non sint organum proprium respirandi, si uero secundomodo intelligat quòd fiat per nares. i. per cannam pulmonis, quæ ad nares, & os terminatur, sic bene dicit, sed est dubitatio, quia dicit quòd sanguine à venis descendente fit inspiratio, & cum ascendit fit expiratio, quia cum sanguis descendit, venæ detumescunt, cum ascendit, venæ dilatantur & intumescũt, si sic est, sequitur ergo quòd fieret inspiratio, & uenæ deprimerentur, quod tamen falsum est, quia qñ fit inspiratio dilatatur pectus membra.

De secundo, quòd cum ascendit sanguis, illę venę tumescunt, & tunc fit expiratio, ergo expiratio fit, quando pectus dilatatur & venæ, quod tamen falsum est, quia quando expiramus, pectus comprimitur, & arteriæ, & venæ, ut patet exemplo, et aduer-

tatis quòd res est difficilis, & erit contra ipsum, exẽplum ita est de motu respirationis, sicut de motu follis fabrilis, qui cum dilatatur aer ingreditur, cum vero comprimitur aer extramittitur, sic in pectore cũ dilatatur pectus fit attractio aeris, cum vero deprimitur pectus aer egreditur, & uos dicetis contra, q̃ñ sanguis tendit deorsum venæ restringuntur, quando vero sursum tendit dilatantur venæ, & pectus, & tũc fit expiratio per os & pectua, & venæ tunc debent cõprimi, & per nos non, & hoc exemplum est dissimile in hoc, quia inspiratio & expiratio in animali, fit per eandem viam, in alio vero non, qua ingreditur aer vna via & per foramen vnum, quod est in fine follis à tergo, & egreditur postea per cannam follis, hæc elt differentia, sed habet magnam dubitationem hoc exemplum, & eius opinio est difficilia, quia dicit quòd ideo pulmo dilatatur & cor, quia sanguis, qui est in ipso feruet, & ebullit, & cum ebullit dilatatur, & si elt sanguis, quomodu põt recipi aer, Galen. dicit quòd sanguis dilatatur, & ideo repellitur aer, & sic secundum Galenum dilatatio præcedit repletionem, secundum Arist. uero repletio præcedit dilatationem, ideo aduertatis, quia pro vtraque parte sunt angustiæ magnæ & multæ, & mouet dubitationes difficultates & in philosophia, & in medicina de motu arteriarum cordis & pulmonis, & quõ fiat respiratio, ideo aduertatis verba Aristotelis, Arist. postea epilogat, ꝙ istæ sunt opiniones apud antiquos, & tot & tantas liabent difficultates quare.

Lectio VI.

EST dubitatio in eo quod dicit Arist. contra Empedoclem, quia dicebat ipse, quòd inspiratio, quæ fit per nares erat etiam arteria ad pulmonem, dixi quòd illa erat propter cerebrũ secundum medicos. Secundo dubitauimus, quia non valebat, si auferebatur inspiratio per nares, non aufertur illa, quę p os. Tertia erat dubitatio, quia dicebat Empedocles ꝙ inspiratio fiebat vt visum est, Arist. arguit, quia tũc inspiratio fieret cum pulmo comprimitur & pectus, videlicet reuocatio spiritus ad priorẽ locum fit dilatatio partium, sed ex hoc fit exspiratio, cuius tamẽ oppositum est ad experientiam, quia in expiratione comprimimus pectus, aliqui dubitarunt, quia non sequitur, cum dicit fit inspiratio sanguine descendente, ergo organa respirationis comprimuntur, dico quòd non sequitur, quia sicut ex sanguine dilatabuntur prius existente, ita etiam dilatantur ex hac intricatione aeris, & sic organa illa non detumescunt, quia loco sanguinis succedit aer, De primo domini dicendum, cum dicitis quòd respiratio aeris per nares videtur propria, quia hæc non est per arteriam ad pulmonem, quia tunc esset superflua, ideo fit ad refrigerium cerebri, ideo non conincidunt in eandem viam, domini ita dixit Arist. quòd ista per refrigerium cordis, & propter hoc dixit quòd superfluit, & dixit quòd ista non est propter refrigerium, sed propter odoratum, quia animalia habentia nares habẽt organum olfactus coopertum, ideo ex attractione aeris discooperitur illud organum, & propter hoc indigent respiratione per nares illa animalia, nares vero sunt datæ à natura principaliter propter refrigerium cordis aut cerebri, verum tamen est quòd post ille aer inde attractus transit ad refrigerium cordis, & hæc est opinio Arist. medici aliter tenent. Quod dicimus secundo quia dicit ꝙ si aufertur illa quæ per os, aufertur etiam illa quæ per nares non econtra, hoc est contra experientiam, dico quòd credo quòd Arist. intelligat, quòd illa quę fiat per os.i. per arteriam vocalem ad pulmonem, & principaliter hæc per os fit, & sic intelligit Arist. ꝙ ratione auferatur illa quæ per os, & tracheam arteriæ, tunc perit animal, & sic aufertur ea quæ fit per nares, & sic argumentum nullum est, aliter vero intelligendo vt verba sonant, argumentum concludit, quia occluso ore posait per nares attrahere aerem. Quod dicimus tertio, quia Arist. assumit falsum in ratione sua, quia cum fit inspiratio comprimit pectus, cum expiratio contrarium accidit, dico quòd bene dicit Arist. quia si vera est opinio Empedoclis, quia ex hoc fit attractio aeris in animali, quia organa respirationis comprimuntur, ideo expiratio, quia organa dilatantur, quia ideo ista membra earent sanguine, quia comprimuntur, ideo ergo inspirat animal, quia comprimit organum respirationis, & hoc non est verum, imò tunc organnm dilatatur respirationis quando fit aeria attractio, & sic etiam in expiratione dici potest.

Quod autem dictum est, reiectia veterum opinionibus ponit opinionem propriam, & prius quàm hoc, præmittit quædam supposita, & hoc quia quodam sermone interrumpat sermonem suum, dicit ergo primo quòd omnis vita, & habitus animæ cum calido est vita dupliciter est, pro actu primo, & pro actu secundo, dicit ergo omnis vita.i. omnis vitalis operatio, & omnis habitus.i. potentia animæ est cũ calore, probatur, quia omnis operatio & potentia animæ vitalis est cum nutritione, vbi animæ nutritio ibi decoctio nutrimenti, vbi uero decoctio ibi calor, quia omnis decoctio ex calore proficiscitur, secundum suppositum ea pars animalis, quæ est principium, & fons caloris, ibi primo virtus animæ demandatur, & sequitur, quia si cum uita est calor ergo, & dicit Arist. quòd ista pars est mediũ inter aluũ, partemque superiorem, & hæc est cor, ita quòd specificat ipsum, & probatur quòd sit cor, quia cor est primum principium venarum & arteriarum, & earum origo, ergo principium primum sanguinis, ergo cordi prius inest uirtus nutritiua, quòd cor sit principium venarum probat Arist. ratione sumpta ẽt de partibus animalium libro & cap. 3. quia uenæ oriuntur à corde, et ipsum non pertranseunt, ex epate licet oriuntur in illud pertranseunt, ideo nõ oriuntur ab ipso, quia nihil pertransit illud à quo originẽ ducit, sequitur, est primnm principium uenarũ, ergo sanguinis, quia idem est principium suis et ordinati in finem, sed venæ sunt propter sanguinem, ergo venæ

venæ

venæ sunt ut deferant sanguinem à corde ad cætera membra, quid ultra cor est primum principium sanguinis, ergo primum principium virtutis vegetatiuæ, & hæc fuit probata suppositione, quia ibi debet primo virtus esse vbi prima eius operatio, sed generatio sanguinis est perfectissima operatio virtutis nutritiuæ, ergo, quòd hæc perfectissima operatio sit generatio sanguinis patet, quòd autem duplex sit digestio, & vltra hāc tanquàm finis sit ista sanguificatio ergo, quia digestio in ore & in stomacho ordinatur ad istam, quæ est, & fit in corde, & sic perfectissima operatio nutritiuæ, qua nutritiua est generatio sanguinis.

Tertium suppositum est, quòd sicut virtus vegetandi est in corde, sic omnis virtus animæ mouendi & sentiendi, quia dictum est in secundo de anima, quia vbi est vegetatiua ibi non aliæ, sed vbi aliæ, ibi vegetatiua, quia omnes istæ illam præsupponunt, sed quomodo valet virtus vegetandi est in corde, & omnes illæ istam præsupponunt quæ sunt in medio, quia dicam, quòd virtus sentiendi est in neruo vt medici dicunt, vel in alio membro, quia tamen organū primum sentiendi est neruus ideo, dico quòd regula illa tenet, hæc uero ex tertio de partibus animalium cap. 4. quia pluralitas principum mala, vnus ergo princeps, sic etiam vnum membrum principale est in animali, Galenus posuit istam pluralitatem membrorum in animali. s. epar, cor, cerebrum, testes, & sic valet deductio Aristot. quia si non, tunc erunt plura mēbra principalia in animali quod nō placet.

Quartum suppositū est hoc, Quòd caloris naturalis duplex est interitus vnus per se à contrario, qui dicatur extinctio, alius a se ipso, qui dicitur marcedo & exsiccatio, & primus dupliciter, quia aut humidū radicale ita congelatur à vehementi frigido, quod redditur ineptum conuersioni in calorem naturalē, sicut oleum cum congelatur, & redditur ineptum flammæ.

Quando ita dissipatur calor naturalis à frigido, quia disperditur ille calor, & ille dispersus cito à frigiditate continentis corrumpitur; & hoc prouenit manifestè cum aliquis vulneribus multis confossus interimitur, alia corruptio fit à se ipso, quia calor cōsumit humidum radicale, & consumendo humidum consumit se ipsum per accidens, vt in flamma apparet, & hæc corruptio dicitur exsiccatio vt dixit Leonicus.

Quintum vltimumque suppositum, quia diximus, quòd duplex erat corruptio caloris innati, vna est à contrario, alia est à se ipso, ad remedium istius corruptionis, quæ fit à se ipso ordinauit respirationem, vt ex hac refrigeretur calor innatus, ne nimis esset vehemens actio caloris innati in humidum, ut statim illud corrumpatur vel consumat, & hoc fecit in animalibus & plantis, dicit ipse in animalibus, quia plantæ non sunt animatæ sensu, cum dicit, *igne operatur omnia*, secundum antiquos hoc uoluit dictum Arist. sicut benè dicit Leonicus.

Positis istis tanquam radicibus declarandorū prosequitur Arist. rem suam, dicit ergo Arist. vult declarare quæ nam sint causæ respirationis in animali, quomodo fit respiratio in animali, quia dicit quòd ne fiat corruptio caloris innati, dicit quòd natura posuit, & ordinauit respirationem, & dicit quòd prius scire oportet ꝙ animalia duplicia sunt, aquatilia, vel terrestria, & hæc duplicia quædam sanguine prædita, quædam sanguine carentia, carentia sanguine adhuc duplicia quædam sunt pusilla, & breuis uitæ, ut sunt culices, alia sunt paulò maiora & longioris uitæ, ut apes Melolōthię & cicadæ, & hæc omnia carent sanguine, & ista sunt maiuscula & longioris vitæ, si loquamur de his animalibus quæ carent sanguine vel sint aquatilia, vel terrestria, & si loquamur de his animalibus pusillis breuissimæ vitæ, in his calor innatus refrigeratur à sole ambiente, si fuerint terrestria ab aere, si aquatilia ab aqua, ab extrinseco vt ostrea, si vero sint maiora illis non sufficit refrigeratio caloris ab extrinseco ambienti, quia ista habent plus sanguinis, ideo dicit quòd istarum aliqua intrinsecè refrigerantur, & dicit quòd sub septo transuerso, & sic dicitur à latinis diaphragma, ab Aristotele præcordia, & dicit quòd sub diaphragmate habent ista animalia scissuram quandam, in qua pelliculam tenuem habent illa animalia, & ex apertione illius scissuræ recipiunt aerem, quo recepto clauditur, & aer illam pelliculam refrigerat, qua refrigerata calor naturalis refrigerat, & sic dicit ipse Arist. quòd ista animalia quandoque sonum emittunt, & murmur, aut bombum, quomodo? quia recepto aere intra scissuram spiritus ipsorum, quia ista habent spiritum, licet vero sanguinem habeant, ut cor, habent proportionale his, & sic spiritus in diaphragmate percutit membranam, membrana percutit aerem, quia percussus & repercussus aer causat sonum, & sic dicit ipse assimulantur aliquomodo hæc animalia ad animalia terrestria, & quomodo? quia non ex ingressu aeris ad membra vitalia, sed usque ad membranam, & sic dicit ipse, quòd ex eleuatione & depressione spiritus illius percutientis membranam causat sonum, & etiā dicit Arist. quia si uidemus animal suffocari, uidemus quòd dilatat pectus ex spiritu qui mouet illud.

Lectio VII.

DECLARABAT Arist. quomodo nam animalia refrigerabāt calidum naturale, incipiens à diuisione, dicens animalia, aut aquatilia aut terrestria, & hæc aut exanguia, aut non, si exanguia aut breuis uitæ ut pusilla, & hæc ex solo continenti refrigerant calorem naturalem, & dicit modico momento uerguntur in utrunque. i. in caloris refrigerationem, & in oppositū methaphora sumpta quasi à statera, quòd paulo momento in mortem uergunt, aut uitam, alia quæ sunt exanguia longioris tamen vitę, vt cicadæ, melolonthiæ, & apes, melolonthiæ sunt scarabæi alas habentes qui uolant per flores, & hæc quia maioris sunt caloris, non refrigerant calorem innatum

innatum ex sola aeris continentia, sed ex aeris attractione, sed non intra, ut habentia pulmonem, sed ad membranulam, quæ refrigerata ab aere refrigerat alias partes, & sic satisfaciunt refrigerationi caloris naturalis, & dicit quomodo faciant sonum ista animalia, quia ex spiritu eleuato & depresso ad illam membranam, quæ mota mouet aerem, & sic causatur sonus, & ista attollunt pectus & deprimunt, non attractione aeris, sicut alia animalia, quæ habent pulmonem & brancias, & exemplo hoc ostendit, quia in suffocationibus, quæ respirant eleuant pectus, ex eleuatione spiritus isto modo, quòd autem ista animalia sonum ex aere & illa scissura existente emittāt, probat dupliciter, primo quia pueri habent cannas perforatas in quibus ponunt membranam, quæ mota ab ipso spiritu & aere, qui suffocatur percutitur & repercutitur; & sic causatur sonus, ita etiam pari modo in cicadis huiusmodi aer inclusus & agitatus in scissura à membrana causat sonum.

Secundo, quia signum est quòd ita fiat sonus, quia sunt cicadæ, quæ canunt, & resonant, & quæ sunt mutæ, quæ resonant habent scissuram, quæ mutæ sunt non habent scissuram, sed tu dices si cicadæ omnes sunt eiusdem speciei, cur ergo aliquæ ex sola aeris refrigeratione refrigerantur, aliquæ non ex aere interecepto & immisso, secundo quia videmus muscas & alia animalia quę emittunt aerem maximum, ita ergo istę cicadæ mutæ.

Tertio quæ est causa quòd cicadæ magis canunt in vna parte temporis, & diei quàm in alia, cum per illam scissuram fiat sonus, de primo dico quòd omnes sunt eiusdem naturæ, & non sunt eiusdem complexionis, quia se habent sicut mas & fœmina, illæ vero quæ non canunt non sunt ita calidæ, & ideo cōtentantur ex sola aeris refrigeratione extrinseca, & hoc innuit Aristot. in textu, quia dixit quòd illę quę canunt sunt calidiores.

De secūdo de muscis, culicibus & huiusmodi dico quòd ista animalia strepitu & agitatione alarum faciunt istum sonum, ita dicemus de istis cicadis, quæ possunt ex agitatione alarum hoc facere, sed non loquimur illo modo.

De tertio cur magis in meridionalī cicadæ canūt tempore quàm vespertino, aut matutino, dico quòd tunc calor intensior est, ideo indigent maiori refrigeratione, & tunc magis eleuantur spiritus intrinsecus & deprimunt, & iste spiritus magis calefacit tunc temporis, & sic magis attrahunt aerem tunc, & ideo causatur sonus, & sic ex duplici causa tunc magis fit sonus, tum ex calore intenso diei, ratione cuius indigent illæ maiori refrigeratione, & sic plus aeris attrahunt, tum quia spiritus ille intrinsecus excalefacit ab aere, ergo excalefactio magis percutit & agitat ipsam membranam.

Et sanguinem habentia, prosequitur aliud membrum de sanguine habentibus, sed ista sunt duplicis naturæ, quædam enim sunt parui caloris, & sanguinis, quædam satis caloris, si fuerint parui caloris & habeant pulmonem ista succurrunt refrigerio caloris innati respiratione, verum dicit Aristot. quòd illa habent pulmonē frigosum & friabile, & diu possunt viuere sine respiratione, si tamen diu detineantur sub aqua suffocantur, quę suffocatio erit mors et corruptio caloris innati à semetipso, si ergo fuerint animalia sanguine prædita, et parui caloris, et habeant pulmonem, dico dicit Arist. quòd ista respiratione indigent, et sic ponit documentum, ex quo sequitur dicit ipse quòd animalia exanguia carentia pulmone non succurrunt refrigerationi caloris innati respiratione, quia si accipiamus hæc animalia quæ sunt pusilla ut muscas, hæc enim si intra aquam demersa sint diu viuunt ergo non respirant, et probat omne animal respirans quanto debilioris virtutis, tanto crebriori indigent respiratione, cum ista animalia sint virtutis paruæ et debilis, ergo maxima et crebra indigent respiratione, et tamen non indigent ut apparet.

Secundo exemplo probat illam eandem illationem, quia sicut in generatione. piscium sunt pisces pauci caloris et sanguinis, si summantur isti extra aquam diutius viuunt, quàm illi qui sunt multi caloris et sanguinis, et hoc est quia isti pisces non refrigerant calorem nisi ex continentia continentis, et sic patet dicit ipse, quòd ista animalia non respirant ut probatum est, tandem dicit Arist. ista animalia deficiunt et moriūtur sub aqua, dices tu dico dicit Arist. quòd hæc non pereunt ex defectu respirationis, sed ex ingressu aquæ, quæ corrumpit calorem naturalem, signum est inquit ipse, quia asperso cinere calido ista reuiuiscunt, quòd autem ista animalia refrigerent calorem naturalem ex sola aeris continentia aut aquæ patet, inquit ipse ex piscibus, qui sunt in terra, et illi pisces intra uiscera terræ uiuunt, tamen non per respirationem, quia non possunt in terra respirare, igitur ex sola continentia terræ refrigerantur, hic Aristot. pisces fossiles nouit, qui uiuunt in terra, et Plinius nono naturalis hystoriæ cap. 2. citans Theophrastum philosophum hoc dicit, et sic Arist. inquit sola loci continentia isti pisces refrigerantur, sed tu dices, si muscæ respiratione uiuūt quāto huic debilioris uirtutis, tanto maiori indiget animal respiratione, sed hoc falsum est, quia quanto animal debilioris uirtutis, tanto minoris caliditatis, ergo tanto minoris refrigerationis, ergo.

Secundo quòd ista animalia suffocantur in aqua, quæ ista non suffocātur, sed à contrario corrūpunt.

Tertio quia dicit, quòd ista animalia reuiuiscunt, de generatione non clamat Arist. oppositum. quòd resurrectio est impossibilis? et quæ causa, quia corruptum est corruptum, ideo non potest reuerti, hęc causa apud Aristotelem, hic vero dicit oppositum.

De primo cum dicimus animal quanto debilioris uirtutis, tanto minoris caloris, ergo tanto minoris refrigerii, quomodo ergo dicit quòd tanto crebriori hęc indigent refrigeratione et respiratione, ego nescio, uos cogitabitis domini. Ad secundum quòd ista animalia nō suffocantur, sed est corruptio non ex defectu humidi, sed à contrario suo, uerum est, sed hæc dicuntur suffocari ex communi modo dicendi, quia suffocatio est exsiccatio humidi à proprio

prio calido, quod diximus hæc animalia reuiuiſcūt, dico quòd iſta animalia mortua ſunt non ſecundū rei veritatem, ſed ſecundum ſenſum, quia eorum calor eſt obtuſus, & factus hebes, ita quòd motus ſenſus exercere non poteſt, tamen ſi calor innatus redditur propriæ naturæ, tunc exercent proprias operationes hæc animalia, proſequitur deinde aliud membrum, & dicit quòd ſi fuerint animalia ſanguine prædita habentia pulmonem, iſta refrigerant calorem innatum mediante reſpiratione, & ſic vel iſta animalia habentia ſanguinem habent pulmonem aut branchias, & prædita ſanguine aut habent multum ſanguinis, aut parum, & habent pulmonem inanem, & dicit quòd quæ habent pulmonem ſunt duplicia, vel euipera quæ pariunt viuum natum, alia ſunt ouipera & cartilaginea, quæ loco ſpinæ habent cartilaginem, & ſic dicit quòd animalia primi generis ſunt multi caloris, & ſatisfaciunt refrigerio calidi innati reſpiratione, duplici generis, & habent pulmonē, & reſpiratione ſatisfaciunt caloris innati refrigerio, tertij generis ſunt φολιδωτὰ .i. quæ ſunt corticoſa, id eſt corticem & ſquamam duriorem habentia, ut crocodillus teſtudines, & huiuſmodi hæc enim habent pulmonem, etiam reſpirant. Quarti generis ſunt ἀμφίβια .i. ambigua, quæ partim uiuūt in aqua, partim viuunt in ſicco, & iſta ſunt ut mures pontici, ranæ, & huiuſmodi, crocodilli, vituli marini, & iſta ſunt dubiæ naturæ, quia pariunt in terra, dormiunt tamen in aqua, dicit tamen Ariſtot. quòd iſta animalia dum ſunt infra aquam eleuant caput extra aquam, vt recipiant aerem, & hæc habent pulmonē & reſpirationem etiam, alia vero animalia ſunt prædita ſanguine, ſed non habent pulmonem, ſed loco pulmonis habent branchias, idest quaſdam concauitates & meatus, quæ ad cor vſque deriuantur in piſcibus, & his recipiunt aquam ad refrigerium calidi innati, & ſic iſta non reſpiratione ſatisfaciunt refrigerio caloris innati, & iſta ſunt multi generis, ſicut ſunt &c.

Eſt aliud genus animalium, & ſunt aquatilia ferè omnia, quæ carent pedibus, & hæc ſunt totum ferè genus piſcium, quia vnus reperitur piſcis qui pedes habet, ſi de vitulo marino dicatur hoc, qui videtur habere pedes, tamen non habet pedes, ſed illæ videntur potius pennę, & hoc dicit in libro de inceſſu animalium de vitulo marino, qui non habet pedes, & ideo vnus eſt tantum, qui habet pedes, & hoc etiam dicit Ariſtot. in quinto de hyſtoria animaliu, mhæc omnia branchijs recipiunt aquam, & quia dixit quòd quædam animalia habent pulmonem, quædam branchias, ideo remouet dubitationem, quia poſſet quis dicere, an animalia quædam hæc duo habeant inſtrumenta, & dicit quòd non, quia ſicut natura non deficit in neceſſarijs, ita non abundat ſuperfluis, cum ergo iſta duo inſtrumenta ordinentur ad refrigerationem, & vnum ſatis eſt pro hac refrigeratione, ergo alterum eſſet ſuperfluum, & ſic ad eundem finem conſequendum natura non dat duo opera, & inſtrumenta, ſed tu dices Ariſtoteles dicit quòd nullus piſcis habet pedes, ſed quid dicemus de crocodillo fluuiali? Secundo quia dicit quòd natura non abundat ſuperfluis, & cum piſcis non progrediatur ſuper terram, ergo ſuperfluè natura tribuit alicui piſciū pedes. Tertio quia dicit quòd natura non tribuit duo opera ad conſequendum eundem finem, hoc eſt contra medicos, quia dicunt quòd duplici modo vtitur Ariſtot. ad conſequendum refrigerium caloris innati de primo cum tu dicis quòd non eſt verum de piſce quòd vnus tantum habeat pedes, dico quòd crocodillus non eſt in genere piſcium, neque gambarus, neque ranæ, quia dicit ipſe. Tertio de partibus animalium cap. 7. quòd nullus piſcis habet pulmonem, ſed loco pulmonis habent branchias, & ſic crocodillus non numerabitur in genere piſcium ſecundum Ariſt.

Quod addis quòd natura non abundat ſuperfluis, cur ergo dedit piſcibus pedes, cum tamē careant motu progreſsionis cum ſint animalia aquatilia carentia pulmone, dico quòd neſcio & ignoro operationem eorum, & ad quid determinent ſibi pedes, uerum eſt quòd difficile videtur quòd habeant pedes, & careant motu progreſsionis.

Secundo addis, tertio quia natura utitur duplici operatione ad eundem finem, quia utitur aere inſpirato per os & arteria per poros & cutim, dico quòd ſupra dixit Ariſtot. quòd illa per poros erat immanifeſta, Galenus tamen dixit quòd illa probauit vt diximus ſupra, ſed quid dicemus, dico quòd ſi erunt duo modi reſpirationis, dico quòd vnus erit principalis, alter minus principalis, uel vnum et idē opus, quia attractio aeris, et ſic non ſunt duo opera diuerſa, ſed eiuſdem naturæ.

Quoniam autem, nunc philoſophus remouet dubitationem, primo quia tu dicis, quòd natura non vtitur duplici inſtrumento ad idem opus, dicit ipſe negando argumentum, quia non poteſt uti duobus inſtrumentis ad idem opus, et uos intelligatis æquè primo et perfectè concurrentibus, ita quòd unum ſine altero illud opus facere non poſsit, et ſic apud Ariſtotelem eſt impoſsibile quòd eiuſdem effectus ſint duæ cauſę, Quòd aūt ad eſſe etc. remouet Ariſt. dubitationem, quia tu dicis quòd natura utitur eodē inſtrumento ad duo opera primo iſta opera ſe impediunt, dico dicit Ariſt. quòd natura utitur eodem inſtrumento ad duo opera, vicisſim, et alternatim, quia quando natura utitur loquela non utitur illa ad guſtum, et ita etiam ore quando utitur ad inſpirationem, non utitur ad alimentum, et probat à ſigno, quia quando quis vult hoc inſtrumento oris determinare ad duo opera, ut quando debet inſpirare comedat, tunc eſt periculum de ſuffocatione, quia periculum eſt ne cibus vadat ad nocalem arteriam, et non ad yſophagum, et ideo natura uſa eſt propter hoc pellicula ſuper arteria pulmonis, quę ipſa commiſtionis hora clauderetur, in alijs animalibus poſuit non operculum, ſed muſculum, & ſic dicit ipſe, quia animalia aquatilia non habent hoc operculum, tamen habent aliud operculum, quia aliquando conficiendo

ficiendo nutrimentum in ore descendit multa quãtitas aquę in uentre, tamen etiam ad hoc natura prouidit, videlicet quòd cito hæc animalia nutrimentum in ore conficiunt, secunda dubitatio est, quia tu dixisti, quòd nullum animal simul habet pulmonẽ & branchias, est dubitatio contra hoc etiam ista, quia oppositum videmus in animalibus maioribus aquatilibus, vt in balneis, delphinis & huiusmodi, & ista habent pulmonem & branchias, & respirant, etiam verum est inquit Aristot. quòd delphinus non habet proprias branchias, quia dictum est quòd brãchiæ tantum piscibus datæ sunt, sed habent aliquid loco branchiarum, quia habent fistulam quæ correspondet branchiis in animalibus aquatilibus. Respondit Arist. & dicit quòd verum est, quòd habẽt pulmonẽ delphini, ergo habẽt branchias, negat hoc ipse, sed fistulas habent, quas nõ tenẽt loco brãchiarum, quia licet recipiant & emittant aquam, tñ non est propter refrigerationem, sed propter aliud, quia cum ista animalia recipiunt nutrimentum, solũ euomũt aquam, quam accipiũt cũ ipso nutrimento, ne aqua vadat cum nutrimento in ventrem, & probat veritatem solutionis tripliciter, primo ex pulmone, quia hoc animal respirat, quia habet pulmonẽ, non qa aqua sit absorta p branchias, quia vt dictum est natura non abundat superfluis, si ergo delphinus respirat per pulmonem, ergo non debet per fistulam respirare, & probat Aristo. quòd respiratio pulmonis refrigerat calorem innatũ, & primo quia si habet pulmonem, ergo respirat, quia pulmo ad hoc datum est à natura, quia sui eleuatione & depressione attrahit aerem & emittit, & sic quòd respirat probat alia via, quia dum dormit in aqua, dormit eleuato capite extra aquam, vt attrahat aerem, etiam quia dum dormit stertit, hoc signum est respirationis. Tum quarto quia si diu detineatur sub aqua suffocatur. Quinto quia semper natant in superficie aquæ, quòd si sub aqua natent aliquando, cum multo impetu supra aquam deueniunt, vt aliquando visum sit delphinos naues supergressos esse transiliisse, & sic dicit Aristot. multis argumentis patet quòd ista animalia respirant, & per respirationem satisfaciunt refrigerationi caloris innati, & non per fistulam quæ cõcessa fuit in illis à natura ad alium finem quàm ad respirationem.

Soluebat Arist. aliam difficultatem quòd eidem animali aquatili simul insit pulmo & branchiæ, ut delphini, qui habent pulmonem, & aliquid loco branchiarum, & dicit quòd euomunt & emittunt aquam illa fistula propter cibum humidũ quod assumunt, & sic non attrahunt aquam delphini ex modo quo pisces, quia non propter refrigerationem, & probat, quia isti respirant, si respirant, ergo satisfaciunt refrigerio caloris innati, ergo non propter emissionem illius aquæ, & etiam probauit multis signis vt supra diximus, secundo probat quòd hæc fistula nõ terminatur ad cor aut ad pulmonẽ, ergo nõ est propter refrigerium, sic ergo si hæc fistula non terminatur secundum suum extremum cordi seu pulmoni, ergo non propter refrigerium fuit data, & ꝙ non terminatur ad cor aut ad pulmonem, reliquit Arist. tanquam notum per anathomiam.

Tertia ratio quia plura animalia aquatilia habent consimilia instrumenta vt fistulam, nõ tamen ad officium refrigerationis, quòd multa hanc habeãt, probat, quia multa euomunt aquam, quædam tamen fistula, quędã cauo & foramine, quę sunt in uertice capitis, & ista cum sint parui caloris, ut loculle & caueri contententur sola aeris continentia propter refrigerationem, ergo non emittunt aquam pro refrigerio, ergo illa quæ euomunt aquam propter duplicem finem euomunt, aut propter refrigerium caloris naturalis, aut propter cibum quem assumunt in aqua, & ideo euomunt ipsam aquam ista animalia, non tamẽ propter refrigerationem, quia illa refrigerantur ex sola aqua ambiente, & epilogat postea.

De refrigeratione autẽ, reiecta duplici dubitatione quomodo natura non vtatur duobus instrumentis ad idem opus, & ꝙ nõ dedit etiam natura duo instrumenta ad eundem finem, reuertitur Arist. & dicit ꝙ animalia habentia pulmonem refrigerant calorem respiratione, quæ habẽt brãchias ꝑ emissione & remissione aquę, pro nunc dicendum est dicit ipse, cur est quòd quædam animalia habent pulmonem, quędam non habent, causa finalis est, quia quædam perfectiorem habent animam, quędam imperfectiorem, si ergo quæ habent pulmonem habent perfectiorẽ causam, ergo magis calida, quia omnis animæ operatio calido perficitur, exẽplum quia homo est omnium animalium perfectissimum, ergo calidioris naturæ, cuius signum est, quia est erectę figurę, velut ergo animalia pulmonem habẽtia perfectiora sunt, ergo perfectiorem habent animam, ergo magis calidum, & habentia magis calidum maiori indigent refrigerio, ergo habentia pulmonem magis refrigeratione indigent, quæ fit per respirationem, ex hoc sequitur quòd hæc pars, scilicet pulmo, ita est necessaria ad esse animalium, sicut aliæ partes, sed dicit secundo quòd animalia pulmonem habentia perfectiora sunt, sed cur ista perfectiora, dicit ipse. si quęramus causam ex necessitate. s. ex parte naturæ, est ex dominio perfectioris complexionis, & est quia vnumquodque mixtum dicit Arist. habet ordinem in proprio loco secundum elementum prædominãs in quibus prædominatur terra in terra, in quibus aer in aere, & sic cum quodlibet mixtum accipiat perfectionem suam ex mixtione, & habent ordinem in proprio loco ex elemento prędominante, & sic planta in terra, aquatilia in aqua, & uolatilia in aere ex prædominio. Sed tu dices dicit quòd in plantis dominatur terra, in volatilibus aer, hoc non videtur uerum, quia secundo de generatione, quarto dixit ꝙ in omni mixto dominatur terra, & 4. Metheororũ dixit, ꝙ terra aut aqua dominatur in omni mixto, ergo & confirmatur, quia ubi dominatur aer ibi debẽt animalia quiescere, sed in terra dñantur volatilia, ergo ibi debẽt qescere& ex Auer. ibi & 10. Gra. in mixto terra dñatur, qa qescit circa terrã, tertio nõ videtur verum

verum ꝙ homo sit perfectioris naturæ, quia sit calidior, quia Leo est maioris caloris, & tamē nō perfectioris naturę cum in specie humana calidiores non sunt perfectiores seu meliores.

Quarto quia dicit quòd calidiora indigēt maiori refrigerio, ergo cū inter aquatilia sit maioris caloris debet magis refrigerari, ergo cum terrestria sint maioris caloris, ergo debent potius refrigerari per aquam, & illa aquatilia per aerem.

De primo cum tu dicis quòd in omni mixto dominatur terra, dico quòd Aristot. loquitur exemplariter, & nō secundū veritatē, & sic dicit ꝙ in plātis inest prędictio ex dominio elementi in mixtione sua, & sic exemplariter fuit locutus, an in omni mixto dominetur terra, satis diximus in quarto Metheororum, & reprobauimus opinionem Auer. & Ioan. Gra. Quod dicimus secundo quòd est aliquod animal maioris caloris quā homo vt leo, tamen nō est perfectioris naturę, dico ꝙ cautè loquitur Arist. quia dicit ꝙ ex eo quòd homo est perfectissimę naturę, quia habet sanguinē calidiorē, puriorē, & tenuiorē, & ita dicit secundo de animalibus cap. 3. & 4. & sic non sufficiunt quantitas sanguinis & caliditas, sed magis purificatus sanguis & aereus, & sic non ex maiori copia sequitur maior perfectio.

Quod addis tertio quòd elementum aquæ frigidius est quàm aeris, ergo terrestria, quia calidiora debent per elementum aquæ refrigerari, & aquatilia per aquam cum non sint tantæ caliditatis, de hoc dicemus infra, quia aer facilius ingreditur & egreditur & citius per suam tenuitatem, aqua vero difficilius & tardius illabitur, & cum ista egeant crebra respiratione, ideo aere refrigerantur, & si ex aqua magis refrigerentur, tamen quia si emitti aqua non posset, illa suffocarentur, ideo ex aqua refrigerari non possunt, & de hoc dicemus infra.

Empedocles autem, ex occasione huius dicti Aristot. reprehendit Empedoclem, & dicit Empedocles errauit, quia dixit calidiora aquatilia sunt, etiā & ob id naturaliter confugisse ad elementū aquæ, vt scilicet corrumperet caliditatem suam, & falsa est opinio Empedoclis, & probat eius falsitatem tripliciter, & primo quasi ipsum irridens, quia dicit Empedocles quòd hæc aquatilia nata in terra con fugerunt ad elementum aquæ, hoc non potest stare inquit Arist. quia ista non habent pedes, secundum argumētum est, quia animalia quanto calidiora tanto pluris sanguinis sunt, & econtra, si ergo animalia quæ calidiora sunt habent plus sanguinis, ista aquatilia sunt parui caloris, quia pauci sunt sanguinis. Tertio quia dicit quòd hęc confugerunt ad aquā vt contemperarent hunc lapsum caliditatis, arguit Arist. & sic licet omnis lapsus præter naturam non iuuatur vt corrigatur à suo contrario, lapsus tamen secundū naturam non iuuat & corrigitur à suo cōtrario, sed læditur, & corrūpitur, cū ergo lapsus in aquatilibus sit secundū naturā vt dicis, ergo iste lapsus nō iuuatur & corrūpitur, sed læditur potius, & corrūpitur ab elemento aquę, qa omnis lapsus secundū naturā corrūpitur à cōtrario potius q̄ ab illo cōseruetur, & sic est optima ratio contra Empedoclē, assumit maiorē propositionē, quæ duas habet partes, quas ambas ꝓbat, & habet ꝙ lapsus preter naturā adiuuatur à suo cōtrario, & lapsus naturalis corrūpitur à suo cōtrario, & ꝓbat tribus exemplis, quia si constituatur aliquid ex cæra effor matū animal, quod esset frigidæ complexionis non conseruaretur à calido & sicco, sed potius liquesceret, ideo potius cōseruaretur à suo simili, quòd dicit si accipiamus sal & nitrū, ista congelantur à calido à quo conseruantur, à frigido & humido non dicit ipse, quia ibi liquescerent, ergo à calido & sicco cōseruatur. Tertio quia plantæ, quæ ficcioris frigidiorisque complexionis seu naturæ conseruantur ex terra nō autem ex aqua, quia etiam plantæ cum sint naturæ siccioris deberent fugere ad elemētū aquę, quod humidū est, ergo non verū est quod dicit Empedocles ut patet multis exemplis, quia lapsus naturalis nō conseruatur suo cōtrario, sed destruitur suo cōtrario, prima pars erat ista ꝙ lapsus præter naturā contrario suo conseruatur, & patet dicit ipse in animalibus, qa in æstate magis fugiūt animalia ad loca frigida, quia eorum cōplexio alteratur, & recedunt à naturali temperamento, in hyeme etiam fit idem proportionaliter respectu calidi, quia confugiunt ad loca calida, quia eorum complexio alteratur, & labitur ad preter naturalem temperiem, & hæc est sententia Galeni etiam secundo artis paruę, & sic male dicit Empedocles ꝙ aquatilia sint calidiora, & confugerint à terra ad aquā ut ibi magis refrigerarentur, ex hoc inquit Aristot. sequitur ꝙ malè dicit Empedocles quòd differētia animalium per aquatile & terrestre fit per habere plus calidi & minus calidi, quia aquatilia calidiora, sed bene verum est dicit Arist. quòd ista distinguuntur per habere pulmonem et non habere pulmonē.

Lectio IX.

QVIT vnum verbum in lectione preterita, vbi Leonicus dicit ꝙ duplex est codex græcus, negatiuus et affirmatiuus, negatiuus dicit hoc non oportet quærere, et dicit quòd sanior lectio est hoc modo, et quòd sensus est, quòd Aristot. dixerat, quòd duplex est lapsus, naturalis, et accidentalis, accidentalis si reduci debet hoc non oportet quærere in locis propriis, sed iudicio meo hoc non est verum, quod dicit Leonicus, neque hoc tollerant verba sequentia, ideo uidetur mihi quòd textus legi debeat affirmatiue, hoc idem oportet quęrere, quia cum sit lapsus accidentalis à temperamēto puta cōtractus aliqua temporis cōstitutione, et si iste lapsus reduci debet, quęremus correctionem ipsius in loco sibi proprio, quia dicit ꝙ iste lapsus

contrariatur habitui naturali, & iterum habitus iste naturalis contrariatur lapsui accidentali, ergo locus proprius naturalis lapsui accidentali, ergo si uolumus reducere habitum istum accidentalem reducemus ex proprio loco & naturali, & ista uidentur verba Arist. quia lapsus accidentalis, qui prouenit ex aliqua quatuor temporum constitutione reducitur à loco proprio & naturali, quia sibi cōtrariatur inquit Arist. per communes ommutationes temporis .i. quatuor anni constitutiones, quæ communis est habitibus in ipso, quia si aliquis in æstate labitur ad calidū reduceretur ad locum sibi naturalē prius, ꝙ non est tanti caloris, sed est frigidus recepto lapsu quem patitur. Super his dictis sunt difficultates prima est leuis difficultas in his quæ dixit Arist. ꝙ quæ à calido coagulantur & sicco, à frigido & humido dissoluuntur, quarto Metheororū dixit quòd qualitates passiuæ adiuuant ad coagulationem ut siccum & humidum.

Secūda difficultas maxima apud medicos quòd oēs citant Arist. authoritatem hic, quia Arist. dixit ꝙ duplex est lapsus naturalis qui à natura & à generatione contrahitur, alter est lapsus accidentalis à temperamento, dixit Arist. quòd habitus naturalis conseruatur simili, si vero vergat ad calidum calidis, si ad frigidū frigidis conseruatur, si uero fuerit lapsus accidētalis iste iuuatur & reducitur à suo cōtrario vt lapsus in æstate ad calidum.

Hic est maxima dubitatio, tū ex authoritatibus, tū ex ratione ipsa, primo Galen. tertia part. aphorismorū com. 3. inquit ꝙ sola tēperatura tēperatis conseruantur, & nō animalia, & sic cōtrariat Arist. 2. & 3. de alimentis, dicit Galen. ꝙ calida frigidis, frigida calidis conseruantur, & loquitur de habitu naturali. Præterea sexto de naturali sanitate tuenda, vbi de naturali habitu loquitur dicit humida & sicca complexio similibus conseruatur, calida & sicca contrariis, & quare hæc dissimilitudo? quia qualitates passiuæ modicæ actionis sunt, & quia calida magnæ actionis, ideo calida valde offenduntur à calidis, Theophrastus philosophus primo de causis plantarum cap. 25. idem dicit, quòd calida frigidis conseruātur, ista est difficultas prima, de qua omnes sunt ambigui, quia multa dicunt, & vbi multa dicunt signum est domini, quòd non intelligunt rem ipsam, quia veritas in duobus verbis consistit, soluam difficultatem in examine, & rei veritas est, quòd calidiora frigidioribus, & frigidiora calidioribus reducuntur & conseruantur, & hoc dixit Galen. 2. techni & pluribus locis. Secūda dubitatio quę hic tangitur à Ioan. quia dicit ꝙ habitus naturalis lapsus à temperamēto naturali à sibi simili cōseruātur, ex opposito lapsus accidētalis est, & dicit ꝙ aquatilia aqua terrestria aere conseruantur, dubitat Ioannes quia isti duo lapsus sunt eiusdem speciei, quia caliditas vt quatuor in homine & ut quinque acquisita in æstate sunt eiusdem speciei, ergo debent à simili conseruari, & argumentatur quòd non, quia altera si hęc, altera dissimili conseruatur, ex opposito videtur quòd sic, quia si vna rarefit et altera, si vna immutat sensum & altera, ergo eiusdem speciei, Ioannes conuenit cum gentili prima quarti quòd differant specie, sed re uera falsa est eorum opinio, quia sic essent duæ qualitates primæ, & sic Auer. secundo de anima 41. dicit quòd calor ignis & calor uiuentis sunt eiusdem naturæ, & tandem dicit quòd calor naturalis, artificialis, & elementaris sunt eiusdem naturæ, vocatur naturalis pro quanto est instrumentum animæ, & quia habet terminum elementaris, quatenus instrumentum formæ elementaris, si etiam artificialis, pro ut regulatur ab arte, atque ita cœlestis quatenus à cœlo regulatur, sic quoque calor naturalis & febrilis differunt tantum accidentaliter, & sic lapsus isti eiusdem speciei essentialiter sunt, differunt vero accidentaliter, & sic cum dicimus iste conseruatur à simili, iste à dissimili, ergo differunt specie, negatur argumentum, quia differunt tantum accidentaliter.

Alia est dubitatio Ioannis, qui dixit ꝙ lapsus naturalis conseruatur à simili, vt aquatilia, dubitatur quia locus nō videtur conseruare locatum, quia aer semper exsiccat et alterat, tum quia terrestria locantur in aere, & tamē non est similis locus locato, sic etiā ignis locat aerem, vbi semper est reperire dissimilitudinem, dicit ut alij complures, ut Iacobus Forliniēsis, ꝙ duplex est qualitas loci absoluta & elementaris, & hæc non cōseruat, alia est cœlestis occulta & immanifesta, & hæc conseruat locatum, sed hæc responsio non est vera, quia secundo cœli & alibi dicit Aristoteles quòd solo lumine & motu cœlum agit in hæc inferiora, & sic nō est alia qualitas causata à cœlo in his inferioribus, quid ergo dicendum? dico quòd dupliciter potest locus considerari uno modo ut locus naturalis sibi, & sic conseruat, quia ignis calidus et aer calidus, & sic locat et non aliter, ignis enim non in eo quòd naturalis agit in ipsum, sed qua siccum, et sic non inconuenit quòd sit similis et dissimilis, quia inquantum locus similia conseruat, et sic cum dicimus aer continue exsiccat, si consideratur aer inquantum continet uaporem et exhalationes siccas eleuatas à terra, sic exsiccat, prosequitur Arist.

Propter quid autem, dixit quòd quædam animalia habent pulmonem, et quædam non, et quæ perfectiora sunt habent pulmonem, et calidiorem, quædam non habent, quia imperfectiora, et minus calida non habent pulmonem; nunc uult declarare quòd pulmo est à natura propter respirationem, et tripliciter probat primo ex causa naturali, quia pulmo est plenus foraminibus, et fistulis ut sui eleuatione et depressione possit esse causa respirationis, secūdo probat ex causa effectiua, qa pulmo est maximi caloris inter omnia viscera, ergo si maximi caloris, eleuatur et deprimitur, quia dicemus ꝙ ex sanguine ibi multo existēte cum feruescit et ebullit eleuatur, cum vero econtra deprimitur. Tertia causa finalis est, qa pulmo datus est à

est à natura causa refrigerationis, quia quæ habent pulmonem, maximi caloris sunt, ergo maiori indigēt refrigerio, ergo respiratione, & reddit rationē, quia corpus, quod debet refrigerare, debet esse tūc, & cū hoc debet habere frigiditatem, hęc duo habet aer, quia aer est facilè mobilis, & cū hoc frigidus, & ex hoc patet causa illius problematis, cur est ꝙ habentia pulmonem refrigerentur aere, & tamen cū sint calidiora, aquatilibus debent etiam aqua refrigerari, quæ est frigidior ipso aere, dictum est ꝙ licet quo ad qualitates primas melius refrigerētur tamen quo ad motum aeris, quia tenuior facilius & citius attrahitur, & emittitur, ergo, & dicit quod pulmo est mēbrum respirationis, quia datus est causa refrigerationis, & subdit postquàm animalia quæ sunt multi caloris refrigerant prius pulmonem, postea cor, & quomodo dicit hoc fiat, quærendum est ex anathomia, & ex libro de hystoria animalium, quia hoc nō est facile, quia nullus est meatus à pulmone ad cor, & declarauit Arist. primo de hystoria animalium cap. 7. & dicit quod fit cum aer est attractus exterius per tracheam arteriam, & disseminatur aer per totum pulmonem, & arteria venalis quę exit ex sinistro cordis ventriculo contangit se cum arteria uocali, & sic rami arterię vocalis supponuntur arterię vocali, sicut & arteria supponitur uenæ, & sic rami utriusque sunt porosi, & cum pulmo dilatatur, & arteria vocalis, tunc aer transit ad poros, iterum cum constringitur cor refudat aer, & sic remittit ipse, & sic Auer. Auicenna, & Galenus, dicit ergo quod omnia animalia habentia pulmonem refrigerant calorem per respirationem, dicit vero ꝙ habentia cor & non pulmonem per aquam refrigerantur mediantibus branchiis, tertio quomodo fiat hoc dicit ipse in libro de hystoria perquiratis, sed tu dices, quia dicit quod inter viscera pulmo est calidior, quoniam viscera sunt cor, splen, pulmo, epar, renes, cor autem calidior, quia fons caloris ergo, secundo quia videtur dicere quod respiratio proprie intenditur propter pulmonem, secundario propter cor, hoc non videtur uerū, tum ēt quia dicit quod causa actiua est, videlicet motus pulmonis est feruor sanguinis cū augetur & diminuitur, Auer. dicit quod ex propria virtute, Galen. quod ex diaphragmate. De primo dico ꝙ fortasse absolute verum est, quod cum sit maioris quantitatis comparatiuē, tum magnitudinis, cor est calidius, & sic proportione cor est calidius, vel dicit ipse maximi caloris. i. multi caloris.

Quod dicis secundo quod respiratio videtur ꝙ sit propter pulmonem, dico quod primitate originis uerum est, & non ad cor, ne lædatur cor, primitate vero perfectionis negatur.

Quod addis tertio, quia sic motus esset valde accidentalis, quia non ex virtute propria non ex diaphragmate, sed ex ebullitione sanguinis, de hoc dicemus à quo nam sit motus cordis, pulmonis, & arteriarum.

Lectio X.

DICEBAT Arist. ꝙ animalia habentia cor dupliciter satisfaciunt refrigerio caloris innati, quędā mediante pulmone, quędā mediantibus branchiis, & qualiter hęc colligantur cordi, dixit ꝙ in libro de hystoria dictum est, & ego dixi quod rami arteriæ vocalis & venalis coniunguntur, & hoc pacto pulmo ad cor colligatur, & dixi quod pulmo dilatatur, aer exprimitur ex arteria, & ad poros arteriæ uenalis penetrat, & sic est colligantia inter ista, videlicet arteria quæ venit à pulmone habet ramos suos sub arteria venali, quæ oritur à corde, & quomodo etiam branchiæ colligentur, dicit ꝙ etiam ex anathomia, & ex libro de hystoria animalium patet, tam quia hoc erat breuius, ideo dicit quod cor in piscibus vergit ad os & caput, tamen non videtur, quia videtur ꝙ in hominibus vergat ad caput, in piscibus vero ad os, tamen est idē situs non diuersus, quia in omnibus animalibus cor vergit ad caput in homine, brutis & piscibus, sed hoc videtur verum, quia ex quo caput immediate vnitur ventri, ideo non videtur cor vergere ad caput, sed os, ideo videtur hoc, sed non tamen est verum, quia in omnibus vergit ad caput, in piscibus vergit ad caput, & etiam ad os, in animalibus terrenis cuspis cordis primo vergit ad caput, tñ est idem situs, quia ī oībus principaliter respicit uentrē mediū, vt nobiliorē locū, & hoc ītēdit natura, ista uerba citat Aristoteles tertio de partibus quarto, hoc stante si ergo cor habet eundem situm in piscibus ut in terrestribus animalibus imaginandum est. ergo quod à cuspide cordis exit fistula quædam ad cerebrum, quæ vnitur branchiis ipsis, & ista fistula est compacta ex vena et neruo, dicit Aristot. et vnitur loco unionis branchiarum, et ex branchiis admittitur aqua ex fistula illa ex meatu illo ad cor, et inde etiam emittitur aqua. et tunc quasi documentum addit, quod branchiæ se habent in piscibus tanquam pulmo in respirantibus, et probat triplici signo, quia sicut in respirantibus continue pulmo eleuatur & deprimitur, ita branchiæ ingrediente aqua eleuantur, egrediente deprimuntur.

Secundo conueniunt ex alia causa, quia sicut respiratio inclusa in eodem aere & paruo suffocatur, ita aquatilia in eadem aqua et parua suffocantur, dixi in eodem aere et paruo, quia si esset idem aer, et multus posset secundum diuersas partes animal refrigerari, ita etiam si esset paruus aer et nouus, etiam animal posset respirare, tamē si esset paucus, et idē non posset refrigerare, quia sic aer semel attractus redditur moltis refrigerio, et sic calidum non refrigeratur, sed inflāmatur, et sic conuertit super humidū, quod cōsumit humidū, quo cōsumpto calidū euanescit, et sic suffocat vtrūq; animal, et aial respirās, et qđ brāchiis refrigerat calorē naturalem

naturalem, & sic dicit Arist. Tertio dicit quòd sicut est in animali respirante, si pulmo deficiat aut ægritudine, aut senio, animalia pereunt, ita aquatilia, cum deficiunt branchiæ aut ægritudine aut senio, pereunt & deficiunt, sed tu dices, primo hic ipse dicit quòd cor in piscibus uergit ad caput, primo de hystoria cap. 13. oppositum dicere videtur, qa dicit quòd basis cordis est latior pars, quę gibba dicitur, dicit q̃ respicit superius, & dicit quòd cuspis respicit inferius, hic dicit quòd sursum, tum etiam quia Galenus ei contradicit, quia dicit quòd cor seruat partem mediam, nec declinat sursum nec deorsum, tum etiam quia dicit, quòd branchiæ sunt loco pulmonis, & quòd admittunt & emittunt aquam, oppositum dixit supra, quia dixit quòd in piscibus est fistula, quæ est causa, vnde emittatur aqua, quia aliter aqua lederet cor, & Galenus hoc confirmat, quia illa fistula est tãtum angusta quòd in ipsa non penetrat aqua, sed aer tantum.

Tertio sibi contradicit hic & supra, quia dixit quòd in piscibus non percipitur pectoris eleuatio & depresio, hic dicit quòd in piscibus percipitur hæc agitatio.

De primo cum dicimus, videtur Arist. sibi dissentire de situ cordis, quia ibi dicit, quòd pars gibba cordis respicit superiorem partem, ergo cuspis inferiorem, dico quòd vult dicere, quòd si totum animal diuidatur, vult dicere quòd situs cordis est pulmo supra medium totius distantiæ, ita sicut pars gibba est paulo supra medium, ita cuspis cordis, quia ille dicit quòd pars gibba cordis respicit superiorem partem, ergo cuspis inferiorem, non ergo vult dicere quòd comparando partem gibbam cuspidi, quòd gibba ad superiorem uergat, sed dicit quòd accipiendo medium animalis, pars gibba & cuspis est paulò supra medium, & intelligit de partibus essentialibus & principalibus ipsius animalis, quia crura, & brachia & coxæ non intelliguntur hic, quod dicimus quòd illic cuspis uergit ad partem inferiorem ad sinistram, hic dicit quòd ad caput, hæc omnia sunt vera, quia vergit cuspis ad caput, & ad anterius, & ad sinistrum, & debetis intelligere quòd cuspis vergit supra medium animalis, & tamen hæc, vergit ad partem anteriorem quæ proxime est pectus & non dorsum, & etiam versus sinistram & caput, quia eleuatur ad caput, & hæc non sunt contraria, sed vera sunt, & sursum eleuantur, quia calidi est eleuare, & anterius, quia ibi est principium sensus, & à sinistro vt recompenset illi parti calorem, Galenus dicit quòd in medio cor existit, tamen hoc sciri non potest, quia animali mortuo tollitur situs cordis, quia statim cor cadit. Quod addit quòd aqua non ingreditur, dico quòd indicio meo non ingreditur substantialiter, sed virtualiter, quia aqua includitur in branchiis in officio fistulæ, idest in loco vnionis ibi refrigeratur spiritus, & sic per partem post partem, imaginatur Galenus alio modo, quòd aqua attracta per branchias simul cum aqua, aer postea attrahitur ab illa fistula, & post vnitur, aqua autem tantum penetrat vsque ad locum vnionis branchiarum, aer autem vsque ad cor, & aqua non penetrat secundum Aristotelem, quia cor læderetur, & suffocaret paucum sanguinem & calorem, si vultis tenere quòd aqua penetrat, oportet hoc dubium tollere, quia si animalibus quæ sunt maioris caloris non immittitur ne cor lædatur, tanto magis in his quæ pauri caloris. De tertio dico quòd nescio aliter, quia in animalibus apparet eleuatio multa, in piscibus pauca apparet eleuatio, & sic parum manifesta.

Est igitur communis animalibus omnibus, postquam Arist. intendebat date nobis à principio causas iuuentutis & senectutis, mortis & uitæ, interposuit quomodo fieret refrigeratio in animalibus, vt ex his redderet causas iuuentutis & senij, ante quàm autem aggrediatur hoc, præmittit more suo fundamenta tãquàm radices, & inquit quòd generatio, & mors est communis omnibus animalibus & viuentibus, sed dicit quòd diuersus est generationis modus, & interitus, & dicit, quòd duplex est mors, vna violenta, quæ fit à principio extrinseco aut vulnere, aut ægritudine, aut contrario, alia est naturalis de qua quæritur & hæc à principio intrinseco, & hæc est constitutio pulmonis, & sic Aristoteles describit mortem per constitutionem pulmonis, & hæc constitutio est exficcatio ipsius pulmonis, sicut flamma cum humidum suum exficcatur, quia cum vehemens fuerit exficcatio pulmonis, non potuit eleuari neque deprimi, cum hic motus fieri non potest, calor non potest refrigerari, cum non refrigeratur accidit mors naturalis, quæ mors inquit Aristoteles dicitur senectus in plantis αὔανσις, id est, exficcatio. Secundum suppositum est quòd eodem modo accidit mors naturalis in animalibus tam perfectis, id est, defectu calidi, perfecta uiuentia intelliguntur actu viuentia, in potentia viuentia sunt fœminæ et oua, et sic dicit quòd eodemmodo hæc corrumpitur, quia ex defectu calidi, et quia dixit ex defectu calidi hoc accidit, dixit non ex defectu cuiuscunque calidi, sed primæ particulæ in qua est virtus uegetandi primo. Tertium suppositum est, quòd ista pars principalis in animalibus est cor, aut proportionatum cordi, et est in medio animalis, in plantis etiam est in medio ut dixit supra, et dicit quòd hæc pars animalis est una actu, et potentia imperfectis animalibus, quia non potest diuidi sicut dicitur de minimo, in animalibus imperfectis hæc pars principalis est una actu, et plures potentia, quia cum diuiditur reseruatur in partibus diuisis, et subdit quòd animalia etiam perfecta, sed minus uiuentia, id est minus perfecta, scilicet quòd inter animalia perfecta quædam sunt minus perfecta, etiam ita se habent quòd extracto corde, etiam uiuunt reliquæ partes propter imperfectionem illius animalis, quia ex ignis calore est illud animal, et ideo reseruatur

uatur in reliqua parte, sed tu dices quia dicit quòd in animalibus mors dicitur senectus, in plãtis exsiccatio, hoc videtur cõtra id qđ diximus supra, qa cũ ętas sumať penes dispositionẽ uirtutis nutritiuę, & cũ hæc simpliciter sit in plantis, ergo in plantis est ista senectus tñ non dicit. Secundo quia dicit quòd oua & semina sunt animalia imperfecta & deficiũt defectu caloris, hoc non apparet, sicut in plantis & animalibus, quia ibi non apparet calidum. Tertiò implicat, quia dixit supra quòd partes testudinis nutriuntur, & uiuunt ex passione ipsius animæ.i.calore ipso remanente, hic dicit quòd ab anima, si uero dicit quòd ab anima contradicit sibi supra, si intelligit quod dixit supra illud conuenit etiam animalibus perfectis reseruata, oppositum dixit supra.

Lectio XI.

ERAT triplex dubitatio, qa Arist. dicebat ꝙ mors naturalis in animalibus seniũ dicitur, qa tẽdit in mortẽ, est dubitatio, qa cũ iuuẽtus & seniũ sint ex virtute nutritiua, quia aut magis reponit quá consumat, hęc est iuuentus, aut magis consumit q̃ reponat & hæc est senęctus, aut eadẽ mensura reponit qua consumat, & hæc est senectus, aut eadẽ mẽsura consumit qua reponit, & hæc est consistentiá, sed hæc in plantis reperitur, ergo dico fortè ex cõmuni modo loquendi hoc dixit, quia ætas ex communi modo loquendi in animalibus sumitur, & licet ibi sit actio qua sumitur ætas, tamen hoc nõ est in vsu. quáre id quod dicitur senium in animalibus, in plantis exsiccatio dici solet, secundo dicebas quòd uiuentia perfecta & imperfecta ex eadem causa pereunt, scilicet ex defectu calidi, perfecta habentia animam actu, imperfecta potentia, dixi quòd non videtur quomodo imperfecta pereant ex defectu calidi, dico quòd hęc pereũt, ex defectu calidi, qa perit, quòd sit animal potẽtia proxima, vel via generationis defectu calidi innati, & tunc illud ouũ ita generatũ sterile est, & sic calidũ innatum non fuit sibi commixtum, aut si fuit sibi commixtũ, illud postea amisit in semine, etiam licet hoc insit, quia semen diuiditur in duas partes, vna quæ obtinet vicem principii actiui, altera materiæ, & illa prima parte corrupta aut ex superfluo humido, aut ex putrefactione nõ generat quicquã, & exemplo sunt formicæ, quæ corrodunt istã partem ne frumentum nascatur.

De tertio quod est difficilius, quia fuit dubitatio de testudine, quia dicit quòd pars testudinis palpitat post extrusionem cordis, & vel intelligitur à passione animæ remanente in ipsa, vel ab anima, si ab ipsa passione, sic etiam erit in aliis animalibus perfectis, si ab anima reseruata oppositum dixit supra, ergo, dico domini, quòd illa pars mouetur & palpitat non ab anima reseruata ibi, sed dices hoc etiam conuenit in animalibus perfectis, dices tu ꝙ diutius hoc remanet in animalibus minus perfectis, & sic patet ad argumentum, est quoddam verbum in textu quod transfertur diuersimode, quia dicit quòd pars testudinis remanet abstracto corde, vt tortula quędam i. testudula quædam, sicut lacerta diuisa, quæ pars remanet ut lacertula quædam, & ita Vatablus transtulit, sed iudicio meo errauit propter illud verbum chilonium, quod græcè uidetur significare diminutiuum testudinis. Leonicus melius exposuit, quia pars quæ remanet est tantæ magnitudinis sicut prima, ideo Aristot. per chilomium non intelligit tortuculum diminutiuum, sed tegumentum tortucæ & corticem, *principium autem uitæ*, postquam posuit dignitates tres ut suppositiones, ex quibus vult declarare causas mortis & uitæ naturalis, & iuuentutis & senii, & non loquitur de causa mortis in plantis, neque in animalibus imperfectis ut enthemini, idest insectis, sed de animalibus quæ refrigerant per aliquod corpus extrinsecum, & illud postea emittunt, & sic in terrestribus & piscibus, & primo dicit de animalibus terrestribus, quòd causa mortis est exsiccatio pulmonis, quia humidum à calido ex multitudine temporis fuerit resolutum, pulmo exsiccatur, & tunc accidit mors naturalis, quia tunc cum pulmo non possit amplius dilatari, neque deprimi, tũc calidum innatum conuertitur super proprium humidum ex prohibita respiratione, & sic illud consumitur, & ex hoc accidit mors naturalis defectu respirationis, & probat hoc Aristot. tripliciter, & intelligatis hoc proportionaliter de piscibus, quia cum branchiæ indurantur, & primo probat quòd exemplum senes & decrepiti ex quouis breui morbo pereunt, quia ex quouis morbo adhuc pulmonis exsiccatio inducta crescit, & sic fit mors ut diximus. Secundo quia mors naturalis in senio est sine dolore & tristitia, quia omnis dolor causatur ex causa extrinseca vehementer, & subito inferenti passionem sensui, hic non fit causa extrinseca, neque vehementer & subito imprimenti, sed paulatim, iterum est insensibilis, quia aliquando senes moriuntur loquendo, quia isti moriuntur exsiccatione pulmonis, & cum ista exsiccatio paulatim fiat, ideo insensibilis videtur.

Tertio dicit quòd ex quacunque causa fiat durior pulmo ex quocunque morbo, vel ætate, vel ex defluxu humidi, animal tunc non potest respirare, sed cerebro fit & crebro, quia quod non potest facere animal magnitudine respirationis recompensat illam pluribus reiteratis vicibus, scilicet sua frequentia ut vicibus pluribus tantum aeris recipiat, & hæc difficultas respirandi accidit ex duritie pulmonis, & tandem subdit quòd cum crescit ista induratio pulmonis in animali, tandem moritur animal expirando, & tunc fatui mulieres, & vulgares dicunt animam expirasse, sed falsum est, quia spiritus & aer est qui expiratur, qui tandem à moriente exit, & expiratur, & dicit quòd ista respiratio fit eleuatione et depressione

sione pulmonis, & cum eleuatio fiat à calore naturali, depressio à grauitate sua, & tamen facilior secundus modus, ideo animalia omnia pereunt expirando, id est, depressione pulmonis, & non eleuatione & inspiratione, sed tu dices quare Aristoteles non tradidit causam mortis aliorum animalium, dicatis quòd ista erat consimilis causa, quia ex longitudine ætatis ita induratur corpus illorum animalium, vt pori claudantur, & non possint penetrari ab elemento extrinseco, & sic nō possunt refrigerari, & ita oportet intelligere secundū proportionem, *in his generatio*, ex his vult Arist. nobis describere illas passiones, & ponit septem definitiones, & prima est ista, quòd est generatio viuētis, dicit ꝙ est prima participatio in calido naturali, & ex his sequitur vita, quæ quid est, est permansio calidi, postea quid iuuentus, est augmentatio pulmonis; quid senectus diminutio eiusdem, quid consistentia media dispositio pulmonis, sequitur ꝙ mors est duplex, violēta, & naturalis, violenta, quæ ab extrinseco, & hæc dupliciter, aut à contrario vt frigiditas loci, aut quando exsiccatur humidum, & sic mors violenta dupliciter sumitur, alia est mors naturalis, quæ est à principio intrinseco non concurrente extrinseco; quia fit ista ex defectu calidi, quia cum calidum non possit refrigerari, conuertitur super proprium humidum, & illud consumendo consumit se ipsum, postea epilogat, & primo dicit qd mors, quid vita, dictū est.

Secundo dictum est cum animal transfertur ad elementum inconueniens suffocatur, quia non existens in elemento proprio caret respiratione.

Tertio dicit quæ non sit causa, quia iam diximus quòd cum pulmo non possit dilatari & deprimi tūc accidit mors, dicit quæ nam sit causa dilatationis & depressionis pulmonis & branchiarum dicetur, sed vos dicetis, qa dicit, ꝙ gñatio est prima participatio vitę, ac eius permāsio, quia generatio est quædā mutatio à non esse animalis ad ipsum animal, ergo non prima participatio animæ, quia sic est ipsa anima participata, & via differt à termino, etiam quia generatio est prima participatio animæ sensitiuæ, & nō nutritiuæ, postea dicit, quòd vita est eius permansio, si uita pro primo actu.i.pro anima, tūc anima est actus physici corporis, vt in secundo de anima diffinita est, non hic, si pro actu secundo, sic est operatio, & sic ei non conuenit diffinitio, tum etiā quia dicit quòd senectus & iuuentus sunt quando fit motus augmenti & decrementi, augumentum & decrementum sunt in prædicamento quantitatis, iuuentus & senectus in prædicamento quando, etiā quia istæ sunt animalis passiones & non pulmonis, quia istæ duæ passiones sunt in animalibus carentibus pulmone. Vltimo quia dicit quòd mors est duplex naturalis, & violenta, contra, nulla est naturalis, quia hæc ab impotentia naturali prouenit, tū etiam confirmatur, quia mors est corruptio quędam, quæ non intenditur à natura, & mors non potest desiderari, quia non cadit sub appetitu alicuius id quod non habet rationem boni.

De primo, generatio est mutatio, & vita est participatio animæ, dico, quòd motus est via in terminum, & non differunt hi duo motus à termino suo, quia alteratio non est nisi qualitas successiuè acquisita, ita augmentatio ista generatione, ista ergo tantum ratione distinguntur, & ideo generatio viuentis est participatio animæ in calido, id est anima primo participata, quod dicimus, quia dicit per animam nutritiuam, dico quòd Aristot. diffinit generationem uiuentium, si uolumus diffinire animalium uitam & generationem, tunc cadit sensitiua in diffinitione. Ad sc̄d͞m dico, ꝙ intelligitur vita pro actu primo, tu dices quòd aliter diffiniuit Aristot. secundo de anima, dico quòd si consideraretur anima absolutè in comparatione ad corpus, sic in secundo de anima est diffinita, si consideretur uita in comparatione ad instrumentum, quo primo operatur, tunc sic diffinitur hic, ut est principium operationis, & ut operatur primo instrumentum.

Lectio XII.

DVIT secūda dubitatio de distinctione ętatis, qa distīguebat ętates ex augmēto & decremēto, si dicas, quòd augumentum est in prædicamento quantitatis, tum etiam quia sunt passiones totius animalis. dico domini, quòd de facto est concedendum, quòd augumentum est in prædicamento quātitatis, sed iuuentus est dispositio sequēs augumentum. Ad aliud, quia istæ sunt passiones totius viuentis, verum est, tamen Arist. describit istas à posteriori per causam, & particulam principalem. Ad aliud quia insunt omnibus animalibus, verum est, hic tamen definiuit per manifesta, tertio dubitatur de morte, quòd nulla sit naturalis, dico quòd de facto nulla est naturalis mors, naturalis tamen dicitur, quia non est à causa extrinseca, sed sola actione causæ intrinsecæ, videlicet caloris, dicitur etiam naturalis ratione materiæ, *tria autem sunt, accidentia*. His expeditis promisit Arist. sed declaraturum nobis cām respirationis, dixit ꝙ cā huius motus posterius erat declarāda, & hic illud obseruat, qa vult declarare motū huius cordis, & primo dicit ꝙ triplex est motus cordis, q motus vñr persimiles, non sunt tñ, qa sunt sub alia causa, primus est motus cordis, q dicit tremor & palpitatio, secūdus pulsus dr̄, tertius respiratio, q motus cōstāt ex dupli ci parte, videlicet dilatatione depressioneq;, iō vident similes, & dissimiles tñ sunt, qa sunt ab alia &c. alia causa extrinseca violentante ipsum cor, & tunc calor ipsius cordis confugit ad arcem & ad cor, & tunc concutitur cor, & triplici causa oritur iste motus, primo ex vehemētia frigiditatis, ut ex humore melancholico proximo cordi, & ideo accidit melancholicis palpitatio cordis. Secundo ex humore uenenoso proximo ipsi cordi, sicut accidit

inqnit

inquit Aristote. in multis febribus pestiferis, quæ ægritudines spasmus dicuntur, & sic ab ista secunda causa causatur iste motus, tertia causa est à vehementi timore, quando quia vehementer timet hostem, tunc retrahitur calor naturalis, & ad cor confugiens, ibi concutit, & conquassat cor, & sic mouetur cor illo motu pulsationis, & dicit, quòd aliquando animalia moriūtur pasione cordis, quia calidum vnitum consumit totum humidum ipsius cordis, & est primus modus motus cordis, qui saltus, & palpitatio dicitur, secundus modus dicitur motus pulsus, & iste est naturalis cordi, ille erat præternaturalis, dicit ergo, causa huius motus, qui dicitur pulsus cordis, est persimilis pulsationi ipsorum apostematum, & feruori ipsius aquæ, quia sicut fit pulsatio in apostemate, scilicet eleuatio, & depressio, quando sanguis ibi contentus in membro a calore putrefaciente cōuertitur in humorem tenuiorem, qui occupat maiorem locum, & sic eleuatur, & post deprimitur, vel quia humor tenuis respirauit per poros aeris, vel quia ille humor compactior factus est, & densior, & sic conuertitur in humorem crassiorem, videlicet in saniem, ideo est cum dolore. quia ille humor eleuatus dissoluit continuum, est etiam persimilis aquæ, quia aquam facit calor tenuiorem, & sic quærit maiorem locum, & tumescit, vel quia pertransit aqua ex vase, vel quia spiritus ille euaporat, sic dicit ipse, cor in stomacho mouetur, quia cum cor sit primum principium virtutis motiuæ in generatione cordis, videmus multam humiditatem nondum generatis venis, neque aliquo alio, ex quo ergo primum principium generationis sanguinis, & virtutis nutritiuę, intelligatis, quòd est primum principium sanguinis perfecti, & veri, ex quo ergo est primum principium sanguinis & caloris, calor ipsius clam decoquit sanguinem in se ipso, attollit ipsum in tumorem, qui sanguis eleuatus, eleuat ipsum cor, postea verò deprimitur, quia cum intumescit sanguis, aer exterius inspiratus attrahitur, tunc reprimitur feruor ipsius sanguinis ex aere recepto, & sic detumescit, aduertatis autem, quia hæc habent innumeras difficultates, quia ista causa videbatur alicui immanifesta, vult probare istam causam triplici signo, & primo, quia corpora animalium in ætate florida habent pulsum fortiorem, quàm senes, & uehementiorem, vnde est hoc? ex hoc est, quia calor naturalis innatus maior est, ergo maior est feruor sanguinis, & sic maior postea est depressio, & sic maior est tunc eleuatio cordis, & depressio.

Secundo dicit Aristoteles, quia omnes arteriæ simul inuicem cum corde pulsant eodem tempore quo eleuatur, & deprimitur ipsum cor, arteriæ omnes ad inuicem cum corde ipso eleuantur & deprimuntur, & dicit Arist. quòd non solum isti habent hunc motum ad inuicem correspōdētem, sed etiam correspondent cordi in isto motu, et hic sunt difficultates istorum medicastrorum, et omnes sunt contra Aristotelem, et iudicio meo etiam contra Galenum, et hoc est, quia arteriæ principium habent à corde, ideo respondent omnes arteriæ in motu suo motui ipsius cordis, quia cum à corde oriantur, cor correspondet principaliter motui sui principij. Tertia ratio à signo, quia motus iste est perpetuus durante ipso animali, ergo signum est, quòd iste motus insequitur motum perpetuum, sed nullus est alius motus perpetuus in animali, nisi motus nutritionis, et decoctionis sanguinis in ipso corde, ergo iste motus insequitur motum nutritionis ipsius cordis, et tunc epilogat Aristoteles causam vtriusque motus, quia vult dicere de tertio motu, scilicet respirationis, sed vos dicetis, quia Aristoteles dicit, quòd motus tremoris habet triplicem causam, quia à frigido, à veneno, et timore, omnes istæ causæ sunt communes brutis, et tamen Aristoteles tertio de partibus, cap. sexto, dicit, quòd omnium animalium in solo homine cor palpitat, quia dicit, ꝙ motu palpitationis mouetur cor hominis spe, et nō tantū timore, ergo non perfectè cām hic assignauit Aristot. Secunda dubitatio est, quia dicit, Quòd cor primo generatur, & est primum principiū sanguinis, De primo est dubitatio, quòd cor sit primo generatum, quia semper natura ab imperfecto procedit, tamen cor perfectissimum quid est in animali. Et confirmatur, quia anima est actus corporis organici, ergo; et confirmatur, quod primo generatur habet animam illius speciei, et sic sequitur, quòd cor erit animal, et homo. et de signo, quia illa humiditas, quæ est apparens in corde, non est sanguis, sed materia superflua generationis cordis, quia ista humiditas non est generata in corde, quia non potest generari, nisi ex chilo et epate: et confirmatur, quia inquit, quòd venæ non generātur generato corde, hoc est impossibile, quia venæ conglutinantur substantię ipsius cordis.

Tertio, quia dicit, quòd arteriæ respondent motui cordis, in contrarium sunt medici, qui dicunt, quòd cum deprimitur cor, eleuantur arteriæ, et probatur ratione, quia cum deprimitur cor, emittitur spiritus, et dilatantur ipsæ arteriæ; De primo cum dicis, ex his causis motus saltus etiam erit cōmunis bruto, tu dices, Aristoteles dixit oppositum, et expectatione rei futuræ, dico, quòd fortius apparet in homine, ideo præcipuum est hominis, et vltra quantum ad istam spei causam rei futurę, quæ soli homini conuenit. Quod addis, quia aliā causam dimisit Aristoteles, videlicet spem, dico, quòd verum est, tamen illam intellexit per suum oppositum, videlicet ex timore ipso, et hanc explicauit, quia vt in pluribus illa euenit. Quod addis, quòd cor est primo generatum, quia tunc natura à perfectiori ad imperfectius procederet, cuius tamen oppositum dixit Aristoteles, dico, quòd si intelligamus, quòd processus naturæ ab imperfecto procedit, id est, quòd primo generatio illius est imperfecta, postea perficitur, verum est.

Ad aliud, quòd anima est actus corporis, dico, quòd si intelligamus, quòd processus naturæ ab imper-

imperfecto procedit, id est, quòd prius generatio illius est imperfecta, postea perficitur, verum est.

Ad aliud, quòd anima est actus corporis, dico, quòd si intelligamus de anima in fieri, illa diffinitio non est vera, si in facto esse, vera est. Quod addis, quòd tunc cor cum sit compositum ex anima sensitiua, & materia, ergo animal, & homo, dico, quòd non est homo, neque brutum, quia tamen aliquid potest esse sub genere, quod non est sub specie, quia tunc habet esse incompletum, & sic est animal, tamen non est brutum, aut homo. Quod addis de signo de multa humiditate, quæ apparet in corde, & eius generatione, dico, quòd non vult Aristoteles per hoc signum, quòd illa humiditas in signo apparens sit generata in corde, quia non propter hoc vult Aristoteles cor esse principium generationis cordis, recurratis ad Aristotelem tertio de partibus, iiij. vbi dicit, quòd cor est primum principium sanguinis, & hoc, dicit, apparet ex anathomia, de multa humiditate, quæ apparet in eius generatione, & quomodo valet hæc consequentia? valet quia in corde reperitur sanguis extra venas, & est tanquam in lacuna & conceptaculo eius, & sic iste locus declaratur per illum locum, & sic dicit Aristoteles de alia dubitatione, quòd arteriæ pulsant omnes inuicem cum corde, exponunt isti, quòd verbum Aristotelis non dicit, quòd simul in corde moueantur istæ arteriæ, sed simul ad inuicem istæ arteriæ, sed tunc Aristotelis argumentum non valet, quia ipse dicit, omnes venæ oriuntur à corde, ideo insequuntur motum sui principij, ideo cum eleuatur cor, ex eadem causa eleuantur arteriæ, & sic etiam in depressione, quia cum cor deprimitur, ibidem arteriæ deprimuntur, & sic quomodo valet argumentum Aristotelis, si dicas, arteriæ istæ simul inuicem mouentur. Et confirmo fortius, quia ipsi expositores dicunt, quòd quoniam causa eleuationis arteriæ est depressio cordis, quia cum comprimitur cor, spiritus à corde ad arterias mittitur, & arteriæ ipsum recipiunt, & sic valet argumentum Aristotelis, quia iste motus eleuationis, & depressionis oritur in arterijs à corde, ideo, sed hoc non sequitur, quia si ideo dilatantur arteriæ, quia recipiunt sanguinem & spiritum à corde, ergo non simul inuicem arteriæ mouentur, quia sic prius proximæ, quàm remotæ mouebuntur, & hoc est, quòd ille sanguis & spiritus successiuè mouetur, & sic prius pertranseunt ad arteriam proximiorem, quàm remotiorem, & sic prius mouebuntur illo motu arteriæ proximæ, quàm remotę, quod tamen apparet.

Lectio XIII.

DIXIT Aristoteles, quòd triplex erat motus in corde animalium, scilicet pulsationis, siue saltus, pulsus, & respirationis, & cũ declarauit causam saltus, & pulsus, vult modo reddere causam tertij, scilicet respirationis, & dicit, quòd motus respirationis fit ex motu pulsus, & feruescentia calidi dilatatur, & intumescit sanguis, sanguine intumescente quærit maiorem locum, & sic est causa eleuationis ipsius cordis, corde eleuato eleuatur pulmo, & sic ex consequenti pectus dilatatur, & quia cor continetur in medio pulmonis, ideo cum eleuatur cor, eleuatur ipse pulmo, cum eleuatur contentum, eleuatur etiam continens, ideo eleuato pulmone eleuatur etiam pectus, ad cuius eleuationem fit attractio aeris, vt in follibus ærariis accidere solet, & cum dixit, quòd spiritus & calor nutritur, declarat hoc, quia est principium nutriendi omnia membra, quia omnia membra nutriuntur à calore naturali, ergo calor naturalis maxime nutritur, & sic eleuatio cordis & pulmonis fit ex sententia caloris, & sanguinis intumescentia, cum ergo cor sit in medio pulmonis eleuato corde eleuatur pulmo, quo eleuato pectus eleuatur, quibus eleuatis, scilicet pulmone & pectore aer de necessitate ingreditur, & sic dicit Aristoteles, quòd similis est constitutio pulmonis constitutioni follũ ærariorũ, & sic eleuatio follis est causa eleuationis pulmonis, causa eleuationis cordis est calor excalefaciens sanguinem, ꝙ illum subtiliaus, & sic cum omnia alia membra propter calorem nutriantur, ergo calor maxime nutritur, et sic cum nutriatur, conuertit sanguinem in sui naturam, et sic causat eleuationem, cum ergo ex eleuatione horum membrorum ingressus fuit aer, aer reprimit feruorem sanguinis cordis, et pulmonis, quo scilicet detumescenti deprimitur cor et pulmo, et sic aere ingresso reprimitur feruor, quo depresso deprimitur pulmo, et cor ex multis neruis existentibus in pulmone, et declarat Aristoteles id, quod dixit ex eius operatione, primo de hystoria, capitu. decimoseptimo, quomodo rami, arteriæ pulmonis, et cordis sunt contigui, dicit ergo, cum multa fiat eleuatio cordis, pulmonis, et pectoris subintrat aer, ne detur vacuum, et cum rami etiam arteriæ vocalis, quæ alligantur pulmoni, et venalis, quæ cordi alligantur, sint porosi, attrahunt aerem, et sic aer deriuat vsque ad calorem cordis, quo refrigerato aer extruditur, et ita dicit Aristoteles, fit successiue quousque durat animalis vita, cuius motus vna pars dicitur inspiratio, id est attractio aeris, altera expiratio, id est emissio aeris, et maxime hoc fit, dicit Aristoteles, in animalibus habentibus multum sanguinem in pulmone, vt aer penetret in omnes partes, et concauitates, et fistulas pulmonis,

pulmonis, quibus venæ coniunguntur quàm plures, quæ retinent sanguinem, et iam declarata est causa respirationis, et ideo Aristoteles declarauit motum pulsus, quia ille motus est causa respirationis, in piscibus autem respirantibus calor cordis decoquit sanguinem cordis, qui subtiliatur, et quærit maiorem locum, et sic eleuatur cor, quo eleuato eleuantur branchiæ, vt contermina, et tunc aqua ingreditur branchias, et iterum aer ingressus reprimit calorem cordis, quo depresso deprimitur cor, et constringitur, et sic emittitur aqua, et sic fit quousque durat vita, et postea epilogat, et dicit, *dictum est de morte & vita, & ferè de omnibus eis cognatis*; quia erant opera propria, et communia, communia erant quinque, et mors et vita habent cognatas causas longitudinis, et breuitatis vitæ, et senectutis, vt aliàs, remanet litera de sanitate et languore, ideo dicit, ferè dictum est, quia remanet iste tractatus de sanitate et languore, et postponit, quia est indifferens, et à natura, et ab arte, ideo fuit postpositus, ideo autem Theophrastus præposuit hunc tractatum libro de plantis, quia in plantis est à natura tantum, non autem ab arte, et hunc librum non habemus ab Aristotele, et omnes Græci dicunt Aristotelem confecisse hunc libellum, sed periit iniuria temporum, tres tamen literæ habentur in fine huius libri, græcè tantum, isti verò vt Leonicus, et alij, nihil dixerunt de illo textu mutilato, scilicet principio libri de sanitate, quia non habet conuenientiam cum hoc tractatu, est enim, vt diximus, principium libri de sanitate et languore, et sic dictum est de morte, et vita, et eius cognatis.

Oportet enim nutrimentum esse in medio; hęc verba exponit Leonicus, quòd cor scilicet est duplicatum in parte dextra, et sinistra, quia est, vide Leonicum, sed mihi videtur, quòd ista diuisio referatur ad pulmonem ipsum, quia natura diuisit pulmonem in duas partes, quia in medio scilicet pulmonis est membrum nutritiuum, scilicet virtus nutritiua, quæ sine cognitione operatur, ideo naturaliter, sicut etiam dicunt medici, ideo dicitur naturalis virtus, super his verbis sunt innumeræ difficultates, primo dicit Aristoteles, quòd eleuato corde eleuatur pulmo, & pulmone eleuato eleuatur pectus, quia cor est principium etiam aliarum particularum, ergo etiam aliæ partes eleuantur, & confirmatur, quia si est principium, aut est materiale, aut actiuum, & neutrum est verum, tamen quia dicit, quòd calor cordis nutritur, & probat, quia est principium nutritionis, in alijs ergo propter quod vnumquodque tale est, & illud magis est, dubitatur, quia calor non nutritur, quia non est animatus, tum etiam quia vapor ab aqua eleuatus non differt substantialiter ab aqua, ita vapor sanguinis, qui est calor, ergo non nutritur, quia si sanguis non nutritur, ergo neque vapor ipsius nutritur, etiam quia si valet Aristotelis consequentia, probabo, quòd iste calor sentiat, quia est principium sentiendi, & motus progressiui, regula enim falsa est in causis instrumentalibus, vt vinum inebriat, ergo vinum magis ebrium, non valet.

Tertio & difficilius, quia dicit, quòd eleuatio cordis est feruescentia calidi, & intumescentia sanguinis, & depressio est eiusdem detumescentia, sed si iste motus est à calore, ergo per accidens ex ipso, & primus motus animalis non habet causas per se, & patet, quòd calor non mouet, & eleuat, vt ingrediatur aer, ergo ab anima fiunt isti motus.

Quarto dicit, quòd eleuato corde eleuatur pulmo, eleuato pulmone eleuatur pectus, oppositum dicit Galenus, quia eleuato pectore pulmo eleuatur, & hoc est, quia pectus habet musculos, qui coniunguntur pulmoni, etiam quia iste motus est voluntarius, quia potest detineri anhelitus per aliquod tempus.

Quinto verò dicit, quòd eleuato pulmone, & alijs, ingreditur aer, & qua necessitate? ne detur vacuum, contra quia tunc sanguis intumescit, & sic replentur concauitates omnes ab illo spiritu, ergo non necesse est tunc subingredi aerem, quia dabitur penetratio corporum, & sic non est simile de follibus ærariis, & sic non apparet necessitas, etiam ibi nullum est membrum quòd attrahat aerem, vt ponit Galenus, Aristoteles nisi ex necessitate vacui, sed hoc non valet, vt diximus, quia ibi non est vacuum, cum omnes pori intumescente sanguine repleantur.

Sexto & fortius, quia dicit, quòd corde eleuato eleuatur pulmo, quo depresso, pulmo deprimitur, sequitur ex hoc, quòd motus pulsus & respirationis se inuicem cōsequantur, quod falsissimum est, quia vno motu respirationis tantum aeris attrahitur, quod sufficit pro refrigeratione calidi per multum tempus, in quo fit pulsus, & sic non respōdent motus pulsus, & respirationis, & sic dicit Galenus in his, quæ sunt sub aqua, & sic natura prouidit, vt diu possimus tenere anhelitum, & sic iste motus est aliquando in potestate nostra, ille verò penitus naturalis.

Septimo dicit, quòd in refrigeratione piscium ingreditur aqua ad cor ex branchiis, quæ in animali respirante, quod est maioris caloris, quàm piscis, non potest immediate aer subingredi ad cor, nisi prius subingrederetur ad pulmonem, qui præparat aerem, & elaborat ipsum, ne lędat cor, ita nō aqua in piscibus statim subingreditur ad cor ipsorum, cum aqua sit frigidior aere, & pisces sint minus calidi, quàm animalia respirantia, non ergo videtur verum.

Ad primum cum tu dicis, eleuato corde pulmo eleuatur & pectus, quia est principium, tu dicis, quia etiam est principium aliarum partium, etiam quia nec materiale, nec effectiuum est principium, dico, quòd est principium caloris existentis in ipsis, & sic est principium à quo pendet eorum calor, & sic non est aliarum partium, quia non sunt alię partes coniunctæ, et proportionatæ ita cum corde ad illum motum.

Ad secundum

Ad secundum quòd calor non nutritur, quia non est animatus, de hoc dicemus, nunc tantum dico, quòd nutritur impropriè, quia quærit in suam naturã sanguinẽ permutare, eo modo quo dicimus, ꝙ flamma nutritur ex humido, verum est quòd possumus exponere illam particulam de corde ipso, & non de calido naturali, tamen verba videntur dicere de calido naturali, ita exponit Michael.

Ad tertium, quia si causa horum motuum est feruor sanguinis, tunc esset à casu & fortuito, cur ergo non ab anima, de hoc dicemus, à quo sunt omnes isti motus, quia plures sunt opiniones de hac re.

Quod addis quarto, quia dicit, quòd motus cordis est causa motus pulmonis, & motus pulmonis causa motus pectoris, oppositum dicit Galenus, quòd pulmo mouetur, quia pectus mouetur, pectus enim est causa motus pulmonis, ideo pulmo mouetur à musculis pectoris, quibus colligatur, & eius signum est, quia vulnerati in pectore non possunt respirare, etiam quia iste motus est voluntarius ratione musculorum, de hoc dicemus.

Ad aliud de quinto exemplo in follibus ærariis, quia Aristoteles non dicit verum, quia folles fabriles dilatantur, quia implentur aere, ideo reprehendit Aristotelem, quia ipse dicit, quòd prius dilatantur ad ipsa præcordia, quę ergo necessitas attrahendi aerem? de hoc dicemus.

Quod addebas vltra, quod dicis, quòd aer immediate ingreditur ad cor in piscibus per brãchias, si hoc non potest fieri in animalibus maioris caloris & respirantibus, ergo multo minus in piscibus, dixi de hoc, quòd hoc non fit secundum substantiam aquæ, sed secundum virtutem per partem, sed per hoc sequitur opinio Galeni, quia dicit Galenus quòd respirant pisces, quia illa fistula est ita angusta, quòd eam aqua subingredi nequit, ideo per aerem refrigeratum refrigeratur eorum cor, dico, quòd ibi non fit respiratio, sed spiritus exiens in illo loco, id est orificio fistulæ refrigeratur, & sic ille refrigerat cor, & eius calorem naturalem.

Lectio XIIII. Et examen.

IN hoc tractatu sunt multæ dubitationes, prima est, quia philosophus dixit cõtra Empedoclem dicentem, quòd ideo pisces confugerunt ad aquam, quia sunt natura calidiores, arguit Aristoteles, quia omnis lapsus naturalis à temperamento suo simili adiuuatur, & conseruatur, præternaturalis verò à contrario reducitur, & sic pisces natura frigidi, & humidi ad elementum frigidum refugerent, & fuit prima dubitatio, nunquid lapsus naturalis conseruetur suo naturali, secunda, an præternaturalis lapsus itidem à suo contrario, & primo non arguitur ex Galeno secundo techni, omnis immoderata discrasia à suo simili lęditur, à suo contrario adiuuatur, ergo non conseruatur à simili, etiam idem dicit Galenus tertio de temperamentis, cap. tertio, calidiora frigidioribus, frigidiora calidioribus conseruantur, & Cornelius Celsus libro primo, & Theophrastus etiam libro primo de causis plantarum, cap. vigesimoquinto. In oppositum est Galenus tertio techni, secundo, & Aristoteles hic, dicit Galenus, quòd sicut corpus temperatum temperatis causis conseruatur, ita distemperatum distemperatis, & distemperatis quæ tantum recedant à temperamento, quantum corpus distemperatum, ita dicit Galenus tertio techni, texto vigesimo, hæc quæstio est difficilis, & est triplex modus dicendi, Iacobus Forli. secundo techni citat Aristotelem hic, dicit, quòd duplex est lapsus naturalis insequens materiam, & naturalis etiam insequens formam, si fuerit prior iste, à simili conseruatur, vt dicit Aristoteles, si verò fuerit lapsus naturalis à temperamento insequens formam secundum exigentiam operationum ipsius formæ isti à contrario conseruantur. Sed Iacobus errat, qui exponit Aristotelem hoc modo, quia Aristoteles non dicit, quòd duplex est lapsus naturalis, sed dicit, ꝙ est lapsus naturalis insequens materiam, id est qui est in principio generationis materiæ, & alius est aduentitius, & iste à contrario conseruatur, & ille insequitur mixtionẽ qualitatum primarum, & Aristoteles non dicit, quòd duplex sit lapsus naturalis, vnus insequens materiam, alius formam. Secundo quia non minus requiritur cõseruatio lapsus à forma naturali, quàm à materia, quia sic argumentum Aristotelis non concluderet, contra Empedoclem, quia licèt quo ad complexionem materialem, non tamen quo ad complexionem formalem concluderet: secundo, quia non debet minus lapsus naturalis insequens formam à simili conseruari, quàm lapsus insequens materiam, quia forma nobilior est materia, etiam quia Empedocles solueret argumentum Aristotelis, quia diceret, quòd quo ad cõplexionem formę, lapsus non debet conseruari à simili, sed à contrario, & sic ratio Aristotelis nulla esset, quia quando Aristoteles dicit, quòd lapsus naturalis conseruatur suo simili, ergo pisces si per temperamentum sunt calidi, deberi conseruari in elemento calido, & non in aqua, diceret Empedocles ad Aristotelem, quòd verum est, de lapsu naturali insequente materiam, quia debet à simili conseruari, sed de naturali insequente formam non valet, quia iste à suo contrario cõseruatur, ideo pisces ad aquam confugiunt. Tertio, quia contrarium agit in suum contrarium, & illud destruit, ergo nullus lapsus naturalis põt conseruari à suo cõtrario.

Secundus modus dicendi est Haly, & Auerrois, Haly secundo techni, Auerrois secundo colliget, cap. vndecimo, & secundo cant. cap. sexto, & reprehendit secundo techni, quòd non est verum, ꝙ calidiora calidioribus conseruantur, imò calida à frigidis conseruantur, dicit Auerroes, quòd licèt hæc conseruatio fit à contrario, est tamen à simili, quia conseruat corpus in simili complexione: secundo

cundo etiam, quia ista dicuntur similia, id est minus dissimilia, & sic dicit Haly secundo techni, si erit corpus lapsum versus calidum, vt duo, si tūc reducitur, indiget frigido vt duo, si conseruatur à frigido vt vnum, & sic conseruatio in tali lapsu debet fieri à causis frigidis, vt vnum dicitur simile calido vt duo, quia est minus dissimile quàm frigidum vt duo, & intelligit Galenus, Haly secundo techni, & Aristoteles hic, & sic corpora, quæ labuntur ad calidum, reducuntur ad temperamentum à frigido, & ab illo conseruatur, & quòd hæc expositio sit vera, multipliciter probatur, primo ex Hyppocrate, qui dicit, corporibus humidam carnem habentibus remedium est fames. Et fortius tertio aphorismorum, cap. tertio, temperatis temperata conueniunt, distemperatis verò contrarium, vt Galenus loquitur de naturali lapsu, & temperamento, & dat exemplum de iuuentute & senectute, nam iuuentus melius hyeme conseruatur, senectus (vt patet) melius æstate conseruatur.

Confirmatur, quia Galenus sexto de sanitate tuenda dicit, quòd complexio humida & sicca conseruatur à similibus, calida & frigida à contrariis, & dat rationem, quia qualitates passiuæ, cum sint modicæ actionis, parum alterant, & si alterant, non perducunt ad ægritudinem, ideo ista similibus, calida frigidis, frigida calidis conseruantur, & Auicenna secunda primi, cap. de iudiciis temporum, vbi inquit; frigidum tempus mouet phlegmaticum ad epilepsiam, calidum ad coleram, & confirmatur etiam rationibus Aristotelis hic.

Secundo ratione, quare lapsus accidentalis ad temperamentum per contrarium iuuatur, quia permutatur in melius, ergo etiam ita in lapsu naturali hoc debet esse, secundo, quia causæ conseruantes sanitatem sunt res naturales, non sunt similes, quia agunt, ergo potius causæ conseruantes sunt, quàm contrariæ, quàm similes.

Tertiò & fortius accipiatur corpus lapsum versus calidum, arguitur sic hoc corpus, ex quo complexionis calidioris maiori indiget refrigerio calidi innati, quàm corpus temperatum, ergo maiori aere, & frigidiori, ergo contrarium contrario debet conseruari, ergo tanto magis lapsus naturalis à cōtrario. Quarto experientia, primo, quia videmus, q̄ animalia sanguine prædita conseruantur elemento frigido, vt delphinus, & cetæ, & insecta, parui sanguinis in aere: secundo experientia, quam dixit Galenus tertio techni, dixit, quòd pulmo calidior iuuatur ab odoribus calidis, & siccis, in libro de sensu & sensili, & tamen cerebrum & frigidum, & humidum, ergo à contrariis causis conseruatur, etiam secundo techni flatus boreæ nocet cerebro, auster verò iuuat, quia calidus, & siccus, cōtra istam opinionem insurrexit Drusianus secundo techni, & ex Galeno ibi, sicut corpus temperatum temperatis, ita distemperatum distemperatis causis conseruatur, arguit contra Haly, quia exponit Haly, & Auerroes, quòd ista conseruatio fit à simili, quia calidum lapsum vt duo conseruatur à frigido vt vnum, & reducitur à frigido vt duo, ita est simile frigidum vt vnum respectu frigidi vt duo, & sic dixit, quòd corpora calidiora calidioribus conseruantur, id est quia magis similibus, quia calidum dicitur frigidum vt vnum respectu frigidi vt duo, sed tunc arguit contra Drusianus, frigidum vt duo non est calidum, ergo istæ causæ conseruantes non sunt calidæ, ergo, diceret Haly, sunt calidiores, id est, minus frigidæ, quàm reducentes, contra, quia Galenus non comparat causas conseruantes temperamentum ad causas corpus reducentes ad temperamentum, sed comparat causas conseruantes temperamentum ad conseruantes distemperamentum, & fortius, quia causæ conseruantes lapsum sunt contrariæ causis lapsum reducentibus, sed contrarium frigido vt duo non est frigidum vt vnum, sed calidum vt duo: & confirmatur, quia causæ conseruantes & reducentes sunt contrariæ secundum Galenum, sed à frigido vt vnum conseruantur, & à frigido vt duo reducuntur, ergo ista duo erunt cōtraria, frigidum vt vnum, & frigidum vt duo, secundo ex ratione ex dicto Galeni secundo techni, oīs lapsus naturalis simile appetit, pternaturale appetit contrariū sibi, in problematibus part. duodecima, dicit, quòd robustiores multum viuunt, quia habent multum caloris, & dicit Conciliator, quòd homines septimi climatis magis appetunt pisces, quàm carnes, quia sunt frigidæ complexionis, & humidæ, etiam infantes appetunt humida, quia eorum complexio labitur ad humidum, magis etiam quia vnumquodque membrum facilius conuertit in sui naturam id, quod est sibi simile quàm contrariū, Secundo & fortius, omnis corruptio fit à contrario, ergo conseruatio fit à simili, quia contrariorū contrariæ sunt causæ, etiam quia contrarium destruit suum contrarium, etiam simile non agit in simile. Tertio Galenus iij de simpl. med. cap. quarto, dicit, medicinæ similes corporibus intemperatis nihil conferunt, quia nihil lædunt, neque perficiunt, sed conseruant, quia sunt similia. Ideo fuit tertia opinio Conciliatoris, & Drusiani insequentis ipsum, nescio tamen quis ipsorum fuerit prior, dicunt tamen, quòd re uera omnis conseruatio fit à simili, quia dicit Aristoteles, quòd lapsus naturalis à simili conseruatur, & sic omnis complexio siue temperata, siue intemperata debet à simili conseruari, & à contrario suo corrumpi, & ista est mens Aristotelis hic, quia contrarium à contrario permutatur, ideo dico, quòd quantum est per se, omnis conseruatio fit à simili, per accidens tamen aliquando perfectius conseruatur contrarium à suo contrario, quàm à simili, quia si nos perfectè cognosceremus causas conseruantes calidum vt duo in gradu & forma, perfectius conseruaretur calidū vt duo à calido vt duo, sed quia nōn cognoscimus gradum ipsius causæ, licèt sciamus formam, ideo cū frigidis procedemus, quia si calido vt duo approximemuc calidum vt tria, vel quatuor, facilius du-

ceretur corpus ad ægritudinem, ideo rectius est adhibere contraria, maxime si paulatim adhibeamus, reducemus ipsum ad temperamentum, si verò adhibemus causas calidas, quia nescimus gradum ipsius lapsus, neque ipsius causæ, & sic adhibemus vltra gradum, adderemus nocumentum, ideo facimus, sed adhibemus frigida quæ reducant ad temperamentum, & hæc credo quòd sit opinio Auerrois secundo colliget, cap. vndecimo, quia dicit, quod calido vt duo adhibemus frigidum vt vnum, nisi adiungamus calidum vt tria, incideret corpus in ægritudinem, & sic tutior est à contrariis causis conseruatio, ex hoc soluuntur argumenta.

Causa decisionis immoderata discrasia læditur à sibi simili in forma, non in gradu, & sic ita est. Quod addebas tertio de elementis, corpora calida frigidis restituuntur Cornelius Celsus, & Theophrast. dico quod isti comparant corpora duabus causis similibus omnino, & sic conseruatur, sicut in forma similia, & in gradu non similia, tutius fieret conseruatio per contrarias causas, quia tutius est adhibere calidis frigida, quia lapsum corrigimus, quàm similia adhibere, quia erramus in illis, & in illis non, si verò sciremus similia in gradu, & in forma, perfectius conseruaret quàm dissimilia. Ad Auerroem possumus dicere, quòd fuit illius mentis, quia tutius conseruatur causis contrariis, quia ibi potest accidere error, & ita videtur dicere, eodem modo soluuntur ceteræ authoritates. Ad Hyppocratem, primo Hyppocrates loquitur de reductione illius corporis, & non de conseruatione, quod dicit Galenus tertio aphorismorum, soli temperato est tuta exhibitio temperato corpori, non distemperato, cum adhibemus similia in forma, & non in gradu, erramus, ideo tutius ad contrarias causas vertimus, & sic de iuuentute & senectute Galenus ideo comparat dissimiles ad inuicem, & non causas ad dissimiles, eodem modo ad authoritatem Auicennæ. Ad rationem, & ad Aristotelem, qui dicit, quòd lapsus accidentalis à temperamento iuuatur à suo contrario, ita naturalis, dico, quòd non est simile, quia lapsum accidentalem semper intendimus reducere in temperamentum, naturaliter potius intendimus conseruare, quia ista corpora non semper possumus reducere nisi raro, dicit Galenus de hominibus ociosis, & sic non est simile. Quod addis secundo, quia causæ conseruantes sanitatem, vt res non naturales sunt dissimiles, dico, quòd istæ sunt contrariæ formaliter, sunt tamen similes virtute, quia conseruant in suo simili temperamento, vt cibus, & potus. Quod addis tertio, quia corpus calidius eget maiori refrigerio calidi innati, temperatum non tanto refrigerio, ergo illud indiget aere frigidiori. Dico, quòd hic est conseruatio totius, & refrigeratio sic fit per respirationem, & tunc aer est similis, si verò comparamus aerem frigidum calori cordis & pulmonis, quia sic debet alterare, & permutare, ne partes illæ inflamentur. Quod addebas de balneis, delphinis, & cetibus, quæ calida sunt & conseruantur in elemento frigido, insecta in aere calidiori, quæ magis frigida sunt, dico, quod pisces omnes sunt frigidæ complexionis, quantumcunque sint præditi sanguine, & si calidi sint respectu aliorum. Quod dicis de insectis, dico, quòd exactissimè insecta in aere conseruantur sibi simili, sed quia non habent, ideo aere calidiori melius quàm aqua conseruantur.

Quod addis de iuuene, qui melius in hyeme quàm in æstate digerit, dico, quod contemperat duo dissimilia, ibi non contemperat simile ad simile, & ita quod arguis de corde & pulmone calidiore, dico, quod verum est comparando aerem frigidum ad calidum, & non ad aerem similem, sicut dicit, quòd comparat duo dissimilia, non simile ad dissimile. Quod dicis de odoribus respectu ipsius cerebri, dico, quod conueniunt odores cerebro alterando, & non conseruando.

Lectio XV.

REMANET secunda dubitatio, quia dicit Aristoteles, quòd sicut lapsus naturalis iuuatur per similia, ita accidentalis iuuatur & conseruatur à contrario, arguitur, quia contrario destruitur, ergo non conseruatur. Secundo, quia sicut lapsus naturalis appetit sibi similia, ita accidentalis, probat consequentiam, quia omnis appetitus naturalis est causa conseruationis, & probatur quòd appetat similia per Aristotelem secunda part. problem. proble. iiij. quia sicut robustiores appetunt vinum, ita laborantes Mania. Confirmatur ex Auicenna tertia tertij, quia dicit, quòd ventres frigiditate abundantes appetunt terrea sibi similia, ergo. Etiam fortius confirmatur, quia morsus à cane rabido post vehementem siccitatem inductam, fit quòd illa addit aquam & humidum, si ergo fugiunt potum frigidum, appetunt sicca. Tum tertio, quia si lapsus accidentalis appetit dissimilia & contraria, ergo lapsus iste ex se ipso perfectissime curabitur, quia appetit contraria, quibus corrumpitur, & detur, hoc autem falsum est. Ex opposito fuit Aristoteles, quòd sicut lapsus naturalis similibus conseruatur, ita accidentalis dissimilibus conseruatur, quia illa indigent de sui conseruatione, hic de reductione ad temperamentum, & sic secundum medicos, & philosophos, dico, quòd appetit discrasia accidentali contrarium, & à contrario per se iuuatur, per accidens tamen coniungitur cum alio appetitu, & potest esse contrarium, ad argumenta cum dicis, quòd contrario lapsus corrumpitur, ergo, dico quòd lapsus corrumpitur, senis membrum videlicet stomachus desiderat contrarium, & contrario iuuatur, quia desiderat propriam complexionem & naturalem, quæ à contrario acquiritur in illo lapsu. Ad secundum quia appetit sibi similia, quia omnis appetitus naturalis est ad sibi similia, nego antecedens, tu probas ex Aristotele xxiiij. part. problem. problem. iij.

icod

dico quòd hoc per accidens ex alio appetitu con currente, quia robustiores ex calore maximo quē habent in stomacho appetunt vinum, & vini potus magis extinguit sitim, quā potus aquæ, in Mania autem impeditur appetitus naturalis inclinatio ex vehementi distemperantia, & ideo appetūt simile illi qui laborat illo morbo, eodemmodo cum dicimus tertio ex Auicenna tertia tertij, quia venter, dico quòd hoc accidentaliter ex vehementi distemperentia illius impeditur actualis inclinatio illius appetitus, vt de muliere grauida, ita ille qui mordetur à cane rabido, dico q̄ similiter soluitur, quia ex maxima discrasia appetitus impeditur, & sic quandoque non appetitur, sed hoc non est per se, sed per accidens, & sic de idropis appetitu intelligatis.

Quod addis tertio quia omnis discrasia à se ipsa perfectissimè curaretur, dico quòd si appetit contraria appetit illa in genere & in vniuersali, ideo indiget arte, quæ lapsum dirigat in particulari ostendendo & hoc illud conuenientens, hæc de hac quæstione.

Secunda quæstio difficillima est de motu pulsus cordis, quia dixit Aristot. quòd ille motus est causa respirationis, & sic cum respiratio nascatur ab illo, ideo primo de motu pulsus, motus enim pulsus est motus dilatationis & constrictionis, qui ex duplici motu ex duplici quiete constat, & conuenit iste motus cordi & arteriis. Vos dicetis quid sint arteriæ, quia sunt illæ quæ pulsant in animali, quæ deferunt spiritum, est ergo dubitatio de quidditate istius motus nunquid sit naturalis, & argumentatur quòd non, ex Galeno in libro de causis simptomatum, quia omnis motus naturalis continuus est, iste non est continuus ergo: Secūdo omnis motus localis naturalis est vel sursum vel deorsum primo cœli, sed iste non est determinatus ad aliquod istorum, ergo.

Tertio quia duorum motuum contrariorum si vnus est naturalis, alterius contrarium est violentum primo cœli, sed isti motus sunt contrarij ergo.

Quarto iste motus voluntarius est, non ergo naturalis est, ergo, probatur antecedens, tum quia variatur ex accidentibus animæ & operationis appetitus sensitiui vt tristitia spe, tum est etiam quia primum principium motus voluntarij in animali est cor ipsum, quia in ipso est phantasia, & instrumentum illius motus vt calor naturalis, ex opposito stat veritas ipsa, philosophi, & medici hoc tenentes, quia iste motus fit necessario velis nolis, & cōueniunt medici ferè omnes & philolophi, quòd iste motus est purè naturalis præter Gentilem, & sic isti quasi omnes volunt, quòd sit simpliciter naturalis, quia non subest imperio voluntatis aliquo modo, ideo motus naturalis, quia ad motum voluntarium concurrit phantasia, appetitus, & calor cerebri, & musculus, sed in pulsu cordis non concurrit phantasia nec calor cerebri, sed calor vitalis, neque musculus vt dicemus, ergo si nulla conditio motus voluntarii interuenit ergo, sed hæc est difficultas à quo nam sit iste motus, hoc opus, hic labor est, domini triplex est dicendi motus.

Primus est Drusiani trigesimoquinto commento techni, qui dixit ex verbis Aristotelis quòd iste motus non est effectiuè à cordis substantia, sed à tumescentia & detumescentia sanguinis in arteriis, & sic non est motus animæ, sed naturæ quidem, quia calor faciens sanguinem ebullit & faciens ipsum quærere maiorem locum, & sic anima non concurrit nisi per accidens, alius est motus constrictionis, qui non fit à proprio calore, sed à grauitate membri, quia cum calor, vel sanguis feruens sit repressus ab aeris frigiditate resumpta detumescit, & sic grauitate, & natura membri contingit. & sic sequitur quòd magis naturalis constrictio ipsi cordi & arteriis, & aliquo modo est violenta dilatatio ipsi, quia est à principio extrinseco à calore videlicet non conferente vim passo, quia cor non inclinatur ad illum motum, per accidens est naturalis, quia natura cordis requirit copiam sanguinis, & caloris, ideo requirit motum ex quo fit copia istorum, hæc est opinio Drusiani, probat Drusianus primo ex Aristotele hic, quia dicit quòd intumescentia & detumescentia sanguinis est causa dilatationis & constrictionis, & dictū Aristotelis probatur ratione, quia si iste motus esset ab anima esset mediante aliqua potentia aut sensitiua, aut appetitiua, aut rationali, sed nulla istarum ergo, & probatur, quia omnes istæ operantur cum cognitione, neque à vegetatiua, quia duplex est potentia animæ vegetatiuæ, scilicet principalis, quæ versatur circa nutrimentum, augumentum, et generationem, alia minus principalis, quæ reperitur in membris tanquam subueniens illi primo et ministrans, ut retentiua attractiua expultiua, nō à prima principali, quæ nutrit, generat, auget, quia ista mouetur secundum omnem diametrum, ergo et cōfirmatur fortius, quia si est à vegetatiua, sequeretur quòd esset etiam in plantis iste motus, quod est falsum, quia vbi est causa ibi est effectus, quòd non fit ab attractiua, retentiua, et expulsiua patet, quia ista fiunt ad vtilitatem membri, sed iste motus non fit in corde et arteriis ad vtilitatem arteriarum, sed calidi innati, quod est in ipsis, et Confirmatur, quia attractio et expulsio longè differunt à dilatatione et constrictione, tum fortius, quia attractio aeris fit necessitate vacui ne detur vacuum, ideo non potest fieri ab aliqua animæ potentia.

Secundo quia iste motus reperitur in apostematibus et in seminibus, ergo iste motus non est proprius animæ, ergo fit ex feruore ipsius humidi.

EE Tertio

Tertio Ioannes Sermoneta arguit, quia si esset iste motus ab anima, esset à virtute animæ, sed hic à virtute ipsius animalis, sed hoc falsum est, & probat tripliciter, & hic delirat iste homo, sit Socrates temperatus in qualitate & iustitia, & Plato in qualitate tantum, ponatur etiam, quòd isti duo pulsus propter duritiem arteriarum non possint moueri, & remittuntur ad nō gradum, & non pulsabunt, ex hoc sequitur, quòd æquè cito dettineret pulsus istorum, & patet, quia per æquale crementum duritiei arteriæ remittuntur ad non gradum, & in eodem instanti, & probo, quia Socrates est temperatus in qualitate, & iustitia. Plato verò solum in qualitate, ergo in Socrate est maior virtus, ergo, quòd in æquali tempore cessabunt isti duo pulsus, ergo isti duo pulsus non fiunt à virtute.

Secundo dicit ipse, quòd sequitur, quòd non potest esse, quòd sit durities arteriæ, & pulsus sit fortis, quòd hoc sequatur, probat, quia si est durities arteriæ, ergo distemperantia complexionis eius, ergo virtus debilis, quia virtus fortis est cum temperamento, ergo cum duritie arteriæ non potest esse pulsus fortis.

Tertio arguit, quòd sequitur, quòd in statu cuiusque febris erit debilior, quàm in principio, quia in statu est virtus debilior, ista est opinio Drusiani, quam secutus est Sermoneta, contra hanc opinionem insurrexit Diuus Thomas trigesimoquinta opuscul. primo arguit sic, quia sicut in vniuerso motus localis est prior omnium, idem in eodem animali motus pulsationis est prior aliis, ergo causa illorum potius vt nutritionis, ergo ipse potius est causa est causa aliorum, quàm effectus, sed feruor & intumescentia sanguinis est alteratio: secundo quia calor per accidens mouetur motu locali, ergo iste motus est per acccidens in animali, ergo non prior, quia omne per accidens debet reduci ad per se, & per se est posterius.

Tertio & vltimo, quia iste motus est violentus, quia tertio phys. violentum est ab extrinseco passo non conferente vim, sed iste motus est huiusmodi, ergo violentus, sed hoc falsum est, quia violentum non potest dare vitam, dico, dicit ipse, ꝙ iste motus in animali est ab anima, qua potentia nulla, sed ab anima qua natura, vt magnetis est attrahere, & quo motus grauium est deorsum à natura, & leuium sursum à propria natura, sed ego arguo contra, anima quatenus est ex se sine potentiis est interminata ad opus, si ergo debet dearticulari ad aliquod opus, ergo per aliquam potentiam.

Secundo & fortius, quia si ab anima qua natura est iste motus, ergo in illo membro vbi reseruatur anima cum aptitudine istius motus fieret iste motus, vt in venis & intestinis, quo anima debet exercere istum motum in membris, vbi reperitur anima vt natura.

Tertio, quia iste motus indicat de virtute animalis, ergo est à potentia animæ, quia virtus nihil est nisi à potentia animæ ipsius.

Quarto, quia argumenta eius nihil valent, quia arguit, sicut motus localis vniuersi est prior, ita ista, Dico, dicit Drusianus, quòd alteratio sanguinis est natura prior, saltem non dico secundum tempus, quia iste motus causatur ab isto secundum naturam. Secundo arguit, si iste motus est à calore sanguinis, ergo non est prius, dixit quòd non est prius Drusianus, & inest per se, & per accidens, per accidens ratione substantiæ cordis, per se vt cor requirit copiam sanguinis & caloris, quod addit, quòd est violentus, iam soluit Drusianus, quia est aliquando naturalis, scilicet per accidens, violentus per se, ergo ad vnam partem.

Lectio XVI.

RECITAVI opinionem Sermonetæ, & reprobaui illam tribus argumentis, quia anima non dearticulatur ad aliquod opus, nisi per potentiam suam, tum etiam quia anima non habet in aliis membris inclinationem ad talem motum, tum etiam quia pulsus indicat de virtute vitali secundum medicos.

Quarto etiam arguo, quia si anima qua natura operatur hunc motum, videtur ergo quòd iste motus sit in omnibus, & quia natura determinat ad vnum motum, iste verò motus ex contrariis constat, etiam rationes Diui Thomæ parum cogunt, quia ipse dicebat, quòd iste motus est prior in animali, & non est verum, quia pendet à feruore sanguinis: secundo, quia si à calore esset iste motus, tunc per accidens in animali esset, iam diximus, quòd per accidens est simpliciter iste motus, & simpliciter violentus per se secundum quid, & naturalis, & sic non constat.

Sed ego arguo contra primam opinionem, & primo sic, respiratio est motus, pulsus non est minus necessarius, quàm motus nutritionis, quia ad nutritionem animalis requiritur refrigerium caloris naturalis, & sic necessarius est iste motus, & dixi vobis, quòd magis existimus sine nutrimento, quàm sine isto motu, sed motus nutritionis habet per se communem, ergo etiam iste.

Secundo & fortius, omne membrum animalis etiam quòd careat sensu et villis, habet virtutem qua attrahit sibi proficuum, & expellit noxium, ergo à fortiori hoc conuenit cordi, cum sit nobilissimum omnium membrorum, ergo attractio aeris à corde habet naturalem virtutem, qua aerem attrahat, & illum expellat.

Tertio,

Tertio, quia omnis effectus qui fit ex sola materiæ necessitate, siue interiore agentis casu, fit & fortuito, & non habet finem, sed iste est huiusmodi, quia iste motus fit ex sola sanguinis feruescentia, neque est agens intendens, quia calor non secundum intentionem istius motus, sed secundum intentionem excalefaciendi sanguinem, & tamen ille motus habet finē, quia refrigerationem calidi innati, ergo habet causam agentis.

Quarto & fortius, & vidit Drusianus, quia si ista operatio ex feruescentia sanguinis est, non potest reddi ratio, quare aliquando dilatatio sit maior restrictione, aliquando minor, & si iste motus proueniat ex sola intumescentia & detumescentia sanguinis, sicut in febre æthica, aut ephimera dilatatio est valde maior constrictione, aliquando oppositum est, vt in febre putrida, quia constrictio maior, & medici reddunt causam, quia vt in ephimera requiritur maior euentatio calidi innati, quia ephimera, & æthica est inflammatio spirituum, sic multum refrigerium requiritur, & pauca mundificatio, quia ibi non sunt spiritus putridi, in putrida verò econtra euenit maior expurgatio, & mūdificatio, & requiritur euentatio, & ista oritur ex constrictione, sed reddit nobis causam Drusianus, & ipse vidit hoc argumentum, & quòd hoc argumentum habeat efficaciam, patet, quia si fit ex intumescentia, & detumescentia, quia tanta est dilatatio quanta attractio aeris expletionis, quantaque attractio aeris, tanta est dilatatio, & quanta est dilatatio, tanta est constrictio, ideo dicit ipse, ꝙ feruor sanguinis non sufficit, et sola intumescentia, & dicit, quòd hoc operatur virtus naturalis, scilicet attractiua, & expulsiua, quia attractiua plus dilatat, expulsiua tamen concurrit fit maior constrictio attractiua, quia plus aeris attrahit.

Sed non videt iste homo, quia prius tu dixisti, ꝙ attractio & expulsio non fiunt à virtute naturali membri, & sic arguebas, cum volebas probare, quòd ista operatio non potest fieri à virtute vegetatiua naturali attractiua, & expulsiua, quia istæ operationes fiunt ad vtilitatem membri cordis & arteriarum, sed ad vtilitatem calidi vitalis, secundo quia si fit operatio ista à virtute naturali membri attractiua & expulsiua, cur nō ista simplex vt æqualis dilatatio, & constrictio, quia ab eadem virtute fit dilatio, & maior dilatatio. Et confirmatur, quia non potest reddere causam ista opinio diuersitatis pulsus, quia pulsus datur distortus, & multæ sunt ipsius differentiæ, & conseruantiæ, quomodo ergo hoc fit ex solo feruore sanguinis.

Tertio & fortius, quia cum dilatatur cor, attrahit aerem, in attractione etiam aeris frigidi habet cor etiam spiritus fumosos, & aerem prius calefactum, & sic constringit, debet expellere fumos, & aerem prius calefactum, cur ergo non expellit potius aerem de nouo attractum, quàm prius calefactum? tu dices, hic est anima, ergo requiritur actus animæ, id est retentio & expulsio, & sic non solum ex feruore sanguinis. Quarto dicit, quòd isti motus non fiunt ab eadem virtute, quia dilatatio fit à calore sanguinis, constrictio à grauitate membri, hoc falsum est, quia isti duo motus sunt ordinati ad eundem finem, ergo ab eodem agenti, quòd sint ad eundem finem patet, quia ad vitalis caloris refrigerium, & expurgationem, ergo ab eadem per se virtute, quia sunt ad conseruationem caloris tanquam ad finem suum, & sic opinio falsa. Quid ergo dicendum Domini? quia opinio dicit, quòd feruor sanguinis fit nō cōcurrente anima, dicit Diuus Thomas, quòd autē anima concurrētē tantum Galenus, & Auicenna, dicamus sicuti medici, quòd hic duplex causa concurrit, vna principalis, & est anima ipsa mediante potentia vitali, & hoc dicit Galenus in tractatu de pulsu, & virtus vitalis est virtus vegetatiua, vt dicit Auerroes, quia Aristoteles non posuit nisi quinque potentias animæ, & sic virtus vitalis reducitur ad vegetatiuam, fit ergo ista operatio ab anima mediante virtute vitali, quia hæc actio fit ex eo quòd operatur decoctionem nutrimenti, & sic ista consequitur motum nutritionis, instrumentalis vero causa quasi materialis est feruor sāguinis ipsius ex intumescētia & detumescentia, & sic dicit Aristoteles, cur autem non expressit Aristoteles illam causam, dico, quòd supponit illam tanquam manifestam, sic etiam fecit in reddendo causam somni & vigiliæ, tantum instrumentalem causam reddit, & materialem, scilicet nutrimentum, quia scilicet erat ista causa proxima & particularis, anima verò erat causa communis, ex quo sequitur, quòd motus pulsus cordis non est primus in animali, sicut dicebat Diuus Thomas, quia habet causam priorē. s. feruorem sanguinis, & sanguinis decoctionem, & ista est prima decoctio nutrimenti, & secundū tempus quia quasi non concurrit ad dilatationem & constrictionem, nisi feruor sanguinis, feruor iste fit per alterationem, & sic prior est ebullitio sanguinis, quàm fiat attractio aeris ad refrigerandū, ex quo sequitur, ꝙ cū iste motus cōstet ex duabus partibus, dilatatione, & constrictione; patet quòd fit prius dilatatio, q̄ cōstrictio, quia prius fit feruor sanguinis, q̄ refrigeratio ipsius, patet, etiam quia inter istos duos motus, datur quies specialis, quæ quies ēt variatur, aliquando maior, aliquando minor, sic eleuatio aliquando maior, & quare est ibi quies, & patet ex Aristotele, quia inter omnes motus contrarios reflexos cadit quies, & causa etiam specialis patet, quia dum eleuatur arteria, ideo est, quia sanguis ebullit, si verò debet constringi, necesse est, quòd feruor sanguinis exprimatur, sed hoc fit per alterationem, & omnis alteratio fit in tempore, item cum constricta est, iam repressus est feruor, si ergo debet fieri feruor per alterationem, quæ fit in tempore, ergo omnis quies est in istis ratione alterationis, & sic omnia sunt clara, hæc est sententia Auicenæ primo canticorum, qui dixit, quòd causa adiuuans est ab Aristotele, At non est putandum, quòd

quòd motus pulſus non fit ab anima, ſed vos diceтis, virtus eſt triplex, vitalis, naturalis, animalis, ſed hic per ſe virtus vitalis erit virtus naturalis, quia illa eſt virtus vegetatiua, & illa naturalis, ergo, & tamen diſtinguitur vitalis contra naturalem, vt Auicenna prima primi ex Galeno: et confirmatur, quia virtus vitalis præparat naturali, & animali, quia vitalis dat ſpiritum, ergo operatur naturalis, & animalis, ergo ſi ſeruilis, non eſt illa: et confirmatur, quia ſi eſſet vitalis virtus naturalis, ergo eſſet eadem in animali, ſicut naturalis.

Dico Domini de primo, quia puto, quòd Galenus & Auicenna etiam voluerint, quòd non diſtinguatur vitalis à vegetatiua, quia Ariſtoteles non poſuit niſi quinque potentias, & forte illud fecit Galenus, vt dicit Gentilis, quia hæ virtutes requirunt diſtinctos actus curandi, quia virtus vitalis eſt in generatione ſpirituum, naturalis eſt propter ſanguinis generationem, dico, quòd cum tu dicis, quòd virtus vitalis diſtinguitur à naturali prima primi, dico, quòd vno modo poteſt in genere diſtingui virtus naturalis, & ſic vitalis eſt naturalis, quia operatur ſine cognitione, ſi in ſpirituali, quia virtus alia eſt operandi circa ſanguinem, alia circa ſpiritus, dico, quòd ſic diſtinguitur contra vitalem, & hoc eſt in epate. Quod addis, quòd etc. Dico, ꝙ ſi particulariter inteligas naturalem, & non in genere, ſic non eſt illa, in genere verò non eſt eadem, & ſic ad tertium eodem modo dici poteſt.

Secunda dubitatio difficillima, cum duplex ſit potentia vegetandi principalis, & ea quæ nutrit, auget, & generat, ſecundaria retentiua, attractiua, & expulſiua, dubitatio eſt, à quanam operatio prouenit iſtarum, tu dicis, quòd iſta operatio prouenit à virtute vegetandi, Gentilis opinatus eſt in decima tertij, & in quæſtione de pulſu cordis, quòd fiat ex virtute vegetandi ſecundaria, & ſic ferè omnes medici dicunt, mihi videtur ècontra, quia hic non tantum reperitur feruor ſanguinis, ſed decoctio, & decoctio fit à virtute principali ipſius virtutis vegetãdi, quia tamen virtus decoquit, ſubtiliat, & exferueſcere facit.

Eſt tertia dubitatio, quia cum omnis attractio fit mediantibus villis, & expulſio, etiam longitudinales ſunt ad attrahendum, latitudinales ad expellendum, obliqui verò ad retinendum, eſt, inquam dubitatio, nunquid iſte motus fiat mediantibus villis, aut non, ex vna parte videtur, quòd fiat mediantibus villis, es hoc, quia dicit Auicenna prima primi, omnis motus aut naturalis, aut voluntarius fit mediantibus villis, & cum iſti ſint in corde, ergo iſte motus in corde à villis fieri debet, ex alia parte non ſunt neceſſarij iſti villi, quia pulmo mouetur iſto motu, & tamen non habet villos, dico vobis, quòd quælibet pars probabilis eſt, Gentilis dicit, quòd fit mediantibus villis, poſſumus etiam tenere, quòd non, quia in pulmone fit iſte motus, & tamen non habet villos.

Vltima dubitatio, quia omnes medici tenent, quòd in cerebro fit iſte motus, & tñ non in cerebro eſt feruor ſanguinis, quia cerebrum ſui frigiditate reprimit omnem ſanguinis feruorem, ergo malè dicit Ariſtoteles, dico quòd etiam in cerebro fit ex intumeſcentia, & detumeſcentia ſanguinis, & dico, quòd licèt cerebrum ſit membrum exangue, dico tamen, quòd ibi in cerebro pertranſeunt multæ arteriæ, quæ retinent ſanguinem, quia ferueſcit, & cum in cerebro ſint multæ cellulæ repletæ ſpiritibus vitalibus, qui contemperantur à cerebro, & ſpiritus tamen ibi eſt, & ferueſcit, & poſtea deprimitur à frigiditate cerebri, & ſic cauſatur eleuatio, & depreſſio.

Lectio XVII.

DICTVM eſt, quòd anima mediante potentia vegetandi eſt motus pulſus ex feruore ſanguinis, tanquam ex naturali cauſa, & inſtrumentali, & neglexit Ariſtoteles cauſam principalem tanquam manifeſtam. Ad argumenta primo arguebatur, quòd iſte motus non erat naturalis ex Galeno, dico, quòd verum eſt de motu naturali, qui eſt à natura, & non ab anima, qui indifferens eſt ad omnem motum differentiarum poſitionis.

Ad confirmationem, quòd motus contrarij quorum vnus naturalis, alter violentus, dico, quòd omnes motus contrarij, qui ſunt in mixtis corporibus, & inanimatis, ſi vnus naturalis eſt, contrarius eſt alius. Ad aliud, iſte motus eſt voluntatis, probat, quia iſte motus eſt varius ex paſsione appetitus ſenſitiui, Gentilis dicit decima tertij, Auicennæ, quòd non eſt naturalis ſimpliciter, quia eſt voluntarius quatenus fit motus muſculi eſt naturalis, quia verò fit ſine præuia cognitione vt motus palpebrarum, ſed longè aberrat Gentilis, quia nulla eſt conditio motus voluntarij hic, & patet, quia motus voluntarius eſt ille, qui fit mediante muſculo, appetitu, & calore cerebri cum præuia cognitione, vt motus palpebrarum, ſed longè aberrat Gentilis, quia nulla eſt conditio motus voluntarij, & patet, quia motus voluntarius eſt ille, qui fit mediante muſculo, appetitu, & calore cerebri cum præuia cognitione, non cum neruo & muſculo ex Galeno de vſu partium, quia nerui nõ operantur in corde, fit etiam motus ex ſpiritu cordis, & non ex ſpiritu cerebri, & ſic non eſt alio modo voluntarius, ideo melius ſentiunt alij quòd iſte motus variatur ex paſsione appetitus ſenſitiui, videlicet ira, triſtitia & delectatione, dico negando argumentum, quia hoc eſt per accidens, quia quatenus variatur actio calidi in humido ex his paſsionibus, & ſic non eſt aliquomodo voluntarius.

Arguebatur vltimo quia cor eſt primum principium motus voluntarij, & patet ex Ariſtot. in lib.

lib. de communi motu animalium, ergo nego argumentum, quia cor eſt primum principium audiendi, videndi, ergo videt, vel audit non valet, ꝙ ſit primum principium ſentiendi patet, quia eſt primum principium caloris, ergo omnis ſenſus operatur, & ideo dicitur principium motus voluntarij, quia principium phantaſiæ ſenſus caloris.

Reſtant argumenta Druſiani, quibus probauit ſuam opinionem ex authoritate Ariſtot. & poſuimus quòd Ariſtot. non dixit quòd ſit iſte motus ex intumeſcentia, niſi tanquam ex cauſa materiali & inſtrumentali, probatur ſecundo, quia in Naſcentiis eſt iſte motus, ergo non ab anima proprius, concedo, quòd illa non eſt ab anima, ergo nec iſta nego, quia ille ex ſola neceſsitate materiæ eſt non habet finem, non eſt motus cordis, quia fit propter aliquem finem, ergo ab anima, arguebat tertio Ioannes Sermoneta, ſi iſte motus eſt ab anima mediante potentia vegetandi eſt virtus naturalis, ſed probatur falſitas conſequentis tripliciter, quia ſit Socrates temperatus in qualitate & iuſtitia, & Plato in qualitate tantum, ſequitur quòd iſti erunt tẽperati in virtute, ergo æqualis eſt virtus in vno, ſequitur quòd ſi iſti duo pulſus deperdantur ex duritie arteriæ, & vniformiter creſcat, ſequitur quòd in eodem inſtanti perditur pulſus in vtroque, ſed probat quòd non in eodem inſtanti, quia probat quòd Socrates eſt temperatus in vtroque, Plato in qualitate tantum, ſed cum virtus ſequatur temperamentum complexionis, & complexio ſit temperata magis in Socrate, ergo ex æquali duritie arteriæ reſiſtet virtus Socratis quàm virtus Platonis, & ſic in maiori tempore reſtabit, cum dicimus ſit Socrates temperatus in qualitate & iuſtitia Plato in qualitate tantum, quia intelligis in iuſtitia temperatum, quia per temperatum in iuſtitia oportet intelligere complexionem temperatam ſecundum quod exigit natura rei, ſi intelligas per iuſtitiam temperatum, fortaſſe temperatum in complexione & numero partium, tranſeat, Plato vero ſit tẽperatus quo ad complexionem quid, tu vis quòd iſti ſint inæqualis virtutis, tu dicis ſunt temperati ambo, ergo ſunt æquales in pulſu, hoc non ſequitur, quia virtutes non ſunt æquales & temperamenta non ſunt æqualia. Arguitur ſecundo quia dicit, ſequitur quòd cum duritie arteriæ non poterit ſtare fortitudo pulſus, tamen eſt contra me dicos, & probo conſequentiam, quia fortitudo virtutis inſequitur temperamentum, & durities arteriæ dicit inſtrumentum intemperatum, quando tu dicis, quòd cum duritię arteriæ non ſtat fortitudo virtutis, ergo non fortitudo pulſus, nego argumentum, quia pulſus non eſt à ſola virtute, ſed à virtute mediante calidi actione in humidum, & ſic à fortiori actione calidi in humidum percutitur arteria, & ſic erit pulſus.

Arguebatur tertio quia ſequebatur quòd pulſus ſemper eſſet in ſtatu debilior quàm in principio, nego argumẽtũ, probas, quia debilior eſt virtus, ergo debilior eſt pulſus, dico quòd pulſus non prouenit tantum à virtute, ſed ab actione calidi in humidum, & ſic ceſſant argumenta.

Secunda dubitatio difficilior eſt, nunquid in venis etiam cauſa pulſus arteriarum ſit intumeſcentia ſanguinis, quòd non, quia virtus pulſatiua influit à corde in arteriis ex Galeno, quòd hoc ſit verũ primum experientia dicit Galenus, quia ſi quis ligauit arteriam, ſic ceſſat virtus pulſandi in illa parte, quia eſt remotior à corde, & hoc eſt, quia non emittitur à corde ſpiritus, à quo fit pulſatio.

Secundo ſequitur ex dicto Ariſt. quòd arteriæ & cor dilatantur, quia replentur ſanguine cum ſanguis ferueſcit, cuius oppoſitum inquit Galen. qui dicit quòd ideo replentur, quia dilatantur, ideo dilatatio eſt cauſa repletionis, quia dilatatur ſicut follis, quia ideo repletur aere, quia dilatatur, & non dilatatur ut repleatur ſicut vtris, & ſic Galenus clamat contra Ariſt. quòd ſic ſequeretur quòd reſpiratio aſsimilaretur inflationi vtris, & non follis contra Ariſt. exemplum quod fuit de follibus ærariis.

Tertio ſequeretur quòd arteria proxima plus ſanguine inflammatur, ergo frequentior dilatatio & conſtrictio, oppoſitum dixit Galenus, quia omnes ſimul dilatantur, & Ariſt. dixit quòd iſta ad inuicem mouentur ſimul.

Quarto & fortius, quia ex opinione Ariſtot. ſequitur quòd non tantum arteriæ pulſabunt, ſed venæ ipſæ & magis, & probat, quia arteriæ in ſiniſtro, & venæ in dextro, & calidior eſt vena quę oritur à dextro latere, quia habet plus ſanguinis & caloris, ergo maior intumeſcentia, ergo maior pulſus, & Ariſt. dixit quòd dextra pars cordis plus habet caloris, quia plus ſanguinis, & Confirmatur fortius, quia vena iſta eſt aptior iſti motui, quàm arteria, quia arteria habet duas tunicas, vena tantum vnam habet, ergo facilius dilatatur, & reſtringitur, quia eſt magis paſsibilis.

Etiam ſequitur quòd differentiæ pulſuum, quæ dictæ ſunt ſecundum Galenum, fortis, debilis, magnus, paruus, non poteſt habere iſtam cauſam, quia feruor non poteſt eſſe cauſa horum duorum, quia ſi pulſus eſt magnus non poteſt eſſe frequens, & multus feruor, ergo multa attractio aeris, ergo multa refrigeratio, ergo non eſt neceſſaria frequentia pulſus ad refrigerandum, & ſic iſtæ differentiæ aſsignatæ à medicis de pulſu non poſſunt reduci in iſtam cauſam. In oppoſitum eſt Ariſt. quia eodem modo iſtæ arteriæ habent iſtum motum ſicut cor ex intumeſcentia ſanguinis proprii, & proprii ſpiritus, quia habent proprium ſanguinem.

Ad iſta argumenta, ſequeretur quòd iſtæ arterię haberẽt iſtum motum proprium ſine corde, & oppoſitũ dicit Galenus, dico quòd ſi intelligas quod iſte motus ſit i arteriis, vt influit ſpiritus à corde, vt omnes medici videntur dicere quòd non eſt verũ, quia ſic pars propinqua citius pulſaret, & prior eſſet motus in vna quàm in alia parte, ſic virtus pulſandi non à ſpiritu tranſmiſſo à corde, tamẽ verum

eſt

est quòd spiritus qui sunt in arterijs cõtinuè relegã tur, inflammantur, & causant illum motũ, qui quidem cum resoluitur continue & continuè à corde restauratur, & tamen oppositum dicit Galenus, & Arist. si dicas quòd spiritus, qui est in arteriis resoluitur & continuè restauratur à corde, sic verum est quòd influitur à corde, & sic cessat argumentum de arteria ligata.

Quod addis secundo, quia ex opinione Aristot. hoc sequeretur, quòd ideo dilatantur arteriæ, quia replentur, oppositum dicit Galenus, quia sic vtribus assimilaretur, & non follibus vt dicit Aristot. quia oppositum est in follibus ærarijs, quia illę replentur, quia dilatantur, Drusianus concessit hoc, quia ipse nesciuit soluere argumentum & bene vidit difficultatem, tamen videtur mihi quòd responsio Drusiani non sit tuta, dico ergo rectius, ꝙ ideo cor & arteriæ replentur, quia dilatantur, & dilatatio est causa repletionis, & vt dicit in vno verbo Drusianus istæ arteriæ prius dilatantur quàm repleantur, quia sanguis ipse cum mouetur subtiliatur, & in spiritum conuertitur, & ille spiritus mouetur sursum, & sic quasi in medio relinquitur vacuum, vt ideo tollatur vacuum, necessaria est attractio aeris, ideo non valet dictum Galeni, quia dilatatio est causa repletionis, & sic repletio nõ est causa dilatationis, quia sanguis cum efferuescit, subtiliatur & conuertitur in spiritus, qui sursum mouentur, & relinquitur mediũ tanquam vacuum, & hoc patet, quia sic iste motus folli ærario assimilatur, tum etiam quia dixit Arist. facta intumescentia necesse est attrahi aerem, & hæc est vera imaginatio, quàm ab aliis non vidi, de facto ita mihi uidetur.

Quod addis tertio quia sic arteria proximior velocius pulsaret, dico quòd verum est, quòd in propinqua maior est inflammatio plus sanguinis, ergo crebrior pulsus, nego quia propinquior arteria magis caua, & plus sanguinis continet & plus spiritus, tamen habet facere maiorem dilatationem, & sic remota, quia angusta est, non habens tantum spiritus & sanguis, non tamen dilatatur & constringitur, & sic motus propinquus tantum est velocior, quia æquali tempore pertransit maius spatium.

Quod addis quarto, quia debet dicere Arist. ꝙ vena in dextro ita pulsabit, vt arteriæ & magis, quia calidior, & tamen caret pulsu, dico admisso antecedente, quòd sinus dexter cordis sit calidior, quia ita de facto est, quidquid dicant medici, quia Arist. declarauit primo de generatione animalium cap. primo secundo, quòd calidius dupliciter dicitur, quia vel magis imprimit, & mutat sensum tactus, vel quia maiorem habet caliditatem, primo mouet dicitur calidius ferrum calidum, quia forma sequitur dispositionẽ materiæ, cum forma sit in subiecto densiori, ideo intensius operatur.

Secundo ista caliditas in stuppa, quæ maior est sed cũ sit in subiecto rariori & tenuiori, ideo nõ tantum operatur, ita est de dextro sinu ipsius cordis, cum ibi sit maior quantitas ipsius sanguinis crassior & densior, ideo magis imprimit, & sic intensiue est calidior sinistro, & ibi est etiam plus spiritus, quia ibi est maior decoctio sanguinis, cum ille sit quasi crudus, ergo plus spiritus ibi debet esse, & postea transmittitur ad sinistrũ tanquàm superfluũ decoctionis, & ad experientiam vt dicit Conciliator, quia dexter diutius conseruat vitam, sinister ergo plus caloris & spiritus, de facto melius dicit Arist. quàm Galenus, & ad suam experientiam de digito immisso in sinistro sinu cordis, ego non credo ipsi, & sic dico cum Aristot. Et quando dicimus plus habet spiritus & caloris uena, concedo, ergo magis feruescit nego argumentum, quia cætera nõ sunt paria, quia sanguis dextri sinus non est ita decoctus sicut ille sinistri, qui est decoctus & digestus, & sic facillimè inflammatur & feruescit, et sic debet dicere Galenus, quare arteriæ pulsant, & non venę, quia ibi spiritus sunt tenuiores, & cito inflammabiles, cum dicimus ꝙ tunc differentiæ pulsus nõ possent redire in hanc causam ut probauimus, dico domini soluendo omnes difficultates, non ponimus nos causam pulsus intumescentiam & detumescentiam tantum, sed nos ponimus animam mediante virtutẽ vitali, adiuuante tamen ista intumescentia, ideo nos soluamus istas differentias pulsus sicuti medici opinantur.

Finis de inspiratione & respiratione.

Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE.

Omnes ſunt terniones, præter EE duernionem.

V E N E T I I S
Apud Hieronymum Scotum.
M D L X X.